Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Oldradi de Ponte Laudensis vtriusque censurae luminis in Romanae curiae consistorio advocati clarissimi Consilia, seu Responsa, & Quaestiones Aureae : in quibus ea quae ad quotidianum vsum in forensibus negotijs, & controversijs spectant, subtilißimè & exactissimè perstringuntur

https://hdl.handle.net/1874/433439

2

OLDRADI DE PONTE LAVDENSIS

VTRIVSQVE CENSVRÆ LVMINIS IN ROMANAE CVRIAE CONSISTORIO ADVOCATI CLARISSIMI

Consilia, seu Responsa, & Quæstiones Aureæ:

IN QVIBVS EA QVAE AD QVOTIDIANVM VSVM *in forensibus negotijs, & controuersijs spectant, subtilißimè & exactißimè perstringuntur.*

Cum expunctionibus, Castigationibus, & nouis Additionibus acutissimi Iureconsulti Domini Rainaldi Corsi, quas opportunis locis & separatas ab antiquis, & illis insertas hoc asteriſco * ordinatas Studioſus cognoſcere poterit.

Cum Summarijs, & Indice, in quo allegationes multæ corruptæ, suis locis restitutæ sunt.



FRANCOFVRTI AD MOENVM.

M. D. LXXVI.

DE VITA ET SCRIPTIS OLDRADIDE PONTE, LAVDENSIS QVAEDAM DIVERSORVM Auctorum.

Ex Ioannis Tritemij libro de claris Scriptoribus.



OLDRADVS *de Laude, natione Italus, Dini Mugelani viri doctissimi quondam auditor, & Iohannis Andreæ amicissimus, vir in vtroq; tunc peritissimus, Philosophiæ quoque disciplinis optimè imbutus, qui multis annis Consistorialis Aduocatus extitit, & magnam eruditionis suæ laudem & gloriam acquisiuit: scripsit in vtroque Iure nonnulla præclara Opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmisit. E quibus vidi tantum.*

Ex Vitis Iureconsultorum Iohan. Fichardi Francofurtensis, I.C.

Oldradus de Ponte, patria Laudensis; sub Dino Præceptore Iurisprudentiam didicit. Posteà Aduocatus Consistorialis Romæ, & demum Auditor quoq; causarum factus, magna in existimatione fuit: potissimùm apud Ioannem XXII. *Pontificem Maximum, qui in arduis Reipublicæ negocijs componendis, huius Oldradi consilijs maximè vsus fertur. Extat Consiliorum eius volumen vnum, longè doctissimum, reliqua verò ipsius scripta (quæ non pauca fuisse traduntur) aut interciderunt, aut alia fortè de causa neglecta data sunt. Ex consilijs huius Oldradi multa Ioannes Andreas sibi asscripsit: quo solo vitio se quibusdam reprehendendum præbuit. Floruit Oldradus Anno* M. CCC. XX.

Ex Valentini Forsteri I. C. De Historia Iuris Ciuilis lib. III.

Oldradus de Ponte, patria Laudensis, floruit anno M.CCC.XX. *Fuit primùm Aduocatus Consistorialis Romæ, deinde Auditor factus est. Fuit in magna existimatione apud Ioannem* XXII. *Pontificem. Consilia eius plena eruditionis extant: alia eius opera interciderunt. Ab hoc multa mutuatus esse, & transcripsisse, Ioan. Andreæ incusatur: quo vitio solo se notandum præbuit.*

HAEC

HAEC SVNT CONSILIA OLDRADI:

Quibus similes aliquando decisiones, aliquando verò motiua effectualiter eadem adducit & facit Ioan. And. in addit. Specu. in locis hic specialiùs designatis.

Secundum consilium in addi. Spe. in tit. de dilatio. §. dilationum. in fi.
Tertium in ti. de citatione. §. viso, in prin.
Sextum super rubrica de executione sententiæ.
Decimum in tit. de iurisdi. omn. iudi. ver. quæ autem meri. ibi allegat Old.
Duodecimum in tit. de cita. prima colum.
Decimum tertium quo ad primam q. de nullitate. in tit. de li. cont. §. nunc tangamus. versi. quid causa.
quo ad secundam q. de citatione in tit. de cit. §. viso. versi. item licet in die. vbi latius prosequitur.
14. Consilium in titu. de legato. §. nunc de Episcoporum. ver. ipsi quoq; in multis.
15. in tit. de sen. prola. §. 2. ver. quid si præconizatum.
17. tit. de feudis. §. quoniam. versi. 40. quæritur.
18. super rubrica de iure patronatus.
19. de præscriptio. in §. sic libellus. versi. quid si debitor.
21. in ti. de test. §. in primis. in versi. quinta quæstio.
22. tit. de rescrip. præsentatione. §. fi. ver. item quod obtentum est &c.
24. Consilium in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 93.
25. super rubric. de sepulturis.
26. tit. de instrumentorum editione. §. porro. ver. & nota alias particularius.
27. titu. de expensis. §. expensæ igitur. ver. de expensis autem.
31. ti. de obli. & solu. §. nunc aliqua. ver. quid si sub certa pœna.
34. in tit. de loca. §. nunc aliqui. versi. 72.
36. super rubrica de Iudæis.
37. in tit. de instru. edi. §. instrumentum quoq;, & §. postremo. ver. quid si aliquod instrumentum. Tertiam quæstionem in eodem consilio de datione in solutum posuit Io. An. in ti. de iudi. quarta parte. §. sequitur. 5. col. versi. item quod hæredes.
38. tit. de expensis super rubri. in fi.
44. super rub. de cleri. ægrotan.
48. super 2. libello de cle. non residen.
49. consilio allegatur Oldr. in l. cum clericis. C. de Epi. & cle.
50. super rubri. de cler. non residen.
51. tit. de Iudæis. in fine.
52. super rubr. de tutore.
53. titu. de iniur. in prin. quo ad primum articulum, & quo ad secundum titu. de accusa. versi. quid si obijciens.
54. tit. de immunita. eccle. circa prin.
57. tit. de actio. & peti. §. super quæstionibus, versi. per literas quoq; in 2. col.
58. super rubri. de concess. præben.
60. tit. de appellatione. §. nunc breuiter. ver. item pone. super rubr. de appellatione.
64. ti. de præsum. §. species autem. ver. probabilis.
68. super rubr. de pign. in vlti. col.
71. in rubr. de Iudæis, an sit licitum bellum contra Saracenos, & potius consuluit in contrarium.
73. super eadem rubr.
74. super rubri. de crimine falsi.
75. tit. de instru. edi. §. restat. ver. sed quis potest facere.
76. super rub. de offi. ordi.
87. super rubr. de Iudæis.
88. ti. de citatione. §. contra citationem. ver. item quod Iudex citat.
90. super rubri. de iureiuran. circa prin.
91. super rubri. de Iudæis.
92. super rubri. de locato.
94. super rubri. de feudis.
97. tit. de sta. mo. ver. 20. quæritur.
100. tit. de sindico. ver. item opponitur quòd nomina.
101. ti. de test. §. nunc videndum. ver. nunc videndum.
102. super rubr. de præben.
105. ti. de instru. edi. §. compendiose. ver. sed nunquid de consuetudine.
107. in rubr. de succes. ab intest.
108. tit. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. versi. quid si executorum.
111. tit. de testa. §. in primis. ver. quid si legatum.
116. ti. de test. §. nunc videndum. ver. nunc videndum.
118. super rub. de concess. præben.
119. tit. de instru. edi. §. compendiose. ver. quid si prius,
120. super rubr. de iureiuran.
122. tit. de elec. §. 1. prope prin.
126. tit. de confessionibus. §. postremo. ver. si verò fit.
130. tit. de procuratore. §. ratione autem formæ. versi. quid si duo.
134. titu. de instru. edi. §. dicto de impugnatione. versi. nunc dicamus.
135. ti. de succes. ab intesta.
136. super rubr. de præbe. & rub. de concess. præben.
137. super rub. de concess. præben.
140. ti. de legato. §. videndum restat. ver. sed nunquid nocet.
141. in tit. de testa. 18. col. ver. pone. C.
142. eod. tit. eadem addi. versi. occurrit etiam casus.
143. super rubrica de institutionibus.
144. de instru. edi. §. compendiose. versi. quid si prius.
145. ti. de teste. super rub. versi. iterum quia vtile.
146. in tit. de actio. & peti. §. super petitionibus. versi. per literas quoq;.
151. ti. de dona. §. 1. ver. quid si pluribus.

153. *super rubr. de succes. ab intesta. in fi.*
156. *ti. de arbitro. §. sequitur de quibusdam. versi. item quid si compromissum. & ver. sed nunquid Abbas.*
157. *super rubr. de app. vbi dicit quòd fuit sibi proposita quæstio dum esset in curia.*
166. *in titu. de execu. senten. super rubri. quasi eadem verba.*
163. *ti. de iurisd. om. iud. §. vnico. vers. quæ autem meri. in addi. magna.*
165. *ti. de cleri. non residen. in prin.*
166. *super rubr. de sequestra. fruct.*
167. *ti. de teste. §. nunc videndum. ver. nunc videdum. versi. & quia infrà. & eodem §. vers. hoc etiam no.*
168. *super rub. de concess. præben.*
169. *ti. de censibus. §. nunc dicendum. versi. porro Rheginus.*
172. *ti. de teste. §. nunc videndum. in prin. & per 5. col.*
173. *ti. de instru. edi. §. porro. versi. item nota quod donationes.*
174. *ti. de testa. §. in primis. versi. an quod factum est.*
175. *super rubr. de concess. præben.*
177. *in ti. de testa. 10. col. §. 1. ver. pone A. in addi. incip. huic quæstio. ibi occurrit.*
178. *vide Io. And. in tit. de feud. circa princ. ibi ponit de feudo nouo & antiquo, & quid sint.*
182. *ti. de his quæ fil. à præl. in rub. vers. hoc autem not.*
185. *ti. de act. & pe. §. super petitionib. versi. per literas.*
186. *super rub. de iureiuran.*
188. *ti. de teste. §. nunc videndum. versic. nunc videndum. in magna addi.*
191. *tit. de rescrip. præsentatione. versi. fin. §. item quod obtentum.*
192. *ti. de aduoca. §. sequitur. versic. quæ autem, ponit easdem regulas in criminalibus, nec tamen quæstionem.*
195. *super rubrica de cle. non residen.*
196. *super rubrica qui filij sint legi.*
197. *ti. de emp. & ven. §. 1. circa fi. ver. plærunq; contingit.*
198. *ti. de accusa. §. qualiter. ver. quod si accusatus.*
199. *ti. de teste. §. nunc videndum.*
201. *super rubr. de concess. præben.*
202. *super rubri. ne cler. vel mona.*
203. *super rubri. de rerum permu.*
207. *ponit in ti. de vsur. in rubr.*
209. *super rubr. de sortileg.*
212. *super rubri. de teste. versi. occurrit.*
213. *ti. qui fil. sint legi. ver. quid si dixit in teastmento.*
214. *de na. ex li. ven. versic. emancipationis autem.*
215. *ti. de fil. presbyterorum.*
216. *super rub. de concess. præb. & quo ad articulum declarationis. super rubr. de appel. in fin.*
217. *tit. de emp. & ven. §. 1. versi. super forma.*
218. *de fruc. & interesse. §. scias. ver. 2. quæritur.*
223. *super rub. de præb. ver. proponitur quæstio.*
224. *super rubr. de feudis, in 5. col.*
226. *ti. de reb. eccle. non alie. in rubr.*
227. *de petito. & possesso. §. quoniam in superioribus, in fine. quæ in eodem ponit Oldra. post versi. quare obiicit, ponit Io. And. in tit. de præb. in rubr. ibi de secunda parte rubricæ.*
234. *super rubric. de præscrip. ver. est autem dubium.*
235. *super rubr. de concess. præb.*
236. *tit. de dec. §. vnico. in addit. magna.*
238. *tit. de leg. §. restat videre. versi. quid si causa committitur.*
240. *tit. de locato. §. fi. versic. 93.*
241. *ti. de iudi. §. sequitur videre. versi. dubitari.*
243. *super rub. de cond. appo.*
244. *prosequitur in tit. de teste, §. nunc videndum. in prin. incip. ad obiectus.*
246. *ti. de electio. §. 1. in versi. quid si Canonici.*
247. *super rub. qui fil. sint legi. ver. quæro si natus.*
248. *ti. de instru. edi. §. compendiose. ver. quid si consuetudine.*
250. *incipiens, factum tale est. ho. me. ponit in ti. de obligat. & solu. §. nunc aliqua. in fi. cuius sunt quasi verba formalia.*
252. *in ti. de iurisd. om. iu. §. expedito. versic. quæ autem bona.*
253. *ti. de instru. edi. §. porro. versi. donatio autem, & ti. de dona. ver. quid si aliquis dat bona.*
254. *dicta & rationes ponit Io. And. in titu. de teste. §. nunc videndum, in prin.*
256. *super rub. de clandest. desponsatione.*
257. *super rubri. de præben. quo ad membrum permutationis.*
260. *super rub. de electione.*
264. *titu. de teste. §. nunc videndum. versic. hoc etiam nota.*
265. *ponit Io. And. in ti. de Iudæis & Saracen. in rubri.*

Quanti enim eum fecerit Io. An. licet inspicere exipsius verbis in ti. de accusa. §. sequitur. in 9. col. ver. quid si bannitus, in magna addi. inci. quod hic dicitur. ibi, elegans Oldr. quæstio se offert.

FINIS.

CONSILIA ET QVAESTIONES AVREAE OLDRADI DE PONTE DE LAVDE, IN ROMANA CVRIA ADVOCATI CONSISTORIALIS Clariſsimi,

Cum doctiſsimis Additionibus Rainaldi Corſi Iuriſconſulti excellentiſſimi, feliciter incipiunt.

De reſtitu. ſpolia. & de procura.

SVMMARIVM.

1 Tituli probatio requiritur in reſtitutione, quæ petitur fieri de beneficio, etiam ſi dicatur attentatum, & no ſufficit promoto probare Regis collationem, ſiue præſentationem de illo beneficio ſibi fuiſſe factam. cum plu. nume. ſeq.

2 Item ſi duo inſtrumenta mandati Procuratoris producantur de eadem data in perſonas diuerſorum, mutuo ſe impediunt, vbi non apparet aliquo modo de prioritate alterius. & num. 9.

CONSILIVM PRIMVM.

IN cauſa Eboracen. Attendendum eſt, quod multi, & varij proceſſus facti fuerunt inter Procuratores Dom. Ioan. Boncho, qui fuerunt ſemper mutati ex vna parte, & Magiſtrum Ioan. de Rocha Procuratorem Domini Ioan. de Boncho ex altera. videns Dominus Ber. Roiardi auditor cauſæ omnes illos proceſſus non ſubſiſtere, pronũciauit reiterandum eſſe proceſſum: quia propter diuerſitatem Procuratorum, qui proceſſerant in dicta cauſa, & eam proſequuti fuerant, proceſſus habitus in dicta cauſa erat reiterandus ab actu, quo incepit procedere in dicta cauſa Magiſter Ioan. de Rocha, tanquam ſubſtitutus à Magiſtro G. de Bos. cùm de ſubſtitutione ſua non conſtiterit, nec conſtaret. poſtea interlocutoriam nullius partis appellationem ſuſpenſam Magiſter A. de Cignario ſubſtitutus à Magiſtro A. Sapiti vnò ex principalibus Procuratoribus, vt dicitur domini Ioan. Bons. iterauit petitionem datam prius ſuper reuocatione attentatorum, & articulos, quos iam dudum declarat. ¶ Pro parte verò domini Ioan. de Boncho nulli articuli dati ſunt, nec antiqui repetiti, nec terminus datus ad articulandum. ¶ Modò ex articulis datis per Magiſtrum A. de Cignario in prima cauſa, & repetitis in ſecunda, & poſitionibus datis per eundem petit idem Magiſter A. attentata circa poſſeſsionem, & ſtatum poſſeſsionis domini ſui in ipſius præiudicium poſt quandam diffinitiuam ſententiam latam per Commiſſarios Dom. Archiepiſcopi Eboracen. ante omnia reuocari, & in ſtatu, in quo erant tempore dictæ ſententiæ, & tempore appellationis reduci, & ipſum dominum reſtitui, & reintegrari ante omnia ad poſſeſsionem, & ſtatum dictæ poſſeſsionis, in qua erat tempore dictæ ſententiæ, & dictæ appellationis, & ante. ¶ Modò quæritur, an ex productis hoc fieri deceat, & dicendum videtur, quòd non, pluribus rationibus. & primò, quia dom. B. Roiardi pronunciauit reiterandum eſſe proceſſum, vt ſuprà dictum eſt. Et cùm poſt dictam pronunciationẽ nulli articuli ſint oblati pro parte domini Ioan. de Boncho, nec datus terminus
1 ad articulandum, dari debet de nouo, † quia primo proceſſu per ſententiam circunducto, imò tacitè pronunciato nullo, omnia ex integro agi debent: vt ff. de appel. l. ſi expreſsim. C. de ſen. & interlo. om. iud. l. i. extrà. de elect. c. dudum. 2. & tangit gloſſ. ff. de re
2 iudi. cùm querebatur. ¶ † Secundò, quia ad hoc, vt fiat reſtitutio, ſiue reintegratio, oportet apparere eũ, qui ſe reintegrari petit, poſſediſſe eo tempore, quo ſe ſpoliatum, ſiue quo aliquid contra ſe indebitè attentatum aſſerit: vt ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. interdictum
3 autem hoc. ſed hoc nõ eſt probatũ: ergo, &c. ¶ † Non ob. proceſſus quidam in Anglia habitus per Commiſſarios Epiſcopi Eboracen. quia nõ eſt per partem noſtram productus, ſed per aduerſam, nec recognitus: vnde remanet ſicut ſcriptura priuata, quam conſtat fidem non facere: vt C. de proba. l. inſtrumenta. & extrà de fide inſtru. c. 2. & datò quòd ille proceſſus eſſet recognitus, adhuc quãtum ad poſſeſsionem partis aduerſæ, ſi quando contigit mentionem fieri, ſermo ille ſemper fuit enunciatiuus, qui probationem non facit: vt C. arbit. tute. l. 1. commu. vtriuſque iudi. l. ſcriptura. & extrà de priuile. ſi Papa. lib. 6.
4 ¶ † Tertiò, quia ad hoc, vt in beneficialib. fiat reſtitutio, ſiue reintegratio, oportet eum, qui reintegrationem hniuſmodi petit, aliqualiter probare titulum
a iuſtum, & legitimè poſſeſsionis, *a* cui innititur: quia cùm probare debeat poſſeſsionem (vt dictum eſt ſuprà) & poſſeſsio in beneficialibus non ſit ſine inſtitutione canonica. vt extrà de reg. iur. c. 1. lib. 6. & de inſtit. c. ex frequentibus. & hoc eſt, quod dicit lex quædam: interdicta, quæ de locis ſacris vel religioſis

proponuntur, proprietatis causam continent: vt ff. de interdict. l. 2. §. quædam. Et apparet, quòd necessaria est probatio institutionis canonicæ, quæ non est in quæstione nostra probata, imò contrariũ apparet ex dictis partis aduersæ: Innitur enim pars aduersa collatione regis, & postea declarando dicit, quòd collatio illa vim præsentationis habet. ¶ † Sed constat, quòd simplex præsentatio non dat titulum possidendi: ergò &c. vt extrà de offi. le. c. dilectus. Præterea de collatione regis, quam allegant, non apparet. ¶ Quartò dato, quòd omnia prædicta cessarent, adhuc restitutio, siue reintegratio, quæ petitur, fieri non debet: quia ex positionibus, & eorũ articulis apparet, quòd pars aduersa nunquã titulũ aliquẽ canonicũ habuit. ¶ Dicunt. n. in positionib. de consuetudine Rex Anglię cõfert beneficia vacantia tp̃e, q̃ tẽporalia ecclesiarũ sunt sub sua manu. Postea dicũt, ꝙ Rex Anglię tp̃e, q̃ tẽporalia ecclesiæ Eborac. erant ad manũ suã, contulit hoc beneficiũ, ꝙ asserunt fuisse D. Thomę secundum eos cõsecrati, & cõfirmati in Archiepis. Eborac. per quę apparet, ꝙ dictũ beneficiũ tp̃e collationis Regis nondũ vacauerat, † quia beneficia promotorum non vacant, nisi cum plenam, & pacificã fuerint possessionem adepti archiepiscopatus, ad quos promouerentur. extra de elec. c. cum in cunctis. & eo ti. com missa. lib. 6. & ibi no. per Archidia. & 21. q. 2. si quis iam translatus. ¶ † Non ob. si dicatur, quod nos damus eisdem titulum, quem & pars aduersa dat, videlicet collatione regis: quia nos sumus possessores, & de titulo possessoris quærendum non est: sed solummodo petitoris: vt. ff. de iu. fis. l. extat decretum. C. de pet. hęre. l. cogi. ¶ Vnde & si tam meus titulus, quam suus sit imperfectus, & nullus, debet tamẽ absolui possidens. C. de rei ven. l. res alienas. ff. si vsusfructus, peta. l. vtifrui. & no. per Inn. extra de procu. c. ex infinua tione. ¶ † Nec potest pars aduersa se iuuare ex articulo partis nostræ: quia cùm ipsi contrarium dixerunt dicendo. quod collatio Regis habet vim prę sentationis: nostrum articulum negasse videntur dando eius contrarium: vt ff. de procur. l. Pomponius. §. si is. & de exce. rei iu. l. si inter me. & sic non potest se iuuare ex articulo, quem in effectu renuit & negauit: vt extrà de censi. c. olim. & ibi no. per Inn. *b* ¶ Attendatur etiam quòd A. de Agnano non est substitutus à Magistro A. sapienti viro, qui simul cum quodam alio in vno alio instrumento fuit constitutus Procurator, & de duobus alijs in vno alio instrumento eiusdem tamen datæ, & in aliquo diuersæ tamen formæ constitutis: & sic sunt quatuor Procuratores in duobus instrumentis eiusdem datæ: Sed potuit esse diuersitas in horis. † Vnde dubium est, quod ex illis procuratorijs præcesserit, & per cõsequens quòd eorum alterum reuocauerit: vt ff. de procur. l. si quis cum procuratorio. §. vlti. Et in isto dubio nullus eorum debet admitti. *c* vt ff. de testa. tu. l. duo sunt Titij. & de hær. insti. l. in tempus. §. 1. Sicut dicitur de duobus Testamentis, in quibus sunt diuersi instituti: nec apparet, quòd eorum sit posterius altero: quia ex neutro poterit adiri hæreditas. ff. de acquir. hære. l. cum, qui duobus. in prin. & per illam. l. terminatur quæstio sabbatina tacta. C. de ędi. diui Adri. tol. l. vlti. & ff. de bo. pos. secundum tab. l. 1. §. si in duobus. ¶ † Nec priuilegium restitutorij iudicij, quod *d* est, vt antè omnia restituatur spoliatus, *d* vendicat sibi locum, cùm ex iam productis appareat spoliatum nullum ius habere, & hoc in spiritualibus, ne detur alicui materia peccandi. Secus in prophanis: vt hæc probantur extrà de diuor. & repu. c. significasti. & no. per Innoc. extrà de fil. presbyt. c. constitutus. & pro hoc extrà de resti. spo. c. literas. ibi, & probationes offeruntur, &c. & ff. vt in pos. leg. l. si is, à quo. in prin. & ad exhi. l. 3. §. ibidem. *e* ¶ Quòd autem dictus do. Io. Bonchus nullum ius habeat, apparet, quia nullam institutionem, vel collationem allegat, sed solam præsentationem, vt ex declarationibus eius apparet. Et dato quod collationem veram allegaret, allegat eam factam de beneficio non vacante, vtpote Archiepiscopo nõdum temporalitatem adepto, vt dictum est suprà, imò nec spiritualitatẽ, quod apparet: quia si spiritualitatem habuisset, sibi scripsisset Rex, quòd dictum do. Io. admitteret in canonicum, & in fratrem, & sibi assignaret stallũ in choro, & locum in c. † cùm de iure communi institutio, & destinatio pertineat ad Episcopum ex l. iurisdictionis. vt extrà de offic. ordi. conquerente. quod non fecit, sed scripsit Decano & Capitulo Eboracen. quasi Archiepiscopali vacante. vt de insti. c. etsi capitulum. lib. 6. & de hoc dat articulum pars aduersa. ¶ † Ita etiam apparet eum non habere, nec habuisse ius alia ratione, quia solum actum Regis allegat: qui ius ad canonicatũ dare non potest. 16. q. 7. si quis deinceps. nec ostendit aliquem institutionem, vel confirmationẽ, vel actum aliquem à persona ecclesiastica procedentem: qui necessarius est, vt quis ius habeat in canonicatu, quod est quid spirituale, siue Imperator, siue Rex conferat, vel præsentet: vt no. plenè per Innoc. extrà de elec. quod fuit. † Imò quando possedit, propria autoritate possedisse videtur, & sic magis illicitè detinuisse, quàm possedisse. 16. q. 7. c. placuit. C. de acqui. pos. l. impro. ba. ff. de acquir. pos. l. si ex stipulatu. & extrà de priui. c. pastoralis. & dato quòd collatio, seu præsentatio Regis potuisset ei ius dare, & dederit, tamen illud perdidit, quia tamen collationem, siue præsentationem habuit pro derelicta: quod apparet ex transcursu temporis, quo collatio fuit facta per Regem. 28. sui regni anno, † & sic ex transcursu temporis præsumitur animus habendi pro derelicto: & indicatur etiam quæsiti iuris amissio. vt ff. de acqui. pos. l. peregrè. & l. si de eo. §. si fortè. & ibi no. & sic multiplici ratione apparet, quòd dictus dominus Io. Bonchus nullum ius habet, nec vnquam habuit in dicta præbenda, imò nec possedit, licet fortè posset aliquis dicere eum tenuisse vt prædonem: & sic nullo modo restituendus est, vt ex superioribus patet. † Non ob. id, quod suprà dictum est, beneficia vacare ante adeptam possessionẽ pacificam, vt ait articulus per partem nostram datus, qui incipit: Item, quòd dictam consecrationem, &c. quia verum est, quòd per consecrationem inducitur vacatio, sed non statim consecratione facta: ficut lex dicit: quòd ex placito permutationis nascitur actio: sed non statim, sed demum *f* traditione secuta. *f* C. de re. permu. l. ex placito. & ibi no. † Nec ob. si diceretur, quòd reuocatio attentatorũ aliquid plus priuilegij habeat, quàm simplex iudicium restitutorium: quia hoc non reperitur in iure scriptum: quia sicut de attentatis per diffinitiuam sententiam dicitur, quòd antè omnia debent per appellationis iudicem retractari: sic etiam dicitur de spoliato: vt apparet extrà de appell. c. non solùm. lib. 6. & C. si per vim vel alio modo. l. 1. & sic eodem latino, & eisdem verbis loquuntur iura in vtroque casu. Debent igitur paribus paribus ambulare. sed spoliatus non restituitur, cùm apparet eum ius non habuisse: igitur nec per modum attentati restitutio fiet. ¶ Præterea attendatur. c. non solùm. quod facit differentiam quando appellatur à diffinitiua, & quando ab interlocutoria: quia quando à grauamine non fit reuocatio attentatorum, nisi prius appellationis causam constiterit esse veram: quando verò à diffinitiua, fit reuocatio antè omnia, id est, antequam de re-

de veritate causæ appellationis appareat: non autem dicit reuocationem fieri, cùm iam de falsitate causæ appellationis appareat: & sic sint diuersa disputare de iniustitia appellationis: quo casu fit reuocatio etiam in euidenti potest apparere per acta in iudicio & iustitiam appellantis quo casu non fit reuocatio ar. ff. ne vis fiat ei qui in pos. esse dicetur. l. 1. §. hæc verba. & ff. de carbo. edi. l. 3. §. causæ. & maximè quia appellatio, ex cuius virtute dicit pars aduersa debere fieri reuocationem attentatorum, falsam patenter, & de iure vt impossibilem causam continet. Dicit enim, quòd dudum ex collatione bonæ memoriæ do. Regis Angliæ, &c. & de hoc erat falsum, quia ipsimet dicunt, quòd ad Regē non collatio, sed præsentatio pertinebat, † & impossibile erat de iure, quòd laicus posset titulum in Ecclesia conferre. 16. q. 7. si quis deinceps. & c. laici. & per laicos. extrà de iure patro. c. præterea. & de priuile. cùm & plantare. ibi. Ecclesias vesicie, & figura patentem facti falsitatem, & euidentem iuris impossibilitatem continuerit, effectum appellationis non habet, nec ex virtute eius posset sequi aliqua reuocatio attentatorum. ar. ff. quæ sen. fi. ne appel. rescin. l. 1. §. item contra sacros. ff. de interactio. l. in confessionibus. & extrà de sen. ex. c. venerabilibus. lib. 6. cum multis similibus. Ex prædictis itaque apparet remotis omnibus obiectionibus reuocationem attentatorum, quæ petitur, fieri non debere. ¶ † Sed an is, qui habet possessionem clandestinam, possit contra actorem excipere de iure dominij, dubitatio est: quia iura videntur æquiparare violentam, & clandestinam. Sicut ergo non licet contra violentam excipere de dominio, sic nō habenti clandestinam. ff. quòd vi aut clam. l. 1. §. 1. ad l. Faui. de plagia. l. 1. §. eum qui fugitiuum. sed dom. Dyn. videtur quòd longè improbior sit violētus, quàm clandestinus, g vt ff. de fur. l. si vendidero. §. cùm raptor, & idem clandestinus postea potest excipere de dominio. C. de proba. l. 3. §. eius.

1 ¶ Possessionis. *Adde castrensem in consil. 401. viso processu vnà cum sententia col. fi. in 1. vol.*

b ¶ Per Innocentium. *Adde hîc Spec. de positio. §. octauo loco in 2. col. Bart. in l. non vtique de excep. & in l. 4. colu. 3. de his, quibus vt ind. Alex. post alios in l. 3. C. de repud. hæredi. Bertr. plura accumulantem in Consil. 91. ex propositis. col. 2. Et in consil. 131. Libellus col. 2. vol. 3. Eundem in Consil. 140. certum est. col. 1. nume. 4. vol. 2. Rot. in antiquis decis. 311.*

c ¶ Admitti. *Adde & vide Alexan. in l. si quis antea col. 2. de acquir. poss. allegantem Bald. in l. falsus. C. de fur. & Alciat. Magistrum meum in tractat. Præsump. Reg. 3. Præsum. 43.*

d ¶ Spoliatus. *Adde quod hoc priuilegium duodecim restringitur limitationibus à Soci. in fall. 379.*

e ¶ Ibidem. *Adde Marsilij singulare vndecimum, vbi notat, ceu singularem, hanc distinctionem Oldradi.*

f ¶ Sequuta. *Adde quod author contrariū tenet infrà consil. 199. in prin.*

ADDITIO ANTIQVA.

g ¶ Quam clandestinus. *Adde quod & clandestinitas possessionis est ita priuilegiata sicut sunt alia remedia possessoria. vnde sicut in alijs possessorijs spoliatus ante omnia debet restitui l. si quis à se fundum C. ad l. Iul. de vi. ita in ista possessione clam occupata debet primus possessor ante omnia restitui ad possessionem textus est coniuncta glo. in c. item cùm quis. de resti. spol. & ibi multum not. Ant. de But. Et adde quòd possessio clandestina non est vitium reale, sed personale, nec dicitur vitiosa quæ ad quemcunq; transeat, ita tenet Bar. in l. furtum. §. fundi quoq; ff. de vsuca. Idem tenet d. Ias. in l. clam possidere col. 2. versi. dic melius. ff. de acqui. poss. allegat gl. in l. Pomp. §. cùm quis. ff. eo. & gl. in l. fi. in verbo nec prædonem. C. vnde vi. & gl. in l. vitia. C. e. licet Bart. in d l. fi. C. vnde vi. distinguat, vt ibi per eum, & adde quòd possessio violenta nō releuat possidentem, vt no. Bal. in l. eam quæ C. de libe. causa & Bar. in l. vis eius. C. de proba. Et nunquid clandestinum possessorem possum eijcere propria authoritate, sicut & violentum possessorem vi possum repellere incontinenti vide glo. & ibi Bar. in l. 1. §. interdictum. ff. vti pos. & Pe. de Anch. in ca. cùm venissent de re. spo. Et quid si aliquis à me clam possidet an possum eum ex interuallo eijcere si possideo ciuiliter, vide Bal. in repet. l. 1. col. 8. ver. sed quid. C. vnde vi. Et quæ sint requisita ad hoc vt possessio dicatur clandestina, vide omnino d. Ias. in d. l. clam possidere in 1. not.*

De appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Si appellatur à prouisione, & Episcopus assignat terminum ad prosequendum, est recessum à prouisione c. statuimus, de elec. lib. 6.*

CONSILIVM II.

1 VBI sunt duæ prouisiones circa idem, † quarum vna prius operatur, quam altera, qui potuit vna vti, & nō est vsus, ab vsu alterius est excluſus: vt ff. de le. 1. l. licet, & l. si fundum. §. si paterfa. à filio impubere. Sed hîc est deuolutio per l. 1. & per c. statuimus. li. 6. igitur per omnem locum non habet: quia primam operationē suam statim facit in momento appellationis emissæ, quòd nō facit alia, sic est in mixtione sui, & necessarij, & additione extranei. ff. de leg. 1. si post mortem. §. 1. de ope. leg. l. si optio. & de cond. & demon. l. Iulianus: quia non videntur prodita, nisi in defectum, hoc est vna in
2 defectū alterius. ¶ † Secundò, si cōtra idē remedium, vt circa deuolutionem, & citationē diuersæ leges diuersis temporibus inducantur, quarū prima factum hominis exigit, hoc autem altera nō requirit: secunda prodita prima videtur esse correcta: vt apparet in c. bonæ memoriæ 1. extrà de elec. & C. qui admit. ad bo. pos. l. vl. ff. de suc. edi. l. 1. §. decretalis, & habetur
3 expressè. C. de cur. fur. l. vlt. §. fin autē ex alia. ¶ † Tertiò, cùm duo disparis potestatis ad idem cōcurrunt, minor absoluitur à maiore. ff. de fideius. l. generaliter. de duobus reis. l. si reus, sed hîc ad idem, id est, ad deuolutionis effectū duo concurrunt. scilicet lex deuoluens, & factum hominis, siue præfixio ab homine, sed causa principalis agens potētius operatur, quàm homo, qui est secundarius agens, quia quicquid agit
4 in virtute legis agit, &c. ¶ † Quartò, tunc demū dicī præfixio deuoluit, si causam nō inueniat deuolutam, vt probatur. ff. de procu. l. licèt. §. ea obligatio, & hoc dicit lex. non enim est necesse pro hærede gerere, quī se iam hęredi, &c. vt ff. de hær. inst. l. liber homo. §. Titius, & probatur bene. ff. de ver. ob. l. eum, qui ita. §. qui sibi, & de solu. l. Stichum, aut Pamphilum. §. quæsitum. ¶ Quintò, ex adiectione alterius temporis resultat præsumptio correctionis. vt ff. de præto. stipu. l. pe. & de condi. & demon. l. non ad ea.

De dolo, & contumacia.

SVMMARIVM.

1 *In causa electionis post peremptorium edictum veniens, & volens se opponere non auditur. cum plu. num. seq.*

10 *Quæ sit differentia inter peremptorium, & edictum. & num. 12.*

CONSILIVM III.

CVM causa electionis concordiæ Ecclesiæ Eboracen. de do. Io. Musca sit in curia per viam remissionis factæ per do. Archiepiscopum Rothomagen. & dominus noster causam cõmiserit in eo statu, in quo erat, cùm intrauit curiam Romanã, & tunc corã reuerendo Patre d. G. de Madageto Episcopo Prænestino Cardinali, cui dicta causa est cõmissa, cõpareat quidã Io. dictus Cęson se confirmationi electionis prædictæ opponẽs, & dicens se sacerdotẽ parochialẽ in dicœcesi Eboracen. & in contrarium dicatur pro parte electi eũ non debere ad se opponendũ, vel contradicendũ admitti, pro eo, ꝙ inter tẽs peremptorij edicti interpositi per dñm Archiepiscopũ Rothomagen. nihil debitè vel legitimè opposuit. Et in quæstione, vtrũ lapsus illius edicti peremptorij sic eũ excludat, ꝙ nullo modo admitti debeat, & dicendũ est, quòd omnino debet excludi, quod sic
1 primo probatur. † Cõstat hõi oppositores vicẽ habere accusatorũ, vt in auth. qũo oporteat Epis. & reli. cleri. ad ordines deduci. §. si qs aũt talis, & de sanct. Epis. §. si quis aũt ad ordinationẽ, sed in accusatorib. sic est, quòd si alicui certũ tẽpus ad accusandũ præfigatur ꝑ iudicẽ, post tempus illud nõ poterit accusare, vt ff. de
2 accu. l. cũ Titia. ergo sic est in ꝓposito. ¶ † Secundò sic sicut q̃ post inchoatã accusationẽ destitit, nõ auditur ad repetendũ reũ. ff. ad turpil. l. qui destitit, & l. in Senatus. §. si propter mortẽ. in fi. & C. ad turpil. l. quãuis, sic & qui à principio negat se accusare velle videtur. ff. de adul. l. si maritus. §. si negauerit, sed omnis ille, qui non venit ad accusandũ intra tẽpus præfixũ à iudice, videtur expressè negare se accusare velle: vt C. qui accu. nõ pos. l. si ea. & no. ff. de neg. gest. l. si ego. ergo postea veniens nõ auditur, & ꝓbatur ista rõ ꝑ tex.
3 iuris. ff. ad turpi. l. ab accusatore. §. destitisse. ¶ † Tertiò oppositiones hmõi statũ hominis contingunt, & famã sigillãt, quia notatũ relinquunt, vt extrà de ele. c. super eo. Sed in talibus accusationibus, quę statum hominis respiciunt, lapsus tẽporis à iudice præfixi omnibus viã claudit, vt amplius nõ audiri debeant: vt C. de ingen. & manu. l. diffamari. Imò certè nõ solum in huiusmodi oppositionib. quæ genus illaudabilis intentionis assumunt: vt 2. q. 7. si quis Episcopus, sed ẽt in accusationibus, per quas quis, ꝑsequitur ius suũ, lapsus tẽporis à iudice prefixi, quẽ excludit à potestate agendi. vt ff. de leg. 2. l. si tamẽ quibusdã. vbi no. de bo. auto. iud. pos. l. 4. & de hær. instit. l. si quis instituatur. Dubiũ ergo videri nõ debet, ipsum totaliter excludendũ: vt ff. de leg. 2. l. si tamẽ quibusdã, & ibi no. & de bo. author. iud. pos. l. 4. & de hære. instit. l. si quis
4 ita instituatur. ¶ † Quartò, qui intra tẽpus præfixum non venit, edictum, siue decretũ propositũ contẽnere videtur: vt ff. de col. bo. l. nõnunquã. Pœna autem non parentis decreto prætoris est, vt prætor ei iurisdictionem suam deneget: vt ff. ex quib. cau. ma. l. & si per prætorem. §. sed & si dudum decreto, & ibi ista opinio terminatur in gl. ordi. quæ incipit: Vt quia sta-
5 tuit tẽpus, &c. ¶ † Quintò attendendũ est, quòd c. fi. extrà de elec. li. 6. dicit assignari peremptoriũ competens, ex cuius vocabuli, ꝓprietate apparet, quod post illum terminũ aliquis audiri non debet. scribitur enim tex. legis, quòd peremptorium inde hoc nomen sumpsit, quòd perimit disceptationem, hoc est, vltra non patitur, aduersarium tergiuersari: vt ff. de iudi. l. & tertium. vbi hæc verba ponuntur in text. & nisi opponendi viam perimeret, frustra peremptorium diceretur, cùm nihil perimeret: contra legem C. de veter. l. 1. lib. 12. & ff. de verb. sig. l. tugurij, & ibi no. tatur. & nisi hoc operaretur verè, illud peremptorium de nullo seruiret, imò & careret omni efficacia, & effectu: cõtra iura. ff. ad munici. l. 1. & frustra membranas occuparent 19. dist. si Romanorum, & nónne Doctores tenent, quòd post peremptorium datum in causa non auditur quis ad opponendum crimina? vtique quia post peremptorium nemo auditur, nisi de æquitate, quæ alias suaderet restitutionem indulgeri. vt extrà de in integrũ restit. c. coram. Sed ad crimina, seu obiectus criminum non datur restitutio, vt ff. de mino. l. auxilium, & no. per Comp. extrà de
6 elec. c. quod sicut. ¶ † Ex prædictis itaque manifestè apparet dictum oppositorem nullatenus admittendum. Restat igitur, vt ad obiecta respondeatur, & primò ad l. mancipiorum. ff. de opt. l. Et ad id quod no. extra qui ma. accu. pos. cap. cùm in tua, & primò lex mancipiorum ad propositum non accedit, quia ibi post terminum legatarius veniebat ad suum, vel sibi debitum, hîc autem opponens non rem familiarem prosequitur: sed ad alterius duntaxat repulsionem intendit: & hæc paria non sunt. vt ff. de sepulchris violatis. in fin. etiam colligitur benè hoc ex coniunctione legum. ff. de iniur. l. quòd Senatus, & l. prætor. §. 1. & C. quando ci. ac præ. crimi. l.
7 & vtrobiq; notatur. ¶ † Secundò, quòd no. in c. cùm in tua, non tangit propositum: quia illud locum habet in matrimonio carnali, quo casu etiam diffinitiua sententia nunquam transit in rem iudicatam: vt extra de re iudi. c. lator, & c. consanguinei, quòd secus esset in matrimonio spirituali, vt not. Innoc. extrà de do. & contu. cùm olim. præterea alia responsio est communis tàm ad l. mancipiorum, quàm ad no. in c. cùm in tua, quia necibi in illis duobus iuribus fuit peremptorium edictum, sed in cap. cùm in tua, fuit simplex bannum: & in l. mancipiorum fuit simplex terminus. vnde ad propositũ non accedunt,
8 ¶ † Ad id, quod dicitur, quòd iura pro parte domini electi allegata locum habent in termino certæ personæ assignato, non autem in edicto generaliter proposito? Respondetur: imò certè & in causa generali locum habent sine programmate taliter proposito, vt C. de remis. pigno. l. si eo tempore, & C. si minor ab hæred. se abstì. authe. si des. & expressè ff. vbi pupil. educari debeat. l. vlt. & ff. ex qui. cau. maio. l. ergo, in princ. & ex qui. cau. in pos. eatur. l. hoc autem,
9 §. 1. & ibi not. ¶ † Ad id autem, quod dicitur, quòd illud edictum fuit comminatio, & non sententia: respondetur, quòd edictum duo habuit, scilicet tempus peremptorij præfixionem, & futuram processus comminationẽ, sicut est de natura peremptoriæ cuiuslibet: vt ff. de peremptorio iudic. l. in peremptorio. Licèt ergo comminatio illa non habeat vim sententiæ, vt C. comminationes, vel epistolas, in rubro, & in nigro, cùm ipsum peremptorium manet, & virtus eius, & nullatenus vacuatur: vt expressè probatur extrà de dolo, & contumacia, c. cùm dilecti, vbi citatus peremptoriè ad dominicam, qua cantatur, Ego sum pastor bonus, cum commination e, quòd abinde procederetur in negocio, quantum de iure esset, post terminũ diutius expectans tandem ex vi peremptorij pronunciatus fuit contumax. ¶ † Ad id, quod di-
10 citur, quòd differentia est inter terminũ, & edictum. Respondetur: quòd edictum non minus ligat, quàm terminus, vt in authen. de litis contestat. §. omnem, vnde sumpta est. vt in authent. qui semel, & extrà de dolo & contu. c. venerabilis, & in extrauag. Bonifacij VIII. rem non nouam. ¶ † Ad id, quod dicitur vl-
11 timò, quòd dominus Archiepiscopus videtur peremptorium reuocasse per ea verba, quæ protulit, dum Commissarijs quibusdam commisit, vt die, & hora præfi-

prædicti peremptorij præfixis ad locum in edicto cõprehensum accederent, & tam dictum electum, & electores, & dictum Ioa. Cæson, ac quoscunque alios, qui vellent facere, dicere, aut proponere super facto electionis prædictæ, audirent, & fideliter sub publica manu referrent, vt deliberare plenius posit, quid, & quod super præmissis, & eandem tangentib. fit agendum? Respondetur: quòd ista verba non inducunt modum reuocandi, sed magis exequẽdi, vt cum ipse personaliter interesse nõ poterit, posset alij, quod incumbebat fieri in termino, expediendũ committere, tendendũ, quòd edictum peremptoriũ duo habet in se. vnum respectu inferioris, vt præcludat, ne per laxitudinem temporis euagetur, vt dictum est supra. Aliud respectu superioris, vt ad deliberationem, & negocij expeditionem per proposita, vel non proposita intra tempus viam aperiat. Si ergo Archiepiscopus, vt deliberaret plenius, &c. expressit, quod inerant, & sic effectum rei, siue edicti in aliquo non mutauit: iuxta legem dicentem: sæpenumero tantum: quasi dicat casualiter est hoc, quòd mutatur rei effectus. Si vero expresserit testator, quod si non fecisset, inesset tamen, vt ff. de condi. & demon. l. si in diẽ. §. vlt. ff. quã. di. le. ce. l. si dies. §. fin. & l. si Titio. §. vlt. de leg. 1. l. 3. Ex prædictis itaq; patet, quod repulso obiectore prędicto debet per officium ad dictę electionis examinationẽ, & confirmationem procedi, & sic sententiatum fuit per dominum G. de Mandageto Cardi. Pręnestinum, & confirmatum per dominum L. Frodoli Cardi. Tusculanum. Vltimò per totum collegium Cardinalium tempore Io. papæ 22. anno primo *a*.

a

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Anno primo. *Adde vide Io. And. in addi. ad Spec. §. viso in prima additione longa.*

De foro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Laicus, qui post delictum factus est clericus, non debet per secularem iudicem coerceri. & num. 2.*

CONSILIVM IIII.

a 1 QVOD laicus delinquens, *a* & post† delictum factus clericus nõ debet per iudicem secularem coerceri, probatur sic: quia superueniens priuilegium quẽ exigit à priori onere, quod incumbebat. ff. de excu. tu. l. spadone. §. si autem quis tutor. & l. iureperitos. in princ. Item etiam sacerdotium superueniens tollit munus publicum iam iniunctum, vt expressè habetur. ff. de ns. & excu. mu. l. prætor. circa princip. ibi, vel si qui sacerdotium nacti sunt. Et soluit compromissum iam factum. vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. sacerdotio. Et hoc manifestè apparet in pagano, qui deliquit existens paganus. & iam accusatus de crimine factus est miles, quia de crimine non agetur sub primo iudice, sed sub secundo: vt ff. de re mil. l. qui cum vno. §. reus, & videtur esse casus. ff. de accu. l. hos accusare, in prin. & §. 1. Et accedit, quod superueniens dignitas soluit vinculum obligationis prędecedentis etiam voluntariæ contractæ. vt ff. de ope. li. l. interdum. Ad contraria verò, sicut sunt. ff. de iurisd. om. iudi. l. cum quædam puella, & de iudi. l. si quis post ea. & extra de foro competen. c. proposuisti. Respondetur: quòd ibi non mutatur forus, sed adijcitur. inter quæ est differentia. vt ff. de senat. l. senatores. & de exerci. acti. l. si cura. §. item si seruus. Prætereà in illis tribus iuribus non mutatur

2 † Circa quod est attendendũ, quòd edictum peremptoriũ duo habet in se. vnum respectu inferioris, vt præcludat, ne per laxitudinem temporis euagetur, vt dictum est supra. Aliud respectu superioris, vt ad deliberationem, & negocij expeditionem per proposita, vel non proposita intra tempus viam aperiat. Si ergo Archiepiscopus, vt deliberaret plenius, &c. expressit, quod inerant, & sic effectum rei, siue edicti in aliquo non mutauit: iuxta legem dicentem: sæpenumero tantum: quasi dicat casualiter est hoc, quòd mutatur rei effectus. Si vero expresserit testator, quod si non fecisset, inesset tamen, vt ff. de condi. & demon. l. si in diẽ. §. vlt. ff. quã. di. le. ce. l. si dies. §. fin. & l. si Titio. §. vlt. de leg. 1. l. 3. Ex prædictis itaq; patet, quod repulso obiectore prędicto debet per officium ad dictę electionis examinationẽ, & confirmationem procedi, & sic sententiatum fuit per dominum G. de Mandageto Cardi. Pręnestinum, & confirmatum per dominum L. Frodoli Cardi. Tusculanum. Vltimò per totum collegium Cardinalium tempore Io. papæ 22. anno primo *a*.

stat us, sed adijcitur forus, hic verò mutatur forus, & stat us, & 4. dist. c. 1. ibi nequaquam studens seculum fugere, seu mutare, &c. & probatur hæc opin. quod confugiens ad ecclesiam etiam pro crimine non inde abstrahitur, nec contra eum medio tempore criminaliter proceditur, nisi in quibusdam criminibus propter eorum enormitatem: vt colligitur. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. l. præsenti, & Auth. de man. prin. §. sed neque hoc. §. neque autem homicidijs. col. 3. ergo multo fortius hoc priuilegium dabitur ei, qui

2 incorporat se collegio ecclesiastico. ¶ † Qui autẽ contra istam opi. aliquando scripserunt, dixerunt, quòd si constaret eum factum clericum in fraudem, hoc pri

b uilegium non haberet locum. *b* De fraude autem dicunt non debere præsumi, nisi iam esset accusatus, vel in crimine deprehensus èo tempore, quo fit clericus per l. ff. de bonis eorum qui mor. sibi consciue. l. vlti. quorum neutrum fuit in casu nostro: & sic cessat eorum opinio, & primæ rationes concludunt. Et sic sententiatum fuit per senescalum prouinciæ in curia Aquensi. de hoc Io. And. de obli. ad ratio. c. 1. & vide quod no. per Spec. in tit. de reo. ver. sed quid si pendente, & versic. seq.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Delinquens. *Adde quòd Materia huius 4. con. tractatur in l. pen. ff. de iurisd. omnium iud. Bart. in l. 1. de pœnis. Et in tract. de iurisd. col. 2. quibus locis omnibus concluditur cum Oldr. Idem Bar. in l. fi. si ex nox. causa agatur. in vtraque lectura. Et quid de illo, qui post contractum factus est clericus. vide Alexand. in l. nemo potest. in fi. de leg. 1. eundem Alex. circa materiam consi. in l. si seruum. nu. 3. si ex nox. causa agatur. Bart. in l. nemo potest. col. pe. de le. 1. & in l. Idem Vlpianus. §. 1. de excu. tu. Adde in terminis Old. Io. de Imo. cons. 118. in casu præmisso communis opinio. Alexand. consi. 210. in 2. part. & 58. in 4. Doct. in c. cum non ab homine. de iudic. Ancha. in c. Ea. quæ. in 13. q. num. 19. de reg. iur. in 6.*

ADDITIO ANTIQVA.

b ¶ Non haberet locum. *Adde Bald. per illum tex. in l. si quis decurio. C. de fal. vbi dicit quod clericatus superueniens post delictum commissum non prosit ad aliquid nec ad torturã. & adde quod clericatus assumptus in fraudem obligationis iam contractæ non prodest, sed perinde est ac si non esset clericus et hoc maxime est verum in clericatu assumpto clandestine, vt no. Bald. in l. officiales. C. de sacrosan. eccles. * & Adde, quòd fraus nõ præsumitur in eo, qui religionem vouerat ante delictum perpetratum, & de hoc standum est iuramento illius. Bal. in l. 1. C. An seruus ex suo fac. Pet. Gher. in sing. 52.*

De donationibus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio simplex dicitur non ob causam, licet quis dicat se donare propter recepta seruitia, si non specificet.*

CONSILIVM V.

a ITIVS dedit duobus cõiugibus *a* matrimonialiter iunctis omnia bona sua retento sibi vsufructu, dicens sic. Ratione matrimonij contracti inter vos, considerans q;, & attendens, quod vos coniuges multa grata seruitia mihi fecistis, & de die in diem mihi impenditis, volens remunerare saltem in parte ex certa scientia, spontanea voluntate, ac libera, proprio iure libere donaui, dedi, & tradidi purè, & liberè, & simpliciter inter viuos, ac irreuoca-

reuocabiliter talia bona &c. postmodum dicit, nec ipsam donationem ingratitudinis causa, vel alia qualibet reuocare volo, & renuncians super hoc ex certa scientia iuribus dicentibus, quod donatio poterit re-
1 uocari propter ingratitudinem, &c. ¶ † Nunc quæritur, an inspectis verbis positis in principio dicatur donatio ob causam? an inspectis positis postea debeat censeri donatio simplex? & videtur, quòd censeri debeat donatio simplex propter verba inferiora: etiam videtur, quòd censeri debeat donatio ante nup. vt ff. de dona. ante nup. l. vl. ibi: quia quasi antipherna pos sunt intelligi, & non simplex donatio, &c. & ff. de do. l. 1. & ibi no. Non ob. in princ. donationis apposita. s. matrimonij, &c. quia quandocunq; apponitur causa talis, videtur in dubio impulsiua: vt ff. de condi. & demon. l. Titio. in prin. & de do. inter vi. & vxo. l. sed & si mors in fi. C. de iure do. l. si mulier. & ibi no. & no. ff. de do. l. 2. in fi. & l. 3. Non ob. l. ff. de do. l. Aquilius. quia ibi descendit ad speciem recepti seruitij, quòd remunerare voluit: hic autem stetit in verbis generalibus, & nudo sermone effusis, quæ videntur magis posita ad colorem: arg. ff. de dolo. l. quod venditor: & eorum, quæ ibi no. & de ædi. edic. l. si quis venditor. & l. sciendum. in princ.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Coniugibus. *In proposito huius consil. vide Alexand. in l. si donatione. col. 3. C. de colla. Soci. in consi. 295. quod incipit. in causa contra filios, & hæredes Petri. col. 2. ver. Circa secundam difficultatem. Quo in loco Soci. sequitur opi. Oldr. hic. At contrarium Dec. tenet propter multa iura, & rationes in cons. 20. vol. 1. Bal. tamen in l. illud. in 4. q. C. de sacrosan. eccl. tenet & ipse cum Old. sequitur Ias. in consi. 227. col. 9. vol. 2.*

De foro competenti.

SVMMARIVM.

1 Causarum criminalium si duo cognitionem habent, et vnus solus executionem, potest erigere furcas.

CONSILIVM VI.

QVÆSTIO est talis: Duo sunt homines habentes in vno loco cognitionem criminalium causarum, vnus ex eis solus habet executionem, qui habet executionem in dicto loco, vult erigere furcas: alter contradicit: quæritur, an ille, qui habet executionem, inuito alio possit? Et dicendum est, quòd sic: quia in omni contradictione est ratio contradictionis attendenda: vt C. de edict. diui Adri. tollen. l. vlti. ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. 1. ibi tantum iuris, &c. ¶ Secunda ratio est: quia ei competit signum, cui & res signata: vt ff. ad l. Cornel. de Fal. eos. §. qui se. & de iure aureorum annul. per totũ. & C. de athletis. l. 1. lib. 10. sed vni competit executio, ergo & ei competit signum, quod in furcarum defixione habetur, ar. C. de off. præfec. præto. Africæ. l. in nomine domini. ibi sicut ex clausuris, & burgio, &c. ¶ Tertiò videtur hęc opinio confirmari per l. ff. de vsu & habi. l. furca. §. si dominus. Et si dubitet alter, ne etiam circa cognitionem sibi in posterũ præiudicium paretur, fiat cum protestatione, quam lex ponit. ff. de exhi. libe. à parẽ. l. 3. §. pe. ibi: vt sine diminutione, &c. & de aqua quoti. & æsti. l. pe. ibi sine præiudicio obtinendæ seruitutis, &c. de testa. tute. l. idem fiet: ibi sine vllo litis præiudicio, &c. adde quæ no. infra in 58. quæstio.

De pœnis.

SVMMARIVM.

1 Iudex ratione delicti commissi in personam suam aliquid exigens tenetur ad restitutionem.

CONSILIVM VII.

QVÆDAM maledicta mulier de ciuitate Aptanensi fecit facturas in persona domini temporalis illius ciuitatis: dominus fecit eam capi, & incarcerari & cognouit de crimine, & fecit sibi promitti per sacramentum, quòd tantum solueret, & extorsit ab ea, dominus mortuus est dimissis executoribus ad restituendum maleficta sua. Modò quæritur, an illud extortum ficà mu-
1 liere supradicta per dictum dominum debeat per dictos executores restitui? ¶ † Pro veritate quæstionis habenda: est attendendum, quod quilibet magistratus, siue iurisdictionem habens, potest aliquid dupliciter facere: quia aliquando facit, vt priuatus, & aliquando facit, vt vtens officio suo, seu iurisdictione: vt ff. de iureiur. l. nec magistratibus, extra de elec. c. cum inter vniuersas. & c. quod sicut §. præterea. & no. ff. de re. iur. non videntur data. §. qui iussu. Sic etiam iniuria, quæ infertur ei, aliquando infertur, vt in priuata, & hoc casu de iniuria cognoscere non potest, nec pœnam imponere. vt ff. de iuri. om. iudic. l. qui iurisdictioni. ff. de iniur. l. lex Cornelia. & ff. de off. præs. l. senatus. Sed hoc casu debet penes superiorem querelam supponere, vt expresse habetur in Aut. de defensori. ciuitatum: si verò egerunt. Aliquando, nec vt in magistratum iurisdictionem exercentem. hoc autem casu potest vendicare iniuriam, quasi dignitatem illatam: ar. ff. de postu. l. 1. in prin. & ff. de iur. om. iud. l. si familia. circa prin. 2. q. 7. c. si quis ab episcopo. 45. di. & qui emendat. & extra de pœ. c. Romana. lib. 6. & ibi no. per Arch. 2. q. 7. c. si quis erga, & ibi no. per Io. & no. per Inn. extra de pœnis. c. dilectus. ¶ Cum igitur delictum, de quo quæritur, non cesserit in damnationem iurisdictionis domini supradicti: sed magis commissum fuerit in eum, vt in priuatum, apparet, quod de hoc ipse cognoscere non potuit, & incarceratio illicita fuit, quia non fuit facta iure licito, & per magistratũ licitè agentem, vt ff. quod me. causa. l. 3. † Et ideò omnis promissio ob eam causam ex-
2 torta nullius fuit momenti. vt ff. quod me. causa. l. qui in carcerem, & cum non tenuerit obligatio principalis, non tenuit accessoria, vt C. de vsu. l. eos. circa princ. & ff. de re. iu. cum principalis. † Nec sacramentum est obligatorium, quando saltem superioris authoritate possit per dispensationem veniri contra ipsum sacramentum, vt extra quod me. causa. c. ad audires, & c. ad audientiam, & c. cum dilectus, cum fim. Ex quibus manifestè apparet, quod tale extortum malè ablatum est, & restitui debet per executores datos ad restituendum malè ablata.

De verborum signifi. vel de testam.

SVMMARIVM.

1 Verba generalia, vel vniuersalia testatoris quomodo debeant restringi, vel intelligi per præcedentia, vel sequentia, & nu. 3.

CONSILIVM VIII.

QVIDAM paterfa. fecit testamentum, & inter cętera hęc verba inseruit, Item debita, clamores. & legata mea, & patris, & matris, & vxoris meorum quondam patruorum, auunculorum, & fratrum meorum volo, & præcipio reddi, & solui per di-

per dictos. B. & C. filios meos prædictos: videlicet ꝙ
dictus. C. prępositus Briuaten. soluat, & soluere tene-
atur omnia debita quibuscunque creditoribus Aui-
cen. & villarum Briuaten. & Cassedei, & spiritualiter
summam pecuniæ, quæ soluenda restat domino de
Rupebaroni sibi promissam in dote cum addita filia
mea modo, & forma quibus supra, nec nō omnia alia
debita, & clamores, & legata mea, & dictorum paren-
tum meorum, quibuscunq; creditoribus, quæ debeo,
& teneor ex quacunq; causa, soluat, & soluere tenea-
tur. Modo quæritur an dictus. C. præpositus Briuatē.
teneatur ad omnia debita, clamores, & legata, an ad
ea duntaxat, quæ debentur in locis superius nomina
1 tis. ¶ † Et videtur dicendū, quòd teneatur ad ea dun-
taxat, quæ debētur in locis superius nominatis: quia
generalitas, & vniuersitas sermonis postremo loco
prolati declarationem, limitationem, & specificatio-
nem recipit ex specie præcedenti, nec vltra ipsam am
plius euagatur, vt C. fa. erc. l. quoties, & ff. de leg. 2. l.
a le. l. vlt. §. vltim. *a* ¶ † Secundò hoc idem probatur fic.
2 præcedentia non minus minuunt, & declarant signi-
b dentium, *b* vt. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. vlt. &
no. ff. de ver. sig. l. si cum tibi fundū, sed vltima clau-
sula certi loci adiectionem habens minuit vim, & ef-
fectum generalis legati præcedentis, & arctat ad lo-
cum specialiter comprehensum: vt ff. de pen. leg. l.
c nam quod. §. vlt. ergo &c. *c* † Tertiò attendenda est in
3 hoc testamento generalitas. Vna est, seu esse potest ge
neralitas locorum. Alia est, seu esse potest generalitas
creditorum. Sic autem est, quòd generalitas vnum re
spiciens nil amplius de eo, quàm alterum respicit, sic-
ut nec legitimatio legitimaret: vt colligitur, si subti-
liter attendatur. ff. de ali. & cib. le. l. Alio. in fi. vbi illa
verba, quæ viua præstabam, &c. eò quod alimenta re-
spicit, in alimentorum pręstatione taxationem indu-
cunt, numerum verò legatorum nequaquam restrin
gunt, sic in proposito, cum facta sit specificatio quo-
rundam locorum, clausula generalis, in qua dicitur
omnia debita alia, &c. cum non sit designatiua loco-
rum, sed substantię, loca ipsa non ampliat, sed substan
tiam creditorum, & legatariorum intrà loca enume-
rata. & hoc probatur expresse. ff. de le. 3. l. quæsitum.
§. 1. iunctis secundo, & vltim. resp. eiusdem. §. cum
gloss. ibi signata, vbi videtur ista quæstio terminata.
4 ¶ † Quartò verba illa omnia debita, quibuscunq; cre-
ditorib. Auicen. & villarum Briuatæ, & Cassedei, &c.
quantum ad loca, enumerationem indiuiduorum in
ducunt. Sed hęc est regula, quòd enumeratis quibus-
dam indiuiduis, si subijciatur clausula generalis, non
ampliatur indiuiduorum enumeratio, imò stat in su-
is iuribus, sicut prius. Sicut dicitur de eo, qui legauit
duas statuas marmoreas, & omne marmor: quia per
d adiectionem omnis marmoris de statuis marmoreis
non venient, nisi duæ: *d* vt ff. de le. 3. l. hæres meus. §.
1. de aur. & arg. le. l. 1. §. item si duæ. sic ergo in propo-
sito, cum loca sint per modum indiuiduorum enu-
merata, non fit locorum ampliatio per aliquem gene
ralem sermonem postea subiectum: sed magis genus
ipsum ad indiuidua limitatur: vt ff. de fun. instru. &
5 instr. leg. l. cum de lanionis. §. cum eundem. & no. e.
tit. l. quæsitum. §. si quis ita fundum. ¶ † Quintò, &
vltimò hoc idem suadet duplex notabilis coniectura,
quę in testamentis attenditur: vt ff. de le. 2. l. cum pro
ponebatur. Prima est, quod cū in parte huius clausulę
iusserit debita, & clamores, & legata solui per vtrunq;
filiorum, & in vltima generalis prioris commemora-
tionem non fecerit, nō videtur à prima, quasi se cor-
rigens, recessisse: vt ff. de condi. & dem. l. non ad ea,
sed in his duntaxat locis, quę nominauit expresse. ar.
ff. de adimē. & transfe. le. l. alumnę. §. qui filias. Secun
da est captio, quæ insurgeret ex contrario intellectu
quia legatum dicto C. relictum loco legitimæ insti-
tutiōis totaliter euacuaretur, & exinaniretur. Et hāc
captiosam interpretationem in dubijs testatoris vo-
luntatibus iura refugiunt: vt ff. de aur. & arg. le. l. si
vxori mundus, in prin. de fun. instru. & instru. leg. l.
quæsitum. §. sed si ipse Papinianus, & de le. 1. si res ob-
ligata. ibi. vel potest esse aliquid, &c. ¶ Ex prædictis
ita; videretur probabiliter posse concludi dictum
C. ad ea duntaxat teneri, quæ in connumeratis spe-
e cialiter locis sunt debita, vel relicta. *e*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ §. vlti. *Adde & vide ibi Bar. & Alexand. in consi. 245. vol. 6.*

b ¶ Præcedentium. *Adde quòd dicit tamen Iason, quòd clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quam è conuerso. Vide eum in consil. 6. col. 5. in fi. & 6. in prin. vol. 3. post Bar. in l. quisquis. de leg. 3. & post aliorum authoritates, quæ allegantur in d. consi. Et quomodo vna clausula declaret aliam, vide accumulata per eundem Ias. in consi. 5. col. 3. in fi. d. vol. 3. vide Imo. in consi. 143.*

c ¶ Ergo, &c. *Adde quæ posuit Decius huius consilij memor in consi. 92. vol. 1.*

d ¶ Nisi duæ. *Adde & iunge infra consil. 297. circa medium.*

e ¶ Vel relicta. *Adde & vide quoq; Bertr. consi. 77. vol. 2.*

De electione.

SVMMARIVM.

1 Electus, qui distat à curia per 30. dietas, ante confirmationem administrans ad instantiam cap. & pro necessitate ecclesiæ non cadit à iure suo.

CONSILIVM IX.

POSITO sine præiudicio, quod dominus Bracarē. concorditer electus (quæ ecclesia est sedi apostolicæ immediatè subiectá, & à curia Romana distat per 30. dietas, & plus) ad magnam instantiam sui capituli, & propter ecclesiæ necessitatem vrgentem non dum obtenta confirmatione à sede apostolica administrauerit, seu administrationi bonorum Ecclesię se immiscuerit: à iure tamen suo non cecidit: & probatur rationibus infra-
1 scriptis. ¶ † Primò: quia decretalis, nihil est. extrà de elect. permittit valdè remotis prælatis in concordia electis, & immediatè apostolicæ sedi subiectis administrare propter vtilitates, & necessitates ecclesiarū: & sic duæ causæ ibi redduntur. s. longa distantia, propter quam multa in talibus statuuntur, vt 63. dis. ca. cum longè. extra de dolo, & contu. capi. cum olim. circa fi. de in integ. restit. cap. ex literis, circa finem.
2 ¶ † Alia causa est vtilitas ecclesiarū, vel necessitas, propter quam multa statuuntur, & sine præiudicio permittuntur. extra de elec. cap. ne pro defectu l. di. c. postquam. extrà de elec. c. quam sit. li. 6. ar. C. de adm. tut. l. lex, quæ. & ff. eod. tit. l. tutor. vtraq; autem ratio hoc casu vendicat sibi locum: quare & ipsa constitutio locum habet. Nec diuersitatis ratio reddi potest. Ergo necesse est, vt idem ius seruetur in ea: sicut arguit lex, quod hæres, qui soluit legata, non potest falcidiam detrahere postea: quia voluntatem defuncti approbasse videtur. Quid ergo si promisit vnū? aliud videbatur: tamen, quia eadem est ratio. s. approbatio voluntatis, idem ius esse debet. C. ad l. Fal. l. fi. ff. de ver. ob.

ver. ob. l. à Titio. & extrà de transl. c. inter corporalia. §. 1. ff. de iniusto, rup. & irri. testa. l. 3. §. 1. Item cum iura dicant mentem, & sensum, non verba spectari: & ideò verba legis possunt offendi eius sententia, & mẽ teretenta: † Attendenda est mens, & ratio, quæ mo-
3 uit legislatorem, vt ibi sit locus legi, vbi est locus ra-
2 tioni *a* mouenti conditorẽ legis: & ea deficiente lex cesset. vt ff. qui pe. tu. l. credendum. 2, respons. & sic iurisperiti legum vertices scribunt. ff. de exc. tu. l. scire. §. erit igitur. ff. de iure pa. l. adigere. §. quamuis, & de cond. & dem. l. pater, & l. in conditionibus, & de re mil. l. milites agrum. in prin. Hic autem locum habet mens, & voluntas debet attendi magis, quam legis verba: vt in Auth. de nup. §. disponat. & in prædictis iuribus allega. ¶ Concludendum est ergò, quod in hoc casu omnia concurrunt similia, & locum hẽt decre. nihil est. Nec ob. quòd ea non loqui videtur, qñ curia est in vrbe: quia tex. hoc non dicit, & si diceret exempli causa positum esset: & ideò idem esset dicendum, vbi eadem ratio locum haberet. ff de vi, & vi ar. l. 1. §. vulgò, quia illa non fuit causa, quòd essent vltra montes, sed ecclesiarum vtilitas, & remotio, vt dictum est. Semper enim verba legis trahuntur ad mentem, & rationem legis: nõ econtra: sic verba testatoris ad mentẽ eius trahuntur. vt. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulcissimis, & de condi. & demon. l. in testamẽto, & l. illius. ff. de le. l. scire. † Præterea aut sequemur
4 corium literę, aut eius rationem. Si corium literæ attendamus, recipiamus, quòd verbum sonat. ff. qui & à qui. manu. lib. non fi. l. prospexit, & iudi. sol. l. iudicatum. Istud priuilegium conceditur omnibus vltra Iraliam constitutis, de quib. est iste. Cum tunc papa esset in vrbe, quando dictam condidit decretalem in concilio Lateranen. ergo locum habet in isto. Nec est distinguendũ, vbi sit papa, postquam ipse non distinxit. Sciebat enim vel scire poterat papam posse cum sua curia citra montes morari: cum multi prædecessorum suorũ ibi morati fuissent, conciliaq; fecissent. Vnde cum in casu illo, si voluisset decretalem seruari, hoc adijcere potuisset, & hoc non fecit, standum est textui literali, vt C. de cad. tollen. l. 1. §. si verò. extra de elec. c. ad audientiam. ff. de le. præstan. contra tab. bo. pos. pet. l. 1. §. generaliter. 19. di. c. si Romanorum, extra de transl. inter corporalia. Non debet ergo à litera recedi. ff. de leg. 3. non aliter. præsertim in casu, vbi eadem ratio, scilicet longa distantia locum habet. Aut stabimus menti, & rationi decre. quæ tunc multo fortius locum habet, vt superius est probatum, alioquin tollentur, quę in parib. casibus paria iura desiderant: vt ff. de fun. instr. & instr. le. l. si ita. §. mulier. & in lib. feudorum de pace tenenda. l. hac edictali. §. fin. Item proponit dictus dominus electus, quòd in toto regno Portugaliæ, in quo est dicta Ecclesia, est, & fuit cõsuetudo, & obseruantia ibidem, & in locis circunuicinis obtenta, & seruata in Ecclesijs cathedralibus sedi apostolicæ immediatè subiectis, quòd quandocunque tales ecclesias vacare contingit, & aliqui concorditer eliguntur, illi sic electi post consensum præstitum ante confirmationem obtentam administrant, & administrare consueuerunt bona, & res Ecclesiæ per se, & per alios, spiritualia, & temporalia. Et sic est, & fuit obseruatum, & obtentum in partibus illis, & vicinis per 40. annos, & amplius. Et post tantum tempus, cuius memoria in contrarium non existit. Etiam domino papa cum sua curia citra montes residente. Et idem etiam seruatum, & factum fuit pluries, & per plures electos tẽpore domini papæ Clementis, quod
5 nunc est seruatum, & factum, palam, & publicè. † Vnde licuit, & licet dicto electo propter talem consuetudinem administrare, consuetudo siquidem ius facit, & dat iurisdictionem, & administrationem, vbi alias non liceret. C. de eman. li. l. 1. & fi. & de suscc. & Arch. l. neminem. & de iur. fisc. l. pen. lib. 10. Vnde minimè sunt mutanda, quæ longam interpretationem, vel obseruantiam habuerunt. ff. de le. l. minimè. & C. de exac. trib. l. misi. lib. 10. & de primi. & secun. l. præclara, circa fin. lib. 12. & ar. ff. de admi. tu. l. si fine §. Lucius. & de decu. l. non tantum. §. nonnunquam. ¶ † Pręterea dato, quòd ista decretalis, nihil est, sit dubia: consuetudo potest eam interpretari, & est standum tali interpretationi. ff. de legi. l. si interpretandum. & quod fit per legem, potest fieri per consuetudinem. ff. de le. l. de quibus. C. de fideius. l. vlt. Et quod talis consuetudo sit approbanda de iure, no. gl. in d. c. nihil est, & Inn. in c. qualiter. eod. tit. & Host. extra de simo. c. licet. Item proponit dictus electus, quòd capitulũ Bracharen. deliberatione diligenti, & tractatu habitis propter euidentem vtilitatem, & necessitatem Ecclesiæ Bracharen. hanc suscipiendam penes eum instituerunt: & quòd Ecclesiæ consuetudine hoc facere poterat, asseruerunt: & ad eam recipiendam quo-
7 damnodo compulerunt eundem. † Et multa facit talis necessitas, vel vtilitas licita, quæ alias erant prohibita: vt in d. c. nihil est, &c. cum nobis olim. §. fina. & c. in causis. in fin. & in prælegata l. lex C. de amitu. quare prædictis concurrentibus est excusatus electus à pœna, qui istis rationib. motus, & habito super hoc consilio sapientum ita credit sibi licere. ff. de abigeis. l. 1. §. fi. extra de simo. c. sicut. vbi no. Host. & alij & pro euidenti vtilitate, vel necessitate potest de licentia superiorum, vel etiam de consuetudine electus in concordia administrare, & ita no. Archidiac. in c. auaritiæ cæcitas. eod. tit. lib. 6. Non ob. quòd per aliquos dicitur: quòd illa decretalis nihil est dispensatio, & ideò non extenditur vltra casum. scilicet ad illos, qui sunt vltra Italiam, quando est curia citra montes. Quoniam ad hoc respondetur, quòd distantia attenditur, vt superiùs fuit dictum. Item hic fuit dispensatio iuris, & in corpore iuris redacta, nec vlterius ab homine postulanda: vnde est ius commune in consimilibus rationem eandem habentibus, post quam est in corpore iuris clausa. C. de Iustin. co. confir. constitutione prima. §. nulla. ff. de condi. instit. l. quæ sub conditione. §. fin. Item est iuris dispensatio *b*. id est, concessio facta ecclesijs, non personis, redacta in corpore iuris: quare ad consequentiam trahi debet, vbi ratio, & æquitas eadem inuenitur: nisi in iure sic constituente contrarium caueatur expresse, vt C. de decu. l. neque Dorotheum, & l. doctitij. lib. 10. & de nouo codi. compo. l. vnica §. pen. instit. de iure natu. gen. & ciui. §. quod princi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Rationi. *Adde quòd ratio legis est attendenda. In quo adde Bar. in cons. 198. In nomine domini, circa med.*

b ¶ Dispensatio. *Adde quòd differentia est inter dispensationem iuris quæ in corpore iuris redacta est, & alias dispensationes. Nam regulariter aliæ dispensationes strictæ sunt iuris, nec extenduntur & iam ad casum maiorẽ, & habentem maiorem rationem. c. fin. de fil. presb. in 6. Host. in c. Postulasti. de rescrip. Excipitur casus, cùm dispensatio iuris est, & in corpore iuris inserta secundum Oldra. hic. Excipiuntur, & alij casus, quos Felin. enumerat in d. c. postulasti. col. 13. vide episcopum Diaz reg. 195.*

De emptio. & venditio.

SVMMARIVM.

1 *Cùm quis vendit castrũ cum iuribus, & pertinentijs suis, excepto mero, & mixto imperio, quid per hæc verba videatur excepta. cum plu. sequen.*

CON-

CONSILIVM X.

VENDITVM est castrum cum iurib. & attinentijs suis, excepto mæro, & mixto imperio. Modo quæritur quid sub appellatione mæri, & mixti imperij esse videatur exceptum. ¶ † Et breuiter illo ante cognito, quid sub appellatione pertinentiarum contineatur, quod non multum prosequor: quia plenè not. per Inn. extra de restit. spol. c. cum ad sedem, & habetur extra de do. inter dilectos. Videndum est, quid sit mærum imperium, & quid mixtum, quia hoc cognito scietur, quæ causæ sub vno, & quæ sub alio comprehenduntur. Equidem mærum imperium sic contingit magistraliter describi. † Mærum imperium est potestas seu iurisdictio seuerioris vltionis exercendæ in personã pro vtilitate publica introducta. Potestas ponitur in descriptione, tanquam genus: quod & de multis aliis potestatibus dicitur: vt ff. de verbo. signif. l. potestatis, quòd autem subijcitur seuerioris vltionis, &c. differentiæ sunt, quia & si aliæ sententiæ quædam seueræ sunt, tamen quæ ex mæro imperio procedit seuerior est. vt. C. de pœnis. l. qui sententiam. & ff. de his qui no. infa. l. & si seuerior. & ff. de pœnis. l. respiciendum. quod autem subijcitur in personam. dictum est ad differentiam omnium causarum, quæ in personam pœnam non infligunt: quę ponuntur in text. ff. de var. & extraord. cog. l. cognitionum genera, & per hoc apparet, quòd omnis capitalis causa, quæ triplex est. vt ff. de pub. iudi. l. 2. & de bono. poss. l. edicto. §. 1. & de pœn. l. 2. est de mæro imperio: sicut no. ff. de iur. om. iud. l. imperium. *a* & idem dicendum videtur de cuiuslibet membri mutilatione: vt in Auth. de collat. §. prohibemus. & no. C. de offic. eius qui vi. al. ge. l. vltim. & in præalle. l. imperium in gloss. si ergo, super verbo animaduertendum, & in qualibet in corpus coërtione, vt ff. de pœnis. l. in seruorum. §. vltim. excepta modica, sine qua Iurisdictio benè explicari non potest. vt. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. l. vltim. §. vlti. † Mixtum vero imperium sic solet describi. Mixtum imperium est iurisdictio explicandi quæstiones ciuiles, quæ sui excellentia maioribus iudicibus deputantur, vt prouincialibus præsidibus: vt C. de pedan. iudic. l. 2. quę vero decisiæ hodie videntur esse causæ ciuiles vsque ad 300. aureos: vt in Authen. de defen. ciui. §. & idem, & leuia crimina, ex quorum pœnis de iure communi non contingitur corpus, sed modica pecuniaria pœna infligitur, vt in Authen. de defen. ciui. §. audient. & sic apparet, quæ causæ sint mæri, & mixti imperij: & quę remaneant sub iurisdictione simplici. enumerare autem actus maioribus iudicibus reseruatos, & per hoc de mixto imperio existentes superuacuum est. sunt enim multi: sicut est tutoris datio. vt ff. de tute. l. mutoris, & decretum super alimentis, & huiusmodi: vt ff. de transa. l. cum hi. & per totam legem, & sic ex superioribus, quantum per regulas tradi potest, colligere licet, quæ causæ sub vno, & quæ sub altero comprehendantur, & per consequens, quæ causæ sub iurisdictione simplici remaneant, ac per hoc quid in emptorem dicti castri transeat, & quod non.

1

a

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ L. imperium. *Adde quòd ibi hanc materiam tractant diffuse omnes scribentes.*

Deverbo. sig. vel de priuile.

SVMMARIVM.

1 *Concessum ad vsus pauperum infirmorum videtur concessum etiam pro eis seruientibus.*

CONSILIVM XI.

THEMA tale est. In quadam clausula priuilegij apostolici sic continetur. De prouentibus & redditibus hospitalium pauperum infirmorum, qui in vsus pauperum conuertuntur, decima non soluatur. modo quæritur, an de prouentibus, & redditibus, qui in vsus hospitalariorum, qui hospitalibus præsunt, & pauperibus deseruiunt, conuertũtur, decima solui debeat. † & videtur, quòd non, quia beneficia principum, siue priuilegia latissimam recipiunt interpretationem: vt ff. de constit. prin. l. vltim. C. de bo. vacan. l. si quando, & extrà de verb. sig. c. olim tibi, cum si. & non est absonum idem priuilegium datum intelligi de hospitalaribus seruientibus pauperibus, quia sine ipsis esse non possunt: vt C. de vxo. mil. l. 1. & 2. & ar. ff. de bo. pos. ex test. mil. l. vnica. & de fun. instru. & instru. leg. l. quæsitum. §. si instructum. ibi pedagia, &c. vnde & priuilegium datum militi, datur medico militis, & militis comiti. vt ff. de excu. tut. l. administrantes. §. 1. & quibus ex cau. ma. l. inter eos. §. vlt. & verè in vsum pauperum videtur conuerti, quod in necessarium vsum deseruientium pauperibus conuertitur. Sicut videtur ad armandam nauem esse conuersum, quod expensum est in alimenta nautarum, sine quibus nauis produci non posset: vt ff. de exer. l. 1. §. non autem ex omni. ibi. vel nautas exhibendos, &c. & hoc expressè indicat lex, dum dicit: si testator legat vxori eius causa parata: cedunt in legatum, etiam ea, quæ parata erant ad vsum ancillæ seruientis vxori: quasi per quoddam medium videantur vxoris causa parata: vt ff. de aur. & arg. le. l. vxori. & ibi no. & ff. de vsu & habi. l. cæterum. de pręcario. l. pe. de ver. ob. l. si stipulatus fuero, & de itinere actuq; priua. l. veteres, & sic crederem ego Oldr. de iure tenendum, quantum pro præsenti occurrit, potissimè cùm talis intellectus verbis congruat, & à concedentis mente non discrepet. vt ff. de le. 1. l. ab omnib. in fi. primi responsi. nec ex hoc aliquis enormiter lædatur, extra de ver. sig. c. qd per nouale. de decim. c. dilectus. & c. suggestum. & ff. ne quid in loco publico. l. 1.

1

a §. sunt qui putant, in cuius testimonium sigillũ, &c. *a*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Sigillum, &c. *Adde & iunge hic, quæ dicuntur infra in consi. 27. & adde Marsi. in sing. 175. vbi id præcipuum notat, quod habens licentiam aliquid faciendi, vt puta occidendi hominem, potest quoq; amicos in id congregare, & refert Cæpolam asserentem in quodam suo consi. se ita obtinuisse in facto Veronæ, vbi extat statutum, quòd fratri reperienti aliquem cum sorore sua turpiter conuersantẽ licet eum occidere. Adde etiam, quæ not. in l. lecta. si cer. pe. vbi Alex. in 3. col. nu. 14. in gl. in ver. de domo.*

De dolo, & contu. & de app.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ab vno actu quando sit citandus ad sententiam, vel alios actus, & num. seq.*

CONSILIVM XII.

QVÆSTIO est prima: vtrum in causa nullitatis, & sententiæ latæ per iudicẽ ex mæro officio lite contest. & in partis contumaciam (vt dicitur procedentẽ, ac contumaciam punientem) possit

per maiorem iudicem aditum ob hoc ipsum procedi priori iudice citato, & parte aduersa (si est) & propter contumaciam absente, sed venire non curante, & sic
1 li. non cont. ¶ † Secunda quæstio est, vtrum, si dictus primus iudex citatus per maiorem ad procedendum in causa nullitatis appellauerit à citatione, & contentis in ea, sit de necessitate citandus ad sententiam audiendam, seu ad aliquē actum iudiciarium per ipsum maiorem iudicem exercendum, & licet de cā nullitatis sententiæ peractis solennibus latæ, & ad instantiā partis, fuerit apud aliquos aliqua dubitatio, an in ea possit procedi li. nō contest. quibusdam dicentibus, quòd non, propter regulam generalem, quę est, quòd lite non cont. diffinitiua non fertur, quia est principium, & iudicij fundamentum. vt C. de li. cont. l. vnica. ff. rē ra. ha. l. amplius. &. no. ff. de iur. om. iu. l. & quia, & habetur expressè de ele. c. dudū Rothomag. & not. C. de sen. & interl. om. iu. l. prolatam, & de his, qui ad eccle. confugi. l. præsenti, & quia priuilegium est causæ appellationis, vt in ea possit procedi lit. non cont. vt C. de tempo. & repa. appel. l. vlt. §. illud, ergo in cæteris est ius cōe in contrarium: vt ff. de le. & sena. consul. l. ius singulare, & ff. ad muni. l. 1. Constat aūt distare causam nullitatis à causa appellationis: & sic videretur aliquibus priuilegium appellationis ad causam nullitatis non extendi. Alijs in contrarium sentientibus, quia cum causæ appellationis, & nullitatis vna, vel saltem similis sit causa, eisdem debent moribus viuere, & regulis iudicari. vt C. de inoff. do. l. vlti. & ratio diuersitatis inter ipsas causas reddi non potest, ergo, &c. vt ff. de iniusto rup. & irri. test. l. posthumi per virilem. circa prin. & de ver. ob. l. à Titio. imò certè videtur maior rō in cā nullitatis, quàm in cā appellationis: quia in causa nullitatis semper arguitur iniquitas iudicantis, absq; eo, q; tangatur iustitia partis: & sic videretur maiori ratione posse procedi li. non conte. quam in causa appellationis, in qua semper de iustitia partis agitur, vt extra de appellat. c. interposita. §. sanè. imò est tanta inter appellationem, & nullitatem connexitas, q; sola appellatio etiam cognitionem nul
a litatis deuoluit: *a* vt ff. fa. erc. l. quædam mulier, & de iu. pa. l. vl. & no. C. quando prouo. non est necesse. l. 1. & per Inn. extra de app. c. dilecto. & sic videtur in eis idem ius debere seruari, &c. extra de const. c. translato, & hoc idem videmus in supplicatione, per quam rescinditur sententia præfecti præt. Agitur enim in absentia partis li. non cont. vt C. de temp. & repara. appel. l. pe. in ver. cui consentaneum, &c. & sic non est solum priuilegium causæ appellationis. Nam sub verbo appellationis continetur omnis via, per quā de prioris sententiæ iniquitate tractatur: qui aūt dicit nullam, bene dicit iniquam, licet non conuertatur, & ideò recte potest sub priuilegio appellationis cōcesso nullitas includi, quia est quædam spēs appellandi. vt ff. de ar. l. nō distinguemus. §. cum quidam. Et simile videtur in causa restitutionis in integrum principaliter petitæ, in qua datur libellus, & sic lit. cont. procedit partibus præsentibus. vt extrà de off. iudi. c. iudicis officium, & tamen ea proceditur lit. non cont. si quis per contumaciam desistit. vt ff. de mi. l. in causæ. §. causæ, & videtur subtiliter intuenti esse casus extra de proc. c. in nostra, & hmōi sententiæ fuit Inn. in præal. c. iudicis officium. extra de off. iud. in gl. officiū iudicis hēt locum, &c. in fi. glo. & in d. c. in nostra. Tamen de qōne, de qua q̄ritur in præsenti dubio, non videtur, quin possit procedi li. non cont. priore tamen iudice citato, & venire recusante: quia talis naturæ debet esse secunda cā, qualis fuit ēt prima: vt ff. an per alium causa appel. exerceri possit. l. 1. Sed ad multandum contumacem, siue condemnandū propter contumaciam, procedi potuit li. non cont. sicut ēt de sententia data die feriata dicitur, quæ etiā die feriata reuocari dēt, sicut est data. vt ff. de euic. l. minor. in fi. l. respon. Et cum in facto ēt proponatur, quòd reus, qui sententiam nullam dicit, promptam fidem offert de nullitate ipsius sententiæ: vt C. quan. prouo. non est
2 necesse. l. 1. ¶ † Ad secundam quæstionem videtur dicendum, q; licet contumax in vno articulo, citandus sit ad alium, & potissimè ad sententiam audiendam: quia qui prius nō paruit, pōt hodie velle parere: vt ff. ad sen. consul. Tertu. 1. §. si quis edicta, & l. filij mater, & quia pœna contumaciæ, q̄ est, vt procedatur eo non vocato, non dēt vltra extendi, quam ipsa contumacia sit commissa: vt ff. de his q. vt indig. l. rescriptum, & ff. ad Treb. l. Paulus. cum fi. Et hæc fuit sententia Inn. extrà de ele. c. ecclesia vestra 2. de accu. c. ad petitionem. tñ in nostro casu nō est necesse eum vlterius citari, sed ad sentētiam nullitatis procedi pōt: & hoc ideò, quia non fuit citatus ad certum articulum, sed ad debitè procedēdum: & sic citatus videtur ad totam causam: & per consequens contumacia sua totam causam respexit, & in tota causa cum contumacem reputans, fiscut & conditio adiecta institutionem afficit, & respicit omnia in testamento ascripta. vt ff. quando di. ce. l. si dies. §. vl. & de condi. & dem. l. quæ conditio, & hæc fuit sententia Inn. extra de off. dele. c. consuluit. in gl. non sufficere, &c. & de proc. c. auditis, & ibidem etiam no. per Host. & quia appellauit, & appellans recessit, & de hoc est casus extra de dolo & contum. c. eum, qui. lib. 6.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Deuoluit. *Adde hîc decis. Ro. 340. Inno. quæst. 5. sub tit. de lit. contest. num. 3.*

De solutionibus.

SVMMARIVM.

1 Monetæ æstimatio consideratur, quæ erat tempore latæ sententiæ, vel laudi: non quæ erat tempore solutionis, & num. seq.

CONSILIVM XIII.

a  VM quæstio *a* esset inter quosdam de quadam hæreditate, arbitri inter eos respectum habētes ad certam quotam vni parti adiudicandam, non tamen per viam quotæ æstimauerunt totam hæreditatem ad certam quantitatem turonē. paruorum habito in hac taxatione respectu, quòd turonen. grossus valet 15. vel 16. turon. paruos, sicut mos in patria tunc seruabatur, & tali taxatione habita vni adiudicauerunt totam hæreditatē, & eundem condemnauerunt alteri ad præstandum, & soluendum 12. libras turon. paruorum. Modò vult debitor soluere turonen. grossos, sed in tanta quantitate, quòd habito respectu ad valorem turo. grossorum pro 15. vel 16. paruis turon. computando, vt tunc fiebat. scilicet tempore lati arbitrij integra solutio, creditor vero vult turon. paruos hodie currentes, ex quibus turo. grossus non valet nisi 14. Quæritur, quid iu-
1 ris? ¶ † Et certè dicendū solutionem debere fieri habito respectu ad consuetudinem, quæ tempore latæ erat, vt licet quis de turo. paruis lobitri vigebat quæ erat, vt licet quis de turo. paruis loqueretur, non tamen de eis fiebat solutio, sed ponebatur grossus pro 15. vel 16. turo. paruis. Et quòd talis
b consuetudo attendi debeat, *b* probatur. ff. de le. 1. fi seruus plurium. §. vlt. de le. 3. l. nūmis. de fun. instru. & instru. le. l. cum de lanionis. §. a finam. de test. l. hæredes palam. §. sed si notum. Et quòd huius temporis consue-

consuetudo debeat attendi, probatur. ff. de le. 3. l. vxorem. §. testamento. de contrahen. empt. & ven. l. imperatores, & extrà de cens. c. olim ibi no. & hoc etiam verisimilitudo ostēdit. Nec enim verisimile est, quòd arbiter in æstimatione totius hæreditatis de talibus turon. maioris valoris senserit: quia talis debet esse deductio, qualis fuit in ipsa origine, ex qua deducitur. vt ff. de fun. instr. & instr. leg. l. 3. & ff. de serui. rustici. prædi l. qui duo prædia. §. 2. Et in talibus verisimilitudo pro l. habetur. vt ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus, & l. in obscuris, & ibi no. & cessante verisimilitudine, adhuc quod minimū est, sequeremur, vt in dictis reg iur. & d. l. nummis. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. Seio. & hanc interpretationē apertè probat. ff. de hære. insti. l. qui non militabat. §. Lucio.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Cùm quæstio. *Adde quòd similem quæstionem similiter decidit infra consi. 31. & infra consi. 168. in 3. q. vide autem, quæ ibi not. & adde remissiones factas per Alex. in l. cùm quid. col. pen. fi. cer. pe. Item nota, quòd Rom. in consi. 123. diffuso sermone improbat Oldr. Ab. loquitur in simili materia in consi. 56. Quod solutio. vol. 2. Oldr. idem infra in consi. 250. Alex. in addi. longa ad Bart. in l. eleganter. §. Qui reprobos. de pig. actio. idem consi. 104. in 1. vol. Afflict. Decis. 90. & Decis. 194. Vbi concludit in contractibus attendi valorem, qui erat tempore contractus, si postea mutata sit moneta in valore.*

b ¶ Debeat. *Adde quòd de hac materia tractat similiter Anch. in cle. 2. de decimis. Anagninus in c. Ad falsariorum. de cri. fal. col. 3. & 4. Marsil. in l. Qui falsam in princ. ff. eod. titu.*

De elect. vel de concessione præb.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia abbatis vacant post adeptam possessionem ante benedictionem.*

CONSILIVM XIIII.

1 a VM quæritur, an † beneficium promoti ad abbatiam post ipsius pacificā possessionem adeptam de iure vacet, *a* licet non fuerit benedictus: est dicendū, quòd sic. quod probatur inconuincibiliter. Priuilegium speciale est electi in Episcopum, quòd vsque ad consecrationem, vel saltem vsque ad temporis lapsum de consecrandis Episcopis possit priora beneficia retinere per c. cum in cunctis. §. cum verò, extra de elec. ergo ab alijs vsurpandum non est. extrà de priui. c. sanè. Hęc ratio est domini Host. extrà de præben. c. de mulcta. §. his quoq;. quòd autem sit priuilegium, expressè no. Hug. 92. dist. c. si qui Episcopi. vbi dicit, quòd est in electo in Episcopum speciale, quòd possit sua beneficia retinere vsq; ad consecrationem. & Host. no. in sum. de ele. §. quo tempore. in ver. quid autem, &c. & ex causa est concessum, vt ibi no. Host. Non ergo ad alium casum penitus diuersum trahi debet: licet in illo eadem ratio videatur, quod tamē falsum est: vt infra dicetur. 16. q. 1. hinc etiam. Itē si hoc esset verū, sequeretur absurdum. scilicet quòd perpetuo possent priora beneficia propria retinere: quia cum non sit determinatum iure, infrà, quod tēpus benedictionem petant abbates, in optione ipsorum esset quandocunque, & sic maiori prærogatiua gauderent, quam electi in Episcopos: in quibus est determinatum tempus, vt c. di. ca. quoniam, quòd tamen absurdum esset. Item prouisum est in ele. in Episcopos tantum, & ex causa (vt suprà dictum est) quòd possint sua beneficia retinere, donec fuerint consecrati: vt in ca. cum in cunctis. ergo ad alios non extenditur: quod probatur: quia iura loquentia de dignitatibus, de episcopatibus nullatenus intelliguntur. extrà de conces. præben. c. dilectus. nec etiam viceuersa. arg. secundum oēs extra de elec. quanquam in fi. li. 6. ergo quod de electione in episcopos dicitur, ad abbates nullatenus extenditur, ar. optimum. extra de off. deleg. c. 2. lib. 6. de sen. excom. quia, & quòd idem fit iudicium de episcopis, & de electis confirmatis, habetur extra de translat. episcopi. c. 2. item abbatia inter inferiora beneficia computatur. vt c. cùm in cunctis. §. inferiora, & c. quanquam. eo. ti. li. 6. secundum
2 omnes. ¶ † Modò ita est: quòd si habenti archidia conatum, vel personatum, vel beneficium cum cura cōferatur simile, & possessionem adeptus sit, vt per ipsum stet, ipso iure vacat primū, ita quòd conferri potest. extra de præben. c. de mulcta. nullo tempore etiam prætextu ordinationis expectato, posito quòd beneficium ordines requirat, vt no. Inn. in c. de mulcta. extra de præb. in gl. no. solam, &c. in ver. melius credimus, &c. & Host. ibidem. Si ergò sola facti administratio, vel ius administrandi inspicitur, cum collatione tamen præcedenti, non quę facienda est: sequitur, quòd administrando à primo beneficio cadet, licet non fuerit benedictus. Item pro Deo quæ est ratio, quòd in episcopum promotus retineat sua beneficia, donec fuerit consecratus? hæc est potissima: quia repelli potest per viam exceptionis, ne fiat episcopus: vt in præall. c. super his. & no. Inn. in c. cum in cunctis.
3 † Sed quòd iste abbas repelli possit per exceptionem, ne benedicatur, habetur in c. meminimus. non excipit tamen, quòd non fiat abbas: quia iam est: vt extrà de sup. negl. præl. c. 1. & 19. dist. quoniam. errauit ergo Host. cùm dixit extra de æta. & qual. c. tuam, & de re iud. c. inter. in fi. quòd abbas non benedictus vocari non debet abbas, sed in abbatem electus: quem errorem iura allegata extirpant, & cancellariæ stilus, qui prouisum, vel electum confirmatum, non benedictū, statim abbatem vocat, in episcopo tamen secus, qui non est episcopus, donec fuerit consecratus secūdum Inn. in præall. c. cum in cunctis. §. cum verò. & tamen in abbate de benedictione mentionem non facit, sed de eius promotione tantum, quod faceret, si solū benedictio ipsa vacare faceret. Item si quis translatus est de vna Ecclesia ad aliam, nil debet commune habere cum prima, cum ipso iure vacet prima. 21. q. 2. c. 4 si quis iam, & q. 1. ca. relatio. † Modò de iure translab tus *b* intelligitur, cum confirmatus est corporalem possessionem adeptus: vt not. Inn. extra de elect. c. de mulcta, & no. 18. q. 1. c. vnico, & 92. dist. c. si qui. in pri. vbi clarè dicit. & Host. extra de pręben. de multa. cum igitur administraret pacificè, primum vacare debet. In episcopo autem est speciale, qui vsq; ad transactum tempus de episcopis consecrandis beneficia retinet, licet recipiendo episcopatum de iure priora beneficia renunciare intelligatur: quia ex quo non est tempus, potest dimittere episcopatum, & ad prima beneficia redire. extra de transla. præl. inter corporalia, quamuis sit seruatum à iure, quòd si ex necessitate iuris cassetur electio, possit ad prima beneficia redire: vt in præal. c. cum in cunctis. secundum Inn. & Host. qui hoc notant extrà de testib. c. in nostra. alias iniquum esset, nisi in casu à iure expresso, quòd quis duo beneficia duplicia retineret. ar. extra. de præb. c. cum singula. li. 6. Item si hoc esset, quòd abbas beneficia priora retineret, donec benedictus esset, quia per exceptionem repelli potest: sequeretur absurdum, quòd quilibet ad beneficium cum cura, vel aliud simile promotus retinere posset beneficia priora: vtpote personatum, vel simile, quæ simul cum illo compati non possunt, donec in presbyterum esset ordinatus: quare?

quia, dum ordinatur, nedum excipitur, quòd ab ordine repellatur, sed etiam ab obtento: vt est expressum extra de accus. c. super his. §. post confirmationem, &
5 arg. extrà de elec. c. cùm in cunctis. §. inferiora. † Sed hoc falsum est: quia statim vacant priora beneficia post possessionem adeptam. extra de ele. c. cõmissam, & de præb. c. licet li. 6 Nullo etiam tempore prætextu ordinationis expectato: vt expressè no. Inn. & Host. in c. de multa. in gl. no. solam, &c. versi. melius, & c. vt supra dictum est. Idem videtur notare Inn. extrà de ele. cum in cunctis vero. super ver. disponẽdi. & Ber. ibidem super ver. ad quem spectat. in fi. & facit ad hoc extra de præben. c. cum singula li. 6. ¶ Quid plus? casus videtur 16. q. 1. presbyteros. vbi dicitur, quòd factus abbas cogitur priora beneficia dimittere, nõobstante, quòd excipitur, quòd non fiat abbas: quia iam est: alias peccaret, & erraret, qui se abbatem vocaret: sed excipitur, quod non benedicatur, sicut de archipresbytero, & archidiacono pacificam possessionem adepto dicitur: quia cùm ordinatur, excipi potest, ne ordinetur, sed non excipitur, quòd non fiãt archidiaconi, vel archipresbyteri: quia iam sunt, secundũ Inn. & Host. c. de multa. In episcopo secus, quia nõ est episcopus, donec fuerit consecratus: & ideò non mirum si sibi beneficia reseruantur. Sed iste sine benedictione est abbas: vt in prælleg. c. meminimus, & de sup.
6 negli. præla. c. 1. ¶ † Ad aliud, cùm dicitur, quòd eadem ratio est in abbate, quæ in episcopo, &c. non est verũ, quia in episcopo character imprimitur: vt not. extra de renun. post translationem, dum tamen fuerit presbyter. extra de except. ex literis. In abbate non imprimitur, quia in benedictione non recipit aliquem ordinem, sed est quædam orationum solennitas secundum Hug. 69. distin. c. quoniam. 1. quæst. 1. manus. Item omnes electi in episcopos consecrantur, alias episcopi non sunt, vt supra dictum est. Abbates non omnes benedicuntur, sed illi duntaxat, in quibus est de consuetudine introductum: & tamen sunt abbates secundum Hug. ad idem 12. quæst. 2. alienationes. Item in consecratione episcopi matrimonium spirituale confirmatur. extra de transla. c. fin. vt ex ipsius episcopi consecratione apparet. In abbatis benedictione nequaquam. non est ergo eadem ratio. & si esset, quod tamen verum non est, nihilominus sic priuilegium extendi non debet. extra de priuileg. c. sanè. 16. quæst. 1. hic etiam, vt supra ostensum est. ¶ Ad aliud, cum dicitur, quòd benedictio abbatis consecratio appellatur 12. quæst. 2. alienationes. Dico, quòd (vt ibi exponitur) consecratio
7 pro benedictone accipitur, ¶ † Ad aliud, cùm dicitur, quòd & benedictio, sicut & consecratio, die dominica conferri debet. Et ita de consuetudine obseruatur. Respondetur, quòd non est etiam necessarium: quia non est maior abbatis benedictio, quàm altaris consecratio, in qua fit vnctio: quæ quidem potest conferri omni die: vt extrà de consecration. eccles. vel altar. c. 2. licet Host. tutius reputet, quòd die dominico conferatur, secundum eum extra de ætate & qualitate. c. cum contingat. In consecratione autem virginum secus est, quia in illis expressum est à iure, quòd diebus dominicis conferatur. Non obstat, quod dicitur, quòd de consuetudine obseruatur, quòd abbates vsque ad benedictionem retineant priora beneficia: quia multa per patientiam tolerantur,
8 &c. extra de præbend. cum iam dudum. † Non obstat, quod dicitur, quod regulariter abbatiæ episcopatibus æquiparantur: vt videtur notare Archidiac. extrà de præbend. c. licèt. 2. libr. 6. Item quod infra tres menses, ficut episcopus, eligi debet. extrà de ele. c. ne pro defectu, & eod. titu. c. quam sit. lib. 6, & in similibus, sicut est electioni consentire, & electionis suæ confirmationem petere, vt ibi: quoniam non est verum. Imò tantum in illis casibus æquiparantur, in quibus inuenitur à iure expressum, sicut est in præmissis. Et idem in monasterijs, quæ per priores, vel alios sunt solita gubernari: propter verbum, quod
9 dicit. c. ne pro defectu, ibi, & regularium. & c. quam sit. §. cæterum. † quod probo: quia nullo iure nominatim cauetur, cuius ætatis abbas esse debeat, licèt de abbatissa nouo iure caueatur: quod annorum triginta esse debet. extrà de elect. c. indemnitatibus. lib. 6. & tamen communiter tenetur, quòd sufficit, quòd attingat 25. annum. per §. inferiora. & tamen si æquiparentur, requireret 30. quod falsum est. Item sequeretur, quòd monachus irregularis, vt potè homicida, qui non potest esse episcopus: extrà de except. c. ex literis. abbas esse non posset: quòd tamen falsum est extrà de ætat. & quali. c. tuam. & l. di. ca. accedens. Item sequeretur absurdum, quia Diaconus, qui non potest ex causa esse presbyter, posset in episcopum consecrari: quod falsum est per. ca. allegatum ex literis, & talis Diaconus abbas esse poterit: vt in prælegat. c. accedens. & multa alia sequeren-
10 tur absurda. † Nec ob. quod dicit Archidiac. in præalleg. c. licèt. vbi videtur innuere, quòd nomine dignitatis inferioris abbatia non comprehenditur, quod fateor in casu illius. c. quod odiosum est, & pœnale videlicet quod manus ordinarij ligentur, quòd suum beneficium conferre possit, & ideò restringi debet potius, quam laxari. vt extrà de elect. c. statutum. de regul. iuris. odia. lib. 6. de pœni. dist. 1. §. pe-
11 † Item non ob. quod dicitur, quòd abbas non benedictus non habet plenum ius. vt not. in sæpe allega. c. meminimus. quia non potest conferre ordines, nec tonsuram dare. 69. di. quoniam. extrà de æta. & qua. cum contingat. quia licèt ista non possit, tamen perfectè translatus est, & administrat. quod probatur.
12 † Video (vt supra dictum est) quòd si habenti archidiaconatum, vel simile, conferatur beneficium, cura ipso iure vacabit quam primum secundi pacificam possessionem adeptus fuerit. extrà de elect. c. commissa. de præbend. licèt. 2. libr. 6. licèt non fuerit in presbyterum ordinatus. secundum Inno. & Host. in ca. de multa. extrà de præben. & tamen certum est, quòd baptizare non poterit. de consecr. di. 4. constat. nec pœnitentias iniungere, vt extrà de pœnitent. & remiss. per totum. nec similia facere, quæ pertinent ad curam: nec tempus, in quo posset ista expectare (vt dictum est suprà) ergo nec in abbate benedictio expectari debet: & si verè loquamur, benedictio non dat abbati potestatem ordines conferendi, sed ipsius executionem: quia non benedictus, presbyter tamen confert. extrà de supplen. neglig. præla. c. 1. Item abbatissa benedicitur. vt in cap. sæpe alleg. meminimus. & tamem ordines non confert: ergo non conferuntur ordines ab abbate benedictionis virtute, sed ex generali priuilegio abbatibus concesso. vt notat Inno. extrà de sup. neg. præla. c. 1. Nec ob. si dicatur, quòd ante benedictionem non vtitur baculo pastorali, quia hoc ideò est, quia nondum sibi traditus est, licèt fortè non esset error, si antè vteretur, quia iam abbas est.

ADITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶ Vacet. *Adde hîc no. per Domin. de San. Gem. in c. indemnitatibus. §. 1. in 5. not. de elec. in 6.*

b ¶ Translatus. *Adde quando translatus quis intelligatur, & pro hoc facit: quia translatus participium est perfecti tempo-*

temporis, & consumatum actum significat, non cæptum, vt dicitur simili in l. 1. in fin. Quòd quisq; iuris.

De pœn. vel de dolo, & contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Mulcta, vel pœna potest imponi per iudicem vltra l. eos. C. de mo. mult. quando imponitur pro contumacia furti, vel aliorum criminum maiorum, cum num. seq.*

CONSILIVM XV.

1 CIRCA processum, & ex eo primū dubium occurrit, † an sententia sit nulla, quia condemnatio facta est in sexcentis libris paruorū Turonensium: & sic videtur in mulctando excessus modus legis. C. de mo. mult. l. vlt. & per hoc sentētia ipsa saltem inquantum excedit, nulla videtur, vt C. quando prouo. non est necesse. l. certa ratione, in fine. & 2. q. 6. §. item cum circa, & ibi no. ¶ Sed in contrarium videtur, quod per hoc sententia illa vitiari non posit, quia limitatio illius l. vlt. C. de mo. mul. non videtur habere locum in contumacia, quæ committitur, cùm agitur de furto, peculatu, & alijs huiusmodi maioribus criminibus: & ibidem dicitur, cùm dicit: nec tamen ad huiusmodi legis moderationē, &c. & ratio potest esse, quia vbi maior contumacia, ibi maior pœna. vt ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. hæc au-
2 tem. §. vlt. & de pœnis l. relegati. † Maior est autem contumacia, quæ in grauium criminū cognitionem occurrit, quàm quæ in causis ciuilibus, & ratio potest esse, quia cum contumacia circa id, de quo principaliter agitur, suspitionem inducat: vt in auth. de exhi. & introdu. reis. §. si verò quidam, & C. de omni agro deser. l. locorum. & ff. de suspe. tu. l. impube. conducunt, maiorem, & atrociorem contumaciam in-
3 ducant, arg. ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. l. 3. §. idem rescripsit. † Potest & aliter responderi ad l. eos, videlicet, quod dicta lex loquatur de mulcta, quę imponitur ratione contempti præcepti indeterminati, id est, certæ pœnæ ab initio non submissi: sed vbi à principio in ipso præcepto iudex certam pœnam inferit, non videtur habere locum: sed ipsa pœna per contemptum committitur, & nisi esset nimis excessiua, in ea contumax meritò condemnatur, & de ista
a potestas est quantum dicat, *a* & alibi dicitur, & mulcta quidem ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit. ff. de verb. signific. l. si qua pœna, & l. aliud est fraus. §. 1. Nec obuiat. quod dicitur in l. si qua pœna. in fin. ibi nisi cum lege est statutum, quantum dicat: quasi ibi loquatur de lege eos: quia hoc falsum est. non enim lex eos constituit, quantam dicat, sed quantam non dicat: & ideo ibi de illa non loquitur, & potest esse ratio huius differentiæ: quia id potest prætor in actibus, qui ab ipso procedunt in ipso initio, cùm producit, quod possunt contrahentes, cùm conueniunt, seu contrahunt: vt argum. ff. de manumis. l. seruus hac lege, & de verborum obligat. l. in conuentionalibus, non autem si ex postfacto, vt ff. de præto. stipu. l. 1. §. vltim. De contrahentibus autem constat, quòd possunt contractui pœnam apponere, quantam volunt, vt ff. de verborum obligat. l. stipulatio ista. §. alteri, ergo, &c. Præterea cùm officium prætoris in edictis constitutum. vt ff. de offic. assess. l. prima. potest illud à principio, cùm sit certa pœna, vallare. vt ff. de fer. fug. l. diuus. ibi, & si res ita exegerit, &c. & sic cùm per talem certificationem à principio factam, antequam delictum contumaciæ committatur pœna facta sit certa, & hoc factum sit in virtute legis permittentis: hoc iam non mulcta, sed magis pœna di-
b cetur per prædictas ll. *b* Aliud est fraus. vt l. si qua pœna, & probatur ista distinctio argum. ff. de iure patron. l. 1. & de administratio. tuto. l. tutor, qui repertorium. §. si deponi. & est casus. ff. de custo. & exhib. re. l. si quis reum, & ibi not. in vltim. gloss. quæ videtur apertè dicere, quòd limitatio l. eos. locum habet, quando in decreto, siue in præcepto iudicis non erat quantitas comprehensa, & hoc etiam sensisse videtur Host. in sum. de sent. & re iudic. in rubricella de mulcta. §. & pro quibus, & hanc, sicut ipse narrat, vniuersalis approbat consuetudo. Vnde minime sunt immutanda, &c. ff. de legi. l. minime.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quantum dicat. *Adde quòd inducitur hoc subtiliter ad declarationem l. 2. C. de sen. quæ sine cer. quanti. prola. est. propter quem textum Doct. communiter arbitrantur sententiam, qua cautum est indemnitatem præstari reipub. incertam esse, & mirum in modum se torquent, vt effugiant oppositionem §. curare. institut. de actio. At tu dicas indubitanter sententiam eiusmodi certam esse, quia vtcunq; resp. lædatur, sit contra sententiam. Neq; enim in tali sententia expressum est, quantū quis faciat, sed quantum nō faciat: videlicet vt abstineat ab omni læsione reip. vnde licet verba sententiæ, eò quòd generaliter prolatæ fuerint, incerta videantur, tamen effectus verborum certissimus est. sunt enim prolata negatiuè, & negatiuus sermo in infinitum extenditur. vt mox not. in Consilio seq. Nec obst. si dicatur Oldradum hîc appellare præceptum, de quo l. eos. loquitur, indeterminatum. vnde sequitur, quòd etiam sententia, de qua in d. l. 2. tractatur, sit dicenda indeterminata, atque incerta. Nam respondeo, quòd verum est non esse determinatam quantitatem, in qua index potest dispositionem legis eos. excedere. Potest enim, & in duplum, & triplum, & plus, minúsve, vltra id, quod in d. l. statuitur, condemnare. Attamen certum, & determinatum est, quod in quantulacunq; parte excedat legis dispositionem condemnando, contra legem venit. sic ergo, & in sententia, vt dictum est. Nec obst. pariter, si dicatur, quòd quoties præsupponamus sententiam, de qua in d. l. 2. agitur, certam esse, toties ea lex rubricæ non conueniet, quæ inscribitur: De sen. quæ sine cer. quan. &c. quoniam respondeo, quòd imò ita declarata maximè conuenit titulo. Est enim prolata sine certa quantitate, sed in se tamen, & quod attinet ad eius effectum, est quàm certissima. Atque hæc omnia obserua pro intellectu d. l. 2. quoniam sunt noua, nec ipse vsquam ab alio talem declarationem accepi.*

b ¶ Per prædictas ll. *Adde quod argumentum est non absimile ei, quo videntur vti Domini de Rota decis. 18. in additione penul. in anti. Cùm enim propter delictum filius à statuto priuatur legitima, tunc ille delinquens videtur consentire pœnæ contra se statutæ, neque tam per legem, quàm ex suo consensu legitima illi aufertur, ex quo ante delictum certificatio pœnæ facta erat.*

De Testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Pater quando legat filiæ, ne cōtrahat nisi cum mercatore, si primo contrahat cum mercatore, & eo mortuo cum milite, amittit legatum, & num. 2.*
3 *Negatiuus sermo primario actu non finitur.*
4 *Item excluditur à primo tantū gradu substitutionis, & amittit cui debeat applicari, & de remedio, & nu. 5. 6.*

CONSILIVM XVI.

a THEMA tale est. a Titius habens vnam filiam cuidam nobili maritatã, & duos filios, & quandam aliam filiam nomine. G. impuberẽ ex iustis nuptijs, suum condidit Testamentum, in quo dictam impuberẽ in certa summa, si nuberet, & si non nuberet, in alia summa pecuniæ sibi hæredem instituit: & eidem substituit, si decederet sine prole legitima, in pecuniæ summã pupillariter, vulgariter, & obliquè filios præfatos suos fratres, vel eorum liberos, & super alia summa iam dictã sororem suam maritatam instituit: & dictam filiam maritatam in certis bonis pro ea in dotem datis, & vẽtrem vxoris suæ, si prægnans esset, & ad lucem veniret, in omnibus alijs dictos filios sibi hæredes instituendo, & substituendo eos per hæc verba: Et si contingat (quod absit) alterum eorum mori in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine prole legitima ex eo procreata, substituo ei pupillariter, vulgariter, & per fideicommissum superstitem, vel eius liberum, vel liberos ex iustis nuptijs procreatum, seu procreatos. ¶ Et ponit multa verba inhibitoria in ipso testamento, postea subiunxit sequentia verba: Volo, & districtè inhibeo, & præcipio dictis filijs meis, & hæredibus vniuersalibus supradictis, ac etiam filiæ meæ, ne contrahant matrimonium, nisi cum filiabus, filijs, nepotibus, affinibus, vel propinquis mercatorum, qui, & quæ se gerant, & gerere intendant, & procedant tempore, & diebus suis more mercatorum, & cum mercatoribus conuersentur, & mercatores censeantur: & si secus facerent, vel venirent, eum, eos, vel eam contra facientem, vel facientes, venientem, vel venientes exhæredo, & priuari volo omnibus bonis meis: & ad legitimã tantũ eum, vel eos mihi prædicto casu, vel casibus hęredẽ, & hæredes instituo? sic vt nihil aliud petere possit in alijs bonis meis, &c. processu temporis filia non maritata contraxit cum filio cuiusdam mercatoris, qui maritus obijt relicta vxore prædicta, quæ quidem mulier sic relicta, modo nubere vult secundo, dummodo non obstantibus supradictis id facere possit impunè cum nobili, seu alio alterius conditionis, & status, quam ipse pater in dicto suo testamento ordinauerit. Ex quibus quęritur primò: an id facere possit. Secundò: si non possit, & contrahat cum non permisso, vt supra. & contingat eam incidere ex hoc in exhæredatione, seu pœna apposita in testamento per patrem: an incidet quò ad gradum substitutionis prædictorum, vel tantum institutionis. Tertiò: cui applicaretur id, quo priuaretur occasione coniugij memorati. Quartò petitur: & si non possit impunè qualitate facti ipsius hoc facere an possit aliquod remedium dari super hoc, & quale. ¶ † Ad
1 primam quæstionem, qua quæritur, an id facere possit, &c. videtur dicendum, quod non: quia licet matrimonia tam in contrahendo, quam in distrahendo ab omni pœnarum genere debeant esse libera, vt ff. de ver. ob. l. Titia. & l. si stipulatio facta fuerit, & C. de inut. stip. l. 2. & de sponsa. l. vl. & extra de spon. c. gemma. Et hoc tam inter ipsos, quam inter alios, quorũ interpretatio potest ad fraudem huius legis accedere: vt ff. de cond. & demon. l. hęres meus. §. vlt. tamen aliquid sub verbo huius legis relinqui non est prohibitum: quasi sub spe cuiusdam lucri ad certas honestas nuptias inuitari, vt ff. de cond. insti. l. vter ex fratribus. C. de insti. & substitu. sub condi. fac. l. 2. & ff. de cond. & demo. l. Titio. §. Titio. Et licet tale præceptum videatur pœnam continere, vt C. de his, quæ pœnę nomine, l. vnica, & ff. de his quę pœnę nomine, l. 2. tamen secundum rem, & veritatẽ attenta m pœna non infligitur, per quam aliquid proprium abfit, vel abfuturum sit: vnde propriè pœna non est ar. ff. de dam. inf. l. damnum, & damnatio, & l. proculus. Sed est certa lex, & contradictio appositæ rei, qua datur, quod est licitum, vt ff. de pac. do. l. ob res. §. 1. & de solu. l. 1. Nec refert, vtrum à principio sub huiusmodi conditione relinquatur, an purè relictum sub condi-
2 tione tali adimatur, vt ff. de adimen. & transfe. l. 1. si legatum purè. solùm igitur circa hoc illud principaliter attendendũ videtur, vtrum nuptię cum mercatoribus deceant statum, & conditionem mulieris, de qua quæritur, quia si sic, seruanda est dispositio testatoris. † Si autem prędictę nuptię dedecori sint ipsi mulieri, & eius conditioni, siue statui non conueniant, dicendum est præceptũ illud inhonestum, ac per hoc impossibile, vt ff. de bo. pos. contra tab. l. 3. §. si emancipatus, & de condi. insti. l. filius. de ope. lib. l. 1. ius artificij, de pac. do. l. auus, & de verb. obl. l. nepos proculo, & quasi in fraudem legis appositũ sine pœna posse contemni, nec seruandum esse: vt ff. de con-
3 di. & demon. l. hoc modo. † Nec in hoc multum attendendum videtur, quòd istud sit secundum matrimonium: quia licet sermo affirmatiuus ad primum matrimonium referatur: vt ff. de ver. sig. l. boues. §. hoc sermone. & de leg. 2. l. cùm pater. §. certam pecuniam, & de iure do. l. dotis promissio. Negatiuus tamen tali actu primario nõ finitur: b vt ff. de ver. ob. l.
b si sic, & de condi. & demon. l. hoc genus, & ibi not. Et hoc manifestè demonstrat dispositio testatoris, cùm dicit in fin. cum filiabus, filijs, &c. quia non potest esse nupta simul, nisi vni: vt inst. de nupt. §. affinitatis, & pluralitas non verificetur in vno, vt ff. de leg. 2. l. Meuius. §. eum qui. & ibi no. oportet intelligi de matrimonijs tempore successiuo successiuè contractis,
4 siue contrahendis, vt ff. iud. sol. l. nouissima. ¶ † Ad secundam quæstionem, qua quæritur si contingeret, quòd non posset contrahere, & contraheret cum non permisso, an per hoc etiam videatur exclusa, siue exhæredata non tantũ à gradu institutionis, sed & substitutionis, &c. Videtur dicendum, quod sic: quia exhæredatio facta reperitur post omnes gradus, & sic contrahitur ad omnes gradus: vt C. de lib. præt. vel exhære. l. 1. extra de rescrip. c. olim ex literis. de appel. c. inquisitioni, & hoc etiam indicant illa verba per testatorem appositа: ibi quod nil possit amplius petere, &c. ut ff. de hære. instit. l. quoties. §. si duo. in fi. & hoc videmus in eo, qui arguit principale testamentum: quia non solum à primis tabulis repellendus est, sed etiam à secundis tabulis, ut ff. de his, quibus vt indi. l. post legatum. §. qui principale. & de vul. & pupil. substi. l. is, qui contra tabulas, & de bonis liber. l. in seruitute. §. si quis. cum si. sed illa iura loquuntur in impugnante testamentum, quod videtur impugnare ea omnia, quæ sunt in eo, secus in eo, qui testamentum nõ impugnat, sed testatoris dispositionem in aliquo non seruat: cuius pœna non sic ad omnes gradus extenditur, sed magis arctatur, ad eam, scilicet rem, in qua defuncti voluntatem non seruat, vt ff. de his, qui. vt indig. l. rescriptum. ad treb. l. Paulus respondit: si certa. & hoc probat lex. ff. de vulg. & pupil. substi. l. ex facto. §. vlt. & arg. ff. de his, quib. vt indig. l. eum, qui tacitum. §. pro parte, & hoc indicant verba testatoris: dum dicit: priuari volo omnibus bonis meis vsq; ad legitimam tantum, &c propter quæ verba videtur effectum illius dispositionis conferre in tempus, quo legitinę portionis vendicatio locum habet. ar. ff. qui petant tuto. l. credendum. §. hoc autem matri. cum ibi not. C. de impub. & alijs substi. l. præcibus, hoc autem tempus est vigentis primi gradus, eò

dus, eò quod huiusmodi portionis præstatio dilationem non recipit. vt C. de inoffic. test. l. quoniam in prioribus, & hæc æquior opinio videtur propter vitandum nuptiarum impedimentum: vt ff. de condi. & demon. l. hoc modo. in fin. & quia huiusmodi exhæredationes adiuuandæ non sunt: vt ff. de liber. & posthu. l. cùm quidam. ¶ † Ad tertiam quæstionem, qua quæritur, cui applicaretur illud, quo mulier priuaretur occasione coniugij memorati, &c. Breuiter videtur dicendum, quod fratri, qui prius testatoris voluntatem contempsit, nil applicetur, & hic est casus. ff. de lega. 2. cùm pater. §. libertis. Sed videtur ad alios deuolui, vt in auth. de hære. & falc. §. his ergo à nobis præordinatis, &c. sed illud locum habet, quando quis priuatur commodo à testatoris dispositione veniente propter non seruatam voluntatem, quæ tamen ab alio seruari potest. secus in casu nostro. vbi nõ sic est: vnde videretur verius applicandũ esse fisco, tanquam ablatum indigno: vt ff. de his qui. vt indi. l. cùm quidam, & de iure fisci. l. Lucius. nec enim habet cohæredem, cui hęc applicari possint: vt ostensum est supra, licet haberet venientem ab intestato, id est, sororem maritatam, pro qua videretur facere. ff. si tabulæ testa. nullæ exta. l. 1. §. pen. Sed hoc contrarium
6 soluitur, & fiscus præfertur, vt ff. de his, quæ in testa. delen. l. proximè. & ibi not. ¶ † Super quarto verò, & vltimo, quo quæritur, quale possit super prædictis remedium adhiberi. Videtur dicendum, quòd si hi, quos spes prædicti emolumenti percipiendi contingit, matrimonio consentirent, esset mulier tuta, quantum ad ipsos: vt C. de fideicomm. l. quoties. ff. de leg. 1. l. nihil proponit. §. 1. & in authentic. de rap. mulie. circa fi. vel si Iudex ordinarius vocatis his, quorum interest: & quos proxima spes emolumenti contingit: vt ff. de ventre inspic. l. 1. §. penult. ibi denunciari oporteret, &c. & si cui plus quàm per legem falc. l. 1. §. 1. cùm dicitur, pronunciaret præceptum ipsum, tanquam repugnans vtilitati publicæ, & commodo mulieris non debere de necessitate seruari, sed posse impunè contemni: vt ff. de excusatio. tuto. l. qui testamento, & de iur. omnium iudi. l. si quis id, quod. §. doli. potissimè cùm sit mulier, & agat de damno vitando: vt ff. de iur. & fac. igno. l. error. cum similibus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Thema tale est. *Adde & vide Ias. consil. 132. vol. 1.*
b ¶ Non finitur. *Adde quòd imò extenditur in infinitum. Dec. in l. 1. col. 4. in penult. not. C. de pac. Et iunge hic, quæ dicta sunt super consil. præcedenti circa intellectum. l. 2. C. de sen. quæ sine cer. quan. prola. est. vide Guarn. in rubr. de verb. obl. q. 14. col. 3.*

De foro competenti, & de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui tenebat in emphyteusim prædium à domino temporali, si condemnetur de hæresi, prædium applicatur domino temporali. cum plu. seq.*

CONSILIVM XVII.

a THEMA tale est. *a* Quidam clericus tenens bona emphyteuticaria à quodam domino temporali habenti omnimodam iurisdictionem in loco, vbi sunt situata illa bona immobilia, propter excessum, quem commiserat, fuit à suo Episcopo condemnatus, & sibi bona adempta fuerunt. Et declaratum fuit ea esse Episcopo applicanda, Dominus temporalis dicit, quod bona immobilia, quæ tenebantur ab eo, sibi debent potius applicari,
1 quàm Episcopo. quæritur, quid iuris? ¶ † Et primò videtur, quod Episcopo debeant applicari: quia res sequuntur conditionem personæ. C. de impo. lucr. descr. l. vnica. lib. 10. in auth. de eccle. tit. §. adhuc. extrà de iure pat. c. si laicus. lib. 6. Non enim homines propter res, sed res propter homines Deus creauit. ff. de vsu. l. in pecudum. ad fi. de iure codi. l. quidam referunt. Præterea magis dignum trahit ad se minus dignum, extrà de conse. eccle. vel alta. c. quod in dubijs. cùm ibi not. Cùm ergo persona clerici delinquentis censeatur esse de foro Episcopi: similiter & eius bona. Præterea bona clericorum gaudent eorum priuilegio, sicut bona ecclesiarum: ergo eodem iure censentur 12. quæst. 2. Ecclesiarum seruos. 16. quæst. 1. similiter ergo, &c. ¶ Sed & his non obstantibus dicendum puto, quod ad dominum tempora-
b lem debent bona *b* redire, rationibus, quæ sequuntur. Prima est: quia sunt quædam bona, quæ regulantur iuxta conditionem personæ, sicut sunt mo-
2 bilia. † Item etiam peculium clerici profectitium, id est, intuitu Ecclesiæ acquisitum: quibus casibus intelliguntur iura superius allegata, & pro hoc C. de meta. l. archiatros. libr. 12. & facit ad hoc quod not. Hostien. in sum. de pecu. cleric. cum iuribus ibi alleg. Sunt & alia bona, quę non regulantur iuxta conditionem personæ, sed habent propriam, & separatam regulationem: vt sunt bona patrimonialia clericorum, quæ peculium aduentitium possunt dici: quia non sunt intuitu Ecclesiæ, nec de eius bonis acquisita: præsertim immobilia: in quibus dicitur, quod ratione talium bonorum clerici sunt dominis temporalibus obnoxij. 11. quæst. 1. §. cùm ergo. verbis itaque respondetur. Quo casu dicendum est talia bona propter delictum possessoris domino temporali applicari. C. de anno. & tribut. l. indictiones. lib. 10. ar. 8. distin. quo iure. Video enim quòd ratione rei, de qua agitur, si sit feudalis, conuenitur clericus coram domino, secundum communem opinionem, licet alij dixerint contrarium. extrà de foro compet. ca. verum, & ca. ex transmissa, & pro hoc extra de appel. ca. Romana.. §. debet. libr. 6. cùm ibi not. Quid plura? lex istam quæstionem patenter determinat. C. de exac. tribu. l. fi. lib. 10. & facit ad hoc.
3 C. de vecti. & commis. l. ex præstatione. † Præterea leges videtur etiam distinguere. Dicitur enim, quod bona immobilia iure postliminij ad priorem dominum reuertuntur. ff. de capti. & postli. reuer. l. si captiuis. §. 1. bona verò mobilia non: sed de iure præoccupantium sunt: vt eod. tit. l. si quid. Præterea dicitur in decretali: quod si aliquis habens in sua diœcesi Ecclesiã delinquat in alia, iudex, in cuius diœcesi est ecclesia, ipsum priuabit ecclesia, realiter sententiã alterius exequẽdo: & Ecclesia ad eius dispositionem, cuius erat, reuertetur. extrà de foro. comp. c. postulasti. sic itaq; potest dici in hoc casu, quod licet Episcopus fuerit iudex competens ad condemnandũ clericum, tamẽ dominus temporalis, quò ad bona, quę ab eo tenebat, & quę erãt sub eius iurisdictione, sententiam exequetur, & dicta bona ad eum reuertentur.
4 † Prętera lex dicit: quòd bona feudalia cõmittuntur domino feudi immediatè: ergo idem dico in emphyteusi pari ratione: & hoc probatur 10. collat. de prohi. feud. alie. c. imperialem. §. illo. Quid plura? idem video in casu conuerso. Nam si vasallus Ecclesiæ laicus committat tale quid, propter quod feudo priuari debeat, feudum ad Ecclesiam redire debet. extrà de pœnis. c. in quibusdam. §. fin. & eod. tit. c. felicis. circa prin. lib. 6. Si ergo isto iure vtitur Ecclesia pro se, illud etiam

etiam ius debet recipere contra se. ff. de condictione inde. l. frater à fratre. 4. q. 3. si quis testibus 19. dist. si
5 Romanorum. † Rursus etiam talis est communis observantia curiæ Gallicanæ in toto regno (vt asseritur mihi) quod bona mobilia clericorum delinquentium Episcopis applicentur. Immobilia verò dominis temporalibus, à quibus tenentur, habentibus tamen iurisdictionem omnimodam. cùm ergo mutari non debeant, quæ longam interpretationem habuerunt, dicendum est, vt suprà, & pro hoc ff. de legibus. l. minimè. cum similibus. Nec obstat decretalis, si laicus, quia loquitur in iure patro. quod est magis spirituale, quàm temporale, & de patiẽtia sola est, quod à laico possideatur. quare, si ad Ecclesiam reuertitur, non est iuris, sed recuperat naturam propriam: cùm res de facili reuertatur ad suam naturã. ff. de pac. iurisg.
6 §. sed cum nulla. † Præterea sic se habet vniuersalis consuetudo in Regno Franciæ, quæ pro lege est seruanda. ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus in fin. C. de eman. liber. l. 1. & vlt. C. de diuer. off. l. viros. lib. 12. quã consuetudinem etiam pars aduersa non negat, sed dicit eam non valere, quia contra ecclesiasticas libertates. Sed dico, quod hoc non obstante posita consuetudine rectè secundum eam in casu nostro iudicari debet.
7 † Circa quod sciendum est: quod de iure scripto regulariter bona non confiscantur: vt C. de bo. proscri. in authen. bona damnatorum, in corpore authen. vt nulli iudi. §. fin. Sed ex consuetudine hoc habetur. Si ergo consuetudo hoc inducit, quod bona immobilia debeant ad dominum temporalem pertinere, nõ videtur ecclesiæ aliquid auferre, sed potius non dare, & hoc bene potest fieri. sicut de seruo, & filio dicitur, quod licet nõ possint domino, & patri aliquid auferre: bene possunt facere tamen, quod non acquiratur eis: vt est expressum. C. de acquir. pos. l. fin. C. de pac. l. seruus. ff. de pact. l. quæ iuris ciuilis. §. sed filius. Quinimò contra Ecclesiam rectè præscribi potest in dominio rerum, quæ non sunt Dominico vsui dedicatæ. C. de sacr. san. eccl. auth. quas actiones. Ergo & in casu nostro rectè contra Ecclesiam præscribi potuit, & consuetudo potuit dare domino temporali. Item consuetudo prædicta, scilicet quod Episcopus habeat bona mobilia tantùm, de iure probari videtur. Nam sicut clerici sunt priuilegiati in persona, vt tantum coram Episcopo conueniantur, sic reperiuntur quidam priuilegiati, vt ad sordida munera minimè teneantur. nunquid ergo prædictum priuilegium ad res immobiles se non extenderet, sed ad mobiles tantum: ergo & priuilegium clerico concessum trahit secum mobilia tantum. hoc probatur C. de his, qui in sacro pala. mili. l. 1. lib. 12. sicut & dicit lex: quòd res curiales alienatę in non curialem lucratiuo titulo patiebantur olim descriptionem, si essent immobiles: mobiles non: imò illę permittebantur dispositioni curialis, & sequebantur dispositionem eius. sic & hîc bona mobilia clerici sequentur clericum, & pertinebunt ad ipsum. Bona verò immobilia patientur confiscationem, & pertinebunt ad dominũ temporalem: vt C. de impo. lucra. descrip. l. 1. in princ.
8 lib. 10. † Hoc idem habetur per Frede. qui dicit, quod si fractor pacis fugerit à facie iudicis, res eius mobiles populo dispensantur, res verò immobiles, hęredibus applicantur. Si verò eis auferantur, nõ committitur ei, qui de persona eorum cognoscebat, sed rei applicantur in feudum, in 10. col de treu. & pace. §. si verò violator pacis. & ibidẽ propè dicit, quod si clericus pacem violauerit, puniatur pœna pecuniaria, quę applicatur domino temporali: licet per Episcopum fuerit condemnatus, vt infrà e. ti. de pace & treu. §. si clericus. alias est sub ti. seu Rubri. de clerico violatore pacis. in prin. Item hoc probant duę leges in contrarium alleg. vna est. C. de hæreti. auth. idem esse in fi. Nam & si in crimine hæresis mærè ecclesiastico admittitur fiscus, & post annum ecclesia ius habebat petendi, perdit per lapsum anni, apparet, quod illa determinatio, scilicet quod bona habeat ecclesia, nõ est
9 de iure communi, sed speciali. † Et ideo ita de facili tollitur, & specialia facilius tolluntur, quam communia: vt in corpore authen. de non alien. §. quia verò verisimile. si igitur ibi est speciale: ergo in alijs erit ius commune, vt scilicet ante annum fiscus habeat bona clerici ex alijs criminibus condemnati per eandem vide facit lex per partem aduersam allegata, vt clerici apud proprios Episcopos: quia ibi est speciale in crimine ecclesiastico, vt mulcta applicetur Episcopo. igitur in contrarium est ius commune, vt ibi patet. Item loquitur in multa pecuniaria. Item posito, quod consuetudo hoc non daret, cùm de iure aliud dici nõ potest, cùm bona mobilia clericorum sic condemnatorum, vt ponitur in themate, debeant ad dominum temporalem pertinere: sic enim statuit lex, C. de episcopali audi. l. addictos, & gl. dicit ibidem in patrimonio puniri clericum per iudicem secularem.
c Item attendatur quo iure fit confiscatio c. † Et scien-
10 dum est, quod confiscatio bonorum quædam est extraordinaria, id est, in casu non expresso à iure, sed ex iudicis potestate, & ista cõceditur illustribus in summa potestate positis, & de hoc loquitur lex. C. ne fi-
dinaria, id est, in casu à lege permisso, vel ex regni consuetudine generaliter, & ista fit per quemcunq; iudicem habentem merum imperium ratione territorij, & non per alium: quia confiscatio fit ratione iurisdictionis, & iurisdictio territorio adhæret: vt C. vbi, & apud quem. l. fin. nunc arguo, ille, qui non habet territorium, non debet habere confiscationẽ bonorum: sed Episcopus non habet territorium, quod patet expresse, quia lex dicit, quod si quis Episcopus pronunciauerit inter clericos, iudex secularis executioni propriè tradere debet, & hoc ideo, quia Episcopus non habet potestatem realiter exequendi. vt in auth. de sanctiss. Epis. §. si quis autem litigantium. & C. de episcopali audi. l. si quis autẽ litigantium. ergo, &c. Item aduertendum, quod nulla lex, vel decretalis pro contraria parte allegata cõcludit, quod debeat dicta bona Episcopus habere: sed benè videntur aliqua concludere, quod ecclesia, in cuius parochia morabatur, debeat habere: & istud satis potest dici de seruientibus ecclesiæ. sic loquitur in authen. de ec. ti. §. si quis autem Episcopus. Sed quod bona clericorum nõ seruientium ecclesiæ applicentur ecclesiæ: non concludit lex, seu ratio. Sicut dicitur, quod nec tales, qui nõ deseruiunt, habent per omnia priuilegium clericorum. C. de epis. & cle. l. genèraliter. nec debent tales clerici non deseruientes ecclesiæ curialibus comparari, sed rectè militibus comparari possunt seruientes. Audiat ergo iudex de hoc cognoscens legem loquẽtem de milite: quia si miles committat delictum modicum, bona applicantur cognatis, vel si non habeat cognatos, applicantur legioni, in qua militabat, vt puta quia se occidit tœdio vitæ, quod est delictum in milite leue, licet in pagano non esset. si autem se occidat ob conscientiam criminis, tunc cõfiscantur, licet in castrensibus permittitur, vt testari possit, si damnatus sit ex crimine militari. Et hæc probantur. ff. de iniu. rup. & irri. test. l. si quis ex hæreditate filiæ. §. quod si tœdio vitæ. & de test. mi. l. ex militari, & de don. inter vi. & vxo. l. cùm hic testatus. §. similis. Non ob. iura in contrarium allegata. nam cùm primò dicitur, quod prædia tributoria possunt per clericos pos-

possideri: verũ est, si licitè ad eos peruenerint: quod non est in casu præsenti, vt suprà dictum est. Secundò non obstat, quod dicitur, quod confiscatio debet fieri per ordinarium delinquẽtis: quia hoc potest dici verum esse, si sit ordinarius ratione territorij, quia sic eodem modo haberet potestatẽ in laicos, sicut in clericos, qui tamen laici sunt infra territorium suum, vel diœcesim eius: vel aliter verũ est, quod fit per ordinarium delinquentis in his, quæ sibi sunt subiecta. Sed bona patrimonialia nõ sunt sibi subiecta, sed domino temporali: ergo, &c. & hoc facit. ff. de bo. auto. iu. pos. l. cùm vnus. §. is qui. Non ob. quod tertio dicitur, quod bona sequuntur personam, & regulantur secundum conditionem personæ, &c. quoniã verum est, vbi bona comitantur personam, & tractamus de bonis, quantùm ad vtilitatẽ personæ. secus quantùm ad vtilitatẽ alterius: sicut alibi dicitur de partu, quod pro nato haberetur, quantũ ad sui commodum, sed quantũ ad aliorum commodũ, non: vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. † Nec obstat, quod eadẽ ratione dicitur, quod continentia causę diuidi nõ debet: quia verum est, quo ad cognitionem, & sententiam. sed quin, quo ad vtilitatem, diuidi possit, nõ est verum, & sic intelligitur d. l. nulli. † Nec obstat deinde, quod dicitur, quod cognitio, & inquisitio criminum per clericos commissorum ad Episcopum pertinent: ergo & bona eorum. Nam hoc non sequitur: quia propter bona iudices prædicta inquirere non tenentur. Primò ideo, quia iurisdictionẽ habent, etiam patet expressè, quod bona nõ sint causa istorum, quia constat, quod de iure scripto condemnatus bona regulariter nõ perdit. Nec est inconueniens, quod vnus habeat vtilitatem, & alius sustineat onus: quia sic habetur expressè in simili. ff. de leg. 3. l. his verbis. §. fin. vbi dicitur, quod si testator legauerit militiam, hæres introitum militiæ soluere tenetur. Et tamen legatarius habet vtilitatẽ. ff. de vsufruc. l. quæro. ff. de vsufruc. ti. generali. l. ad hæc. & l. si pendens. §. si quis cloacarij. Nec ob. §. quod sic delinquentes. quia secundum veriorem intellectum ille. §. loquitur de officialibus delinquentibus, quod expressè ibi dicit glo. cùm dicit inuenit scilicet prædictos milites, de quibus loquitur tex. precedens: quia erat officialis, propter quod ille tex. in casu nostro locum non habet. Item ponamus, quod iudex ex officio hoc facit, intelligo præcipiendo: & sic bene potterit facere, quantumcunque alius, scilicet dominus temporalis teneat bona. Item intelligitur ille tex. de iudice, qui est iudex ratione territorij: licet potestas eius sit territorio limitata: sicut & de magistro militum, qui est iudex inter milites. Et per eandem viam respondetur ad tex. de pace tenenda. Non obst. quod dicitur, quod nõ posset liberè pœnas imponere: quia sic sequeretur, quod nec aliquis iudex, cùm nullus habeat confiscationem, quantùm ad vtilitatem de iure etiam scripto, nisi solus Imperator. Non obst. quod dicitur, quod secundario debet ad ipsum pertinere, quia verum est, quantũ ad cognitionem. c. de lapsis. allegatum pro parte contraria loquitur, quod debeat ali de proprijs bonis, & paratus est dominus temporalis alere eum, si mobilia eius non sufficiant. Non obst. quod arguitur, quod confiscatio est introducta ad remunerationẽ sumptuum, & laborum, quia salua gratia dicentium non est verum. Sed bene est verum, quod panicularia tãtùm fiebant autoritate iudicum propter sumptus, sed non alia, vt ff. de bo. dam. l. diuus. Non obst. quod dicitur, quod diligentia ei esset nociua; quia omnia bona clerici extant sibi subiecta: quia verum est, quod extant sibi subiecta ex quadam consequentia, & nunc essent, sic haberet. vnde non erant bona mobilia Episcopo subiecta, vt bona. Vltima ratio, quia dicitur, quod bona clericorum sine legitimo successore morientiũ pertinent ad ecclesiam, non ob. quia non concludit, quod pertineant ad Episcopũ, sed ad Ecclesiã: vel (vt verius credo) ibi loquitur de clericis, qui erant in continuo seruitio Ecclesiæ deputati, & in illis debet esse idem, & in milite: vt
13 est suprà probatum. † Ad auth. idem in vestiarijs, & ad text. vt clerici apud proprios Episcopos. est suprà responsum, quia pro parte ista faciunt, si bene intelligantur. Ad l. si quis presbyter. dico, quod non loquitur in confiscatione, & ideo non est idem, vt est suprà de milite allegatum. Et quia suprà petenti consilium pro domino temporali non sufficit more prouincialium, qui non veritatem, sed longam scripturam desiderant, quod bona immobilia clerici, de quo quæritur, pro crimine per Episcopum condemnati ratione cuius criminis amittere debet bona, debeantur domino temporali, maximè cùm ab ipso in emphyteusim tenebantur, & non Episcopo applicari, probatur rationibus infrà scriptis. ¶ Primò quoniam dominus temporalis, à quo res in emphyteusim tenentur, est iudex specialis, & immediatus emphyteutæ, quantum tangit res illas emphyteuticarias, & ordinatio, & cognitio quo ad illas res, est sua, & quod sit iudex, etiam si alias iurisdictionem, quo ad illam personã non haberet, probatur in authentica de prohibita feudi aliena. §. præterea, & in auth. de quæst. §. si verò forsitan. circa princ. colla. 6. etiam si emphyteuta sit clericus. extrà de iudicijs. c. cæterùm. si ergo iste est proximior, & immediatè sibi debebitur applicari, sicut videmus: quod vbi sunt duo superiores inferior rem amittat, vel non acquirit & applicatur proximiori, & magis speciali, & non alteri. ff. de leg. 2. l. vltima. alias incipit, si filio. & Iac. 10. col. de prohi. alien. feu. imperialem. §. illud. Cùm enim iste sit dominus duobus respectibus, & quia habet iurisdictionem territorij, & quia iudex specialis, quo ad res, magis sibi, quàm Episcopo, debebãt applicari, vt sic duo vincula vincant vnum: vt insti. de adop. §. 2. in auth. de consan. & vteri. fratribus. circa princ. C. de adop.
14 l. cùm ita adoptiuis. † Item certum est, quod iurisdictiones sunt in territorio domini temporalis: licet enim inter Episcopum, & dominum temporalem distinguatur iurisdictio per personas magis, quàm per territorium: tamen constat, quod licet per clericum res temporales teneantur, quãtum est de rebus istis, adhuc remanent in ordinatione domini temporalis, & ius committendi res istas penes eum remanet sibi saluum: nec istæ res sequuntur ordinationem personæ: vt probatur C. de Episcopis & cleric. l. de his, vbi committitur penes dominum temporalem. arg. ff. de mune. & hono. l. fin. §. patrimonium. & C. de exac. tri. l. fin. quare magis domino temporali, quàm Episcopo debent applicari. Et propter hoc etiam dicimus, quod dominus temporalis in rebus, & earum amissione potest clericum condemnare, nec pœna
15 † applicabitur Episcopo, imò domino temporali: vt patet. C. vt nemo. pri. l. 2. C. de epis. & cler. l. repetita. C. de sac. san. eccl. l. iubemus. C. de naui. non excu. l. 2. lib. 10. Quare non est mirum, si ab eo bona, in quibus iste dominus habet ius reale sibi applicẽtur, cùm etiam alia bona clerici, qui per suum priuilegiũ subiectus est, quò ad personam Episcopo: sed certè bona immobilia conditionem clerici nõ sequuntur: vt ad eius priuilegium trahantur, quod patet manifestè, quoniam sic clericus priuilegiatus est, sicut milites in castris existentes sunt priuilegiati, vt C. de test. milit. l. milites. & instit. eod. tit. per totum. & ff. eod.
16 tit. l. 1. † Sed ponamus militi ad militiam eunti do bona: nunquid sequuntur priuilegium, & conditio-

nem personæ. Distingue, aut sunt mobilia, & tunc non sequuntur, sicut probatur. C. fami. herciſ. l. ſi filius. in princ. & §. prædic. & C. de impo. lucra. deſcrip. l. 1. lib. 10. arg. ff. de ſuppel. leg. l. 2. Cùm ergò iſta bona immobilia perſonam non ſequantur, nec Epiſcopo applicabuntur, ſed penes dominum temporalem remanebùnt: quoniam (ſicut dixi) res per ſe non ſunt ſubiectæ Epiſcopo, ſed domino temporali. Vnde ſibi debent, non illi applicari, quoniam dicit lex. Si habeam domum in vno territorio, quòd marmora illius domus bene poſſunt applicari ciuitati, in cuius territorio ſunt. ſed nunquid alteri ciuitati? dicitur, quòd non. quare cùm iſte Epiſcopus reputetur non ſuperior, non debent ſibi, ſed alteri
17 domino applicari. † Item hoc probatur, quoniam vides, quod ſi pupillus habeat bona ſub diuerſis iudicibus, quamuis etiam vnus de illis habeat pupilli perſonam in ſuo territorio, & ſua ordinatione, non propter hoc de bonis in alterius territorio ordinabit, ſed iudex, cui ſubſunt: quare licet Epiſcopus perſonam ratione priuilegij habeat in ſua iuriſdictione, non propter hoc ordinatio bonorum, & confiſcatio pertinebit ad eum, ſed ad illum, in cuius territorio ſunt, ſcilicet ad dominum temporalem. ff. de tuto. & cura. dand. ab his. l. pupillo. ff. de excu. tuto. l. iuriſperitos. §. cùm oriundus. & not. eod. tit. l. non ſolùm. §. & qui in teſtamento. & C. vbi petan. tuto. l. 1. per quas leges determinant Doct. quod bona condemnati debeant applicari domino, in cuius territorio ſunt, & non illi iudici, qui condemnat, vt ff. de bon. auto. iu. poſ. l. cùm vnus. §. is, qui. Iſtæ res emphyteoticariæ, & feudales taliter videntur conditionatæ, quòd non debent in Eccleſiam alienari. Et eſt ratio: quia dominus poſſet præiudicium pati, quoniam non ita ab Eccleſia poſſent ad eum reuerti, ſicut à priuata perſona, vt in lib. feud. de alie. feud. Mediolanen. circa princ. & in ver. ſed diuerſum obſeruabatur in Eccleſia, &c. quare ſi bona publicentur, ita parum per iſtam publicationem poterint ad Eccleſiam peruenire: quia vbi res aliqua prohibetur in alium transferri, per publicationem bonorum non poteſt venire ad illum, vt probatur. ff.
18 de fideicomm. lib. l. cùm verò. & l. rogo. † Et probatur per alium modum: quoniam vbi aliquis rem alienare prohibetur, ſicut ſunt res emphyteoticariæ,
d quæ ſine domini voluntate *d* alienari non poſſunt, vt C. de iure emphyt. l. fin. ſi ex neceſsitate ex ſua perſona proueniente alienet, nõ tenet, niſi tantùm, quò ad tempus, quo ipſe erat ius percepturus: vt ff. de iure fiſ. l. Gracchus. §. fin. ff. de leg. 2. l. peto. §. prædium. & l. vnum ex familia. §. quod ſi talia. & argum. in l. feud. de capitulis Corradi. §. final. & ff. ad Trebel. l. ex facto. quare videtur magis, quod proprietas harum rerum non poſsit penes Eccleſiam remanere. Item iſte clericus (prout dixi) Epiſcopo, quò ad perſonam, & Baroni, quò ad bona, & etiam quò ad perſonam, quantũ tangit cauſam illorum bonorum, eſt ſubiectus: quare dico, quòd non poteſt fieri per eum, quòd illud, quod ſpectat ad cauſam domini, in Epiſcopum alium dominum ſuum transferatur. & hoc videmus manifeſtè in ſeruo plurium dominorum, quoniam ſi de cauſa, vel de bonis, vel de peculio ſpectante ad vnum alteri ſtipuletur, nihilominus alter dominus erit potior: vt ff. de ſtipul. ſeru. l. 1. §. ſi ſeruus communis. imò & ſi eſt vnus, ad quem pertineat perſona ſerui, & alter habeat illum ſubiectum, quò ad aliquas cauſas, tamen inquantum tangit illas cauſas, non poterit applicari alteri, cuius erat perſona, vt in proprietario, & fructuario habetur, vt in proxi. alleg. l. 1. not. de ſtipul. ſer. §. ſi fructuarius.

19 † Quare quanquam iſte clericus, quòad perſonam Epiſcopi reputetur: quantùm tangit cauſam, per quam domino temporali erat ſubiectus: Epiſcopo per eum acquiri non poterit, imò ſi Epiſcopo per ſententiam, vel aliàs eſſet quæſitum, iſti domino reſtituere teneretur. Hoc probatur optimè, ff. de ſtipul. ſer. l. pe. & arg. de actio. empt. & vendi. l. ſi ſeruus. & ſi certi pet. l. cùm fundus. §. ſeruum. in fin. & ad hoc facit. ff. de pecu. l. hinc quæritur. §. pen. Item probatur, quoniam videmus in ſimili, quòd ſi ſeruus habeat peculium, quod eſt quaſi patrimonium ſerui, vt ff. de pecu. leg. l. denique. circa fin. & in illo ſint creditores, & ius habentes, & quæratur, quis in bonis peculiaribus præferatur? certum eſt præferri dominum, à quo ſeruus habuit peculium. cuius rationem reddunt leges, quoniam iſte dominus, à quo res deuenerunt, tanquam antiquior cæteris videtur præueniſſe. ſimile videtur, quo ad iſtum Epiſcopum, cùm dominus temporalis ſit antiquior, quòd ad res, quàm Epiſcopus, & ſic potior: vt probantur hæc. ff. de pecu. ſeru. l. & ſi damnum. §. pen. & §. ſequen. l. ſi noxa. §. 1. & ſeq. & ff. de pecu. leg. l. ſi peculium. circa princip. & l. denique. cum ſimil. item certum eſt, quòd Epiſcopus ius non habet, niſi propter hoc, quod iſta bona ſequuntur conditionẽ perſonæ, & priuilegium fori. † Sed certè iſtud nihil fa-
20 cit: quoniam vbi perſona priuilegiata habet bona, iura diſtinguunt: quia ſi ſint bona, quæ habet vt talis, & ſic priuilegiatus; illa ſequuntur eum, etiam ſi ſint immobilia. ſed ſi ſint alia bona, quæ non habet, vt priuilegiatus, & vt talis, illa non ſequuntur perſonam, nec ſecundum perſonæ priuilegium regulantur. Vnde ſi iſte clericus habet aliqua bona, vt clericus, fortè in Eccleſia in aliquibus bonis, illa bona perſonam ſequuntur: ſed ſi iſta bona, quæ habet, vt emphyteota, habet antequam eſſet clericus, non ſequuntur eius priuilegium. ita probatur. C. de excu. mune. l. maximarum. §. vlt. argum. ff. de in integr. reſtit. l. 3. licet enim iſte deliquerit, res iſtæ, in quibus dominus temporalis habet dominium, non deliquerunt, quare non Epiſcopo pro delicto, ſed domino temporali propter conſuetudinem, & legem applicabuntur propter commiſſum. Item quãquam diceremus, quod ratione cuiuſdam connexitatis ad perſonam bona iſtius viderentur debere Epiſcopo applicari: Dico, quòd illud haberet locum de bonis, quæ ſunt in iuriſdictione Epiſcopi, non de bonis, quæ ſunt in territorio Baronis. Hoc probatur in ſimili: licet legato actore, qui eſt in fundo, ratione connexitatis contubernalis, & liberi veniant in legato, verum eſt de illis, qui erant in loco illo: ſed ſi extra locum, non operatur illa connexitas talem ſequelam. ita probatur. ff. de fundo inſtru. & inſtru. leg. l. quæſitum. §. item lanificas. & §. ſi fundus inſtructus. iuncta l. eod. titu. Seia. §. prædia. circa fin. Et hoc videmus in ſimili: quoniam licet perſona, cùm naſcitur, patriæ naſcatur. vt ff. de cap. & poſtlim. reuer. l. poſtliminium. §. filius. & de munc. & hono. l. & qui originem. Et habeat etiam domicilium, & ſic illa ciuitas habeat ordinationem perſonæ: tamen ſi habeat bona in territorio alterius ciuitatis, illa bona contribuent, vbi erunt: Et ordinatio iſtorum bonorum pertinebit ad ſuperiorem illius territorij: non autem perſonam ſequentur: vt C. de mulier. & in quo loco, l. vnica. lib. 10. cum ibi not. Vnde ſicut pater peculium filij occupat iure ſuo, etiamſi filius condemnetur, cùm confiſcantur eius bona, ſic iſte dominus iſta bona, quæ ſunt quaſi peculium, quia ab eo tenentur, ſuo iure occupabit. C. de bon. proſcrip. l. filius. Item cùm bona proceſſerint ab iſto domino,

quæ

quoniam ab eo, vel ſuis fuerunt data in emphyteo-
ſim, certè ſi emphyteota amittat, melius eſt, & ratio-
nabilius, quod iſti domino applicentur, quàm quòd
in alium transferantur, ſicut etiam vides, quod ſi plu
res in fundo vno habeant aquæductum, melius eſt,
ſi vnus amittat, quòd eius pars reuertatur ad domi-
num, quàm quod transferatur ad alium: vt ff. quem-
ad. ſer. amit. l. aquam. circa fin. & per eundem mo-
dum. ff. de vſu. l. dominus. circa fin. ff. de ali. & cib.
leg. l. 3. circa fin. & ad hoc facit ff. ne quid in loco
pu. l. 2. §. viarum. & ff. de locis & iti. publ. l. viæ vi-
cinales. & pro hoc facit, quoniam ſi maritus dedit
bona mulieri, & mortuo viro mulier veniat ad ſecun
da vota, punitur, & amittit illa bona: & tamen non
applicantur ei, qui condemnat, imò illis, à quibus
venerunt. quare eodem modo iſti domino, à quo res
venerunt, applicabuntur, imò remanebunt penes
21 dominum, qui habet cauſam antiquiorem. † Et hoc
probatur in ſimili: quoniam ſi res mobiles in bello
capiuntur, in præda ſunt, & publicantur. ff. de cap. &
poſtli. reuer. l. ſi qui in bello. argum. ff. ad l. Iul. pe-
cu. l. pen. & de acquiren. re. do. l. transfuga. ſed po-
namus, res immobiles occupantur in bello, nun-
quid publicantur? certè non, imò illis, qui habent
cauſam antiquiorem, applicantur. ff. de capti. & poſt-
li. reuer. l. ſi captiui. §. 1. & ita ibi gloſſ. concord. &
propter hoc dicitur alibi, quòd ſi aliquis delinquat
in territorio cuiuſdam iudicis, & fugiat ad territori-
um alterius iudicis, ſi primus iudex ipſum inſequa-
tur, perſona, & bona mobilia debent illi iudici præ-
ſentari, licet immobilia non, ſed remanent penes il-
lum iudicem, ſub quo ſunt. in lib. feud. de cler. vio.
22 pac. §. ſi iudex. † Item videmus hoc alibi: quòd licet
aliquis forum ſortiatur penes Epiſcopum, & Epiſco-
pus ipſum condemnet, non propter hoc bona ipſius
condemnati Epiſcopo applicantur, imò domino
temporali. & hoc video in crimine hæreſis, in quo E-
piſcopus cognoſcit, vt in Authen. de mand. princ. §.
ſi verò canonicum. & in Authen. vt cleric. apud pro-
pri. Epiſcopum. §. ſi verò eccleſiaſticum. & tamen
certum eſt, quòd bona applicantur domino tempo-
rali. C. de hæred. auth. Gazaros. & in pluribus legi-
bus illius tit. & ſi dicatur, quod imò bona clerici Ec-
cleſiæ applicantur: vt C. de hæred. auth. idem eſt. in
fin. Non obſtat hoc, vt in alijs rationibus dictum eſt,
quia ibi ſunt duo, ſcilicet clericus & crimen eccleſia-
ſticum: & quia etiam ſi clericus non eſſet, cognitio e-
23 rat Eccleſiæ: ſed hoc in noſtro caſu non erat crimen
canonicum. † Item ibi bona ſunt condonata, & ali-
quis habet ius in eis, quare ſi contingat delinquere
illum, qui habet talia bona, licet ipſe bona amittat,
illa non debent applicari illi, qui condemnat, ſed a-
lij, reſpectu cuius bona erant condonata in emphy-
teoſim. & iſte eſt emphyteota, ergo & illi domino, à
e quo tenebantur, debebant applicari. e hæc proban-
tur. C. de inceſt. nupt. l. 3. & C. de bon. proſcript. l.
1. & fin. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. l. ſi quis presby-
ter. & ff. de bon. damn. l. fin. §. ſi libertinum. argu-
mento ff. de pub. l. fina. in princ. Nec erit mirum, ſi
Epiſcopus cognoſcat, & condemnet, & alter habeat
emolumentum, nec etiam ad alimentandum cleri-
cum teneatur, quoniam ſicut videmus, quod ex fa-
cto alterius emolumentum habere poſſum, nec pro-
pter hoc teneor. ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. i-
dem Labeo. argum. ff. de bon. auto. iudi. poſ. l. cùm
vnus. circa princ. & aliquando vni legatur, & alter
habet emolumentum. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa.
§. interdum. & pro hoc optimè facit. l. f quoniam ſi
ab Eccleſia res emphyteoticariæ teneantur, & res illa
propter delictum ſit penes alium, Eccleſia recupera-
re poteſt rem illam, quæ ab Eccleſia tenebatur, vel ſi
vult, poteſt dimittere pro annua penſione, & in hoc
eſt electio Eccleſiæ, quid facere magis velit. quare eo-
dem modo, ſi ad Eccleſiam res emphyteoticariæ do-
mini temporalis deuenerunt, recuperare poteſt eas.
Hæc probantur in Authent. de alien. & emphyt. §. ſi
verò contingit. circa princ. collat. 8.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale eſt. *Adde quod Io. An. tractat hanc quæſtio-
nem in addi. ad Spec. de feud. §. 1. col. 18. in ver. c. 1. §. Do-
mus. quæ additio cæteris in eo loco eſt longior. Et ſi libet
ſcire, quid iuris ſit in contrario caſu, cùm laicus ab Eccle-
ſia tenet emphyteoſim, & delinquit, ita vt priuandus ſit
bonis: Vide Caſtren. in conſil. 158. Ad hoc vide Alexand. in
l. ſi finita. §. penul. in 8. colum. & deinceps. ff. de dam.
inf. vbi inquit ex Romani ſententia pleroſque Docto. con-
uenire cum Oldr. hic. Tamen datur quædam limitatio, vt
ibi videri poteſt. Hanc ipſam quæſtionem Ancha. tractat
in repe. c. Ea, quæ. colum. 32. de reg. iur. in 6. Card. con-
tra Oldr. tenet in clem. 2. de hæret. Vide Epiſcopum Diaz.
in pract. ſua crimina. cano. cap. 106. nume. 7. vbi notat
Felynum, tanquam minus bene Cardinalem intellexerit.
Belaiſius omnino videndus in rep. cap. 1. §. contrahentes.
num. 106. de ſo. comp. in 6.*

ADDITIO ANTIQVA.

b ¶ Debent bona redire. *Adde quòd vbi bona emphyteo-
tæ ex delicto fiſco applicantur, dominium directum non di
citur confiſcatum, ſed ſolum vtile, ſecundum D. Guid.
Pap. poſt Iac. de Aret. quem alleg. in q. 438. incip. em-
phyteota. & quid ſi emphyteota commiſit delictum, pro-
pter quod eſt condemnatus, & bona debent ſibi auferri:
nunquid bona emphyteotica applicentur fiſco. Vide Bal-
dum in l. ſi quis presbyter. C. de Epiſ. & clericis.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

c ¶ Confiſcatio. *Adde in hoc articulo. Vide Epiſcopũ Diaz.
latè differentem in practi. ſua crimina. canoni. cap. 124.
ſuper ver. Bonorum publicatione punire.*

ADDITIO ANTIQVA.

d ¶ Sine domini voluntate. *Adde & nunquid emphyteo-
ta poſſit rem emphyteoticariam donare domino irrequiſi-
to, vt non incidat in pœnam. l. fin. C. de iu. emphyt. & an
tranſeat dominium in donatarium ſine inueſtitura domi-
ni directi vide plenè per dominum Guid. Pap. in quæſtio-
ne 46. incip. an emphyteota. & nunquid poſſit dari in do-
tem, & pignorari irrequiſito domino. vide quod elegan-
ter conſulendo tenuit dominus Alexand. in Conſil. 317.
incip. viſo themate. in 2. volum. & nunquid emphyteo-
ta vtile ſuum dominium irrequiſito domino alteri vende-
re vel donare poſſit. tradit latè idem Alexand. in Conſil.
119. incip. viſis narratis. in fin. 3. volum. vbi etiam con-
cludit, quòd ſicut emphyteota non poteſt vendere irrequi-
ſito domino, ita nõ poteſt ad longum tempus locare. vnum
tamen non omittas, quòd locatio facta ad decennium di-
citur facta ad longum tempus. licet enim gloſſ. vario mo-
do loquantur ita communiter tenetur, vt concludit domi-
nus Philippus Dec. poſt alios, quos refert in conſil. 204.
incip. in cauſa. in prima parte conſil. & adde, quòd quan-
do emphyteota vult ſuam emphyteoſim vendere, lex dicit,
debere interuenire voluntatem & conſenſum domini. l. ſi.
C. de iure emphyt. circa prin. & an licentia de ſui natura
debeat actũ præcedere. vide Pau. de Caſt. in conſ. 329. inci.
circa primum notandum. in prin. in 2. parte conſil.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

e ¶ Applicari. *Adde & dic clarius, ergo & emphyteosi, si delinquat emphyteota, bona illi domino, à quo tenebantur, debebunt applicari.*

f Facit l. *Adde quem tex. voluerit autor allegare, incertum est. Quæ verò sequuntur, ita videntur restituenda. Ita si ab Ecclesia, & cætera.*

De institu. de sententia, & reiud. de appel. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Approbatus per Episcopum ad duas parochiales Ecclesias potest postea reprobari, si præsentetur ad tertiam, & reperitur insufficiens. & num. 4.*

2 *Repulsio ab institutione non est sententia diffinitiua, sed decretum.*

3 *Item sententia lata super re notoria non suspenditur per appellationem interpositam infra decendium, sed potest mandari executioni.*

CONSILIVM XVIII.

1 CIRCA primum articulum ex themate collectum: qui est, an admissus ad duas parochiales Ecclesias successiuè per ordinariũ possit, si vocetur ad tertiam, & subiectus examini inueniatur idiota, totaliter repelli. videtur primò, quod non: quia quem primo approbauit, reprobare
2 non potest. ¶ ff. de adult. l. si vxor. §. vltimo. C. de test. l. si quis testibus. & de edil. edi. l. quod si nolit. §. infectum. Neque potest opinari eum ad vnum dignum, & ad alterum per omnia similiter indignum esse: vt t. quæst. 1. sicut Christus. & qui reputatur dignus ad ordines, reputari debet dignus ad beneficium illi ordini conueniens. vt extra de ætate & quali. c. accepimus. & argu. extrà de accu. nulli. & de sententia excommuni. in præsentia. & pro hoc. 3. quæst. 6. quippe. Sed contrarium videtur dicendum: est enim speciale in medico, qui semel approbatus potest adhuc reprobari propter periculum, quod vertitur in exercitio artis suæ: vt ff. de mune. & hono. l. vt gradatim. §. reprobari. C. de professo. & medi. l. 2. lib. 10. & ff. de excu. tuto. l. sed reprobari. in princip. constat autem, quod maius periculum vertitur in imperitia medici animarum, quàm in imperitia medici corporum: vt extrà de ætat. & qualit. cùm sit ars artium. Sicut videmus in eo, qui præponitur colligendis, & conseruandis pecunijs ciuitatum deputatis ad opera, vel frumenta: quia eliguntur per Episcopum primates, & potiores ciuitatis: & tamen si inefficax, id est, inutilis reperitur, postea reprobatur, vt in authen. de colla. §. iubemus. colla. 10. quia aut non fuit primò examinatus, aut perfunctoriè examinatus, nec fuit pronunciatum eum tunc idoneum, licet fuerit, vt idoneus admissus, & ideo iterum reprobari potest. vt ff. de bon. lib. l. si filius. §. cùm filius. in ver. planè si contra eum. & ff. de leg. præstan. contra tab. bon. pos. peti. l. filium. §. si quis contra tab. & C. quo. bon. l. t. & ibi not. & hæc fuit sententia domini Innoc. in c. accepimus. suprà allegato. & qui proponit aliquem criminosum, potest eum denunciare de crimine, nec poterit prætextu facti sui denunciatione excludi. extrà de iureiur. c. quemadmodum. & c. vult. & alio denunciante potest de eo iustitiam facere: aliàs cõpelleretur facere iniustum, & committere peccatũ. Item inquirere potest, si primus se ignorasse dicat, nec poterat replicare, quod sciebat, quod notorium erat: quia sic fateretur exciens crimen suum, & seipsum excluderet. vt C. de mu. patri. l. professio. & ff. quando appellan. sit. l. si Procurator. §. sed si auus. & hæc fuit sententia dom. Innoc. de cleric. coniug. c. diuersis falla. ¶ Ad contraria verò breuiter patet ratio, quia omnia loquuntur de consequentibus ad prima cohærentibus, vel connexis, hoc autem non sic. argum. pro hoc. ff. quo-
2 rum leg. l. 1. §. si duæ. ¶ † Ad secundum articulum, quo quęritur, an talis repulsio præsentati per euidentem scientiæ defectum dicatur sententia diffinitiua: breuiter videtur, quod sic: quia finem ponit negocio, de quo quæritur, ergo, &c. ff. de re iudi. l. 1. sed contrarium videtur verius, quia contrariorum eadem est disciplina. vt ff. de his, qui sunt sui vel alie. iuris. l. 1. & illa sententia censetur diffinitiua, cuius contraria censetur non diffinitiua: vt not. per Bar. extrà de elec. in c. cupientes. Sed constat quod confirmatio, vel admissio alicuius non seruato ordine iudiciario non est diffinitiua: quia si talis esset non teneret, quia lata contra solitum iudiciorum ordinem: vt C. quomodo & quando iudex. l. prolatam. & hæc fuit sententia dom. Innoc. extrà de appel. c. constitutus. in glo. sed quare non potius, &c. imò magis appellatũr decretum admissorium, vel reprobatorium: vt ff. quando appell. sit. l. 1. §. solent. & C. de appell. l. hi
3 qui ad ciuilia. ¶ † Ad tertium, quo quæritur, an lata sententia super notorio, & ipsa executioni mandata, appellatio subsequens infra decendium emissa faciat innouata inter sententiam, & appellationem in statum pristinum reuocari: videtur, quod sic, quia sicut in appellatione nihil debet innouari, & innouata reuocantur, ita nihil debet fieri in præiudicium deliberationis, quæ fit, vtrum quis appellet. C. de appel. l. appellatio. & not. ff. nil innouari appel. pen. l. vnica. & est hodie text. extrà de appellat. c. non solum. li. 6. ¶ Sed contrarium videtur verius: quia notorietas impedit appellationem. extrà de appellat. c. cùm sit Romana. & c. peruenit. & c. consuluit. ex quo enim factum ipsum, siue defectus notorius est, qui appellat, appellare videtur, ne id faciat, quod ex edicto perpetuo decernitur. scilicet, ne defectus notorius, *b* hæc autem appellatio admitti non debet de
b iure: *c* vt ff. de ap. reci. l. vlt. & de verb. sig. si qua pe-
c na. & per hoc patet responsio ad id, de quo quæritur, an sententia super notorio lata possit statim executioni mandari non expectato decendio, quia dicendum est, quod cùm decendium datum sit ad deliberandum, vtrum quis velit appellare, vel non: vt in authen. de appellat. & infrà quæ tempora, in princ. & hic certum sit appellari non posse, frustra esset expectare, quod expectatum non prodest: vt ff. ad Vellei. l. aliquando. §. vltim. & ff. de acquir. hære. l. cùm
4 hæres. §. fin. & argum. ff. de cu. bo. dando. l. 1. ¶ † Ad quartum, quo quæritur, an ex quo constat notoriè per examinationem præsentati ipsum præsentatum esse euidentem, & manifestum scientiæ defectum, in repellendo eundem, solennitatem iudicialem debeat Episcopus per omnia obseruare: & dicendum est, quod non: quia cùm incipit sine solennitate iudiciali examinare, oportet quod talis formatur euentus, quia à primordio tituli posterior formetur euentus. C. de impo. lucra. descript. l. 1. circa fin. Cùm enim duplex fuerit via. vna procedendi à toto principio iudicialiter, & alia sine figura iudicij, ex quo eligit vnam, habet illam seruare: vt C. de codi. l. vltima. & pro hoc bene facit. ff. de cur. fur. l. cuius bonis. in princ. & quod not. Arch. extrà de appellat. c. non solum. lib. 6. & idem not. Innoc. in executore, cui commissum est, vt examinet, & referat, vt ipse

not. extra de præſump. c. dudum, & idem not. Compo. extra de reſcrip. c. mandatum. in gloſ. pone quod § 4. in ver. ſed quod ante concluſionem. ¶† Ad quintum, quo dicitur, an dicta appellatio ſit iudicialis, vel extraiudicialis: Dicendū eſt, quod ſit iudicialis: licet enim non ſit ibi aſsiſtentia trium perſonarum, quæ in iudicio requiritur: vt C. de aſſer. tol. l. vlti. circa fin. & extra de verbor. ſign. c. forus. grauamen tamen (ſi quod eſt) infertur à iudice, & ideò locum habet. ea. extra de appel. cordi. & non eſt neceſſe ſeruare formam conſtitutionis vt circa. extra de elect. c. conſtitutio. lib. 6. ¶† Ad ſextum, cum quæritur, an cauſa appellationis huius de ſui natura ſit in curia: vel an poſsint iudices impetrari ad partes: videtur dicendum, quod cauſa ſit in curia, ſi appellatum eſt à prouiſione facta per ordinarios reprobata præſentatione prima. & hoc per c. ſtatuimus. extra de elect. lib. 6. Si autem appellatum eſt tantum à reprobatione præſentationis, non videtur cauſa eſſe in curia, ſi eſſet facta patrono laico. Si videtur habere locum. c. cordi. vt dictum eſt ſupra. In collegio verò, & eccleſiaſtica perſona preſentante, quia pinguius ius habent, quàm laici: argu. 16. quæſt. 5. ſi quis epiſcoporum. & quaſi cuidam electioni æquipollent: ideò habet locum pœna c. cum in cunctis. extra de elect. contra præſentantes ſcienter indignos: vt not. extra de offic. ordi. cum vos. & variatio non admittitur, ſicut nec in electione, vt extra de iure pa. cum autem. videtur ergò dicendum cauſam eſſe in curia per c. ſtatuimus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Non poteſt. *Huius authoritatis meminit Dec. in conſi. 475. col. 4. in princ. vol. 4. & limitat tunc poſſe reprobari, quod ſemel eſt approbatum, quando approbatio facta fuit per errorem,*

b ¶ Notorius. *Adde quòd puniantur vel plectantur meo iudicio eſt reſtituendum.*

c ¶ De iure. *Hoc ipſum Spec. decidit in §. videndum. iuxta medium. de execu. ſententiæ. & ibi Ioan. And. in additione maiori.*

De præſumptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides donatoris non impedit præſcriptionem donatarij poſſidentis bona fide non obſtante hypothecaria: et de duplici mala fide. Et an aut. malæ fidei corrigat iura antiqua.*

CONSILIVM XIX.

THEMA tale eſt. Quidam pater familias ob certam, & legitimam cauſam efficacem ad obligationem contrahendam obligauit ſe cuidam creditori in certa quantitate pecuniæ, & obligauit ad hoc debitum omnia bona ſua pignori: deinde filium horum omnium ignarum emancipauit, & eidem poſt emancipationem aliqua caſtra in generali obligatione ſub verbis generalibus comprehenſa donauit. Hic filius hypothecam ignorans tenuit bona fide, & donationis titulo per decennium, & vltra: nunc per creditorem hypothecaria conuentus vult ſe præſcriptione tueri: quæritur, an poſſit. ¶† Et videtur, quod ſic. C. ſi aduer. cred. l. 1. & 2. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. l. creditor. & l. an vitium. §. vlt. ¶ In contrarium autem videtur Auth. malæfidei. in hoc ergo ſtat virtus quæſtionis, an Authen. malæ fidei. corrigat rub. C. ſi aduer. credi. & alias ſimiles, vel non. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt ſciendum, quòd in aliquo poteſt attendi duplex mala fides: a vna vera, & propria, ſecundum quam quis a ſcit rem, quam poſsidet alienam eſſe, vel alteri obligatam: altera ficta, & ad alterum ex alterius perſona iuris quadam fictione transmiſſa, ſecundum quam, quantumcunq; quis ſit bonę fidei, ex perſona autoris malæ fidei cenſetur: vt ff. de vſuc. pro empt. l. 2. §. defunctus. & de diuer. & temp. præſcri. l. cum hæres. Si de prima loquamur, tunc propria ſcientia rei alienæ impedit præſcriptionem longi temporis reſpectu hypothecariæ: vt ff. de acqui. poſ. l. ſi quis fundum. in pen. & vlt. rñ. & not. C. de præſcrip. 30. vel 40. an. ſicut in rem. in gl. malæ fidei, &c. Si verò de ſecunda mala fide loquamur. 1. de perſona autoris in habentem ab eo cauſam, & hæc ſcientia rei obligatæ, quæ fuit in autore, nõ impedit præſcriptionem contra hypothecariam in emptore, ſeu donatario hoc ignorante: vt in toto tit. C. ſi aduer. credi. Nec obuiat aut. malæ fidei: quia loquitur reſpectu domini, vt apparet in determinatione in eadem aut. poſita: ibi, dum dicit: ſi verus dominus ignorat ius ſuum, &c. & in corpore auth. vt ſponſa. largi. §. rurſus. collat. 9. ibi: ſi autem dominus ignorat alienatarum rerum, &c. & hoc probatur ratione, in quo caſu iure antiquo per alienationem rei mobilis committebatur furtum, ac per hoc res in vſu capibiles reddebantur: vt inſtit. de vſuc. §. furtiuæ. eodem caſu per auth. malæfidei. Iuſtinianus nequiens rei immobili furtum inducere propter malam fidem alienantis, rei reſiſtente nã, quæ contractari, & baiulari non poteſt, vt ff. de vſuc. l. qua re. ſaltem inhibitionem longi temporis præſcriptionis induxerit. Sed conſtat, quod ſi debitor rem mobilem obligatam à creditore ſurripiat, licet fiat furtum, & teneatur furti ſurripiens. res tamen nõ fit furtiua, vt impediatur rei vſucapio: vt ff. de vſuca. ſcio. §. ſi rem. & de fur. l. cũ eos. §. 1. ſic ergò & in immobili, ſcientia donatoris ſcientis rem obligatam non impedit præſcripti, donatarij ignorantis contra hypothecariam, & ſic remanet titulus. C. ſi aduer. cred. cum ſi. non correct. & Authen. malæ fidei. loquitur de malæfidei poſſeſſore reſpectu domini. Nec enim aliter malæfidei poſſeſſor dicitur. quia circa rei poſſeſsionem nulla mala fides verſatur, vt ff. de ver. ſi. bonæ fidei. de contrahen. empt. & ven. l. quia quolibet. ſed magis habet ſcientiam cuiuſdam iuris extrinſeci, & extranei à dominio, & poſſeſsione, puta hypothecæ: vt ff. de leg. 2. l. Mæuius. §. pen. ergo auth. malæ fidei non vendicat ſibi locum: & hæc fuit etiam opin. Spec. de præſcript. §. pen. & Iac. de Aret in auth. malæ fidei, & ibi de hoc per Cy.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Mala fides. *Adde de duplici hac ſpecie malæ fidei Balbus agit in tracta. præſcrip. in 2. par. 3. par. in princ. in 3. q. Et ponit duplicem effectum huius diſtinctionis. Primus eſt, quod iura loquentia de mala fide intelliguntur loqui de vera, & non de ficta. Secundus eſt, quòd licèt error iuris dicatur inducere malam fidem in vſucapione, & longi temporis præſcriptione. l. Nunquam in vſucap. in prin. & ibi not. ff. de vſucap. Dyn. in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. tamen dicitur mala fides ficta. Et talis ficta nunquam nocet hæredi, quamuis vera noceat. l. ſequitur. §. hæres. de vſucap. Gl. maior in l. tutor rerum. de admi. tuto. Caſtren. in d. l. Nunquam in princ. Adde in hac materia Doct. in l. Pomponius. §. cum quis. de acqui. poſſeſ. Alex. in conſi. 83. & 120. in 6. volu. Neguſantium de pigno. in 1. membro ſextæ partis. num. 31. ver. ſeptimò limita. Soci. in ſallen. reg. 33.*

De testam. & de succes. ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Existentia sui hæredis habetur pro aditione, & num. 2.*
3 *Et an tacita vulgaris excludat matrem, & requirat aditionem. num. 12. & 13.*
4 *Hæreditatem non aditam pupillus non transmittit ad matrem.*

CONSILIVM XX.

QVIDAM habens matrem, & vxorem prægnantem in suo testamẽto instituit hæredem posthumum, & substituit per hunc modum: si posthumus decederet in pupillari ætate vel postea quãdocunque, tales fratres meos substituo: & dedit matrem suam tutricem posthumo, & mortuo testatore natus est posthumus, & eadem die mortuus: superstitibus matre, & auia, & fratre testatoris. Nunc est quæstio inter matrem, & fratres substitutos. dicit mater, quòd quia posthumus non adiuit hæreditatem; quòd substituti non debent admitti. Primò quæritur: an substituti sint admittendi ex pupillari substitutione, cùm non fuerit adita hæreditas paterna? Secundò quæritur, si dicatur, quòd non admittuntur substituti ex pupillari substitutione: an saltem admittantur ex vulgari subintellecta in expressa pupillari? Tertiò quæritur, an hæreditatem non aditam
1 pupillus transmittat ad matrem? ¶ † Ad primam quæstionem videtur aliquibus dicendum, quòd substituti veniant ex pupillari: quia sola existentia sui hæredis operatur confirmationẽ eorum omnium, quæ ad esse suum aditionem requirunt: vt ff. de fideicommis. liber. l. cùm quasi. §. sed & si quis sine hærede. & ad Trebel. ità tamen. §. si pater filium. & ibi no. & est casus idem in substitutione pupillari. ff. de acqui. hæred. l. filius qui se si nihil ad literam subaudiatur. & l. quæsitum. & l. Iulianus. & in omnibus tangit gloss. & secundum hoc, quòd dicitur. ff. de vulg. & pup. substit. l. 2. §. adeò. quòd pupillaris teneat, necesse est, quòd ex paterno adiri intelligitur ex substitutione facta exhæredato: sed secundum hoc vulgaris tacita, de qua lex loquitur. ff. de vulga. & pupil. substi. l. iam hoc iure. nunquam habebit locum. mortuo enim pupil. ante testatorem licet vulgaris expressa, si facta est, locum haberet: vt C. de cad. tol. l. 1. §. in nouissimo. & ibi not. & ff. de fideicommis. liber. l. Thais ancilla. §. Splendoforus. vulgaris tacita expirat: vt ff. de cap. & postli. reuer. quòd si filius. & ibi no. de vulg. & pupil. l. lex Cornelia. in vlti. responso. licet ibi no. cõtrarium, eo viuente post testatorem locum non habet: quia quantumcunque abstineat, pupillaris locum habet secundum præmissa. Sed hoc est absurdum, & falsum, scilicet quòd vulgaris tacita sit à lege subintellecta, & nunquam locum habere posset. Videtur dicendum, quòd pupillaris locum non habeat, nisi expresse adeatur ex paterno. & §. adeò intelligatur generaliter, sicuti & generaliter loquitur. † Et
2 quod dicitur de existentia sui hæredis, & quòd habeatur pro aditione, habet locum in his, quæ hæreditate non adita omnino pereunt, vt sunt legata, & fideicommissum etiam vniuersale. Sed successio testatoris, nec eius voluntas perit pupillari substitutione propter defectum aditionis deficiente: imò ille, qui erat pupillariter substitutus, ex tacita vulgari succedit, & sic sola succedendi qualitas. i. voluntas immutetur: vt ff. de hæred. instit. l. 2. §. pen. quod intelligo vulgari expressa de aliquo non facta: tunc enim cessaret tacita: vt ff. de vulga. & pup. sub. l. cum filio. Et ad leges in contrarium adductas solue, vt in qualibet
3 earum not. ¶ † Ad secundam quæstionem videtur dicendum: quòd ex vulgari tacita admittantur substituti: quia hic benè admittitur contra matrem: vt no. C. de instit. sub condi. fa. l. vltim. Et si contra hoc dicatur, quòd vulgaris tacita requirit aditionem: vt ff. ad Trebel. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. & ibi no. Respondeo, quòd hæc non est vera opinio, quod illud requiratur ad alicuius confirmationem, quod solet eius interitum inducere: sed aditio interimit vulgarem: vt C. de impub. & alijs substit. l. post adi. tam. ergo, &c. Præterea hæc opin. menti, & verbis vulgaris repugnat, vt Institut. de vulgar. substitut. in princip. Non obst. §. idem Iulianus. quia quod ibi dicitur: confirmatis patris tabulis per aditionem ex paterno poterunt ambo cogi adire ex substitutione, &c. non debet intelligi ex vlgari tacita: vt gloss. ibi intelligit, sed ex pupillari expressa, vt bona pupilli veniant in restitutione, quę ex vulgari tacita non venirent, sed solum paterna: vt ff. de vulga. & pupilla. substituti. l. si plures. §. ad substitutos. Præterea si in hoc casu vulgaris tacita aditionem requireret, vt pupillaris, similiter iam ex toto periret voluntas defuncti, & hæreditas ad extraneos deuoluetetur, & hoc casu existentia sui hæredis habetur pro aditione,
4 vt dictum est supra. ¶ † Ad tertiam quæstionem videtur dicendum, quòd cessante substitutione transmissio fiat ad matrem hæreditatis paternæ regulariter: vt C. de suis & legi. hære. l. apud hostes. ff. de reb. dub. c. qui duos. §. cum in bello. & de iure fisci. l. Lucius. & de castrensi pecu. l. hæreditatem. §. filius. licet in casu de quo quæritur multum hanc transmissionem impediat mater testatoris: vt ff. ad Tertull. l. 2. §. si quis ex liberis. & hoc no. domi. Odof. C. de iure delib. l. si infanti. Vndè in summa videtur, quòd ex hac successione nullum debeat mater infantis, siue posthumi commodum reportare.

De testamen. vel sub. ab intesta.

SVMMARIVM.

1 *Testator si substituit filio suo, vel hæredi, si decesserit sine filijs, tunc mortuo illo hærede cum filijs expirat substitutio, licet postea illi filij moriantur sine prole.*
2 *Et quomodo intelligitur illud: hæres hæredis testatoris est hæres.*

CONSILIVM XXI.

THEMA tale est. Testator habebat fratrem vnum, & ex fratre præmortuo vnum nepotem, & ex quodam alio fratre præmortuo tres nepotes: eos communiter hęredes instituit in omnibus bonis suis. scilicet fratrem in tertia parte, vnicum nepotem in alia tertia parte, & alios tres nepotes in alia tertia parte, eosq; substituit isto modo. Si aliquis hæredum meorum sine filijs, aut nepotibus, aut deinceps descendentibus, & masculis, moriri contigerit: eius portio deuoluatur ad cohæredes superstites, vel eorum hæredes, duntamen sint masculi, & ex masculis secundum rectam lineam descendentibus. Mulieres autem ex mulieribus descendentes ad huius successionem per totum excludo: quibus singulis mulierib. mille lib. si vna sola mulier superexerit ex illo, cuius portio ad illos deuenerit, dari mando ab hæredibus memoratis. Si verò plures mulieres extite-

extiterint, quamlibet earum 500. lib. pro dotibus ipsarum volo esse contentam. Quid si fortè omnes præfati hæredes nolunt huiusmodi dotes soluere, tunc portio deficientis deuoluatur ad Romanã Ecclesiam cum eodem onere quantitatum. quod si nec ecclesia, nec dicti hæredes legitimè requisiti voluerint soluere dictas dotes, tũc ipsa portio deuoluatur ad ipsam mulierem superstitẽ, & nubat, si voluerit in ea. Volo quoque, quod si omnes prædictos hæredes absq; filijs, aut nepotibus deinceps masculini sexus descendentibus ex masculis, vt dictum est suprà, mori contigerit, bona mea ad Romanam Ecclesiam deuoluantur. Testatore mortuo mortuus est vnicus nepos ex fratre prémortuo institutis quatuor filijs relictis, ex quib. duo mortui sunt absque prole. Deinde tertius, vnica filia relicta, quam hæredem instituit. Mox quartus mortuus est absque prole, prædicta nepte sua instituta, nunc veniunt masculi ex descendentibus cohæredibus institutis, & petunt se admitti iure præfatæ institutionis ad bona, in quibus est ista filia à patre, & patruo instituta: quæritur, an debeat? ¶ † Et mihi videtur in quæstione dicendum, quod substituto, de qua dicitur, quoniam tàm mens, quàm verba fideicommissariam inducunt, expirauerit in personam eius, qui decessit quatuor liberis masculis superstitibus, quid-a quid postea de liberis contigerit: *a* vt C. quando di. le. l. si quis hæredem. ff. ad Treb. l. hæredi. in princ. & ar. à contrario sensu in eo. tit. l. ex facto. §. si quis autem princ. substitutionis testator dixit: si aliquem hæredum meorum sine filijs, &c. quasi per hæc verba non 2 solum grauare intendit primos hæredes, † eò quòd b regulariter hæres hæredis testatoris est hæres. *b* vt in regula iuris: qui per successorem. & de verbor. signi. sciendum. C. de hæred. instit. l. vltim. cum si. quia c pronomen meorum *c* ad principaliter, substitutos tantum significatum restringit: vt ff. de au, & argen. leg. l. si ita esset legatum. & cum hæc substitutio fidei commissum inducat sub conditione relictum, non videtur respectum habuisse ad hæredes hæredum, nisi de hoc expresè dixisset: vt ff. de leg. 3. l. si finita fuerit. §. vlti. illa enim verba: si aliquem hæredum meorum, &c. videntur referri ad nominatos duntaxat: sicut cùm quæritur, an prælegata veniant in restitutionem. Dici enim consueuit, quod sic iam nominata: non autem, quæ sequuntur: vt not. C. de fideicommiss. l. cùm virum. Et quia secundum veritatem filij masculi hæredum scriptorum non sunt hæredes testatoris primi expressa eius vocatione, licet expressa voluntate substitutum excludant: vt ff. de leg. 1. l. filius. §. cùm quis. de vulg. & pupi. substit. l. vel singulis. & de hæredi. institut. l. Lucius. & ibi nota. Si autem fit iniunctum fideicommissum, eos non apprehendit, sed solùm scriptos, & expressa voluntate vocatos: vt not. ff. de iure codicil. l. si quis cum testamentum. §. vltim. in fin.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Contigerit. *Adde Bertran. in consil. 217. Ponitur in facto. vol. 1. Et in consi. 108. to. 10. & in con. 300. suppositio testamento col. 2. vol. 3. & consi. 105. Pace salua. eo. vol. Dec. in consi. 269. in antepen. col. num. 13. vol. 2. & in cons. 270. eo. vol. idem in consi. 477. in princ. vol. 4. Et limita hoc responsum Oldr. quod quotidie ab omnib. allegatur: vt non procedat, quando testatoris mens potest colligi fuisse alia. Bertr. in consi. 340. col. pen. & fin. vol. 1. Ias. in consi. 51. Curt. Iun. quem vide in cons. 121. col. 7. Vide quoq; eundem in si. vol. 3. Alcia. de verb. sign. lib. 3. in 6. col.*

b ¶ Hæres. *Hæc regula limitatur etiam per l. ambiguitatem. C. de vsufruct.*

c ¶ Quia pronomen, Meorum. *Simile notat Bartol. in l. ferui electione. §. si. ver. item quæro. de leg. 1. Et ad declarationem conclusionis istius: quando hæres hæredis dicatur hæres testatoris, vide Bart. in l. si. in 2. not. C. de hæredi. inst. Et ibi præclaram remissionem in apostillis super ver. Qui hæredes.*

De electio & de priuil. & de rescript.

SVMMARIVM.

1 *Si duo eligantur in imperatores, & vterque administret, non valet priuilegium alterius tantum, sed pendet ex euentu vtriusque circa idem: sic tamen priuilegium, in quo taceretur onus alias impositum ciuitati non valet. cum num. seq.*

CONSILIVM XXII.

a AD QVÆSTIONEM, *a* qua quæri-
1 tur, † Si duo sunt electi in reges Alamaniæ, & quilibet administret, an quilibet eorũ possit dare priuilegia, saltem ad hunc effectum, dum negocium pendet, præsertim cum eorum quilibet asserat se à maiori parte vocem in electione habentium fore electum? videtur primò dicendum, quòd quilibet eorum possit dare priuilegia. Et hoc facit ratio dubitationis dependentis, cuius ratione interdum quis vtitur re nõ sua, etiam consumendo, quam alias consumere non liceret, vt ff. de vsufruc. l. vsufructuarium. §. si in varijs. Interdum quis vendicat rem etiam non suã propter dubitationem, & difficilem discretionem ab altera: vt ff. de rei vend. l. item Pomponius scribit. in princ. & insti. de rerum diuisi. §. quòd si frumentum. & ibi not. & cùm disputatio est inter plures eodem nomine vocatos de legato præstando, vterque petit ab hærede satisdare de legato præstando in dici, vel conditionis euentum. & tamen constat, quòd non nisi vni deberi potest: vt ff. vt legat. & fideicommiss. nomine caueatur. l. si duo eiusdem nominis. & l. sed & ipsis. & de præto. stipu. l. Paulus. §. fin. & hoc idem est in substituto pupillariter ei, qui ex duobus impuberibus supremis moritur. ambobus enim simul defunctis, propter dubium ad vtriusque hæreditatem admittitur institutus: vt ff. de bo. poss. secundum ta. l. qui ex liberis. & de vulga. & pupilla. substitut. l. ex duobus. in prin. ita hîc, ex quo eorum quilibet administrat, electionem à maiori parte prætendens, cum electio talis sit, quæ quantum ad expeditionem eius, de quo quæritur, nullius confirmatione indigeat, videtur, quòd acta per administrationem medio tempore teneant saltem quantum ad effectum medij tẽporis: vt argum. ff. de offic. præsid. l. Barbarius. & C. de testam. l. 1. libertas enim data ab eo, qui postea seruus pronunciatus est, tenet: vt ff. qui, & à qui. manu. lib. non fiunt. l. competit. & alienatio facta ab hærede alienare prohibito propter proprium æs alienum tenet, donec hæres viuit: vt ff. de leg. 2. l. peto. §. prædium. vndè nullo alio euentu considerato videtur medio tempore saltem concessionem tenere: & pro hoc est text. C. de sen. pass. & restit. l. vltim. & quod ibi not. ¶ In contrarium videtur neutrius tenere concessionem propter iuris, & facti ambiguitatem in vtroque: quæ vtrunque impedire videtur: vt ff. de testa. tutel. l. duo sunt Titij. & de hæred. instit. l. in tempus. §. quoties. & quod supra de administratione in vtroque actu concurrente dictum est, in contrarium

videtur

videtur inducere. ſ. vt alter alterum concurſu impediat: vt ff. de vſufruct. l. quoties. in 2. reſponſo. & quia vterque de ſtatu ſuo dubitat, neuter executionem eorum, quæ alias poſſet habet. ff. de teſta. l. de ſtatu. & de leg. 3. l. 1. Hæc namque eſt natura repugnantiæ, vt neutrum tenere efficiat: vt ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. ¶ Et ibi not. etiam, quòd hæredi poſt motam hęreditatis controuerſiam eſt omnis alienatio impedita: vt ff. de peti. hære. l. diuus. in princ. & in ver. cauſa autem cognita. & famil. ercis. l. alienationes. † Sed verius videtur, Decisio. effectus conceſsionis ex euentu pendeat. arg. ff. de teſta. tutel. l. iure noſtro. §. fin. ibi euentus iudicatæ rei declarabit, &c. & de ſolu. qui res. in 1. 2. & 3. reſponſ. & de rebus dubijs. l. quædam. C. de iudic. l. rem non nouam. veritate autem apparente actum cum altero non ſubſiſtet: vt ff. de pact. ſi tibi decem. §. cum poſſeſſor. Nec quantùm ad hoc adminiſtratio quicquam facit: vt ff. de rebus eorũ. qui ſub tute. vel cura. ſunt. l. qui neque. C. de tuto. vel cura. qui non ſatisdede. l. in dubium. & l. vltim. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſaria. l. ſi tutor. Neque eſt eadem huius pro principe ſe gerentis, & veri principis adminiſtratio: vt ff. de eo, qui pro tuto. vel cura. ne. ge. l. 2. de do. exce. l. apud Celſum. §. ſi quis non tutor. Nec in hoc multum adminiſtratio facit, quoniam conſtat obuium ius habere: vt. C. de mune. & ac. l. actuarios. lib. 12. & ibi not. ff. de condi. inde. l. ſi vrbana. in penul. reſponſo. & de ſol. l. qui hominem. §. ſi nullo. & pro hoc, quod not. Inn. extrà de elect. c. nihil. & de reſti. ſpo. c. literis. Veritate quippè apparẽte ei ſtandum eſt opinione repulſa. 8. diſtinct. veritate. & liquet priuilegium conceſſum ab eo, qui ſuccumbit, non conceſſum à principe, ſed tyranno, & ideò nullum. & hic eſt caſus. C. de epiſcop. & cleric. l. decernimus. † Ad aliam quæſtionem, qua quæritur, an cum duo ſint electi, vt vterque adminiſtret, & omnia agat, vt rex, & vterque ſuper eodem negocio eius formæ, ſeu ſubſtantiæ priuilegium conceſſerit, an ex conceſsione facta per ambos ſic negocium ſit ſolidatum, ſicq; robur habeat, quòd non dependeat ex euẽtu, cùm certiſsimum ſit vnum ex eis ius habere pro eo, quod qui electus eſt à maiori parte, ille ius habet: nec requiruntur aliæ rimulæ iuris, ſed attenditur numerus tantum in electione imperij? Videtur dicendum, quod negocium ſolidatum non ſit: ſed ratio ſolidationis iuris, & facti à principio effectum eius, de quo quæritur, impediunt: vt probatum eſt in argumentis pro iſta parte in ſuperiori quæſtione inductis, ergò quicunque ſit exitus, ex poſtfacto non conualeſcit: vt ff. de reg. iur. l. quod ab initio. & de verbor. oblig. l. continuus. §. cum quis. in fin. & inſtit. de inutil. ſtip. §. 1. Hęres enim duobus teſtamentis eiuſdem teſtatoris ſcriptis dubitans, quod eorum teneat, ex neutro adit: vt ff. de acquir. hæred. l. cum qui duobus. ſic nec ille priuilegiatus ex alicuius conceſsione ius quærit. ¶ Sed contrarium verius videtur: quia huic priuilegiato, qualiſcunque ſit exitus quæſtionis duorum electorum ſic in reges, videtur ſufficienter eſſe prouiſum: vt ff. de acquir. hære. l. cum hęres. §. vltim. de hære. inſtit. l. ſi quis ita hæredem ſcripſerit. ad Velleia. l. aliquando. §. vlti. & de condi. indebi. Iulianus. Non ſolùm enim ex declaratione iuris alterius competentis: imò etiam ex noua acquiſitione ius priuilegiati videtur ſolidatum: vt ff. de vſucap. l. cum vir prædium. de fundo do. l. penu. de rei ven. l. ſi à Titio. & de doli excep. apud Celſum. §. ſi à Titio. & ad Trebel. l. filiam fratribus. & etiam à iure admiſſa prouiſio, quia quis vult ſibi, & actibus ſuis in omnem euentum prouidere. ff. de vulg. & pub. ſub. l. cohæredi. §. cùm filiæ, & de mili. teſtam. l. 3. in fi. & de teſta. manu. l. ſi iuris. cum ſi. ¶ † Ad aliam quæſtionem, qua quæritur, ſi vnus, vel duo (vt ſuprà) conceſſerint vnum priuilegium pedagij in aliquibus locis: an ſi loca illa onerata ſunt pluribus alijs pedagijs, poſsit obijci, ſeu vitietur priuilegium, quia mentio non eſt habita de prædicto onere aliorum pedagiorum. Breuiter videtur dicendum, quod priuilegium ex hoc ſurreptitium cenſeatur, quia ſi princeps ſciuiſſet, nouũ grauamen ſubditis non indixiſſet. ar. ff. de leg. 2. l. Titia. §. qui inuitus. & de dote præleg. l. quod dotem. Et nihil debet taceri, quod potuiſſet principem in contrarium mouere: vt C. ſi contra ius, vel vti. pub. l. præſcriptione. ibi vel tacẽdi fraude, &c. & ad hoc bene facit. ff. de pecu. l. cum dominus. in princ. de appel. 1. §. 1. translatione græca. C. de peric. hæred. l. ſi putas. extrà de fal. c. 1. 11. quæſt. c. quiſquis. Et hoc certè eſſet in conceſsionibus papę, quia nili de mente papæ apparet ſcientis ibi expectantes eſſe per clauſulam aliquam generalem, vel ſpecialem, gratia ſurreptitia eſſet: *b* vt extrà de reſcrip. c. mandatum. & ibi not. & c. literis. & c. Abbatem.

1 2 3 4 a b

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ad quęſtionem. *Adde circa materiam præſentis conſ. vide Ioannem, & Alex. Imolenſes in l. licet. de leg. 1.*

b ¶ Gratia ſurreptitia eſſet. *Adde Iaſ. in prin. conſil. 165. volum. 4. vbi meminit huius vltim. concluſionis Oldr. Alexand. in conſi. 114. in 1. colum. vol. 1. eundem Iaſ. in l. 2. prope fin. C. ſi contra ius.*

De priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Si duo electi in imperatores concedunt priuilegia, vſus illorum eſt interdictus impetrantibus, quouſque declaretur quis eorum ius habeat, ſecus ſi vterq; conceſſit idem priuilegium. cum num. ſequen.*

CONSILIVM XXIII.

VIDI quæſtiones pro parte veſtra mihi miſſas, & quæſtiones illæ ex reſponſionibus meis aliàs miſsis ſuboriri videntur. Breuiter, quod intellexiſtis, & intelligo, & declaro ſic: quia in quæſtione, qua quæritur, an duobus concedentibus poſsit quilibet priuilegium concedere, reſpondi pendere effectum conceſsionis priuilegij ex euentu. Hoc autem intelligo. 1. declarationem effectus conceſsionis. realiter enim ipſa conceſsio non pendet, quia aut ſtatim valet, aut non. arg. ff. communia prædi. l. vlt. in fi. & quod ibi not. & ff. de ſtipu. ſer. l. vſusfructus ſine perſona. in fin. de verb. oblig. l. continuus. §. cum quis. in fi. & quod not. inſtit. quimo. pat. poteſtas ſoluitur. §. ſi ab hoſtibus. Eſt ergò effectus ipſe conceſsionis, vtrum teneat, vel non, in ſe certus, licet propter facti quæſionem ſit nobis incertus: vt ff. de iudi. l. ſed ſi reſtituatur. §. vlt. & ſi certe. tat. l. cum ad pręſens. & l. ſeq. C. qui admit. ad bo. poſſ. 2 nit. l. quamdiu præfecti quæſtionem. † Ad id autem, quod quæritur, an hoc caſu pendeat vſus conceſsionis, vt ſit medio tempore interdictus? rationabilis eſt quæſtio: quia interdum aliquid non pendet, ſed effectus eius duntaxat pendere dicit. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. cum hic ſtatus. §. ſinaũt. ibi dicitur pendere acceptilationem, non ipſam, ſed effectum eius, &c. Sed in hoc dico, quòd ſecundum veritatem, ſicut efficacia conceſsionis non pẽdet, ita nec vſus ſecundum rem pendere debet. Verum quia pendere debet controuerſia de iure concedentis, ex cuius euentu apparebit,

parebit, vtrum concesio tenuerit, vel non habent subditi iustam causam non admittẽdi talem impetrã tem ad vsus priuilegij. ar. ff. de bo. lib. l. quamdiu. de exce. rei iu. l. 2. ad Carbo. l. 3. §. cum extaret. & de cõd. 3 inde. l. sufficit. ¶ † Ad aliam quæstionem, qua quæritur, vtrum vsus priuilegij concesi eidem de eodem, & sub eadem forma à quolibet ex duob. de imperio contendentibus sit interdictus contentione penden te? mihi videtur, quod non, quia certum est in omnẽ euentum impetrantem vniformiter ius habere, sicut natiuitas posthumi, quæ speratur non differt aditionem viuentis existentis in eodem gradu, cum eodem saltem in ea parte, quam in omnem euentum habiturus est: vt ff. de acquir. hære. l. cum quidam. §. vlti. & l. neuter. de iud. l. sed & si restituatur. §. vl. & si pars hære. pe. l. antiqui. Et hoc probant rationes alias in quęstione hac adductæ. Cum enim efficacia concesionis ex euentu nullo modo pendeat, non debet vsus eius aliqualiter interdici: sicut scribitur in iure, quod pendente controuersia super petitione hæreditatis inter duos interim vsus actionis pro legatis competentis, eo quod effectus eorum, ex testamento dependet, vt ff. de pig. l. si superatus. in 2. responso. aliqualiter suspenditur. vsus verò actionum creditoribus competentium, quia ex testamento non pendent, nullatenus est interdictus: quoniam certum est in omnem euentum eas habituras effectum, & est casus. C. de pe. ti. hær. l. vlt. & videtur, quod ista quæstio posit determinari per casum legis: vt ff. de vsufruct. l. quicunque. §. si fundos. in 2. responso. & videtur cautum, quod vtrique concesioni innitatur impetrans: vt extra de conces. præb. c. post elect. nec ob. extra de elec. vt quis duas lib. 6. quia ibi agebatur de iure quærendo, hic autem de vsu iuris efficaciter iam quęsiti: sicut ibidem no. Arch. & per hoc patet responsio ad ea omnia, quæ possunt in contrarium adduci, & hoc etiam modo potest absolui c. 2. extrà de integ. restitu. etiam inquantum contradicere videretur his, quæ in superiori quæstione dixi, ad l. 1. §. si pendeat. & ad l. bonem. §. vlt. de ædi. edi. patet responsio: quia ibi, quod expectabatur, faciebat agentem ius habere, vel non habere. In casu autem nostro quicunque exitus de controuersia imperij sequatur, non facit impetrantem ius habere, sed declarat statim, an habeat, vel nõ habeat, vt dictum est supra. vnde sto in iam dictis, sciam in casu, quo ab vno solo manauit concesio, probabilem causam habeant non parendi: quando verò à duobus manauit, credo diuersum.

De censibus & de verborum sig.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructuarius omnium bonorum debet habere laudimium omnium rerum censualium. Et quid sit laudimiũ.*

CONSILIVM XXIIII.

1 QVOD dominæ vsufructuariæ, † cui est bonorum omniũ vsusfructus relictus, debeatur omne id, quod ex laudimio rerum censualium, quæ in bonis, quorum vsusfructus relictus est, reperiuntur, percipitur, ostenditur rationibus infra scriptis. ¶ Prima negari non potest, quin in bonis sit ius percipiendi laudimium, quandocunque casus occurrat: vt ff. de ver. si. l. bonorum appellatio. Non obstante, quod præsentialiter non debeatur: quia spes est deberi, quandocunque contingat alienationem fieri, arg. ff. de act. & oblig. is, cui & quibus ex causis in poss. ea. l. in possesionem. & instit. de verbor. obligat. §. ex conditionali. Qui ergo legat vsumfructum omnium bonorum suorum, legare videtur talis iuris vsumfructũ, & eò quod in bonis est, vt probatum est. Fructus autem rei est vtilitas ex re, vel propter rem quomodocunque perueniens: vt ff. de re. iur. l. fructus, & ibi not. nec per hoc minus in legato vsus fructus includitur, quod legati tempore actu non debebatur: quia saltem debebatur spe. arg. ff. de vsufruct. leg. l. Sempronius. C. de don. l. spem & ff. de hære. vel actio. ven. l. multum interest. ¶ Secunda ratio est, quia vsufructuario viuente breuiter proprietarius nihil vtilitatis percipit, nec de re pro voluntate disponit: vt ff. de vsufruct. & ha. l. vlt. & de vsufruct. l. hactenus. §. fin. & l. seq. Cum igitur in tali debitoris censualis mutatione in commodum vsufructuarij verti possit, vt potè quia de bono in malum possit conuersio fieri: vt ff. sol. mat. l. 2. & de verbor. oblig. l. si quis stipulatus. in fin. debet in tali translatione consensus vsufructuariæ requiri, vt ff. de aqua plu. ar. l. in concedendo. ne ei inuitæ detur debitor, quem non vult: vt ff. de noua. l. Stichum. §. vltim. fic ergo debetur laudimium, quod datur propter consensum: vt C. de iu. emphi. l. vlt. ¶ Tertia ratio est laudimium hoc videtur esse quoddam incrementum quasi vsufructu legato implicitum nouiter antè decretum, cedit igitur in legatum. arg. ff. si ex noxa. causa aga. l. vlt. ff. de vsufruct. l. item si fundi. §. sed si insulam. ¶ Quarta ratio est, cùm bonorum vsusfructus legatur, & ad aliquem quocunque modo vsusfructus perceptio pertinet, omnis vtilitatis perceptio etiam ex incorporalibus proueniens debetur vsufructuario: vt ff. de vsufr. leg. l. vxori. & si q̃ ẽt ex obligatione, quę de quinquennio in quinq̃nnium commutatur: vt ff. sol. ma. l. diuortio. §. itẽ si locatio. Sicut ergo sequuntur fructuarium quocunque modo debita ex obligatione conuentionali, sic & debita ex obligatione legali, quæ non est minoris efficaciæ: vt ff. de act. & oblig. l. obligamur. sed laudimium potest dici esse in obligatione legali per l. vltim. C. de iu. emphyt. ergo dici debet sub legato vsusfructus comprehendi. ¶ Quintò, & vltimò videtur hoc posse colligi ex generalitate legis. ff. de vsufruct. l. vsufruct. leg. §. 1. l. si fundi. in principio.

De sepulturis.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura non electa si quis decedit, debet sepeliri in ecclesia, vbi pater, & auus illius sunt sepulti.*

CONSILIVM XXV.

2 THEMA tale est. a Aliquis propter defectum ætatis intestabilis, vel testabilis, sed non testans, decesit sibi nulla sepultura electa. pater, & auus apud prædicatores elegerunt sepulturam. superiores verò in parochiali ecclesia sunt sepulti. nunc quæritur, quæ istarum ecclesiarum debeat in huius sepultura defuncti præferri, vtrum, scilicet prędicatores, in quorum ecclesia immediatorum superiorum corpora requiescunt, an verò parochialis ecclesia, in qua defuncti superiores, licet me
1 diati, & remoti, puta proauus, &c. sunt sepulti? † Et videtur, quod parochialis ecclesia præferri debeat, quia sicut locus originis præteritur domicilio acquisito: vt ff. ad muni. l. libertus. §. præscriptio. in 2. responso. & de decu. l. 1. & no. C. de inco. l. ciues. sic & ecclesia parochialis, quæ per baptismum, & ministra-

eonem sacramentorum regenerationē induxit. Præterea c. is, qui. & c. licet pater. extra de sepul. lib. 6. loquuntur de ecclesia, in qua consueuerunt sepeliri maiores. † Maiorum autem appellatio propriè, & strictè
2 sumpta est tantùm vltra tritauum: vt ff. de grad. l. iurisconsultus. §. parentes. & ff. de in ius vo. l. quicunq;. §. parentes. & ibi not. Non est ergo in dubio à significatione vocabuli recedendum: vt ff. de exercito. l. 1. §. si is, qui nauem. & de leg. 3. l. non aliter. præterea parochialis duplici iure nititur, scilicet quia & maiorum ibidem corpora sunt sepulta: & quia parochialis est, & ministrauit ecclesiastica: debet ergo vincere eam, quæ vni duntaxat innititur iuri, vt in Auth. de consan. & vteri. fratri. §. pen. col. 6. C. de adopt. l. vlt. §. si verò pater naturalis. ¶ Sed contrariū videtur verius: nam sicut se habet domicilium in viuentibus, sic se habet ius funerandi in defunctis. 13. q. 2. vbicunque. in fine. sed in domicilijs viuentium sic est. quod filius originale, & immediatum domicilium patris sequitur: non aliorum superiorum: alioqui oporteret nos agrum quærere Damascenum, vbi formatus fuit Adam, vt ff. ad muni. l. assumptio. §. filij. & ibi
3 not. ergo, &c. † Præterea quantò causa est proximior, tantò magis influit, & potest supra causatum, maximè secundum iuristas, qui proximam cuique rei potissimè causam attendunt: vt ff. de except. rei iudi. l. cum de hoc. & de condi. ob turpem caus. l. penul. & nota. ff. re. amo. l. si mulier, cùm de viri vita desperasset. Sed constat patrem, & auum proximiores esse ad hunc, de quo quæritur, ergo, &c. Præterea viuenti ex quadam sanguinis charitate introducta videtur affectio, sicut colligi potest ex his, quæ habentur 13. quæst. 2. ebron. Sed constat maiorem esse affectionem inter filium respectu patris, & nepotem respectu aui, quam respectu remotiorum. ergo maior erit in tumulando, vt sicut dura est eorum viuentium separatio, sic sit etiam defunctorum: vt ff. de ædi. edic. l. plerique & de fun. instr. & instr. le. l. quæsitum. §. vxores. Præterea id debet de iure seruari, quod verisimile est communis legislatorem vel priuatæ, vt testatorem disposuisse, vel dispositurum fuisse, si ei id, de quo quæritur, occurrisset, vt de codicil. l. qui graui, & ff. de pac. l. tale pactum. §. pater, qui dotem. & C. de inoffic. testa. l. 3. sed cum iura nouissima potissimè cuicunque dent licentiam eligendi sepulturam, vt extrà de sepul. c. cum quis. lib. 6. Consonum est rationi id sequi, quod est verisimile, defunctum, si testabilis, vel testatus fuisset, electurum fuisse. sed verisimile est, quod proximiorum sibi sepulturam elegisset, quia in his, quæ ex affectione, & sanguinis charitate descendunt, proximiori quisque loco videtur inuitatus: vt ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre, & C. de fideicom. l. cùm acutissimi, & de insti. & sub. sub cond. fac. l. generaliter. Præterea si obligatio ad sepulturā certam à proauo, & superiori descendit in hunc defectum, hoc est mediante persona patris, & aui, vt ff. de colla. bo. l. dotem auus. Sed per electionem alterius sepulturæ factam per patrem, & auum facta est interruptio huius medij, ergo impeditus est descensus ad hoc extremum, vt C. de quæstio. l. diuo Marco. & de natu. lib. l. vlt. Præterea in omni variatione proximus, & morti magis coniunctus status inspicitur, sed sepulturę patris, & aui sunt vltimæ, & morti huius defuncti magis proximę, ergò ipsæ attendentur: vt C. ne de stat. defun. l. si pater. ff. de ali. & cib. leg. l. Mela. circa prin. & eam ad se trahent. Sicut dicitur de insula in flumine nata, quæ si in medio sit fluminis, communis est eorum, qui prope ripam ab vtraque parte fluminis prædia possident: si autem alterius parti proximior sit, eorum tantum est, qui ab ea parte prædia possident: vt ff. de acquir. re. do. l. adeo. §. insula. Præterea quid est dicere, quod eorum sepulturæ hunc, de quo quæritur, ad sepulturam trahant, quibus ipse agnatus, vel cognatus non fuit, vt potè nec eis viuentibus conceptus, illius sepultura omissa, qui ipsum genera-uit? & sumitur hęc ratio ex text. ff. de suis, & legi. hęre. l. Titius. & duabus legibus seq. & ff. vnde cog. l. r. §. si quis proximior, & ex his videtur hæc sententia verior. ¶ Ad oppositа ergò sic breuiter respondetur.
4 ¶ † Et primò ad primum, quia magis originaliter in est homini liberum arbitrium in electione veræ prę-sumptæ sepulturæ, quam obligatio ad parochialem ecclesiam: quia nihil est, quòd adeò hominibus debea-tur, quam vt suprem æ voluntatis liber sit stylus, & est licitum. quod irritum non redit arbitrium, vt C. de sac. sanc. eccle. l. 1. & in Auth. de nup. §. disponat. & 13. quæst. 2. c. vltima voluntas. & hoc dicit expressè c. is, qui. extrà de sepul. lib. 6. ibi vel in ea potius in maiorum, &c. & c. licet pater. prout alternatio ibi posita demonstrat ordinem, non dat electionem. ff. de le. 2. l. cum pater. §. pen. & sic apparet, quod argumen-
5 tum primum deficit in propositione minori. ¶ † Ad secundum respondetur, quod licet maiorum appellatio strictè sumpta talis sit, vt ff. de interd. & releg. l. 2. tamen in patre, & auo eius significatio verificatur: vt C. de co arta. princ. & cornicu. si coartalis. lib. 12.
6 ibi, cui maiorum suorum, &c. ¶ † Ad tertium, cùm dicitur, quod ecclesia parochialis duplici iuri innitetur, &c. Respondetur, quod non solùm innititur duplici iuri, imò nulli, quia parochialem esse respectu eius, in qua sepulti sunt maiores, nihil facit. ergò numerum non constituit, nec ibi immediatorum maiorum corpora sunt sepulta, licet ibi sit familiare: & fortè communis agnationis sepulchrum. alibi tamen est hæreditarium, speciale, & proprium, inter quæ multum refert, vt ff. de relig. & sum. fu. l. familiaria sepulchra, & l. seq. & in toto iure potentius est, quod refertur ad speciem, quam quod refertur ad genus: vt ff. de leg. 3. l. seruis vrbanis. §. vlti. & de reiu. l. in toto. Videat ergo parochialis ecclesia, quæ se iactat duplici iure vti, & aduertat, quia videtur omni iure destitui. Oldra.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Adde quod Alcia. præceptor meus in l. Appellatione parentis. ff. de verborum signifi. meminit huius consi. 25. & illud sequitur.*

De donationibus.

SVMMARIVM.

1 *Pater si filiæ existenti in potestate sua consentiat, quòd possit de dote donationem causa mortis facere, ipsa filia potest donare fratri in eadem potestate existenti.*

CONSILIVM XXVI.

1 a PATER † consensit filiæ dotatæ a in potestate existenti, vt de dote sua possit mortis causa donare, cui voluerit. Fi-lia donauit vni ex fratribus in potestate patris existenti. Quæritur an valeat donatio? & videtur, quod non: sicut nec pater potest ascribere filio in testamento extra aliquid, quod ei quæratur: vt ff. ad l. Cor. de fal. l. si pater filio, & quia videtur patrem in acquisitione sibi facienda autoritatem præstitisse, non valet, vt ff. de auto. tu. l. 1. & ibi de hoc not. & l. quod dicitur. §. vlt. Sed contrarium videtur non improbabiliter dici posse: quod sic probatur talis promissio, quantū ad exercitium huius actus,

ius actus, idem operatur, quod emãcipatio, quantum ad ômnes. vt ff. de dona. l. tam is. C. ad senatus. Mac. l. & permittente, sed constat, quod emancipatus possit fratribus donare: ergo, &c. ¶ Secundò probatur, dominus, vel pater concedendo peculium filio vel seruo videtur concedere potestatem obligationis contrahendæ cum his, qui in concedentis potestate sunt. vt ff. de pecul. l. sed si damnum. §. 1. & instit. quod cum eo, §. cum autem. & sic ergo cum permittat donare, quasi quod donauerit fratri, hic casus attulit, & voluntas donantis, non voluntas permittentis fecit. ar. ff. ad l. Cor. de fal. l. de eo. in fi. & de condi. & dem. l. in conditionibus. ¶ † Tertiò probatur, cum de iure communi dos à patre profecta debeat redire ad patrem extantibus liberis, vel non secundum opi. com munem. vt C. so. ma. l. dos à patre. si consentiret, & in spem faceret actum, per quem reuerteretur ad ipsum, teneret consensus: quia necesse est illud fieri, & hic est casus. ff. de contrahen. emp. & ven. fistulas. §. 1. sic ergo habes propositum. ¶ Quartò probatur. gl. in d. l. ff. de au. tu. videtur fateri, quod quantum ad ipsam proprietatẽ teneret donatio, sed quo ad vsumfruc. non. Sed certè si tenet quo ad proprietatem, necesse est etiam tenere quo ad vsumfru. quia si vsumfructum patri quærere non potest, quærat sibi. quod enim patri per filium quæri non potest, ipsi filio quęritur. sicut dicitur quod vni domino quæri non potest, alteri per seruum insolidum quæritur: vt ff. de stip. ser. l. proinde. §. vl. & quidquid liber homo bona fide possessus bonæ fidei possessori quærere non potest, sibi quærit: vt ff. de acquir. rer. do. l. liber hõ. §. vlti. factum cuius executionem non potest seruus acquirere domino, quærit sibi: vt instit. de stip. ser. §. cum sanctum, & hoc etiam glo. sensit. C. de bo. quæ lib. auth. item in his. vbi dicit, quod si legatur vsusfructus filio, totum sibi quærit, quia nihil est, quod patri quæri possit, eò quod seruus seruitutis, &c. ff. de vsufruc. leg. l. 1. ¶ Ex prædictis ad contraria patet responsio tam consideratione præfati consensus, qui ab autoritate distat, quæ in vno duntaxat negocio interponitur, & in ipso: vt ff. de auto. tu. l. obtum donationem causa mortis, sed plures complecti tur, & ab eis in tempore distat: vt d. l. tam is, & ff. de dona. l. filius,) quam ex consideratione rei, quæ ad patrem erat reditura de iure, & in qua per talem donationem nihil ei acquiritur, vt ostensum est supra. ex his ergo patet dici posse dictam donationem tenere de iure.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Dotatæ. *Adde & vide in materia huius 26. consi. Alex. remissiue in l. antepen. in fin. C. qui admitti. & ibi Curt. in apostillis. Dec. in consi. 245. col. 2. & 3. vol. 2. Cæpol. in responsis ciuilibus consi. 58. casus, qui oritur super quinto dubio principali col. 13. Vbi in fortioribus terminis concludit valere donationem etiam ipsi patri à filia factam eo ad suã vtilitatem præstante consensum.*

De postula. præla. & de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Frater de ordine mendicantium postulatus debet ex bonis ecclesiæ habere expensas.*

CONSILIVM XXVII.

THEMA tale est. Vacante quodam monasterio monachi vnanimiter, & concorditer postulauerũt in abbatẽ quendam de ordine prædicatorũ. Nunc ille, cum velit postulationem suam prosequi, nec habeat expensas, quia est de ordine mendicãtium, vertitur in quæstione, an postulantes teneantur eidem de bonis monasterij negocij prosecutionis sufficientes ministrare expensas. ¶ † Et breuiter est dicendum, quod sic. sicut enim vsusfructus legatus adminiculis eget, sine quib. quis vti frui non potest, sicut via, & itinere, & ideo ad hæc proprietarius obligatur: vt ff. si vsusfru. pet. l. 1. §. 1. Sic videtur, quod postulantes ad expensarum adminicula teneantur, cum sciuerint naturam negocij, quod non potest alibi, nisi in curia. expediri, vt conditionem personæ pauperis, & nihil habentis. ar. ad hoc. ff. de leg. 3. l fideic. §. si vero. & de vsu & ha. l. plenum. §. equitij. & de iudi. l. & si susceperit. §. 1. ¶ † Secundò sicut tenetur filius diues ad alimenta patri inopi præstanda, sic & pater filio. vt ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. in prin. sed sic iste est, quod de bonis alicuius propter paupertatem prętantur alimenta puero iam nato, de cuius tamen filiatione non constat: imò etiam nascituro, & ventri, vt possit ad partum vsq; peruenire, & hæc legantur. ff. de Carbo. l. sed & si is. §. an autem. & de vent. in poss. mit. l. 1. generaliter & l. extraneo, ergo & futuro patri præstabuntur necessaria vt possit ad paternitatem peruenire, licet pendeat ex euentu: quia nec ingrata natiuitas partus certa est. ¶ † Tertiò si contra seipsum paupertatem quis aduersario præstat expensas, vt ff. de inof. te. l. fi. instituta eo. §. de inofficioso. & C. de ord. co. l. vl. quanto magis pro se, & prosecutore operis, quod fecerunt. ¶ † Quartò videtur expressum: qui legat militiam, legare videtur omnes expensas, quæ necessariæ sunt ad ingressum militiæ: vt ff. de leg. 3. l. pen. §. vlt. Sic videtur de istis postulantibus ad militiam ecclesiasticam, quod teneantur ad necessarias expensas, sine quibus id, quod quæritur, haberi non potest, cum postulatus sit pauper, & nihil habens, & pro hoc extra de accu. c. ex parte. Nec donatio in hoc dicitur, vel vertit ex parte postulantium, sicut nec maritus dicitur donare vxori ad ipsum proficiscenti: imò quocunque vadat, de eius tamen consensu, & subditur ratio, quia non donat, qui necessarijs oneribus succurrit. Et sic appellat talium sumptuum præstandorum onera necessaria. 1. necessariò exhibenda: vt ff. de do. inter virum & vxor. l. si pars pro vxore, & de pac. do. l. inter socerum. §. connenit, &c. ¶ † Quintò, & vltimò, hæc fuit sententia expresse Bart. extrà de elect. cap. cupientes. in pen. gloss. in fi. Et in hoc erit melior conditio pauperis, quàm diuitis: vt C. de episco. & cler. l. si quis ad declinandam, & ff. vt in poss. leg. l. pe. & Ioan. An. in c. cupientes. in vlti. gloss. in fin. *a*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In fine. *Adde & iunge quæ not. supra consi. 11.*

De donationibus, & de testam.

SVMMARIVM.

1. *Pater si dat aliquid filio in vita cum onere restitutionis, & post ea in testamento legat sibi aliquid iure institutionis, & vult eum esse contentum cum illo, & cum donatione, quam sibi fecerat, propter hoc videtur remittere onus restitutionis appositum in donatione. & nume. 2.*

CONSILIVM XXVIII.

1 VISA donatione †, quæ onus conditionalis restitutionis habet, & visis verbis testamenti, quæ talia sunt. De alijs verò bonis meis lego filio meo B. quondam N. vxoris meæ primæ, c. lib. paruorum

turoñ. iure institutionis, cum quibus, & cum his, quæ sibi dedi tempore, quo contraxit, sit contentus, &c. ¶ Videtur deductum, quod onus conditionalis restitutionis in donatione iniunctum sit remissum. quia per illa verba, Et cum his, &c. videtur bona donata in testamento reliquisse, vt ff. de re. du. l. si is, qui ducenta. in princ. §. 1. si autem sic interpretationem recipiunt, vt aliquid operentur, vt ff. de leg. 1. l. si quando. de vsu. l. si stipulatus, & ad muni. l. 1. in fi. operentur ergò ademptionem oneris: vt ff. de leg. 1. si creditori. & l. se. si enim idem eidem, & sub eadem conditione relinquitur, quod emolumentum legati futurum est? quasi dicat, nullum est: vt ff. de leg. 2. l. Mæuius. in fin. 3. responso. ¶ Secunda est ratio: quia cum vna res alicui cum onere relinquitur, & secundò
a a eidem simpliciter, onus videtur ademptum: vt ff. de adi. & transf. leg. l. si tibi certam. secus si transferatur in aliam personam: vt ff. de ali. & ci. leg. l. Caio. cum si. ¶ Tertiò facit, quia dicta bona sunt in testa. relicta pro legitima, vt ex verbis, & mente testamenti colligi potest: quæ nulli potest grauamini subijci.
2 vt C. de inoff. testam. quoniam in prioribus. † Nec ob. consuetudo loci: quia cum contradicit iuri communi, imò naturali: vt ff. de bo. dam. l. cum ratio. non producetur ad consequentia: vt ff. de leg. & senatusconsl. l. quod verò. & locum habet, cum de voluntate expressa testatoris apparet, quæ cum in hoc non appareat, scilicet quod grauare voluerit, stabitur iuri communi, & ab eo, quanto minus possumus recedemus: vt C. de noxa. l. 2. & Extrà de consuetudinibus. cum dilectus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Et secundò. *Expone. 1. iterum illi ipsi relinquitur.*

De pœnis & de censibus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota cessans in solutione partis cadit à toto iure: sed secus in censu. numer. 2.*

CONSILIVM XXIX.

1 DE rigore iuris videtur dicendum, quod emphyteota cessans in solutione partis debiti canonis cadat à toto iure suo,
a a quia pœna, quæ adijcitur dationi, & propter neglectam dationem committitur, in solidum committitur, b etiam si in parte cessetur, vt ff. de verbor. oblig. l. stipulationum aliæ. §. si tu sortem. & fa. erc. hæredes. §. idem iuris. & de contrahen. empt. & vend. l. fistulas. qui fundum. & C. de distract. pig. l. quamdiu. Constat enim talem emphyteotam non seruasse legem contractus: vt ff. de leg. 1. l. etiam si partis. & ad Sille. l. si quis in graui. §. si quis tabulas. in 2. respons. Frustra ergò petit sibi legem seruari. ff. loc. & conduc. l. quæro. §. inter locatorem: & in iudicijs dicunt communiter Doc. speciale, vt vno de promissis completo altero non competat exceptio contra petitionem pœnæ pro parte impletæ. ff. in ius voc. vt eant. l. vlt. & si quis caus. l. si seruus. §. 1. & ibi plene not. Aliàs si pro parte solum applicaretur domino, ad communionẽ cum emphyteota compelletur inuitus contra legem. ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. si centum. Non ob. de relig. do. constitutus. quia non loquitur in contractu emphyteotico, sed censuali, in quo non sic fit facilis commissio: vt ibi not. in text. & gloss. per Inno. Non ob. c. propter. extra de loca. & condu. quia ibi fiebat remissio ex superueniente casu fortuito, qui debet commensurari ipsi casui. ar. de ann. leg. l. Seio amico. Hic autem agitur de pœna fraudis contumacis: vt in Auth. de hær. & fal. §. si quis autem non implens. & per hoc. ff. de incen. rui. nau. l. 2. §. senatusc. & pro hac resp
sione optimè facit. ff. ad Silla. l. propter veneni. §. & c. Raynal. §. cætero. extra de test. non est necesse respon-
2 dere, quia ad propositum modicum accedit. † sed pro alia parte magis faceret. ff. ad l. fal. Paulus. & ad Trebel. alleg. l. Paulus respondit. & de his qui. vt ind. l. rescriptum. & ff. de aqua quo. & æstiuali. l. 1. §. Treba-tius, sed in omnibus illis erant corpora distincta, & ista parata, & ideo vnum propter alterum non perditur, vt ff. quorum leg. l. 1. §. si duæ. Hic autem erat vna res, & vnica pensio debita ratione illius, licet qualitas rerum soluendarum esset diuersa, quod tamẽ non mutauit naturam rei soluendæ, si esset vnica: vt ff. quando dies leg. ce. l. nec refert.

ADDITIO ANTIQVA.

a ¶ Cadat à toto iure suo. *Adde Bald. in ru. C. de contrah. empt. col. 3. versi. deinde quæro. vbi dicit quòd si quis emit emphyteosim pacto appositò quod si infra annum non solverit censum res incidat in commissum quòd propter censum vnius denarij non solutum rem perdit. alleg gl. quam dicit notabilem in l. res bona fide. ff. eo. & adde quod emphyteota non priuatur emphyteosi propter alienationem vel aliam iustam causam nisi appareat de voluntate domini. vt not. Bart. per illum text. in l. 2. C. de iur. emph. & idem Bal. Ang. Saly. & Doct. ibi sequuntur Bar. in l. iff. si ager vec. Alexand. in consi. 92. incip. viso. in 3. volu. & in consi. 93. incipit viso & diligenter in 4. vol. & est simile in Vasallo qui licet priuetur feudo propter aliquam iustam causam. hoc intelligitur si dominus velit & hoc petat vt Bald. decidit in l. fi. C. de reuo. do. in fin. refert & sequitur d. Phi. Dec. in consil. 185. incip. vlterius reuocatur. in prima parte consiliorum vbi dicitur quod in tali priuatione requiritur sententia declaratoria.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

b ¶ Committitur. *Adde, quòd Iaf. in l. 2. col. 18. ver. sexto decimo quæro. C. de iu. emph. sequitur Oldr. hic, dicit quòd eius opinionem esse magis communem, & allegat concordan. Sed tamen limitat dupliciter. Siper errorem minus soluatur: quod probat per l. Quamuis rationes. de cond. & dem. Atque si paupertas impediat, ita vt cessetur à solutione, quæ fuit limitatio Spec. in loco, quem ipse allegat. Vide Poma. remissiuè in aditio Bart. in l. stipulationum. §. si. de verb. oblig. Diaz. reg. 232.*

De alienatione mutandi Iudicii causa facta. & de pactis. & de donatio.

SVMMARIVM.

1 *Donantes ius, & vsum aquæ non possunt venire contra ea ratione quia facta sit in potentiorem. num. 1. 5. & 7.*
2 *Stipulatio facta per cardinalem, vel notarium in commodum Romanæ Ecclesiæ valet. num. 6.*
3 *In donatione facta Ecclesiæ non requiritur expressio cautelæ etiam sine traditione. In concessione vsus aquæ requiritur consensus eorum, in quorum possessionibus aquæ oritur, & etiam eorum, qui ex concessione læduntur, & etiam domini loci. & num. 4.*

CONSILIVM XXX.

FACTVM tale est. Quædam certæ, & nominatæ personæ Castri de Carúbo donauerunt do. A. cardinali de Pelagrua, & cuidam notario publico stipulantibus, & recipientibus nomine domini pa-

mini Papæ Clementis V. aquam quorundã fontium, q̃ nascuntur, & sunt in territorio dicti castri, & remittuntius, quod habent in aqua fontiũ prædictorũ: illæ, scilicet personæ, quæ habent possessiones in tenimento, vbi sunt dicti fontes, qui irrigantur ex dicta aqua: & non aliæ personæ. Ex hoc primò quæritur, vtrum ista donatio facta dictis do. Car. & notario recipientibus nomine domini Papæ valeat, & teneat, cùm fit facta in potentiorem personam, quam donantes sunt. ¶ † Dico ad hoc: quod donantes ius aquæ nõ possunt contra donationem venire: quia facta fit in potentiorem. arg. C. de transl. transactione finita. & de reuo. his, quæ in frau. credi. l. filios. & de reuo. do. cum confitearis auth. cuius ius ex hoc lædetur, bene posset: vt ff. & C. de iur. emph. l. vlt. ibi his tamẽ personis, &c. ¶ † Secundo quæritur ex dicto themate, vtrum prędicti Cardinalis, & Notarius potuerint stipulari pro domino nostro Papa: & si valet receptio, & stipulatio prædictorum. ¶ Dico ad hoc: quod sic, quia per traditionem rei corporalis factam per donantem Procuratori donatarij altero agente, vt in donatariũ trãsferatur, donatario dominium statim quæritur: vt ff. de dona. l. qui mihi donatum. & ibi no. de acqui. re. do. si Procurator. & no. C. de his, qui à nõ do. manu. l. fœliciſsimã, & per traditionẽ factam negociorum gestori quęritur domino ratihabitione secuta: vt ff. de ne. ge. l. si ego, & ibi no. & ff. de acquir. pos. l. communis seruus. §. vlt. Sic rectè in donatione iuris aquæ ducendę, in quo est quasi quoddam dominium, vt C. de aquæ du. l. vsum. li. 11. & ff. si vsufru. pe. l. si vsumfructum, & potiſsimè hæc in eccleſia procedunt, in qua est facilior translatio rei donatæ, quã in priuato: vt C. de sac. san. eccl. l. vt inter diuinum. De actione verò, & stipulatione quærenda per notariũ alterius nomine stipulantẽ dubium non videtur, vt ff. 3 ẽ pupilli sal. fore. l. 2. & de adop. l. nõ aliter. ¶ † Tertiò quæritur ex dicto themate, si de iure debet exprimi causa, propter quã fiat donatio, & remiſsio suprada dicta. a ¶ Dico ad hoc: quod licet in promiſsionibus regulariter causa requiratur: alias agenti ex ea obstat doli exceptio: vt ff. de doli. excep. l. pure. §. circa In donatione tamen est pro ratione voluntas: vt ff. de dona. l. 11. Et idem in vrbe Romana & in ciuitate alia: vt C. de hær. insti. l. hæreditatis. Et hoc si ad traditionem vel æquipollentem actum proceſſum sit. Si verò fiarum esset in finibus nudæ promiſsionis tunc videretur habere locum conſideratio causæ, vt ff. de don. l. hoc iure in princ. sed in eccleſia oportuna mensura est rerum donatarum immensitas. vt in auth. de non alie. aut permu. rebus eccleſiaſticis. §. finibus igitur 4 imperio. ¶ † Quartò requiritur ex dicto Themate, si dicti fontes sunt in poſſeſsionibus certarũ personarum, si illæ personæ potuerunt dare dictam aquam & cursum ipsius. Et si sufficiat donatio & remiſsio eorundem vel illorum cum eis, qui exinde habent vtilitatem sicut in irrigando & fructus occasione dictæ aquæ percipiendo. ¶ Dico ad hoc, quod eorum omnium conſensus requiritur, qui aliqualiter ex tali conceſsione læduntur, vt ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. & de ſerui. ru. præ. l. per quem locum, & l. 5 Quintus. ¶ † Quintò quæritur ex dicto Themate, si prædicti fontes sunt in loco publico, si tunc oporteret de iure, quod fiant donatio & remiſsio supradictæ per vniuerſitatem dicti loci. ¶ Dico ad hoc, quod 6 sic per l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. ¶ † Sextò quæritur, licet de iure valeat tranſitus ipsius aquæ quæ fiet per territorium de carũbo & per poſſeſsiones certarum personarum dicti loci si poterit fieri ſine conſensu domini & illarum personarum, quarum sunt dictæ poſſeſsiones. ¶ Dico ad hoc, quod non, vt C. de ſerui. & aqua. l. per agrum. & ff. ad l. Aquil. l. 7 quemadmodum. §. 1. cum sim. ¶ † Septimò quæritur, si oportet, quod interueniat confirmatio ſeu conceſsio facienda per dominam Comitiſſam, quæ vſufructuaria tantum est vel per filios suos & alios homines de Carumbo, & si inde debetur crizenium siue laudimium, quoniam ipſi homines de Carumbo habebunt inde quantitatem pecunię. ¶ Dico ad hoc, quod conſensus eorum, de quibus quæritur neceſſarius est per l. in concedendo supra proxima allegatione.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Et remiſsio supra dicta. *Adde & vide Bertr. in Conſil. 255. col. 2. volum. 2. quod Conſil. incipit: Viſo conſultationis Themate.*

De ſolutionibus, & de teſtamen.

SVMMARIVM.

1 *Legata debent ſolui de illa moneta, quæ erat tempore conditi teſtamenti.*

CONSILIVM XXXI.

a THEMA tale eſt. a Quidã condens Teſtamentum reliquit ad pias causas 200. li. pro anima ſua per hęc verba. Lego, & accipio de bonis meis pro anima mea, & parentũ meorũ, & pro ſoluẽdis ipſorum forefactis, & meis, & expẽſis, & funerarijs meo corpori faciẽdis, & legatis infraſcriptis exoluendis 200. li. &c. nõ dixit de qua moneta: poſtea condito teſtamento vixit per 10. ann. & mortuus eſt. Quæritur nunc, de qua moneta debeant ſolui dictæ 200. li. an de moneta, quæ currebat tempore conditi teſtamenti. An de moneta, quæ currebat tẽpore mor- 1 tis teſtatoris? † Et ſciendũ eſt, quod ſolutio debet fieri de moneta vſuali, quæ currebat tempore conditi teſtamenti, & videtur caſus. ff. de le. 3. vxorem. §. teſtamento. & de au. & ar. leg. l. medico, & ibi not. & de liber. leg. l. Aurelius. §. teſtamento. & §. Titius. Et ſic videtur etiam in contractibus, vt ff. de contrah. emp. & vend. l. Imperatores, & de ver. obl. continuus. §. cum quis, & de ſtipu. ſer. vſufructus, & ſi cer. pet. l. cum quid mutuũ. & extrà de cenſi. c. olim, & ibi not. Et hæc fuit ſententia domini Azonis in Brocardicis in rubricella eadẽ menſura, vel moneta debetur, quæ erat tempore contractus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale eſt. *Adde & vide ſimile conſil. ſupra quod eſt 13. & infra conſil. 168. in 3. q. & conſil. 250. per totum. Item adde conſil. Maria. antiqui 6. in 1. part. Quod incipit: Prædicta conſultatio. vbi inſerto hoc Oldradi conſilio idẽ multis argumentis comprobatur.*

De foro compe. vel de verb. ſign. Extraordinarie. Ad municipales.

SVMMARIVM.

1 *Nomine vniuerſitatis veniunt & ſacerdotes.*

CONSILIVM XXXII.

1 QVÆSTIO † eſt, vtrùm ſacerdos cenſeri poſsit, & debeat de vniuerſitate? Et probatur, quod ſic rationibus infraſcriptis. Et primò: ſicut ſe habe domus ad vniuerſitatem domorum, ſic homo ad

vniuersitatẽ personarum. Vnde secundũ qualitatem rerũ, & ipsis inhærẽtes diuersis vniuersitatibus ascribuntur: vt ff. de acq. pos. l. re pignoris, & de le. 3. l. seruis vrbanis, in princ. §. 1. & melius. ff. de fun. instr. & instr. le. l. cũ delanionis. §. Sabinus. Sed constat, quòd Ecclesia est de vniuersitate domorum intra territorium positarũ: vt ff. de verb. sig. l. pupillus. §. territorium. ergo & sacerdos cẽsebitur de vniuersitate personarum. ¶ Secundò constat vniuersitatem augeri, & minui, & mutari: vt ff. de iud. l. proponebatur. ff. de fun. instr. & instru. le. l. pe. & de le. 2. l. peculium, & C. de decu. l. prouidendum. Sicut enim augetur vniuersitas per nouum incolã in ciuitate receptum, vt cum alijs incolis munera subeat: vt ff. ad muni. l. 1. in 2. respon. sic & per erectionẽ nouæ Ecclesiæ, & aduentum noui sacerdotis: quia nõ minus in istis ius publicum consistit, quã in priuatis incolis: imò proprius, & immediatius: vt ff. de iust. & iur. l. 1. §. publicum ius, & in auth. vt liceat matri, & auię §. quia verò ita cõperiuntur. co. 8. Ergo sicut noui incolę de vniuersitate fiunt, sic & hic sacerdos. ¶ Tertiò nónne Philosophi etiam pagani, sicut fuit Ipodonius Euriphontis, totam religionem diuisit in tres partes, vnam, quam sacram, alteram publicã, & alterã propriam appellauit vniuersitatem, & ea, quæ vniuersitatis sunt, in tres partes vnum totum diuidens arte, sicut narrat Philosophus 2. polit. 4. c. circa medium. Cùm ergo sint partes eiusdem totius, sacra, & priuata, non debent diuerso iure censeri: vt ff. de vsuca. l. eum qui edes. Et iccirco tanquam pars vniuersitatis, possunt personæ ecclesiasticæ statutis vniuersitatũ, & singularium vti in sui fauorem, vt 10. dist. si in adiutorium, & pro hoc etiam facit 12. quæst. 1. duo sunt genera. Nec obst. quod dictus sacerdos, tanquam ecclesiastica persona, multis priuilegijs gaudet: non enim per hoc est minus pars
a vniuersitatis. † Nam & Decuriones, & Senatores, & eminentissimi viri, & Medici, & legum Doctores multis gaudent priuilegijs, tam in personis, quàm in rebus: vt ff. de pœnis. l. moris. §. istæ feræ, & C. de quæstionibus. l. diuo Marco, & de professoribus & medi. l. medicos, & tamen constat, quod omnes appellatione populi, & vniuersitatis continentur. vt inst. de iure natur. gen. & ciui. §. plebiscitum. sic enim talis immunitas non impedit, quominus sacerdos sit de vniuersitate, si sic debetur ei ius pascendi: vt ff. si seruitus vend. l. testatrix. §. 1.

De testamen. & de successionibus ab intestato, & de secundis nup. Extraord. ff. de vul. & pu. sub.

SVMMARIVM.

1 *Mater habens duos filios, si eos adinuicem substituat, videtur eos vulgariter substituere: ideo vno eorum mortuo ante aditam hæreditatem alius ei succedit: sed si adiuerat hæreditatem, tunc frater, & pater pariter ei succedunt ab intestato. & num. 2.*

3 *Item maritus transiens ad secundas nuptias perdit legatum vxoris præmortuæ.*

4 *Item frater vterinus, & consanguineus excludit fratrem consanguineum tantum à successione fratris, & mater succedit cum filio in virilem.*

CONSILIVM XXXIII.

CVIDAM habuit vxorẽ, ex qua habuit duos filios, vxor decessit condito testamento, in quo dictos filios instituit hęredes sibi, & vnum alteri substituit. Vnus istoũ filio, cũ decessit in pupillari ætate viuente patre. Quæritur, quod ius est acquisitum patri? Item dicta vxor legauit marito suo quantum patri? Item dicta vxor legauit marito suo quandam petiam terræ ad suam voluntatẽ omnimodam. Nunc ita est, quod dictus maritus cõuolauit ad secundas nuptias, & eo secundo matrimonio habuit duos filios: tandẽ decessit ab intestato, quęritur, vtrum illi liberi ex secũdo matrimonio nati debeant succedere æquis portionibus cum libero primi matrimonij in proprietate acquisita dicto patri ex hæreditate filij defuncti ex primo matrimonio, & in legato facto dicto patri per propriã vxorem? Item quidã filius ex secundo matrimonio modo decessit, quæritur, an primus ex primo matrimonio debeat æqua lance succedere in bonis dicti filij vltimò defuncti ex secundo matrimonio, & quod ius habet mater in dictis bonis dicti
1 filij vltimò defuncti? † Si quis substitutionẽ, de qua in prima quęstione fit mentio, diligenter aduertat, cernet eam in effectu reciprocã, quam quidã dicunt in se fideicõmissariam continere, vt ff. de vul. & pu. substi. l. qui plures. ibi quoniam inuicẽ in omnẽ causam, &c. Sed contrariũ magis videtur dicendũ, scilicet, quod dicta iura in muliere binuba loquãtur, quia re-
a gulariter idem in binubo: *a* vt C. de secun. nup. l. generaliter, & l. pen. & no. Azo in sum. eod. tit. §. item
4 quæcunq;. ¶ † Ad tertiam quæstionẽ videtur dicendum, quod filius primi matrimonij, qui erat superstes vterinus, id est, cõsanguineus tantum ad eum, de cuius successione nunc agitur, non succedit vna cũ consanguineo, & vterino, quia duplex funiculus vincit simplicem: vt C. de leg. hæredi. auth. cessante, & authen. post fratres. Mater verò nunc defuncti succedit cum filio superstite vtrinque coniuncto in virilem, vt
ADDI-
in præalleg. auth. defuncto.

si si si

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In binubo. *Adde,& not. virum mulieri exæquari, quò ad secundas nuptias.*

De emptione, & venditione extraordinaria. C. communi diuidundo.

SVMMARIVM.

1 *Molendina tenens à pluribus pro indiuiso si vendat, & maior pars consentiat, non consentiens nō tenetur sequi voluntatem aliorum: & si fiat æstimatio, stabitur personæ respectu primæ venditionis. cum seq. num.*

CONSILIVM XXXIIII.

a QVÆSTIO talis est.a Quidam tenens in emphyteosim quædam Molendina sita in duabus petijs terræ à quodā C. pro 8. parte. & à G. & R. pro 7. partib. indiuisis vendidit dicta Molendina, & res alias Titio certo pretio conuento inter eos: inter quas venditas sunt quædā res, quæ à quibusdam alijs dominis tenentur: accidit, quod capitulū & R. dicto Titio dictā vēditionē laudauerunt. dictus G. requisitus laudare dixit se velle retinere, & petijt æstimari partē, quæ ab eo tenetur. dixit Titius quod ipse nō potest diuisionem facere, nisi de voluntate dicti G. & dicti R. sicq; dictum G. ius retentionis non habere, sed laudare teneri, cum habentes maiorem partem in dictis Molēdinis dicto Titio laudauerint. Nunc quæritur, an dictus G. teneatur sequi laudationem, & laudare dictam venditionē? vel ius prælationis posit habere? & sic an de nouo ius, quod habet dictus G. debeat æstimari? an stari venditioni factæ, ita quòd æstimetur iuxta prædicti prætij quantitatem. Item posito, quod dictus G. posset retinere, an portio dictorum G. & R. fieret deterior, an dictum capitulum & R. possunt contradicere, ne dictus G. 1 posit retinere. ¶ † Ad primam quæstionē, qua quæritur, an G. teneatur sequi laudationem consortum suorum, vel posit ius prælationis habere, videtur dicendum, quod teneatur sequi laudationem, tanquam numero plurium, & maiorem partem habentium: vt C. de dona. l. sancimus. §. ne autem. de mēsatis. l. 2. in princ. & quando, & quibus quarta pars debetur. l. 2. in prin. & ff. de pac. l. maiorem. sed contrarium magis credo in re communi plurib⁹, vt sin gulis. Nam vnus maioris partis necessariò non sequitur voluntatem: imò magis vnius prohibitio cæterorum actum impedit. vt ff. communi diui. l. Sabinus. & ff. de serui. vr. præd. l. pariete, & videtur satis expressum. ff. fam. erci. l. hæredes. §. si incerto. cùm enim domino detur ius prælationis, non minus est G. dominus portionis suæ pro indiuiso: quia indiuisa est, & ideo ei daretur rei vendicatio, vt ff. de rei ven. l. quæ de toto. in princ. §. incertæ, & ar. ff. de procu. qui proprio. §. vlt. si autem sic datur ei ius retinendi partem suam per l. C. de iure emphyt. l. vlt. & hanc partem multum iuuat, imò videtur quæstionem decidere l. ff. de in diem addic. l. quod autem. §. vlt. cum 2 duabus seq. † Nec possunt alij duo consortes impedire G. quo minus iure retentionis vtatur, quoniam posset eos inuitos ad diuisionē prouocare, per quam fieret diuisio, vel adiudicatio, secundum quod rei natura pateretur, vt ff. communi diui. l. communi diui. in princ. §. 1. nec hoc tollit portionis modicitas, quo-niam hoc non facit à iure communi deuiari, vt ff. de damn. infec. l. si proprietarius, & vt in pos. leg. l quamuis. est enim speciale in communi seruo manumisso, quod vnus de necessitate alterius, siue aliorum consortum sequitur voluntatem? vt C. de communi seruo ma. l. 1. & sic est solutum ad primam, & vltimam
3 quæstionem. ¶ † Ad mediam, qua quæritur an de nouo ius, quod habet dictus G. debeat æstimari, an stari venditioni factæ, ita quod æstimetur iuxta prædicti prætij quantitatem. dicendum est, quod stari debet pretio in prima venditione taxato: sicut dicit l. vlt. C. de iure emphyt. ibi & tantam præstare quantitatem, quantā ipse reuera ab alio recipere potest, ipsum dominum omnimodo cōparere, &c. & sicut hoc attenditur in tota re, ita & in parte: vt ff. pro dereli. l. an pars, & de acqui. hære. l. si seruus. dabit ergo G. tantam partem ipsius pretij, quanta est portio, quam retinet: vt ff. de euic. l. 1. in 2. responso.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Talis est. *Adde & vide Io. And. in additio. ad Spec. sub tit. de emphy. col. 25. num. 93. Quæ additio est in verbo fisci: & incipit: Habeo per Guid. de Suz.*

De his, quæ vi, metúsve causa fiunt: vel de raptoribus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum cum muliere per vim: licet sit cognita, si tamen aufugit, cùm potuit, non valet. cum num. seq.*

CONSILIVM XXXV.

FACTVM tale est. Quidam Io. nomine laicus traceocen. diœce. ad nuptias cuiusdam Margaretæ aspirans, quāquam ipse sciret ipsam nolle cum eo matrimonium cōtrahere, associatis sibi quibusdam ipsam rapuit violenter, ipsamq; inuitā, & penitus retinentem per vim, & metū mortis, qui cadere poterat in constante, compulit in quorundā præsentia ad contrahendum matrimonium per verba de præsenti cum eodem, & postmodum eam, quam inuitam, & renitentem tenebat inclusam, cognouit carnaliter eodem metu semper durāte, ac post carnalem copulam per 12. dies, vel circa, ipsam violenter tenuit in domo reclusam in sua renitentia semper perdurantem. Quæ Margareta, quamprimum facultas adfuit, aufugit ab eo, & statim publicè extitit protestata, quod nunquam consenserat in eundē in aliquo actu ad matrimoniū pertinente. Quæritur an sit contra-
1 ctum matrimoniū inter eos? † Et breuiter est dicendū, quod præmissis existentibus veris inter ipsos nullum fuit matrimonium celebratum, quod probatur sic. matrimonium contrahitur per legitimum viri, & mulieris consensum 27. q. 2. c. cū sufficiat, & extrà de spon. c. cum locum. & c. tuæ, & c. tua nobis. licet quo ad Ecclesiam necessaria sint verba consensum exprimentia de præsenti, vt dicunt iura prædicta. Licet ergo in dicto contractu fuerit forma cōiugalis contractus, scilicet verba, & carnalis copula, ex quo substantia coniugalis contractus, scilicet consensus dictæ Margaretæ abfuit, verba præfata, & carnalis copula nequiuerunt coniugale fœdus perficere inter eos.
2 † Nec ob. si dicatur, quod ipsa expressit verba apta ad matrimonium contrahendum, & cognita fuit carnaliter per dictum Io. cum quo steterit reclusa 12. diebus, vel circa, vnde videtur in eum tacitè consensisse. extrà de spon. ad id quod. & qui matri. accu. possunt. c. insuper, quia mulier, de qua fit mētio in præal. c. ad id

quod

quod per annum, & dimidium cohabitauit cum vi-
3 ro, & potuit ab eo fugere, & noluit. † Hæc autē Margareta inclusa detenta fuit, & statim, cùm potuit, aufugit, vt dictum est suprà. vnde in d. c. ad id, quod. in glo. quæ incipit, & ita per patientiam, in fine. ponuntur versus. Effuge, cùm poteris, ne consensisse puteris. quod si perstiteris, tunc sua semper eris. Item mulier, de qua fit mentio in præalleg. c. insuper permisit se cognosci, & potuit à viro recedere, & noluit. sed ista Margareta, cum potuit aufugit, & ideo nullum fuit matrimonium inter eos, vt expressè habetur extrà de spon. c. consultationi. & c. veniens. Nam in matrimoniali contractu liber debet esse consensus, vt in præalleg. c. cum locum. extrà de spon. hic autem non liber, sed per vim & metum, qui cadere poterat in constantem, & ideo nullum fuit matrimonium inter eos. a

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Inter eos. *Adde huic consil. quæ scripsit Cæp. in ciuil. cons. 2. & 4. Boer. consil. 20. in fi.*

De iudæis, de hæreticis, & inquisitoribus hæreticæ prauitatis.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor hæreticæ prauitatis potest procedere contra Iudæum, qui Christianum negantem fidem, & condescendentem ad sectam Iudæorum recipit, & occultat, & contra facientes aliquid in vituperium Christi, & nume. 4. & 8.*

CONSILIVM XXXVI.

a INFRASCRIPTI sunt articuli a inquisitoris hæreticæ prauitatis in partibus Romaniæ. In primis quidam iudæus baptizatus, & Christianus effectus longo tempore stetit in Christianismo. Postea negata fide Christi lapsus est in iudaismum, quem quidam iudæus suscepit in domo sua, sciens, eum esse Christianū, & longo tempore secum tenuit, & vxorem iudæam ei dedit, & sic eum fouit in iudaismo. Item quidam alius iudęus emit vnum puerum Christianum, quem circuncidit, & negare fidem Christi fecit, vocatis adhoc quibusdam alijs iudæis, qui vna cum eo circuncider unt, & mortuo principali vnus illorum, qui in eius circuncisione fuerant, dictum puerum suscepit, & secum multo tempore tenuit, & tandem timens inquisitionem misit eum in Alexandriam, ne posset reduci ad Christianismum. Item idem iudæus emit vnam Christianam, & eam fecit iudaizare, negata fide Christ. postea eam in vxorem duxit, de qua suscepit duos filios. & quia factum erat iam manifestum Christianis, eam veneno occidit, mortuus est autem cum ea filius paruulus, quem iactabat. Postea eo mortuo commissarij eius superstitem filium miserunt in Alexandriam, ne posset per Christianos requiri, tanquam filius Christianæ. Item cùm quidam iudæus fuisset accusatus, quod fuerat Christianus, & de hoc inquireret inquisitor. Quidam alter iudæus fecit pactū cum accusato pro certa summa pecuniæ, quod infra certū tempus eriperet eum de manibus inquisitoris, qui eum tenebat sub fideiussione, & fecit, quantum potuit, verbis, scriptis, & factis clericos, & laicos concitando contra inquisitorem, ita quod vix inquisitor potuit habere veritatem de hæretico accusato. Item quidam iudæi baptizati in diuersis partibus venerunt in insulam Cretę, & ibi viuebant, vt iudæi. Et dum de talibus inquisitor inquireret, aliqui iudæi, qui eos sciebant esse Christianos, in tantum eos molestauerunt, vt recederent de terra, ne possent per inquisitorem capi, & reduci ad Christianismum, quod coacti sunt recedere receptis conductis, & expensis ab illis iudæis, quos tunc, cùm sciuit, inquisitor persecutus est, & quosdam cœpit: alij verò fugerunt ad terras Sarracenorum. Item quidam iudæi emunt Christianos, & portant in Alexandriam, vbi vendunt eos iudæis, & Sarracenis, de quibus constat eis, quod faciunt negare fidem Christi. Item aliqui iudæi in parasceue crucifigunt agnum, siue ouem, & crucem conspuunt, & pedibus conculcant in vituperium Iesu Christi. Nunc quæritur, qua-
1 liter potest procedi contra tales? ¶ † Ad primum articulum respōdetur: quod contra talem iudæum potest per inquisitorem procedi, sicut receptatorem hæretici, vt extrà de hære. c. contra Christianos. Fuit enim talis receptator hæreticus. ff. de recepta. l. 1. & 2. & C. de his, qui latro. vel alios crimin. reos occultant. l. 1. & 2. Crimen enim receptationis committitur etiam ex vno actu. ar. ff. ad l. Iul. de adul. l. mariti lenocinium, §. quæ sunt, & colligi potest extrà de pœn. c. felicis. li. 6. nedum hîc, vbi fuit actus per tempus continuatus, ar. C. de incest. nup. l. qui contra, & talis receptator nō fuit sola receptatione contentus, sed per matrimonium cum iudęa eo procurante contractum. videtur crimini iudaismi, & apostasiæ, quæ hæresi equipollet, fauisse, imò ad ipsum plectēda suasione traxisse: vt C. de apost. eum, quicunque. Et talis suasio plus est, quàm compulsio. ff. de seruo cor. l. §. persuadere. Si autem Christianus hoc fecisset, constat, quod contra eum procedi posset per inquisitorem. sed nūquid excusabitur, quia iudęus? dico, quod non, quia ratione delicti fit de foro Ecclesiæ, vt extrà de iudæis. c. postulasti. & not. infra eo. tit. c. ita quo-
2 rum. † & si dicatur nihil ad nos de his, quę foris sunt. verum est, vt per excommunicationem posit cogi, quia eum excommunicatio eijciat extra Ecclesiam, in iudæo locum non habet, qui extra ecclesiam est, vt ff. de iniu. rup. & irri. te. l. nam & si sub conditione. Vel nihil ad nos, &c. Verum est, vt compellant ad fidem, ad quam sola diuina gratia vocantur: vt 45. distin. de iudæis. & de hoc plenè not. Innoc. extrà de vo. & vo. red. c. quod super. Item tales apostatantes dicuntur præuaricari in Christum: vt 1. quæst. 4. iudæi & 2. quæst. 7. non potest, & c. alieni, & rectè, quia pro dicta causa sua, id est, assumpta fide per Baptismum diuersam partem adiuuant per infidelitatem, & ritum, vt ff. de præuaricatoribus. l. 1. & de his, qui not. infa. l.
3 athleta. §. pen. † Pręuaricator autem potest coram iudice, coram quo præuaricatus est, & cui pręuaricatio nis iniuriam irrogauit, accusari, conuinci, & per eum puniri: vt C. de calum. l. 1. ff. ad tur. l. 1. §. 1. C. de aduo. di. iu. l. 1. & de testi. l. nullum. Et talis est iudex ad defensionem fidei per sedem Apostolicam deputatus, sicut inquisitor. Et hoc idem contra cooperantes in crimine præalleg. c. contra Christianos. ideo cum iudæus, de quo quæritur, excesserit suos terminos, non est mirum, si à non suis terminis excedatur. C. de edi. diui Adri. tol. l. vltim. & de iudæis. l. iudæos.
4 ¶ † Item respondetur ad secundum, & tertium articulum per superiores. & pro hoc. C. de iu. l. iudæi. & C. ne mancip. Christian. hære. vel paga. vel iudæ. habeat. l. vni. cum enim, quantum ad ea, quæ sunt de limitibus officij, fungatur vice Papę, vt ff. de off. proc. & le. l. si vel in aliam, & l. seq. C. de of. vic. præfe. l. 1.

extrà

extrà de elect. c. si abbatem. contra omnes suam iurisdictionem exercebit, qui ad prædia sua tumultuosus accedit, vt de catholico furtum faciat, & errare compellat: vt ff. de off. procur. cæsa. l. vltima. Et de his habetur 54. di. mancipia. & de consec. dist. 4. plerisque ex Iudæis. ¶ † Item respondetur ad 4. articulum. arg. extra de homi. c. sicut dignum. Et videtur expressum 4. quæst. 6. c. 1. ibi illud verò fidentissimè, &c. ¶ † Item respondetur ad quintum articulum. ff. de furt. l. qui seruo, quia ibi persuasum fuit cõtra seruũ & sibi natu raliter licebat: vt ff. de pec. l. sed si damnum. §. si ipse. & sicut contra ipsum seruum etiam naturalis non fuit orta obligatio, ita nec contra persuasorem, vt in eo. l. sed si is, qui rem. §. si tu Titium. & de reg. iur. l. cum principale. In casu autem, de quo quæritur, est totum contrarium, & ideò non obuiat. ¶ † Item respondetur ad sextum per superiores rationes, & pro hoc. ff. ad l. pompeiam de pari. l. vtrum. & l. si sciente. ¶ † Ad septimum, & vltimum respondetur, quod licet istud, de quo in quæstione contraria proponitur fiat in iniuriã fidei christianæ, & per hoc, vt desistant, debeant per ordinarios seculares, & ecclesiasticos saltem indirectè coerceri: vt C. de Iudæis. l. Iudæos. Quia tamen per hoc error non inducitur, non videtur, quod spectet ad officium inquisitoris, cuius officium est limitatum: vt extra de hæreticis. c. accusatus, §. sanè.

1 Testis dictum partim verè, & partim falsè deponentis nõ valet.
2 Nec princeps per rescriptum facere potest quod valeat.
3 In datione in solutum potest quis se dicere deceptum vltramediam iusti pretij. & num. 3.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Articuli. *Adde pro additione generali huius consi. vide remissiones Landriani in apostillis ad Barto. in l. constit. ff. in ipso prin. in apostilla, quæ incipit, Christi præsidio. Et iunge casum specialem de Iudæo delinquente infra consil. vlt. Et quid sit hæresis, & quomodo probanda. vide infra consil. 210. & nunquid inquisitor possit procedere aduersus illum, qui falsus est se malè sentire de fide, & de peccato huiusmodi accepit pœnitentiam, sed non impleuit, item an possit procedere contra eum, qui hæreses prædicauit, mox, correctus à superiore cecinit ipse Palinodiam, sed noluit nihilominus corrigere, quæ scholaris suus ipso dicante scripserat. Vide Cald. sub tit. de hæ. consi. 1. & prius ad materiam an possit Iudæum punire, qui seduxerit Iudæum baptizatum. Aret. consil. 157. col. 3. numer. 4. Item plura circa Iudæorum causas maximè notabilia uidete apud Ferra. caut. 24.*

De testibus, de rescriptis, vel priuilegijs, & de emptione, & venditione.

SVMMARIVM.

CONSILIVM XXXVII.

a AD PRIMAM † quæstionem, qua quæritur, an depositiones testium, quorum quilibet deposuit pro parte verũ, & pro parte falsum fidem faciant, vel non: a Licet multi dixerint, vtrum articuli, super quibus deposuerunt, sint separati, vel coniuncti: cohærentes, vel ab inuicem dependentes: vt primo casu vnum propter alterum non vitietur: secundo casu sic: vt ff. de mino. l. asse. §. ex causa. & de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. item quæritur, & §. Tre-batius. & C. de transact. l. si ex falsis. Et in hac opi. videtur fuisse gloss. 9. di. si ad scripturas sacras. Verius tamen videtur, quod siue articuli sint separati, siue non: testimonium testis vnicum sit super vno fundamento, scilicet iuramento fundatum: vt C. de test. l. iusiurandi. ac per hoc vnicum debeat dici, licet plures articulos complectatur: vt ff. arbo. fur. cæsa. l. si gemina. & si pars est falsa, totum dictum inutile reddetur. arg. ff. de ædil. edict. l. cum eiusdem. & est text. 3. quæst. 9. pure simplex, & in præallegat. c. si ad scripturas sacras. Et hoc intelligo verum, si falsitas rẽ periatur in substantialibus facti de quo quæritur, & quæ poterant, & debebant sub iuramento comprehendi: alias secus: vt extra de fide instru. ca. ex literis. C. de testam. l. si vnus. & not. de edict. dini Adriani tollen. l. vltim. & fuit opin. Inno. extra de hæreticis ca. fraternitatis in i. & 2. gloss. & tangit extra de offi. & pote. iudi. dele. cum in iure. ¶ † Ad secundam quæ- 2
stionem qua quæritur, an dominus rex, licet de hoc non constet, põtuerit facere, quod super eo, quod verum dixerunt, videlicet non obstante, quod multa falsa in substantialibus dixerunt: dicendum videtur omissa disputatione, & de potestate regis, de quã scriptum est, quod legem à superiore manantem tollere non potest: vt C. de offic. præfect. prætor. orien. l. normam: alias incipit, formam, quod non potuit, quia talis etiam interlocutio ab imperatore emanans parte absente ius eius non lædit: vt C. si per vim, vel alio modo. l. vlti. Nec rescriptum, quod vires principalis negocij exhaurit, valet: vt C. de preci. imperato. offe. l. 2. maximè cum repugnantiam iuris communis habeat, vt C. si contra ius vel vtilit. public. l. vlt. & cum posuerit testes falsum deponere circa substantialia negocij, quæ falsitas totum dictum vitiat, & circa extrinseca omnino remota, quæ non vitiat, vt dictum est supra, intelligendum est regem, dum dixit, quod volebat etiam valere testes, inquantum veritatem dixerant, inquantum verò falsum, non intellexisse de falsitate extrinsecã, & accidentali, sic responsum suum interpretationem recipiat secundum ius commune. vt C. de inoffic. testam. l. si quando. extra de elect. capi. ecclesia vestra. & de rescript. cap. 3 cum adeo. ¶ † Ad tertiam quæstionem, qua quæritur, cum domina G. decepta fuerit vltra dimidiam iusti pretij in datione insolutum, vtrum possit petere talem dationem rescindi, vel iustum pretium supleri. dicendum videtur, quod sic, quia talis datio insolutum vim venditionis habet, non quidẽ à vendente procedentis: sed ab eo, cuius res erat, vt ff. de euict. l. si plus. §. si iussu. famil. ercis. l. qui errat. de distract. pignor. l. rescriptum. §. si alienam. & C. de euict. l. si prædium, & l. si ob causam. Si sic, ergo locum habet beneficium l. C. de rescind. ven. l. rem maioris pretij, & ff. de iure pat. l. 1. §. si quis in fraudem. imò forte dici posset venditionem prędictam non tenuisse, eò quod fraudulenter longe maiori pretio facta fuit. vt C. de rescind. vend. l. si quis, & de fide instrum. & iur. hastæ fisc. l. 1. & 2. de iure fisci. si minor libr. 10. Et nihilominus contra dolosè rem sic viliori pretio distrahentem prodita est de iure actio de dolo, vt ff. de euict. l. si pignora. & not. ff. de neg. ge. l. 3. §. si executor.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Vel non. *Adde & quid si instrumentum reperiatur in aliqua parte vitiatum, aut falsum, nunquid totum corruat? vide Spec. de instrum. editio. §. instrumentum ergo publicum. in 4. col. num. 10. Et quæ ibi in additio. & circa reg. generaliter, quando vtile per inutile vitietur, vide*

gloss. 2. Dy. in c. vtile. de reg. iur. in 6. Por. instit. de mut. stipul. in 9. col. Doct. omnes in l. certi condictio. §. Quoniam. si cert. pet. Dec. remissiuè in c. cum super in 5. not. de offic. deleg. Præ cæteris autem vide Bald. in d. §. Quoniam in 4. & 5. col. vbi iuramentum propriè dicit esse indiuisibile sequens Oldr. hic. Vide & in materia falsitatis instrumenti, quòd scilicet reputetur falsum totum, si in aliqua parte sit falsitas vitio notarij, Spec. de instrumedi. §. ostenso. col. 8. nume. 23. Rot. in anti. Decis. 207. Bald. consil. 56. factum tale in 1. col. in 3. volu. & consi. 405. quæstio est in 4. vol. & amplia hanc reg. etiam si falsitas esset in verbis narratiuis notarij. Limita autem quinque modis. Primò, cùm falsitas est præsumpta. Secundò, vbi vitium est in accessorio. Tertiò, quando falsitas est in parte instrumenti minimè substantiali, vt cùm falsò quid demonstratur, de cuius corpore aliter constat. Quartò, quoties ob falsam partis adsertionem, & non vitio notarij falsitas est commissa. Quintò, & vltimò, quotiescunque pars aduersus quam instrumentum eiusmodi producitur, illud acceptat in partibus non falsis redarguendo solùm in partibus falsis. Hæc Diaz latius in reg. sua 348. Quæ libuit referibere, quoniam maximè conducunt. Vide quoque Alex. remissiuè in l. 1. §. si quis simpliciter iuxta fi. ff. de ver. oblig. Bert. in consil. 183. viso processu causæ captæ. col. 5. num. 14. vol. 2. Fed. Petrucium Senensem in consil. 269. vbi si quis partim fuerat absoluendus, partim condemnandus, fueritq; absolutus solùm, vel condemnatus, sententiam ipso iure valere negat. Item ex communi opinio. decidit totam annulari sententiam, in qua error expressus est calculi. Modò ea vnico comprehensa sit capitulo. Quòd si pluribus capitulis comprehensa sit sententia, illud tantum capitulum annulatur, in quo error calculi accidit. Item si contingat sententiam pro parte acceptari, & ab eadem pro alia parte appellari, num pars acceptata digna sit executione? Vide Boer. Decis. 73. in 1. part: & quid quando aliquis in aliquot capitulis obtinuit, in alijs condemnatus est, an debeat pro rata in expensis condemnari? vide eundem Decis. seq. Adde circa sententiam text. & gloss. in l. etiam 1. §. 1. de mino. Bart. in l. 1. C. si aduers. sent. Vanti. de nullitat. ca. 9. numer. 35.

De rebus Ecclesiæ, vel de his, quæ fiunt à maiori, vel minori parte capituli.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus singularis appellans contra impetrantem debet habere expensas ab Ecclesia, si constat id fecisse in vtilitatem ecclesiæ, alias non. & num. 2.*

CONSILIVM XXXVIII.

THEMA tale est. Quidam episcopus auctoritate apostolica sibi concessa contulit quoddam beneficium cuidam canonico Tholosano dispẽsando autoritate prædicta cum eodem, quod posset beneficium, quod prius obtinebat in eadem ecclesia, licitè retinere constitutione concilij generalis, & alia quacunque contraria non obstante. duo canonici eiusdem ecclesiæ, vel etiam plures appellauerunt ad sedem apostolicam ab illa collatione, seu prouisione, & dispensatione facta canonico prædicto, tanquam singulares personæ, & non nomine capituli, vt syndici vel procuratores ipsius: sed solum dicebant se grauatos, & ecclesiam suam tholosanam occasione prædictæ collationis, & dispensationis. Modo quæritur, an isti, qui appellauerunt, de bonis capituli possint, & debeant habere expensas ad prosequendum suam appellationem prædictam, maximè cum dicti appellantes habeant beneficia in dicta ecclesia, vel saltem plures ex eis. ¶ † Breuiter ad prædicta videtur dicendum, quod expensæ de bonis capituli, & ecclesiæ faciendæ non sint. Circa quod est notandum: quod canonici scientes prouisionem, & dispensationem, & non appellantes, nec contradicentes pro consentientibus habentur: vt C. de errore aduocat. l. vltim. de postulan. l. 1. si sæpius in integ. re. postul. l. 1. de tempo. & repara. appel. l. 2. in fi. ff. de reiud. sæpe, extrà eod. tit. c. vlti. cum sim. Si ergo aliqui singulares sunt appellantes, obuiâ in hoc habere, vel saltem ab initio habuisse videntur capituli voluntatem de bonis ergo capituli non subministrabuntur expensæ, vt C. de neg. ge. l. vlti. † Secundò attendendum est, quod expensæ, quas ex effectu iam secuto constat factas in vtilitatem ecclesiæ, peti possunt: vt 12. quæstio. 4. quicunque. extra de elect. vt præcrite. & not. extra de procur. c. cum pro causa. antequam fiant, cùm probabile dubium emergat, vtrum commodum, vel incommodum sit inde sequuturum, de bonis ecclesiæ faciendæ non sunt. Nec enim negotiorum gestor, nec coniuncta persona potest petere expensas fieri sibi, sed in vtilitatem iam factas restitui, vt ff. quod cuiusque vniuersi. nomine. l. sicut municipium in 2. respons. & de neg. ge. l. qui alienã. §. fin. Nisi esset talis persona, quæ prima facie vtilitatem ecclesiæ prosequeretur, & proprium non haberet, vt extra de accusa. cap. ex parte. & olim. quorum vtrumque hic cessat: quia & vtilitas dubia, & à toto principio voluntas capituli non appellantis contraria, & administrationes habet. omnis ergo administrator capituli habet in dubio ab huius expensis abstinere. arg. ff. de ritu nupt. l. adoptiuus. §. 1. in fi. & pro hoc bene facit. ff. de admin. tu. l. tutor secundum dignitatem. §. fi. & de tute. & rationibus distract. l. 1. §. sed nonnullos. Et istius sententiæ fuit Innoc. si quis diligenter aduertat, in d. c. vt prœterite. & expressè Host. extra de electio. c. cùm inter canonicos. ¶

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Inter canonicos. *Adde etiam Ioan. Andr. in terminis addendo ad Spec. in rub. de expen. vbi inter alia hæc duo præcipua dicit. Alterum, quòd euenit declarat, an gestor negociorum debeant expensa. Alterum, quòd in hoc gestor à procuratore differt: Quia gestor non nisi facta vtiliter expensas petit: Procurator verò faciendas, dato quòd damnum etiam subsequatur.*

De testa. & de succesione ab intc.

SVMMARIVM.

1 *Licet legatum sit incapaci, si ei substituitur capax, ille veniet, & non succedentes ab intestato, nec fiscus. & num. 2.*

CONSILIVM XXXIX.

THEMA tale est. Legatum factum est non capaci: sed substitutio ei facta est de duobus capacibus, vno post alterum succesiuè, in casu scilicet, quod si non capax decederet sine liberis, vel libero legitimo illud legatum reuerteretur alteri de dictis capacibus substitutis. Et similiter si primus substitutus decederet reuerteretur secundo substituto. Moritur ille legatarius, seu fideicommissarius non capax in infantili ætate. Nunc quæritur, an illud legatum sit deuolutum fisco, vel illi primo substitu-

substituto, vel venientibus ab intestato? Et si sit dereliquum fisco, vel venientibus ab intestato: an intelligantur esse rogati legatum recipere, & restituere illi primo substituto capaci, necne? ¶ † Breuiter dicendum videtur in quæstione præsenti, quod fisco locus non fit, quia institutus de restituendo non capaci fidem non accommodauit: id est ad solutionem nulla cautione, vel pollicitatione se astrinxit. licet eum testator rogauerit, quem sic loqui prohibere non potuit: vt ff. de his, qui. vt indi. l. in fraudem. Præterea quicquid testator dixit, palam fuit, & ideò fiscus non habet locum: vt ff. de iure fisci l. non intelligitur, in princ. & ibi no. & §. si quis palam. Nec est locus venientibus ab intestato. † Sed nunc secundi legatarij, seu fideicommissarij conditione extante, secundus legatarius veniet ad legatum, non obstante in capacitate primi: vt ff. de excus. tu. l. legatarius. si quis aliquem testari prohibuerit l. 1. §. sed si legatum. de leg. 2. l. cum ei, qui partem, & ad Trebel. l. cogi. §. hi, qui solidum, & facit quod not. in l. eam, quam C. de fideicom. gloss. fi. In talibus enim non interpositi, sed capientis persona spectatur: vt ff. ad l. fal. l. cum dotem, & de leg. præstan. contra tab. bo. poss. pet. l. 3. §. sed si proponas. Nec distinguitur hoc, vtrum interpositus sit capax insolidum, vel pro parte, sicut in instituto de restituendo grauato distinxit: gloss. in d. l. eam quam. Non ob. C. de natura. lib. l. 1. quia vel in casu speciali loquitur, vel cum non capaci alius capax substitutus non inuenitur, quo casu etiam ad fiscum per eius restituere teneretur. vt C. ad l. fal. l. 3. & ff. eo. tit. l. beneficio. & ar. ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. penult. & finali.

ex persona matris supplementum petent, quia cum ipsi ab auo nihil habeant, vt ipsi supplementum petere possunt: quia ei, quod non præexistit, non fit supplementum: vt ff. de acquir. poss. l. Pomponius. §. 1. & in persona matris pactum de iure canonico fuit efficax propter vinculum sacramenti: vt extra de pact. c. quamuis pactum. lib. 6. & obstabit ex omnibus venientibus ex persona sua, *b* vt ff. de reg. iur. l. ex qua persona, & in prælleg. l. Pomponius. §. cum quis, & hoc modo soluitur per gl. contrarium de le. si is cui. in princ. ff. de inoff. testa. ad l. si quis filium. C. eo. tit.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Testamentum. *Adde quod Decius citat hunc locum in consi. 478. col. 3. num. 9. in 4. parte. Nec contradicit.*

b Ex persona sua. *Adde hoc, quod vltimo loco dicit Old. esse communem opi. teste Alex. in consi. 29. in fi. vol. 3.*

De testamen. extraord. C. de liberis præteritis.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex filia possunt dicere testamentum aui nullum, quia fuerunt præteriti non inserta causa.*

CONSILIVM XL.

1 BREVITER videtur, quod nepotes ex filia possunt petere declarari testamentum aui nullum, quia inueniunt se præteritos sine insertione alicuius causę. licet enim præteritio matris, & ascendentium per eam lineam haberetur pro exhæredatione: vt ff. de bo. poss. contra ta. l. illud. §. ad testamenta. & insti. de exhær. li. §. mater. Ideoq; quærela necessaria erat: hodie tamen, si præteriantur descendentes per lineam maternam ab ascendentibus per lineam eandem sine insertione alicuius de causis à legibus approbatis, nullum est testa-
a mentum, *a* vt in Auth. vt cum de ap. cogno. §. aliud quoque capitulum. coll. 8. & not. de lib. præte. vel exhær. Auth. ex causa. Nec ob. quod hi nepotes præteribantur à matre tempore conditi testamenti, quia tempore mortis matre præcedente cæperunt tenere eius locum, sicut & in suis esset, vt instit. de hæred. quali. & diffe. §. sui. & ff. de in iu. rup. & irri. test. post. humorum propter idemtitatem rationis. & quod in linea materna, sicut in linea paterna, subductio personæ alium ad rumpendum testamentum admitti faciat, probatur instit. de succes. lib. §. si vero testamentum. in quo §. linea vtraque in admissione patroni excluso filio non ad imparia iudicatur. Si vero testamentum teneret, & supplementum petere vellent, excluderentur expacto iurato per matrem: quia cum

De concessione præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula: si eum vitæ laudabilis esse repereris: differt ab illa: si prædictus clericus esset vitæ laudabilis, nam in primo casu inducitur conditio, in secundo non. & nume. 2.*

CONSILIVM XLI.

2 BREVITER videtur *a* inter thema propositum aduocatis curiæ, & aliud nunc de partibus missum, quædam in terminis esse distantia: quia in themate aduocatis proposito dicitur in apostolica litera contineri, si eum vitæ laudabilis esse repperies, &c. in altero verò dicitur, si prędictus clericus esset vitæ laudabilis, &c. inter quæ videtur notabilis differentia esse, vt prima ad futurum
1 referatur, secunda verò ad præsens. † Et ideò prima verba conditionem faciunt. secunda verò non, vt ff. de le. 1. l. Stichum, qui meus erit. non enim inest prouisioni, quæ mandatur authoritate apostolica fieri, conditio examinis, siue inquisitionis, & idoneitatis per inquisitionem inuentæ. vnde talis prouisor non debet de idoneitate personæ inquirere, nec obijcientes audire. ar. C. de ex. rei iudic. l. si, vt proponis. & not. per domin. Inno. extra de concess. prębend. c. proposuit. & de re iudic. c. cætero. & per Compo. extra de elect. c. cum inter canonicos. in gloss. sed pone circa fin. sed cum mandatur, quod de idoneitate personæ solerter inquirat, & si eum idoneum reperit, prouideat, &c. necesse habet ante prouisionem inquirere. ar. ff. de transac. l. cum hi. §. si prætor. & de rebus eorum, qui sub tute. vel cura. l. magis puto. §. si æs alienum. & hoc propter formam mandati, quæ est exacta diligentia obseruanda, vt ff. mand. l. diligenter, & l. si quis pro eo. & extra de rescript. cum dilecta. Et sic prima verba factum hominis declarantis requirunt, secunda non, sed solum existentiam idoneitatis de præsenti exposcunt, quæ in rerum natura certa est, & licet apud nos incerta: & ideo conditionem non faciunt. ar. ff. de iudi. l. sed & si restituatur. §. vltim. & de condi. instit. l. institutio talis. ff. si cer. pet. l. cum ad præsens. & l. cum ita-
2 que. † Et hæc est ratio, quare hæc verba in legato adiecta, si voluerit legatarius, legatum conditionale faciunt. sed licet insit illa conditio omni legato; Si voluerit legatarius, quantum ad acquisitionem irrepudiabilem, quia legatum donatio est, vt ff. de leg. 2. l. legatum est donatio quædam. & illa nolenti non queritur. ff. de donat. l. hoc iure. §. non potest. tamen illa verba adiecta requirunt declarationẽ hominis, & le-

gatum conditionale faciunt. ff. de leg. 1. l. si ita. §. illi. & de condi. & de. l. si ita expressum. si autem hæc vera sunt, constat decretum in literis appositum, & insinuationem voluntatis executionis ad literarum formam se referentis in se conditionem habuisse: vt extra de concess. preb. c. quia cunctis. Et per consequens illa duo beneficia, quæ vacauerũt conditione pendẽte, potuisse conferri alijs, vt in d. c. quia cunctis. & extra de præb. c. dudum. libr. 6. ac per hoc nullam posse tali impetranti negligentiam imputari. C. de iu. do. l. in rebus. §. omnes, de præscrip. 30. vel 40. anno. l. cum notissimi. §. illud. & qui admit. ad bo. pos. possunt. §. quamdiu præfecti. & per hoc credo potuisse, & debuisse clerico de quo quęritur, de hoc tertio beneficio, quod est primum post purificatam conditionem, prouideri de iure.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Breuiter videtur. *Adde vide Spec de actio. & peti. §. pen. col. 6. num. 19. ver. quid si Papa.*

De arbitris.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri plures vbi sunt electi à partibus, tunc valet pronunciatio plurium, quando omnes pronunciant, vel maior pars præsente minore, & sine causa nolente pronunciare aliàs secus. & num. 2.*

CONSILIVM XLII.

EORVM, quæ in faciendo consistunt, quædam facientis industriam respiciunt: quædam vero solius facti executionem attendunt. Prima quidem sic personis electis inhærent, vt per alios expediri etiam ex commissione non possint: vt C. de cadu. tol. l. vnica. §. si vero talis. ff. de solut. l. inter artifices, & extra de off. & pote. iudi. dele-
a c. quoniam apostolica. *a* secunda vero per quemcunq; expediri sufficit, dummodo præconceptus effectus facti sequatur, vt ff. de verb. oblig. l. cum seruus. C. si manci. ita fu. alie. vt manu. l. si puellam. & in Auth. de hæred. & fal. §. his igitur. sub primo genere sunt arbitria. vt ff. de verb. obl. l. si quis arbitratu. ea autem, quæ in primo genere sunt pluribus commissa, sic per omnes expediri requiruntur, quod per vnum, seu aliquos facta intentionem legis, siue hominis loquentis nõ implent. vt ff. de test. manu. l. si ita fuerit libertas. & de condi. & de. l. pe. in prin. si autẽ sic est, cõstat manifestè, quod per aliquos arbitrium latum ex quo nõ per omnes fertur non tenet: sicut & cum plures in expeditione alicuius actus includuntur hac intentione, quod vnus non possit sine altero expedire: vt ff. de exer. l. 1. §. si plures. de instit. l. sed & si pupillus. §. conditio. de admi. tu. l. Titium & Mæuium, in princ. & ff. man. l. idemq; in fundo. §. itẽ si ea. Et hanc rationem probat lex in Auth. vt iudi. non expec. sacras iussi. §. pen. Secunda ratio est. ita demum videtur, etiam secundum glo. quæ plus, & fauorabilius in hac materia sensit, quòd maior pars plurium arbitrorum possit in pronunciando prævalere, cum omnes pronunciant, sed in pronunciando discordant, quippe tunc omnes pronunciant, sicut & iussi sunt. vt ff. de re iud. l. Pomponius ait. & l. si vni. & de arbitris. l. si in tres. vel secundum aliquas gl. cum maior pars pronunciat præsente altera, sed pronunciare nolente: & hoc modo loquuntur gl. l. itẽ si vnus. ff. de ar. sed vbi præsens, & pronunciare, & simul coarbitrari vult, q; alter possit eum præueniẽdo supplantare, & ei potestatem arbitrandi auferre non dicunt: non enim est digna premio causa præceps: vt ff. de iure fisc. l. edicto. §. cum ante. & ad Tertul. l. 2. §. sed si forte. de acqui. hæ. l. cum seruus. & ff. de adul. l. si maritus. §. 1. & extra de appel. sæpe. & potissimè, cum iustam causam dilationis injcit minor pars: sicut quia sunt rustici, & volunt consulere peritiores: vt ff. de vsur. l. sciendum, de bo. pos. l. in bonorum. de proba. l. cum de indeb. §. 1. & ff. sol. ma. l. dotem. cum in talib. melius sit aliquantulum differre, quàm sententiam præcipitare. vt ff. de fideic. lib. l. cum quasi. §. eleganter. & de vaca. & excu. mune. l. prætor. §. vlt. Tertia ratio: quia lite iam finita per sententiam, & renunciationem appellationis, vt ff. de pa. tale pactum. §. qui prouocauit, dictum compromissum interuenit, & sententia: quod necin sententia vera esse potest: vt ff. quæ sententiæ sine appresciud. l. 1. Nec in arbitramento, quod locum transactionis obtinet, vt alias dictum est. & quod not. per d. Inn. extrà de iure iu. c. quintauallis.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quoniam Apostolica. *Adde Doct. in l. 1. de offi. eius. et Dec. præsertim in 2. not.*

De dolo & contu. & de sententia. & de iudi. & de pœnis. Extraordinariè. C. ad l. Iul. maiesta.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta etiam per imperatorem in loco non tuto vel ad locum non tutum vel si est inimicus citati nõ arctat citatum quia modum defensionis citati non tollit, nec princeps potest tollere talem modum citandi per nuncium, vel per literas aut per edictum, sed quo ad literam citationis sic, dummodo citatio perueniat ad notitiam citati alias processus vel sententia non valet. & num. seq. vsque ad num. 7.*

CONSILIVM XLIII.

a QVÆRITVR *a* vtrum citatio facta in loco, vbi communiter habitabant inimici notorij citati, absente longe ipso citato, ex hoc reddatur nulla, & per cõsequens processus, & sententia subsecuta. ¶ Item quæritur, vtrum si citatus notorie nequeat sine grandi periculo ad locum, ad quem citatus est, comparere ex hoc possit sententia dici nulla? ¶ Item quæritur, vtrum si familiares eitãtis sint manifestè inimici capitales citati, & sint potentes, & multi, citatio fit nulla, ita quod necesse non sit citatum comparere, vel mittere excusatorem? ¶ Item quęritur si imperator capitalis inimicus regis fuerit tempore processus, & sententiæ: sententia sit nulla? ¶ Item quæritur, vtrum edictum citatorium in dicta causa publicè propositũ apprehendat regem, qui citationis tempore erat extra districtum citantis, nec infra eius districtũ domicilium obtinebat? Item quæritur, vtrum rex vasallus imperij pro certis rebus non habens infra districtum imperialem domicilium potuerit committere crimen læsæ maiestatis contra imperatorem. De fellonia enim non est dubium, quin eam committere possit. ¶ Item quæritur, vtrum rex ante iuramentum fidelitatis imperatori præstitum contrà imperatorem ipsum crimen læsæ
1 maiestatis potuerit commisisse? ¶ † Pro examinatione eorum, de quibus quæritur, primò illud puto videndum, vtrum citatio sic sit de esse iudicij, q; prætermissa per

missa per Principem sentẽtiam nullam reddat, & potissimè criminalem? Circa quod dicendum videtur, quodin citatione cõsiderantur duo, scilicet, effectus intentus, & ad ipsum perueniendi modus. effectus intentus est scientia citati, & facultas defendendi. Et hoc non videtur posse omitti, quin interueniat verè, vel interpretatiuè: vt in c. nos in quenquam. Sicut enim iure naturæ permissa est vnicuiq; defensio contra extraiudicialem violentiam: vt ff. de iusti. & iure. l. vt vim. & ff. ad l. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. Adeoq; quod in brutis viget huiusmodi permissio: vt ff. si quadru. pau. fe. dicatur. l. 1. §. cum arietes. Sic & aduersus violentiam iudicialem: vt ff. de iniur. l. nec magistratibus. extra de resti. spo. conquerente. & ff. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. magistratus. & C. de iure fisc. l. facultas. & l. prohibetur. Verũ quia omnis licitus defendendi modus debet commensurari modo offendendi, qui intenditur, vt C. vnde vi. l. si quis enim tantam. & C. de iurisd. om. iu. l. 1. & ibi no. Iccirco in iudicialib. licet iure naturæ cuilibet se defendere iudicialiter non iniurijs, & opprobrijs: vt C. de postu. l. quisquis. sed quia defensio sine sciẽtia esse nõ potest, necessaria est omnino scientia vera, vel interpretatiua, & cum Princeps hac nõ præcedente iudicat, substrahit huiusmodi defensionem iure naturæ b concessam: sed hoc non potest princeps: b vt insti. de iur. natura. gent. & ciui. §. sed naturalia. & not. Compo. c. ficut. extra de elec. ergo, &c. Modus autem inducendi hanc sententiam verè vel interpretatiuè est citatio. & ideo cum inchoatur modus offendendi, id est, per quem pars potest offendi, statim datur possibilitas defendendi per citationem. & hoc est quod tex. dicit. omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, quam prætor edicit: vt ff. de in ius voc. l. 1. instit. de pœna temere liti. §. vltim. sed citationes habent suos modos, quia aliquando per nuncium, & aliquando per epistolam, & aliquando per edicta: vt C. quo modo & quan. iud. l. consentaneum. authen. de litigio- sis. §. omnem. & ff. de fideicom. li. l. cum vero. §. subuentum est. Et est quidam modus citationum ipsorũ in iteratione consistens: vt ff. de fer. l. in pecuniarijs. & de publ. iudi. inter acta. l. & huiusmodi. Et ad c hunc modum non videtur Princeps arctari. c ar. expressum. ff. man. l. apud eum. quia isti non sunt modi de iure naturæ: sed de iure simpliciter positiuo, cui Princeps non est necessario alligatus: vt ff. de leg. & a sic præmisso. † dico quod omnis citatio, quæ per alia accidens maximè ipsi citanti notum secũ affert impedimentum defensionis citati, nõ arctat, quia nõ potest parere effectũ, propter quem est inducta, scilicet, facultatẽ defensionis. Et ideo pro non facta habetur omnino. ar. ff. quod cuiusq; vni. nom. l. 1. §. & quidem. & C. de cura. furio. l. vlt. §. sin autẽ testamen. & est expressum. ff. quod vi aut clam. l. qui aliter. §. 1. Ex his patet responsio ad primas quatuor quęstiones: quia in vna quaq; earum proponitur legitima, & notoria causa defensionem impediens: quia quælibet earum instans periculum mortis demonstrat: vt ff. de dona. cau. mor. l. 3. cum tribus ll. se. & ideo à latitatione excusat: vt ff. quib. ex cau. in pos. eatur. l. fulcinius. §. quid sit latitare. Et ideo prima causa, de qua in ipsa quæstione fit mentio, videtur citationem, 3 ac per hoc sententiam nullam reddere. † Si enim citatus per eum, cui ex consensu proprio obligatus est ad parendum, citatus ad locum inhonestum non tenetur comparere propter conseruationem famæ: vt ff. de arb. l. si cum dies. §. pe. multofortius si erat facta ad eum locum, in quo est periculum vitæ iuxta legem dicentem: nam cuius famæ, multofortius parcendum est vitæ: vt ff. ad legem Iuliam de adulte. l. si adulter. & l. si adulteriũ cum incestu. §. liberto. idem videtur de secunda causa in secunda quęstione proposita: quia citatio quædam sententia est: vt C. de epis. & cler. l. cum clericis. Inciuile autem est liberum hominem inuitum iubere facere, quod non potest: vt ff. de pe. l. mortis. §. sunt autem. & nullo iure ad impossibile quis obligatus est: vt ff. de reg. iur. l. impossibilium. sed illa dicuntur impossibilia, quæ sine salutis periculo non possumus. & ideo ad talem locum quis ire non compellitur: vt C. ad Trebellian. l. sed si alio. & l. se. Et in talibus vocationibus, & itineribus habenda est ratio humanitatis, quæ nulla fuit in citatione tali. ff. quibus ex causis maior. l. si cui. §. tam diu. in fi. & de vaca. & excu. munerum. l. tempus. Et iustus timor periculi est iusta causa recedendi ab eo, cui quis naturaliter est, & ciuiliter obliga-
4 tus: vt ff. locat. & conduc. l. habitatores. §. 1. ¶ † Idem videtur de tertia causa in tertia quæstione proposita, quod probatur. Legatio est publicum munus, & ideo ad id subeundum quis compellitur, vt ff. de mune. & hono. l. vltim. §. legati, & tamen lex dicit, quod ad amicum, vel domesticum eius, quem accusat non tenetur legationem suscipere. ff. de legationibus. l. sciendum. §. si accusatio. & hoc est propter amicitiam & domesticitatem: quam habet cum accusato, qui accusatoris præsumitur inimicus: vt in
5 authen. de test. §. si vero quis dicat. ¶ † Idem videtur de quarta eadem ratione, & maiori: vt C. de inoffic. te. l. liberi. & ff. de offic. præfe. vrbis. l. 1. §. certè. Et pro omnibus his facit extra, vt lite non conte. c. accedens. 2. de sent. excom. c. decetero. & c. quam-
6 uis. ¶ † Ad quintam quæstionem videtur dicendum quod ad hoc, vt de regulari ordine edictum citatorium liget, oportet, quod fiet in causa necessitatis: puta quando fit contra incertos: vt C. si vt se ab hæredi. absti. authen. si omnes. & de remis. pign. si eo tempore. C. vbi pupil. educa. debe. l. fin. & extra de elec. c. vltim. lib. 6. si contra certum quid fiat in subsidium, scilicet de illo, de quo quæritur nõ inuento in loco, vnde citari valeat: vt ff. de agno. li. à paren. l. 1. de dam. infe. l. 4. §. totiens. & quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. 1. extra de dolo & contu. c. vlt. de cle. non resi. c. tuæ. & de eo, qui mittitur in pos. causa rei seruan. si
7 aduersarius. † Et quod in tali loco fiat, quod verisimile sit, quod posset ad citati notitiã peruenire: vt ff. de insti. l. sed & si pupillus. §. proscribere. & quod vi aut clam. l. semper. §. hoc edictum. Imo & si esset in loco, vnde citari non posset: puta quia locus nõ esset de iurisdictione ciuitatis: poneretur edictũ in loco debito. & notificaretur per literas, vel nuncium edictum propositũ esse, & potissimè hoc debet in criminibus obseruari, vt hoc traditur in tex. ff. de requiren. reis. l. 1. §. item cum edicto. Cum ergo proponatur edictum contra certam personã emanasse, & de quo sciebatur, vbi erat, & ei nihil notificatum, & propositum quantum in loco abdito, videtur dicendum, quod sententia ex virtute talis edicti lata, sit nulla de iure.
8 † Circa sextam quæstionem attendendum est, quod maiestas dicitur quasi maior stans, siue maior potestas. arguendo ergo à ratione nominis: vt C. de Epis. & cler. l. decernimus. & ff. de verb. sign. l. tugurij. & ibi not. non committitur crimen læsæ maiestatis, nisi cum læditur maior potestas: oportet ergo, quod sit maior potestas, sed hic nulla est potestas in læso respectu lædentis loquendo de potestate, pro vt accipit. l. ff. de verb. sig. l. potestatis. Et si dicatur feudum ab eo tenere. Respondeo hoc non dat de mino imperium in vasallum. Est enim quidam contractus,

in quo quis alteri obligatur, vt in col. 10. de noua fi. de. forma. non autem imperium conceditur: vt satis potest colligi ex not. per Innocent. extrà de for. compet. c. postulasti. Si nõ habet merum imperium, non est sub potestate sua: sic enim lędendo non dicitur lędere maiorem potestatem, quia nec potestatem. Et hoc modo accipitur illud verbum Euangelij. Nam & ego homo sum sub potestate positus, &c. Et hoc satis potest colligi, quia quis tenetur protegere ducem belli. Sed hoc non dicitur de quocunque duce, sed de suo duce. Et ideo cum ministerio adijcitur in l. qui præpositum suum, &c. vt ff. de re milit. omne delictum. §. qui præpositum suum. Hoc etiam videtur expressè dixisse lex, dum dicit: lex autem Iulia maiestat. præcipit eum, qui maiestatem publicam læserit temerè, &c. vt ff. ad l. Iuliam maiestat. l. lex 12. tabu. in 3. responso. Imperator autem, & si maiestas sit, non est publica respectu eius, de quo quæritur, quia potestas eius non est communicabilis, siue communicata, ergo non est publica: vt ff. ne quid in lo. pu. fiat. l. 2. §. viarum. Et si dicetur, imò ratione feudi, responsum est supra. & hoc est etiam videre in hoste, qui committens in Principem, siue ei bellum indicens non dicitur committere crimen læsæ maiestatis: vt ff. de capti. & postlim. reuer. l. hostes. ille ergo propriè dicitur crimen læsæ maiestatis commit-
d tere, qui iurisdictioni, & potestati imperij *d* suppositus ab obediẽtia se realiter subtrahens hostis animũ assumit, & se domino suo aduersarium parat. Et ideo tales perduelles vocantur: id est, perfectè ad duellum, siue bellum clandestinum, vel publicum parati, & accincti. Vnde & tale crimen vocatum est crimen perduellionis: vt ff. de verbor. signific. l. quos non hostes, in princ. de dona. l. donationes. §. fin. & instit. de hære. ab inte. §. per contrarium. & ff. de le. 2. l. cum filius. §. reis. Vbi ergo non est subtractio à iurisdictionali potestate Principis, non est illud cri-
9 men, sed hoc est sic: ergo, &c. † Sed in contrarium multum facit, quia qui potest dare, facilius potest ei, quod est, qualitatem adijcere, vt colligitur ex solutione duarum legum, quę simul contradicere videntur. ff. de leg. 1. l. talis scriptura. & ibi not. & de leg. 3. l. vxori. & est casus in l. vnica in princ. C. de rei vxor. actio. sed leges, & consuetudines prouinciarum faciunt, quod non est delictum, esse delictum: vt ff. de extraord. criminibus. saccularij. §. sunt quædam. & de pæ. l. aut factæ. ergo multò fortius delicto qualitatem adijciunt. Si sic, ergo si in imperio quis committat in Principem, diceretur committere crimen læsæ maiestatis: quia talis est lex illius loci. argum. pro hoc, 8. distin. quæ contra morem, & quod not. Compo. extrà de consuet. c. 1. & per omnes alios extrà de senten. excommunic. c. à nobis. Præterea qui iuuat alium in delicto, idem crimen contrahit cum eodem. vt ff. ad l. Pompe. de pari. l. si sciente. & pro hoc. C. vt nemo ad suum patro. fusci. colo. vel ru. l. 1. lib. 11. & auth. de sanctis. Episc. §. præ omnibus. 9. col. & extrà de senten. excommuni. c. si concubinæ. Sed rex iste, de quo quæritur, præstitit auxilium his, qui poterant committere crimen læsæ maiestatis: ergo, &c. ¶ Sed ad primum patet responsio per verum intellectum propositionis minoris, quia cùm dicitur: quod talis est lex illius loci, &c. Respondetur verum est, quod lex illius loci est, quod subditus committens in Principem committat crimen læsę maiestatis, sed in non subdito non est lex ista imposita: vt C. de sum. Trinit. & fi. cathol. l. 1. Et si dicatur, quod fit subditus propter delictum: vt C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. Respondeo verum est, non talis, nec
10 taliter. † Et si dicatur, nónne vnusquisq; delinquens iudicabitur secundum leges loci, in quo delinquit? vt dicitur de consuetudine loci celebrati contractus. ff. de euic. l. si fundus. & contractus & delicta, quantum ad hoc paribus passibus ambulant: vt ff. de iudi. l. omnem. & in auth. vt omnes obediant iudi. prouinciæ. §. 1. col. 5. Respondeo verum est, si de intentione legislatoris fuit factum ipsum afficere, & ratione facti omnem personam punire, quæ incideret in ipsum. sed hoc non est, quia de intentione Principis est virtute legis astringere eos duntaxat, qui sub imperij regimine distringuntur, vt dictum est suprà & probatur C. de incest. nup. l. neminem. & de nup. l. imperialis. ergo non plus extenditur lex, quam fuit de intentione legislatoris: vt ff. qui pe. tu. l. credendum. & de excu. tu. l. scire oportet. §. aliud. cum si-
11 ¶ † Ad secundũ, cùm dicitur, qui iuuat alienum, &c. Potest responderi, falsum est. non enim est fur manifestus, vel non manifestus, qui furi opem præstat: vt ff. de fur. l. is, qui opem. Sed quia hæc solutio non sufficeret, eo quod si fur non sit, furti tamen tenetur. Respondeo aliter, & dico, quod illud habet locum, quando ex intentione legem condentis, & legis super hoc condendæ potestatem habentis iuuans erat æquè subijcibilis legi, & pœnæ legis, sicut is, quem iuuat. sed hic iuuans, & adiuti nec ex intentione conditoris legis, vt probatum est suprà, nec ex potestate ipsius legem condentis sunt pariter subijcibiles legi. Et ideo non pariter subijciuntur: vt ff. de duobus re. l. si ex duobus. §. vltimo. & l. si id, quod. §. fin. Et per supradicta patet via ad solutionem vltimæ quæstionis conferendo prædicta conscripsi cupiens super his scire à maioribus dominis meis, Card. ve-
ritatem.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quæritur. *In proposito huius consil. vide Gand. de malef. sub Rub. vtrum procurat. in malef. interue. colum. 5. nume. 8. Spec. de cita. §. 1. colum. 4. ver. item quod sit citatus ad locum. Dominum Iacob. Beluisium. in rep. capitatus ad locum. Dominum Iacob. Beluisium. in rep. cap. 1. §. Contrahentes. in versic. trahere. numero 30. de for. compet. in 6.*

ADDITIO ANTIQVA.

b ¶ Sed hoc non potest Princeps. *Aduerte quod Princeps potest tollere citationem causa subsistente: vt concludit Alex. in cons. 2. incipi. Visis codicillis. col. 7. ver. & non dubium. in 1. vol. per glo. quam reputat notabilem in l. aut tepe. ff. ex quib. cau. maio. & no. Bal. in l. cessante. C. quomodo & quando iud. & in l. nec causas. C. de appel. & ibi Bal. respondet ad clemen. pastoralis de re iud. & adde Hostien. & Io. And. in c. in nostra. de procur. vbi dicunt quod de plenitudine Papæ procedit parte non citata.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

c ¶ Arctari. *Adde Alex. consil. 103. vol. 4. Aret. consil. 163. col. 8. Roma. sing. 664. vbi not. quod contra illos, qui sunt rebelles ecclesiæ, vel imperij, & castra eorum detinent, potest sententia ferri absq; citatione. ibi etiam vide Castil. remissiuè in additio. Et Rebellis ille dicitur, qui transfugit à Domino, cui subditus est, & se conuertit ad hostes, & in hostem illius. Dec. consil. 544. in 1. col. vol. 4. & consil. 604. & 606. in princ. vol. 5.*

d ¶ Et potestati imperij. *Adde Bart. in extrauag. ad reprimen. in versi. Rebellando. Item adde remissiones, quas ponit Deci. in l. si familia. in 1. colum. secundo not. ff. de iurisd. omnium iud. Pulcrum est consil. Anch. 339. Extrà. predicta facti narratione. Cald. lib. 5. sub rubrica de accu. consil. 6.*

Deprę-

De præben. & de cleri. ægro.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus propter senium, vel morbum coadiutorem accipiens debet esse præsens in capitulo.*
2 *Et an in collatione beneficiorũ, & in alijs requiratur consensus coadiutoris.*
3 *Et quam potestatem habeat coadiutor. cum num. seq.*

CONSILIVM XLIIII.

QVÆRITVR † si Episcopus senio, vel alio impedimẽto perpetuo detentus, videlicet cęcitate coadiutorem sibi assumat de cõsilio, & assensu capituli sui: nunquid tempore præstationis cõsilij, vel consensus capituli huius oporteat de necessitate iuris Episcopũ esse præsentem in capitulo per se, vel Procuratorem. Et est dicendum, quòd licet in exhibitione consilij videatur præsentia necessaria, eo quod videtur præsupponere quandam mutuam deliberationem, quæ inter absentes non contingit. vt ff. de arbit. item si vnus. §. fin. Tamen contrarium videtur verius. ar. ff. de fideiuss. & hæredi. & cu. l. 2. de tu. & cu. da. ab his. l. diuus. & quando ap. 2 fit. l. 1. §. si præses. ¶ † Item quæritur: quis post assumptionem huius habebit administrationem, & exercitium iurisdictionis, & aliorum spiritualium, & temporalium ad Episcopum, & episcopatũ eius pertinentium. Vtrum ipse Episcopus cum consilio coadiutoris vel coadiutor per se nomine Episcopi? ¶ † Ad hoc videtur dicendum, quod aut datur coadiutor alicui sanæ mentis existenti, puta propter certam causam, vt timoré dilapidationis, & tunc ad exercitium eius causæ, propter quam datus est coadiutor, non erit sine consilio, & assensu coadiutoris: vt extrà de offic. & pote. iudi. deleg. c. venerabili. si autem propter mẽtis alienationem, & nimiam senectutem, vel infirmitatem datur coadiutor, videtur habere in spiritualibus, & temporalibus, generalem, & liberam potestatem. vt 6. quæst. 1. c. 1. & ibi not. & c. quamuis triste. & c. petisti. & cap. quia frater. & extrà de sub. ne. præla. c. grandi. lib. 6. & quod faciet, non faciet nomine Episcopi, vel constituentium eum, sed nomine Ecclesiæ: vt not. Innoc. extrà de procu. consulti. ad fin. vlt. glo. Et ex quo habet generalem, & liberam potestatem, potest illa vti. de quibus habe- 3 tur extrà de elec. c. is cui. lib. 6. ¶ † Item quæritur: nunquid in collatione beneficiorum requiritur consensus coadiutoris, vel consilium? Et quis faciet commissiones, & quis scribet: & dabit literas, & sub quo sigillo, & cuius nomine? ¶ Ad hæc omnia hæc quæsita patet responsio per superius dicta, excepta collatione beneficiorum, quæ non videtur ad talem coadiutorem pertinere, vt argum. extrà de sup. ne. prę. gto. c. Ecclesiæ. §. fin. & nor. per Archid. extrà de cle. ære. c. pastoralis. lib. 6. sed hoc non videtur posse stare, quia si habet generalem, & liberam, & hoc potest, vt in d. c. is cui. Præterea, si ponamus Episcopo seni, & continuum mentis exilium patienti datum coadiutorem, si coadiutor prouidere non possit, diutius vacabunt Ecclesiæ, quia nescitur, quando resipiscat, vel moriatur: vt C. de vsufruc. l. ambiguitatem. & ideo isto casu hoc sibi licere videtur. argum. bonum. ff. de admi. tu. l. inter bonorum. Si verò esset talis senectus in causa dandi coadiutorẽ, quæ mentis exilium non induceret, sed ad exteriora, quæ solius fari sunt, eum redderet impotentem: quia sæpe accidit, quod senectus, & infirmitas virtutem cordis augmentat; vt extrà de renun. literas. & cap. nisi cum pridem. & ff. de cap. & postli. reuer. postliminium. §. fin. tunc collatio non videtur pertinere ad coadiutorem, sicut nec nuptiæ ad curatorem adulti: vt C. de nup. l. in copulandis. Et sic possunt opin. Doct. ad concordiam reduci, & c. pastoralis. in quantum prohibet alienationem, intelligitur in voluntaria alienatione. Collatio autem beneficiorum est necessaria. Inter hæc enim multum refert, vt ff. fam. erc. l. alie- 4 nationem. cum fim. ¶ † Item quæritur, nunquid aliqua potest Episcopus per se, & ex se post huius assumptionem? & si sic, quæ: & quæ non. Ad hoc ex su- 5 perioribus patet responsio. ¶ Item quæritur, nunquid sufficiat consensus maioris, & sanioris partis totius capituli in assumptione coadiutoris huiusmodi nullo consilio, vel contractu super hoc præcedente, præsertim cùm capitulum dicat, quod de consilio, & assensu capituli assumi debeat? & videtur dicendum, quod sufficiat consensus capituli: quia in consensu capituli est consilium, licet non præcedat indistincte tempore. & hoc iudicat secundum responsum. cap. pastoralis. vbi esset maior ratio consilij: quia donationi Episcopus non assentit, & tamen ibi de consilio nulla mentio fit: sed de solo consensu. Præterea si tractatum voluisset præcedere, hoc canonis dixisset conditor, sicut dixit extrà de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu ca. c. tua. & de re. eccle. non alien. cap. dudum. Sed illa duo in c. pastoralis coniunxit: quia non sufficit primum sine secundo: secundum autem includit primum: vt consueuit dici in consilio. ff. de acquir. pos. l. quemadmodum.

De testamen. extraord. ff. de vulg. & pupilla. substi.

SVMMARIVM.

1 *Testator si substituit filiæ suæ puberi hoc modo: Substituo filiæ meæ hæredi vniuersali, si contingat eam decedere sine hærede, Titium vulgariter: talis substitutio dicitur fideicommissaria, & non vulgaris. & num. 2.*

CONSILIVM XLV.

DVM in narratione facti mihi exposito dicatur, quod domina Vierna tempore conditi testamẽti erat pubes, de pupillari loqui non expedit: vt ff. de vulg. & pu. sub. l. verbis. ciui. & l. in pupillari. de qua, si pupilla fuisset, potuisset probabilis dubitatio suboriri: in eodem titu. l. centurio. non obst. gloss. posita super l. precibus. C. de impub. & alijs subst. quæ solam verborum figuram attendit. sic ergo substitutio, cum facta sit puberi per verbum commune substituo, vt ff. de vul. & pu. sub. iam hoc iure. absque dubio fideicommissaria est censenda, vt C. de instit. & subst. sub conditione factis. l. generaliter. & argum. ff. de condi. & de. l. pater Seuerianam. §. conditionum. & ff. ad Treb. l. ex facto. in prin. Nec obstat, quod instituendo dixit testator se vulgariter substituere: quia cum in substituendo vsus fuerit testator his verbis: & si contigerit ipsam Viernam filiam, & hæredem meam vniuersalem, &c. videtur effectum substitutionis cõtulisse in tempus, quo Vierna hæres fuerit, & sine legitimo hærede decesserit: vt ff. de cond. & de. l. qui hæredi. §. vlt. & de leg. 1. l. quæsitũ. §. 1. in vers. huiusmodi aũt conditiones, &c. sed hoc expresè cõtradicit naturæ vulgaris, quæ per aditionem hęreditatis expirat: vt C. de impu. & alijs subst. l. post aditam. & ideo, ne vitietur substi-

ſubſtitutio, quaſi collata in tempus, in quo finiretur: vt ff. de vſufr. l. Titio. & de manu. teſt. l. libertas. intelligendum eſt illud verbum vulgariter ſuperfluè, & nihil operari. argum. expreſsè ff. de hæredi. inſti. l. quoties. §. ſi quis ita ſcripſerit. & de verb. oblig. l. quę
2 extrinſecus. † Nec tales enunciationes veritatem rei immutare. & hic eſt caſus expreſſus. ff. de caſt. pecul. l. ſi fortè. & de præſcript. verb. l. inſulam. & not. C. de colla. l. ſi donatione. & illud verbum vulgariter prolatum ab literarum ignaro non debet intelligi, prout dicit ſpeciem ſubſtitutionis diſtinctam ab alijs, quia hoc non intelligebat, nec cognoſcebat proferens, de qua etiam iuriſperiti ſæpe cõcertant. Sed ad ſimplex, & nudum factum, & vulgaritatem quandam, non iuris ſubtilitatem, eſt tale beneficium referendum. argum. ff. de condi. & de. l. quibus diebus. §. dominus. de pec. l. nec ſeruus. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque ſtipulatio. & ibi not. Nec in cauſa teſtatoris ad diffinitionem, id eſt, ſtrictam verborum ſignificationem deſcendendum eſt, cum plerunque abuſiuè loquantur, &c. vt ff. de leg. 3. l. non aliter. &
a de acquir. rerum do. l. inſula. in fi. *a*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In fi. *Adde quæ dicit idem Oldr. infra, conſil. 219. indeciſ. articuli.*

De accuſationibus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus accuſans ſubditum debet ſe obligare ad pœnam talionis.*

CONSILIVM XLVI.

1 VIDETVR, quod Epiſcopus accuſans
a ſubditum † debeat ſe obligare ad pœnam talionis, *a* ſicut econtrà, non obſtante inæqualitate ſtatus. ſic enim videmus in coniugibus: quia vxor eſt pœnè ancilla viri: vt 33. q. 5. c. hæc imago. & c. ſeq. & tamen vir accuſans vxorem de adulterio non obſtãte imparitate ſe obligat ad talionem: vt extrà de Procu. c. tuæ. niſi in caſu, qui ponitur in dict. c. hæc imago. & c. ſeq. & ibi not. Præterea certi ſunt caſus, in quibus calumnia excuſatur à talione: qui not. 2. q. 3. calumniator, & iſte non eſt de illis: ergo, &c. Præterea ita punitur presbyter, & diaconus accuſantes ſubdiaconum, ſicut econtrà, imò in ſubdiacono fit mutatio pœnę: quia talio in eũ cadere nõ
2 poteſt: vt 5. q. 6. quia iuxta. † Præterea videtur caſus legis. dicit enim lex: quod ſicut illuſtres accuſantes priuatos ſe inſcribunt, ſic & priuati, cum accuſant illuſtres, vt C. de iniur. l. fin. Nec in hoc imparitas ſtatus aliquid facit, imò magis delinquit Epiſcopus, quàm ſubditus, & ex eodẽ crimine per vtrunq; commiſſo plus punitur Epiſcopus, quàm ſubditus, & maior in gradu, quàm minor: vt extrà de cle. vena. c. 2. & ibi not. & 40 diſt. homo Chriſtianus. & no. 1. q. 1. quicquid. & hoc etiam videtur æquum, ne ſub prætextu conceſſi priuilegij flagitiorum creſcat authoritas: vt C. de priuil. ſchola. l. 2. in fin. lib. 12. Et de iſta quæſtione videtur mihi quòd ſit text. & caſus in
b ratione in lib. feud. de conſue. re. feud. iuxta fin. capit. finali. Nam in illis caſibus, in quibus dominus non tenetur iurare de calumnia, nec Vaſallus econtrà. *b*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Pœnam Talionis. *Ex hoc conſil. & eius rationibus mihi videtur elici concluſionem, claram, & veram, quòd in quibus caſibus Duellum permittitur, in ijs prouocator iuriæ tueri ſe nullo modo poſſit, ne congrediatur, quamuis longè ſit nobilior, ac potentior aduerſario, imo quamuis ſit illi dominus, dum tamen maiorem alium dominum recognoſcat. Et not. quia multi, & fortè plerique contrarium reſponderent. Nec alibi fortaſſe ſunt hæ rationes ita congeſtæ.*

b ¶ Vaſallus econtrà. *Pro ſupplemento huius conſil. obſerua, quòd ſi Epiſcopus, vel alius iudex eccleſiaſticus inquirit ad punitionem criminis per pœnitentiã, poteſt reus dare Procuratorem. Sin vero eccleſiaſticus iudex inquirat ad depoſitionem, tunc Procurator dari non poteſt. Ita not. Bernar. in addit. Ang. de malef. in ver. Hæc eſt quædam inquiſitio in 1. pag.*

De apoſtatis.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt remittere pœnam apoſtatico, ſed nõ debet permittere, quod cito promoueatur. & num. ſeq.*

CONSILIVM XLVII.

1 PATER ſanctiſsime in caſu noſtro † volenti ſequi rigorem non eſſent neceſſariæ magnæ allegationes, quia ſcelera iſtius miſeri ita ſunt notoria, & de his pluries, & plene hic actum eſt, quod nemo dubitat, quin conſideratis ſuis demeritis nulla pœna ferè inueniretur ſufficiens. Ergo poſſet dici, quod licet miſericordia admittat eum ad Sacramenta Eccleſiæ, quę non claudit gremium redeunti? vt C. de ſum. Trinit. epiſtola inter claras. non tamen eximitur à pœna: vt extrà de hæret. ſuper eod. lib. 6. Nemo enim tali peccato pœnitentia deſinit eſſe nocens. ff. de fur. l. qui ea mente. C. de apoſta. l. 3. & ibi not. eum nõ ſolum actum notabilem inchoauerit, ſed etiam cõſummauerit: vt ff. vi bo. rap. l. pe. & ſi aliquid omiſerit, hoc fuit, quia non potuit. ff. ad l. Pompe. de pari. l. 1. in fin. Non enim eſt de numero illorum, de quibus dicitur, Potuit facere mala & non fecit: ſed potius poſſet ipſe dicere, quod dicit Seneca de ſenectute. regratior ſenectuti, quia omnia, quæ debebam nolle, & velle non poſſum. & nos regratiamur Deo, quia quæ ipſe omiſit quæ nolle debuit, nõ potuit, ſed videtur mihi, quod decet ſanctitas veſtra ſicut incipit eum piè, & clementer recipere, ſic cum pietate, & clementia proſequatur. dicit enim ille Valerius Maximus narrans clementiam Scipionis erga Regem Armeniæ, quem tenebat captum, qui multùm offenderat rem publicam Romanorum, licet egregium ſit hoſtem deijcere, maioris tamen laudis eſt ſcire miſereri. & quãtò iſte miſer infelicior eſt omnibus alijs, & de-
lictũ ſuum directè reſpiciebat perſonã, & ſtatũ veſtrũ, tanto magis vobis reputabitur ad laudem. † Nam &
2 dicit Seneca in 1. lib. de clementia. Nullũ tantũ decet clementia, ſicut Principẽ. vnde dicit ille ſanctiſs. Imperator, q nihil tam peculiare eſt imperialis maieſtatis, ſicut humanitas. C. de do. inter vir. & vxo. l. fin. C. de nup. imperialis. & ſi hoc dicitur de Principe ſeculari, & temporali, multò magis de Principe Eccleſiæ. cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. C. de Epiſc. & Cleric. l. ſi quis in hoc. vnde in laudẽ Octauiani dicitur, quod erat natura clemens in omnes, auſterus in paucos. Dico etiam, quod expedit propter magnam

magnam vtilitatem, quæ inde potest insurgere ecclesiæ, & fidei. Nam per hæc infideles, & rebelles ecclesiæ facilius ad gremium ecclesiæ reducentur. Videntes enim, quod ita clementer vos habetis erga istum, qui vltra omnes deliquit, & fuit caput scandali, & pena offensionis, confidenter poterunt sperare, quod benignius vos habebitis erga eos, si ad obedientiam venerint. Nam vt dicit Seneca in primo libro de clementia, multos vicit clementia, quos seueritas non potuit subiugare. Vbi narrat de quodam, qui multa fecit ad hostes destruendos, & videns quod non poterat perficere, consuluit vxorem suam, quæ dixit ei, fac sicut medici solēt facere. Nam cùm vident, quod data remedia non prosunt, vtuntur contrarijs, & tu vsque nunc vsus es potentia, & nihil profecisti, nunc vtaris clementia. & ipse vsus fuit consilio vxoris, & omnes sibi subiecit. Pater sanctissime sanctitas vestra multum probauit & multa expendit tota die: vnde ex quo Deus sola sua benignitate per vias inexcogitatas inimicos vestros confundit, & eos tradit ad manus vestras, regratiemini sibi, & imitamini eum, vt dicit l. imperialis. vt animi minima, ita magna clementia, quia per hoc omnes alios deuincetis, iuxta illud quod dicit Solinus de Cæsare, quia quos armis subiecit, clementia magis deuicit. Sed pater sanctissime in minima sunt gradus, propter quod videtur mihi, quod licet nō debeat esse modica, tamen nō debet esse multū emoliens, vel effusa, vt 45. di. disciplina. Videtur ergò saluo meliori iudicio, quod nunc à principio quoddam medium sit tenendum. Nam continuè sanctitas vestra poterit crescere in gratijs, prout viderit expedire, & perseueranti am viderit in eodem. Vnde videretur, quod sanctitas vestra deberet remittere illi pœnas iuxta ca. 1. quæstion. 1. si quis hæreticæ. & 1. quæstio. 7. saluberrimum. & quod permitteretur in suo ordine celebrare. Sed licet illa capitula dicant, quod auferatur sibi omnis spes promotionis, quod in hoc debebit mitigari, scilicet quod non tollatur sibi spes, imo detur sibi, si perseuerauerit. sed quod tunc promoueatur ad dignitatem, non videretur mihi triplici ratione.

3 † Primò quia iura volunt, quod magna cautela adhibeatur circa istos hæreticos propter timorem fictionis, extrà de hæretic. vt officium. libr. 6. fingunt enim plerunque propter assequendas bonorum potentias, vt dicit text. 50. distinc. vt constitueretur. Secundò quia nemo delinquendo suam conditionem meliorem potest facere. de regul. iur. non fraudantur. §. nemo. quia videretur de dolo, & malitia sua commodum reportare, quod non debet esse. extrà de rescript. sedes. & de dolo & contuma. ex literis. & ne tantus honor sibi detur, vnde alij fideles, qui bene seruierunt, scrupuloso corde moueantur. argument. 16. quæstion. 7. capit. primo. Tertiò quia iste est conuictus habere vxorem, & de illa sententia facta est mentio in processibus vestris. vnde antequam aliud declaretur super hoc, non videtur, quod debeat fieri.

De clericis non residentibus.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis in absentia suorum beneficiorum fructus sine aliquo priuilegio debet de iure recipere, & habere. & numer. 2.*

CONSILIVM XLVIII.

1 IVS commune † pro residentibus habet in seruitio ecclesiæ existentes. extrà de cle. non residen. ex parte. Seruientes autem Romanæ Ecclesiæ, quę mater est omnium, & magistra, & quæ omnium ecclesiarum gerit solicitudinem, siuè curam: vt habetur in procœmio, li. 6. de cens. cum instantia. singulis ecclesijs creditur seruire. extrà de postula. prælato. capit. 1. & in hoc priuata vtilitas includitur in communi, vt ibi habetur. Nam etiam lex humana statuit, quod in ciuitate Romana philosophantes eisdem priuilegijs gaudeant. ff. de excu. tuto. l. sed reprobari. §. in Romana. & de vaca. mu. l. eos. in prin. Et ideo Honorius quartus statuit, quod familiares Papæ, qui circa eum se obsequiales exhibent, fructus beneficiorum suorum recipiant, quia non debent minori prærogatiua gaudere, quàm alij in seruitio Ecclesiæ existentes. extra de cle. non resi. cum dilectus. & c. ad audientiam. vbi per omnes Doc-
2 ctor. † Et debuit vestra discretio considerare, quod Cardinales magis sunt familiares, quàm alij, & principaliùs seruitio Ecclesiæ insistunt, qui etiam assumunt partem ponderis diei, & æstus, sicut illi, qui in partem solicitudinis sunt vocati, & de quorum consilio summus pontifex agenda ordinat, & disponit. extra de elect. fundamenta. §. decet. & sunt sibi collaterales. extrà de offic. deleg. excommunicatis. & c. officij eod. tit. lib. 6. vnde vt pars sui corporis esse videntur. ff. de excus. tut. l. iurisperitos. & C. ad l. Iulian. maiestat. l. quisquis. & 6. quæstio. 1. verum. & extrà de pœnis. fœlicis. lib. 6.

De verborum significat.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones significantes terminum à quo, & terminum ad quem, quando concludant, & excludant: & de multis dictionibus vide hæc plenè cum num. seq.*

CONSILIVM XLIX.

1 CONSVEVIT dubitari, † an terminus ad quem, & à quo sumantur inclusiuè, vel exclusiuè. Et primò videamus de termino à quo, circa quem sciēdum est, quod sunt quædam dictiones, per quas designatur, vt sunt, à, ab, & de. & licet inueniantur ex pluribus iuribus, & quandoque per Docto. intelligantur inclusiue, & quandoque exclusiue non tamen semper ex eodem text. probatur inclusio, & ideo de qualibet sumam Concordantias. Et primo illas, per quas per text. melius probatur inclusio, quàm exclusio. ¶ Quod à. sumatur inclusiuè. ff. ad l. Iul. de adult. l. pater. §. 1. & facit eod. titu. l. miles. §. adulterij. C. de aduoc. diuer. iudi. l. post duos. ff. de sena. l. fin. & C. de nupt. l. à caligato. à quibus mu. vel præsta. non licet se excu. l. 1. lib. 10. ff. de excu. tu. l. scire. in Authentica de tempore non solut. pen. §. generaliter. col. 7. & 13. distin. cap. aliter. Nam à subdiacono vsque ad episcopum nō licet vxorem habere, & tamen subdiaconus includitur. 34 dist. si subdiacon. & 93. di. à subdiacono. & 77. di. c. non autem. & 2. quæst. 6. anteriorum. & 15. q. 4. c. pe. & quæst. fi. c. cum multæ. extra de ferijs. Capellanus. & de prob. licet. de elect. c. statuimus. & c. quam sit. & c. si electio. & c. cum ex eo. & de præb. executor. lib. 6. & de treu. & pace. cap. 1. & de app. sicut in Cle. & ibi Ioan. Andr. Arch.

Arch.in c. statuimus. & in c. aliter.allegato supra. Qđ à sumatur excluſiuè,videtur ꝓbari.ff. de hær.inſt.ſeruum.§.hęreditas.& inſt.eo.§.hęreditas.& ff.de actio. emp.l.idẽ.§.fi.& ꝙ ibi no.& C.de erog.mili.annonę. l.iubemus.2.li.12.& ff.de flumi.l.pe.& ꝙ ſumatur excluſiuè,videtur probari. Nam per iura antiqua in ordinib.requirebatur, quod numerus eſſet completus. vt 78.diſt.c.1.& no.77.diſt. in ſumma.& tamen in 38. diſt.de his. dicitur, quod à 20.anno recipiet diaconatum.& ſic apparet,quod excludit per eundem modũ. facit.78.diſt.c. fin.77.diſt.in veteri. ¶ De dictione exno. Ho.extrà de elect.cum in cunctis.ſuper verbo exegerit.¶ De ab.ff.de aquà quoti.& æſti.l.1.§.æſtatem. & C.de temp.& repara.app.l.fin.in princ.& in vſibus feu.& de noua fideli.forma. c.1.& 5.diſtinc.c.1.& 2.& 77.diſt.in veteri.& 35.quæſtione.6. ab iſto. & not. Archid.31.diſt.c.pen.aliter. Quod ſumatur excluſiuè.ff. ſolut.matr.l.de diuiſione.& l. ſi autem.& l. de diuortio.& de liber.agno.l.1.§.dies.& ibi Iacob. de Aret. & de iti.actuq; pri.l.1.§.annum.& de act.& ob.l.obligationum ferè.in princ.& ad l. Iuliam de adul.l.mariti. §.Seio.ad turp.l.vt priuatum.& quando app.ſit.l.1.§. biduum.& §.fin.& C. de long.tempo. præſcrip.l.1.& ff.de tempor.app.l.1.& de nautico fenore.l.in nautica.& 31.diſt.tenere.& not.Arch.e. di.ante.& 3. quæ. 1.quiſquis.& de reſt.ſpo.c.1.lib.6.facit.82.diſt.propoſuiſti. ſed quod excludat, facit, quod ex ſeparatione not.ar. C. de nouo C. componen. l.1. in princ. ibi ex quæſtor.50.di.accedens. & quod not. ibi Archi. ante excommunicationem. 1. ſeparationem. 3. quæſtio.4.
2 c.famili. ¶ † De præpoſitione de, no. Arch.13. quæſti. 1.ca.1.de qua etiam videtur. ff.depoſiti.l.1.in prin.35. diſtinct.c.1. ¶ Quod terminus à quo,ſumatur excluſiuè.no.G.durandi.c.ſtatutum.extra de præbend. li. 6. quod quidam legiſtæ voluerunt tenere per ea, quæ not.gloſſ.ff.de actio.empt.l.ratio.§. fin. & etiam no. Arch. in prædicto.c. ſtatutum. vbi tenet contrarium, & c.ſtatuimus.1.reſponſo.Idem tenet Iacob.de Aret. ff.de libe. agno.l.1.& Ioan.Andr. extrà de appel.ſicut in cler.Licet in cap.frequens. de reſtit. ſpo. variet. & Iaco.de Aret.ff.de manu.l.1.& Iaco.de Bel. ſi quis cautionibus. l.1. & Nicom. de Mat. ff.de fer. l. more Romanor. & Archid.13. quæſtio.1.c.1.& quæſtio. Bononię diſputata,35.¶Terminus ad quem deſignatur per
3 vſque,intra, ad. ¶† Quod vſque ſumatur incluſiuè, probatur.C. de epiſcop.& cleric. cum clericis.§. memorati. & de procu. aut. quod ius. & ibi dixi ego Oldra. C. de vſur. l. eos. §. 1. & de aduoc.diuer.iudic.l. poſt dies. & de erogatione milit. anno.l.iubemus. 2. lib.12. ff, de inoffic.teſta.l. Papinianus.§. meminiſſe. de leg. 2. quidam in teſtamento. & de gradibus. l.iuriſconſultus.§.parentes.de verbor.obligat.l.1.§. fi.& l.eum,qui ita. §. ita.& de pœnis. abſentem. & de verbor.ſignific. abſente.ſic etiam intelligunt gloſſ.de epiſcop.& clericis. aut.generaliter.& de ſportulis.l. 2. C.de lib. præte.l.maximum vitium.circa medium.& de tempor.appel.l.fi.in princ.& de modo multarum. l.illuſtres. & de defenſo.ciui.l.1. C.à quibus mut. vel præſta. l.1.libr.10.de iud. properandum.§.finautem. quomodo,& quando iudex.Auth.qui ſemel.ff. de inoffic.teſt.l.quemadmodum. & de offic.procon.l.meminiſſe.& ibi. Guil.de Cu. & de cu.& de ſena.l.fin. & ibi Iacob.de Aret.& Archidi.& Iaco. de Ra.de dolo.l. vſque.& ibi not.de leg. 1. quidam.§.ſi tibi.de leg.3. l. patronus.§.Sempronio.& ibi dixi. & ff. quando dies leg.ced.l.ſi cum præfinitione. de leg. præſtan. contra tab. bon.poſſ.pen.l.filium. in princ.& l. nam ſecundum,& tabulæ.teſt.nullæ ex l.1.§.fina.de Carbo.edi. l.ideo. ſi nam. §. ſi. & de actio.& obligat.l.obligationum ferè.in princ. de iti.actuq; pri.l.1. §. Iulianus. & de verbo.oblig.l.qui Romæ.§. Callimachus.ad l.Iul. pecu.l. ſacrilegij pœnam. & ff. de verbor.ſignific.l.in Auth.de non alie. §. ſimili modo. colleg. 4. de ind. §. hæc,coll.6.in vſibus.feud.de noua fide.forma.c.1.extra de presbyter.non baptiza.c.veniens.de elect.c.ex eo.& de reſcript. ſi gratiosè.lib.6.& ibi Archid. & c.ſi propter tua debita.de empt. & ven. ad noſtram. & de ferijs.Capellanus.31.diſtinct.aliter.32.diſtinct.de illo & ibi Archi.77. diſtinct. quicunque.93.quæſtio.1.c.1. 15.quæſt.ſi.c.cum multæ.22. quæſtio.decreuit.33.q.1. c.1.22.quæſt.2.c.1.de treu.& pac.1.Quod ſumatur excluſiuè, facit. ff.de adopti. ſi arrogatorum. quod mecau.ſi cum exceptione.c.hæc autem.de ſeruit.ruſtic. præ.l.fin.de hæred.inſtit.ſeruum.§. hæreditas.& inſtit.e.§. hæreditas.ff.de tutel. l. quæſitum,de leg.1.l. filiusfamilias.§.1.an cau.ap.per Al.l.1.de flumini.quominus.in Auth.qui mo.nat.effi.legi.§. item ſi appellatione.extrà.de ætat.& qua.à multis. & de ordin.ab epiſcop.qui renunc. epiſc. cap.1. & ibi not.de in integrum reſtitu. cum ex literis.& de dila.cap.fin.de dolo, & contu. cum dilecti. de fide inſtrument. cum dilectus.l.di.acced.& quod ibit not.Archidiac.de pœni. diſtinct 3.inter hæc.de pœni. diſtinct.2.ſcio.34.diſtin. ſubdiaconus. & Matthæi 11. & 12. Machabæorum 5.
4 in fine. ¶† Quòd intra includat, expreſsè probatur. C. vt intra certum tempus crimin.quæſtio termine. tur.l.1.& fin.ff.de appell.recipi.l.intra.& quando appel. ſit. l. 1. ſi quis ſuſpectum tutorem.§. biduum.in ea.l. ff. de adult.l.ſcire.§. erit. de damno infect.l.qui bona.§.final.& de accuſ. l. libellorum in fine.ad turpil. l.ab accuſatione.& l. ſi interueniente. & C.de erogatio.mili.annonæ.l.iubemus.2.libro.12.quomodo, aut quando. iudex. autem. qui ſemel.de bonis auto. iudi. poſſi. l. cum proponas.ff. de ædil.edi.l.ſi vendi. tor.C.de fide.l.pæ.& de tempor.appel.l.2.in Authen. de appel.§.1.colum.4. & de tempor.non ſol.pe.§.generaliter,collat.8. Quòd excludat, facit argument.ff. de verbor. obligat. l. qui Romæ. §. 1. vbi promiſit nauigare intra idus ſeptembris,& poſtea dicit quod nauigauit ante ſecundam compoſitionem,per quod in-
5 nuit, quod non excludit idus. ¶† Quod infra includat,probatur.ff. de excuſ. tuto.l.ſcire.§.ſunt.& requir.l. 1. & fi.& l. annus.& expreſsè extrà de appel. cõmiſſa.& de app.ab eo.& de reg.c.1.& 2.& de elec.ſtatuimus.& c.quàm ſit.lib.6. & de in integr. reſtitutio, cap.1.& in clement. vt lite non conteſt. quoniam frequenter.§.in alijs. & de conceſ.præbend.ca.1. & not. Ioan.Mo.de except.pia. Sed quod excludat, facit extrà de fide inſtrument.inter dilectos. & de præſcript.
6 ad audientiam. de verbor.ſignificat.Abbate. ¶† De ad, quod includat, probatur. ff. de condi. & demonſtrat.l. non putabam. & Archidiaco.77. diſtinct.preſbyter. gloſſ.ff.de dolo.l.vſque. videtur ſentire, quod includat, vel excludat vt fauor amplietur, vel vt odium reſtringatur. Sed hîc conſueuit impugnari,quia pœnæ odioſæ ſunt. ff. de pœn. interpretatione. & ramen includitur.ff.de his, qui not. infa.quid ergo:de extraordinar. crim. l. ſaccularij.§. ſunt quædam. Et ideo dicunt alij, quod vbi apparet de mente, illi ſtabimus. argument. ff. de regul. iur. ſemper in ſtipul. Et hoc ſiue ex ſe conſtet, ſiue per coniecturas: vt not. ff. de leg.3.l.Patronus.§. Sempronio. argument.ff.de lega.2.qui ſolidum.§.1.de rebus dub.l.1. Sed vbi non conſtaret, ſtarem opinioni Gloſſ. quòd conſideretur fauor,& odium. Hoc ſentit Dyn, in l. à caligato.niſi incluſio contradiceret legi, & omninò dubium eſſet dicere,quòd includeret.Hoc expreſsè iura dicunt intrà, & infrà, per quæ terminus ad quem deſignatur. Et iura promiſcue vtuntur iſtis verbis, ſcilicet vſque, intrà, & infrà, vt C. de erogat. milit.annonæ.l.iubemus.§.

mus.2.libro.12. & in Authent. de tempor.non solu. pecu.§. generaliter. & de excusatio. tutor.l. scire. & deacquiren. rerum do. l.3. C. eo.l. 1. & hoc tenet Io-
an. & Compo. extra de except. pia. & pro hoc quod not. Archidiaco. 13. quæstio. 1.§.1.& de pace refor. in
7 princ.colum.10. vbi concludit. ¶ † Dictio vbi inclu-
dit. C.de actio. actione. & dic vt ibi. Cyn. & extra de regu.iur.non dimittitur. & Petr. de Bel.ff.de verbor. obligat.decem stipulatus. & not. gloss.ff.si quis caus. l.si eum.§. fina.& ibi Labeo in diffinitione. & Archid. extrà de constit. capit. 1. libr.6.& 35. quæstione. 6. ab
8 isto. ¶ † De præter.ff.de pignor. actio. l.1. & ibi Guil. de Cu.& de adimen. leg.l.fundo.& Inno. & Compo. de elect. dudum. & Iacob. de Aret. ff. de dam. infect. qui bona.§.si quis quia. & Archidiac. 13. quæstione.2. ebron. ¶ Quod quandoque ante includat.ff.de verb. obligat. qui ante. & l. eum. §. qui ita. & l. cum stipu-
latus de verbor. signific. articulis. §. 1. & not. 2. quę-
9 stione. 6. anteriorum. & 78. distinct. presbyter. & 31. distinc.ante. ¶ † De in, *a* quòd includat, facit.2. quæ-
a stione.6. anteriorum. circa princ. ibi interdum. & ff. de conditionibus & demonstrationibus si in annos. & ibi Petr. de Bel. Et de multiplici significatione isti-
us præpositionis in : not. Archidiaco. 40. distinct. si Papa. & ff.de libe. & posthum. l. Gallus in princip. &
10 ibi etiam Iacob. de Aret. §. ille casus indifficilis. & de suis, & legitimis hæredibus. l. 1. ¶ † De absque. Ar-
chidiaco, extrà de procur.qui generaliter. & 26. quæ-
stione. 5. non est nostrum. & ibi Archidiac. & 34. di-
11 stinct. psalmista. ¶ † De seu.ff.de auro & argent.leg.l. si quis ita. & not. Archidi. 63.distinct. ergo. & ibi Ar-
12 chidiac.de rescrip. statutum. lib.6. ¶ † De nunc.Ar-
chidiac.63. distinct. ego. ¶ Et ibi de tunc.ff.de condi.
13 & demonst.l.3. ¶ † De vel, & aut, quod not. Archid. 63.distinct.ego.C.de verb. significa. cum quidam. & ibi plenè Cyn. & C. per quas personas. l. 2. & not. ff,
14 de iur. & fac. igno. in rub.& ff.de reb.dub.l.2.¶ † De iuxta, extrà de verbor.significat. Abbate. & de offic. dele. quoniam Abbas. & de fide instrum.ex literis.& C.de episcop.& cle. l. 1. & quod not.Ioan.de Aret.C. de instit. & substit.l.si testamentum. & Nico.de Mat.
15 ff. de iureiur. admonendi. ¶ † De quasi habes ff. sol. mat. l. si ante. & ibi not. 78.distinct. presbyter.de de-
16 ci. parochianos. & ibi Host. ¶ † De tanquam. de ma-
17 io. & obedien. solitæ. ¶ † De allodio *b* habes in gloss. b C. de inge. & manu. l. penulti. & ff. de relig. & sum-
fun. & si quis, §. sed interdum. & in vsibus feudo. si de feudo defuncti controuersia fuerit. capitu. 2. & 3. de pace iura. firman. §. ad hoc. & ibi Iaco. de Bel. Et allodium secundun catholicon idem est, quod pro-
prium. Et licet denotet libertatem rei, non tamen ex cludit superioritatem, vel iurisdictionem alterius:
18 vt expresè dicit §. ad hoc. & ita sentit Hostien. extrà de iureiur.nimis. ¶ † De ferè, & pene. *c* C. de vet.iur.
c enucle.l.2. & 4 quæstio. 8. qui fine. & vide quod not.
19 Guil.de Cu. ff. si quis cau. & si post tres. & de mino. intrà vtile. ¶ † De propè. de doli except. l. apud Cel-
sum.§.de dolo autem. & quod not. de noua.l.1.& ad l.Fal.si pupillus.& institu. de inuti.stipu.§. pupillus. & extrà de despon. impu. continebatur. & quod no.
Petr. de Belui. ff. de legatis. l. seruus legatus.§.cùm quid.& quod not.ff.de ori. iur. l. 2.§. hoc idem tem-
d poribus. *d*

b ¶ De allodio. *Adde & vide Las. in prælud. feud. col. 45. ver. Addite etiam.*

c ¶ Et pene. *Adde QVASI idem est cum FERE, & PENE. Vide ergò Cœp. consi.1. in ciuilibus. numer. 15. Petr. Gher. sing. 46.*

d ¶ Temporibus. *Adde vide in materia huius cons. Dominum Iaco. de Beluis. in repet. c. 1.§. Contrahentes. in ver. super contractibus. num. 23. de for. compet. lib. 6. vbi in effectu cùm remissiuè, tum decisiuè videtur tàlem constituè re reg. vt vitandus sit semper prauus intellectus, & potius impropriandæ dictiones. Alioqui non debemus à proprietate recedere. Quæ qualis sit in multis dictionibus ideni Doct. eo loco insigniter disserit.*

De rescriptis, vel de priuil.

SVMMARIVM.

1 *Gratia concessa ad quinquennium, alio quinquennio cuius facta in precibus non fuerit mentio iam pendente, incipit à tempore datæ.*

CONSILIVM L.

GRATIA concessa est alicui prælato, quòd vsque ad quinquennium conferat beneficia suorum clericorum. Post bienniumimpetrauit similem gratiam non facta mentione de prima. quæritur, quando incipiat secundum quinquennium. ¶ Dicunt quidam, quòd à fine primi quinquennij. quia beneficium principis latissimè est interpretandum : vt ff. de constit. princip. l. beneficium. Nam priuilegium debet aliquid operari. ff. ad municipales. l. 1. & pro hoc allegant. ff. de turpil. l. in senatus. §. quanquam. ¶ Videtur, quòd in vtraque gratia tempus currat à tempore datæ. extra de rescri. eam te. & eod. tit. si eo tempore. lib. 6. de deci. statutum. & not. Archid. in ca. si propter tua. eod. lib. Nec est mirum, si id tempus satisfaciat vtrique gratiæ. Nam & vna solutio quandoque satisfacit duabus obligationibus. ff. de sol. l. actionibus. Nec est nouum, quod eadem res debeatur eidem personæ ex duabus causis. ff. de actio. empt. non est nouum. de regul. iur. non vt ex pluribus. Et si plures obligationes in eadem persona concurrentes sunt lucratiuæ, vna solutio satisfaciat omnibus. ff. de act. & obligat. l. omnes. Et ita hic, cum vtraque causa sit lucratiua. pro hoc facit, quod not. Ioan. Andr. extra de elect. prouida. in gloss. credo. vbi dicit, quòd vnum tempus satisfaciat duabus pœnis, sibi imputet, qui taliter impetrauit. & quantum ad hoc etiam facit quod not. Ioan. Andreas. extra de consuet. cum in tua. lib. 6. & quod not. Iaco. & Petr. de Bellaper. l. permittitur. de leg. §. duobus. & pro hoc de adul. l. si maritus. 1. & 2. respon. Non ob. quod dicitur, quod in beneficijs est plenissimè interpretandum, quia verum contra concedentem, sed non in præiudicium tertij. ff. ne quid in loco public. l. 2. §. si quis. Et hoc esset extendere, ac etiam interpretari contra proprietatem verborum.

De Iudæis & Saracenis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus transiens ad sectam Saracenorum non est puniendus à nobis: & sic melior est secta Saracenorum, quàm iudæorum. & num. 2.*

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Dein. *Adde circa hanc dictionem, vide Alexandr. in l. Gallus. §. ille casus. colum. 4. versic. vltim. quia Bartol. de lib. & posth.*

CONSILIVM LI.

1 IVDÆVS † transiuit ad sectam Saracenorum: quæritur, an sit puniendus? ¶ Et videtur, quod non, cum ambæ istę sectæ tolerentur à nobis, vt C. de paganis. l. Christianus. & extrà de iudæ. & si iudæos. si vtrobique sit in statu damnationis, non est curandum, in qua earum sit, quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat. arg. C. de epis. & cle. l. Deo nobis. & cum vbiq; sit extra ecclesiam, nihil ad nos de eo, iuxta verbum Apostoli dicentis. 1. ad Corin. 5. c. quid ad nos de his, qui foris sunt? transumpti uè positum. 2. q. 1. multi. & iudæi, & saraceni constitutionibus canonis non ligantur. extrà de diuor. gaudemus. Nam cum liberi arbitrij creauerit nos Deus. de pæ. di. 2. si enim etiam ad fidem catholicam, quæ veritatem colit, in qua perfectè salus inuenitur, nemo compellitur. 45. dist. de iudæis. multò ergo minus quis ad superstitionem iudaicam compellitur. & omnino ad fidem catholicam semel susceptam seruandam quis compellitur. vt d. c. de iudæis. quia exquo veritatem agnouit, nõ debet amplius retrò ire, iuxta verbum veritatis dicentis, Lucæ 9. qui ponit manum ad aratrum, & respicit retrò, non est aptus regno Dei, extra de voto. magnæ. Et de tali dicitur, quod melius fuisset viam domini non agnoscere, quam post agnitam retrò ire. extra de aposta. quidam. Et tales dicuntur apostatare, id est retrò abire. 26. q. fi. c. obseruetis.

2 † Sed hoc de iudęo ad sectam saracenorum transeunte dici non potest, quia cum veritatẽ non agnouerit, non videtur retro respicere, nec viam domini relinquere. Imò cum secta saracenorum sit minus mala, quam iudęorum, iuxta verbum dñi dicentis Matthęi 11. tolerabilius erit Sodomis in die iudicij, quam vobis. Et Propheta Ezechiel dicit eis iustificatis Sodomam, quod exponens Augũst. in cooperatione vestra iusta facta est. Et dicit, quod iudæi peiores sunt gentilib. 1. q. 1. nonnè. & quæ sit ratio, ibi no. Non est ergo puniendus, qui viam minùs malam elegit. ff. de reg. iu. l. quoties. & quod sint peiores satis denotat ecclesia, quia cum in die parasceue oret pro omnibus, pro iudæis non flectit genua, sed pro paganis sic. Et nino leges punientes apostatas semper loquunturt, quando catholicus transit ad aliam sectam. C. de iudæ. iudæi. & ne sanctum baptis. reiteretur. l. 2. imò hoc videtur probari in l. fi. Nam si aliquis initiauit fidem catholicam, & conuertit se ad aliam punitur pœna exilij: & sic minori, quam si esset perfectè Christianus. Per quæ videtur sentire, quod si non initiasset fidem catholicã, licet transiret ad aliã, non puniretur.

De iudicijs extraordinarè, de administratione tutorum, & curatorum.

SVMMARIVM.

1 *Tutela regis an finiatur 14. anno. & an tunc possit per se administrare ante 25. annum. & num. 2.*

CONSILIVM LII.

1 a QVÆSTIO † est talis: an tutela regis a finiatur 14. anno finito: Et an tunc possit per se administrare, & quod tutela finiatur pubertate, & sic 14. anno completo, probatur insti. quibus modis tutela finitur. in prin. & C. quando tu. vel cu. esse desinant. l. 1. & fi. arg. extrà de rest. spo. ex parte. & de despon. impu. c. ex literis. & no. de obl. ad ra. or. ca. Et videtur, quod tutela finita poterit administrare. Nam vbi aliquis est capax alicuius iurisofficij, vel dignitatis poterit illud administrare, & etiam ad iudiciũ deducere sine autoritate alicuius persę, & per alium, dunțamen sit pubes, & quo ad illud legitimam ętatem censetur habere extra de resti. spo. ex parte. & de iudi. si annum li. 6. Cum ergò dignitas regni cadit in eo, ex quo fuit pubes, poterit administrare: quia video, quòd mulier q̃ alias inhabilis est ad iudicandũ: vt ff. de reg. iu. l. fœminæ. tñ in casu vbi est capax iurisdictionis, vt quia habet ex successione, iudicat. vt extra de arbi. c. dilecti. 12. q. 2. cum deuotissimam. Sic dicam in rege, quod licet ratione ætatis alias sit inhabilis. quia tamen hoc habet ex successione. Imò quia natura, possit administrare, & etiã iudicare. Nam cum ipse sit ordinarius. extrà de electi. cum nobis. imò si est imperator mundi dominus. ff. ad l. rhodiam de iactu. l. deprecatio. Etiam si minor sententiam tulerit, valebit. nam hoc habet & prætor, & consul. ff. de re iud. quidam consulebat. & no. de iudicijs. l. cum prætor. §. finautem. extra de off. dele. c. vno de legatorum, multo magis princeps, quia omnia iura censetur in pectore habere. C. de testi. l. omnium. & non potest errare propter multos sibi astantes, & propter officia in domo sua ab antiquo ordinata, & maximè quia princeps legibus solutus est. ff. de leg. princeps. Nec curatorem habere compellitur. insti. de curat. §. inuiti. Et maximà iste, in quo discretio supplet ætatem. extra de desponſ. impu. c. tuæ. 78. dist. monachus nouitius. C. de proxi. sacro. scri. l. vnicuiq;. De isto enim potest dici illud Lucæ 2. c. puer crescebat, & confortabatur plenus sapiẽtia, & gratia Dei erat cum illo. Nam & Salomonem adhuc puerum elegit Deus, vt legitur 1. Paralipomenon 19. c. & ecclesia. 14. Possuit Dauid puero suo excitare regem ex ipso fortissimum. Melior est puer sapiens rege stulto, & senę. Eccles. 4. Ex studijs suis cognoscitur puer, Prouerbiorũ 20. & extra de prẹsumpt. c. ex studijs. Imò videtur necessarium, quod ipse assumat regimen, quia propter dissensionem tutorum destructa est terra iuxta illud, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Matthæi 12. ista autem dissensio sedari non potest, nisi ipse exeat, & regimen assumat. Et possunt sibi dari assistentes sapientes, de quorum consilio ipse regat. ¶ † Sed

2 quod tutela non finiatur in 14. anno: sed debeamus expectare finem. 25. videtur probari in libro legionis, lib. 3. C. de orphanis. l. 1. & fi. in 2. practica. c. 15. l. 3. vbi dicitur, quod tutela regis finitur in 20. imò videtur, quod ante 25. non possit administrare. Nam constat, quod fragile est, & infirmum huius ætatis consilium, multis captionibus, & multorum insidijs expositis. Et ideo eis rerum suarum administratio committi nõ debet etiam si rem suam benè gerant. ff. de minor. l. 1. Indè est, quod quantumcunq; discretus veniam ætatis ante 20. annum impetrare nõ potest. C. de his qui veniam ætat. impe. l. omnes. Item, sua negocia administrare non possunt, in quibus quilibet est moderator, & arbiter. vt C. mandat. l. in re mandata. Et in quibus, si lædatur publica vtilitas, non lęditur, & in quibus negligentia, & culpa punitur. ff. solut. matr. l. etiam. Multominus negocia publica, puta imperialia, vel regalia poterit administrare: quia vbi maius periculum vertitur, cautius est agendum. ff. de Carbo. edict. l. 1. §. sed si quis. 7. quæstio. vlt. c. fin. Et cum stabilem mentem nondum adeptus sit in tam tenera ætate, non debet sapientium hominum iura pertractare. C. de testam. mili. l. fin. Et ideò ad rempublicam administrandam ante 25. annum minores admitti non debent. ff. de muner. & honor. l. ad Rempublicam. Indecorum esset enim, vt hi debeant Rempublicam gerere, qui non

qui non norunt gubernare seipsos. ar. extra de æta. & quali. indecorum. Et qui alieno consilio in rebus suis egent, aliorum curam gerere non debent. instit. de excu. tut. §. minores. & in auth. de sanctiss. Epis. §. 1. col. pe. vel 9. Præsumptio enim violenta est contra iuuenes, quod non possint prudenter regere. Et ideo scriptum est. Nemo iuuenes eligit duces, quia constat eos non esse prudentes. Nam & ille sapiens Salomon, licet tria dicat sibi difficilia: fatetur tamen, se quartum penitus ignorare, scilicet, viam viri in adolescentia. Prouerb. 30. Et meritò: quia dicitur Prouerb. 22. stultitia colligata est in corde pueri: & dominus comminans peruersis regionibus ait, Esaiæ 4. cap. dabo pueros Principes eorum. Et ille sapiens compatiens terræ ait Eccl. 10. Vę terræ, cuius Rex puer est, & principes eius mane comedunt. Nec est eadem ratio in Rege, quæ in alijs priuatis, cum officium suum sit iustitiam exercere. 23. q. 5. cap. Regum. Nec error suus posset emendari, cum non sit ad quem appellet, quia superiorem non habet: argum. extra de don. inter virum & vxorem. c. & si necesse. 63. dist. Adrianus. & ibi not. maximè in criminalibus, in quibus de consuetudine terræ non appellatur. Et talis actus, qui non reciperet reparationem. arg. ff. de ap. reci. l 2. & minor. 25. annis personam standi in iudicio non habet: imò eo inuito ad iudicia datur curator. instit. de cur. §. inuiti, multò ergo minus, vt sit iudex: imò videtur, quod Regi etiam inuito detur curator. extra de sup. b neg. præla. grandi. lib. 6. *b*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ An tutela Regis. *Adde, An tutela Regis in 14. ann. expiret, Ioan. And. examinat in Addi. Spec. de tut. in prin. Et dicta hic per Oldr. sibi accommodat.*

b ¶ Grandi. lib. 6. *Adde quod, Et hoc tenet Domin. de San. Gem. in d. c. Vide Ias. in l. fi. C. de testamento mili. circa med. Bal. in l. 1. de conf.*

De iniurijs.

SVMMARIVM.

1 *Actione iniuriarum quis tenetur de verbo iniurioso: quod tamen verum est, si dicatur in iudicio, vel extrà, animo iniuriandi. cum num. seq.*

CONSILIVM LIII.

ONSVEVIT † dubitari, *a* an dicens alicui verbum contumelioſum, quod tamen eſt verum, teneatur actione iniuriarum. ¶ Et videtur, quod non. C. de iniur. ſi non conuitij. & l. ſi quidem. ff. eo. l. eum, qui. vbi hoc ſimpliciter tenet gloſſ. ſiue dicatur in iudicio, ſiue extra. & not. inſtit. eo. in princ. Hoſti. tamen in ſumma eod. tit. §. contra quos. videtur diſtinguere, an illud proueniat culpa illius, cui dicitur: & tunc non teneatur. aut ſine culpa, vt quia vocauit eum baſtardum, & tunc teneatur. ar. 16. diſtinct. naſci. facit. C. de natu. lib. l. legem. Alij dicunt, quod aut illud conuicium dicitur in iudicio, & non tenetur: ſi extra, ſic: & hoc videtur placere Ioan. 2. q. 1. ſi peccauerit. in ſolutione ad l. eum, qui. præalleg. Alij dicunt, quod aut illud conuicium expedit reipublicæ fieri notum: aut non: ſi expedit, tunc ſiue proueniat culpa illius, vt homicidium, vel ſimile: ſiue culpa, vt quia eſt leproſus, quia tamē expedit reipublicæ, detegit: eo quod morbus ſit contagioſus: & tunc, ſi eſt verum, nō tenetur: vt ff. eo. quod reipublicæ. & l. eum, qui. Aut non expedit reipublicæ detegi, vt q uia vocauit eum baſtardum, claudum, vel ſimilē: & tunc, etiam ſi ſit verum tenetur. defectus enim noſtros detegi inhumanum, & iniurioſum eſt. C. quando, & quibus quarta pars. l. 2. lib. 10. Salua veritate ego aliter dicerem, & ſic, quod
2 aut conuicium dicitur in iudicio, aut extrà. † Si in iudicio non probatur verū, non tenetur dicens. ſic intelligo. l. ſi quidem. C. e. ff. e. ſi quis de libertate. C. de lib. cauſa. ſi tibi. Nam non videtur iniuriā facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur. ff. de reg. iur. l. factum. §. non videtur. iuris enim executio non habet iniuriam. ff. eo. l. iniuriarum. Si extra iudicium: aut per libellum famoſum, aut ſine. Si per libellum, etiam ſi ſit verum, tenetur. C. de famo. lib. l. 1. & ibi not. & in l. eum, qui. ff. eo. Aliqui tamen in hoc habent contra: quod videtur placere canoniſtis. 5. q. 1. c. 1. & 2. Si ſine libello: aut illud conuicium dicitur ex cauſa, aut ſine cauſa. Si ex cauſa, puta correctionis (quod poteſt etiam quandoque dici publicè iuxta illud, Peccantem coram omnibus argue. 40. diſtin. illud) vel dicit coram ſuperiore, licet non in iudicio, ea intentione, vt iſte puniatur, & pœna iſtius ſit alijs exemplum: vt C. ad l. Iul. repe. l. 1. & 2. quæſt. 1. quia propter. Nam ad hoc expedit peccata nocentium fieri nota, vt dicit l. eum, qui. ne maleficia remaneant impunita. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. vel dicat, vt à proximis nocumentum corporale auferat, vt quia vult tradere ciuitatem, vel eſt leproſus, vel ſimile. Vel habet nocumentum ſpirituale, vt quia eſt hæreticus occultus, & poſſet ſimplices de facili decipere, vel excōmunicatus, & dicit, vt rubore confuſus pœniteat. Nam tunc bonū eſt manifeſtare, ne deterius putreſcat in corde. 5. q. 5. c. 1. Vel dicit eum baſtardum, vt repellatur ab hæreditate, vel promotione. extra. qui filij ſint legit. lator. & de purg. cano. accedens. Et tunc, cum dicat ex cauſa, & non animo iniuriandi: vt in iſtis exemplis, ac ſimilibus, non tenetur: vt in d. l. eum, qui. cum ſi. ar. C. de epiſ. & cler. nulli. in fin. & ff. de iniurijs. quod reipublicæ. Sit ratio, quia cum actio iniuriarum nō detur, niſi contra illum, qui animum iniuriandi habuit: vt C. eo. ſi non conuitij. & ani-
3 mus probetur ex præſumptione verbi, vel facti. † Nā talis præſumitur animus, qualia ſunt verba, vel facta. ff. de ſuppel. leg. l. Labeo. & de tu. & cu. datis ab his. l. ſcire. & not. in l. ſi non conuitij. probatio cauſæ tollit præſumptionem verborum. argu. eorum, quæ not. C. ad l. Corn. de Sicar. l. 1. vna enim præſumptio tollit aliam. ff. de in inte. reſt. l. diuus. & extra de elec. cum inter. r. Et ſic cum animū iniuriandi nō habeat, quod apparet, & quia verum dixit, & quia cauſam dicendi habuit, non tenebitur actione iniuriarum. Voluntate enim, & propoſito maleficia diſtinguūtur. ff. de fur. l. qui iniuriæ. extra de ſen. excom. cum voluntate. Imò quandoq; ex cauſa, nec iuſta, nec vera, præſumitur dicētis verbum, quod alias de ſui natura eſt iniurioſum, non eſſe dictum animo iniuriandi, & talis cauſa excuſat dicentē ab actione iniuriarum. ff. eo. item apud. §. ſi quis Aſtrologus. Sed ſi dicit cōuitium ſine cauſa: puta in rixa, & ſic cauſa iniuriandi, etiam ſi ſit verum, tenebitur dicens actione iniuriarum, ſiue illud cōuitium proueniat ex culpa, ſiue non. Nam hic adeſt illud, quod eſt ſubſtantia inactione iniuriarum. ſcilicet, animus iniuriandi. Iniuria enim ex affectu facientis conſiſtit. ff. e. l. illud. & l. eum, qui. §. ſi. Et cum animus probetur ex qualitate verborū, & modo dicendi, ex quo verba ſunt contumelioſa, ſtabimus iſti præſumptioni, donec conſtet de contrario: vt not. in
4 d. l. eum, qui. † Nec ſola veritas conuicij eximet eum ab actione iniuriarum. argum. C. de poſth. quiſquis. & de officio Rectoris prouinciæ. l. iuſtiſſimos. ibi.

cum dicit si verè nocens fuerit, nec per libidinem. Et sic ad hoc, vt eximatur quis ab actione iniuriarũ, non solùm requiritur veritas conuitij, sed quod absit libido, vel voluntas iniuriandi: & bene facit. ff. quem. ad. testa. aperi. l. 3. vbi quæ tangunt ignominiam alicuius, Imperator prohibet detegi. Non enim debet aliquis alterius infamiam sine causa detegere. Defectus enim nostros detegi inhumanum, & iniurioſum est. C. quando & quibus quarta pars. l. 2. libr. 10. Et cum ex delictis cõsideretur voluntas, & nõ exitus. ad l. Cor. de sica. l. diuus. licet factum, vel dictum sit bonum, & vtile in se, si tamen malo modo, & animo fiat puniatur. 23. q. 5. relegantes. Nam Christum crucifigi: & bonum, & vtile fuit, quia per hoc redempti sumus, tamen facientes dignè puniti sunt, quia malo animo fecerunt: vt ibi not. & extrà de collusione detegenda c. 1. Sed tamen econtra non curamus si factum, vel dictum sit malum in se, si tamẽ voluntas iniuriandi absit: vt in d. l. illud. §. 1. & 2. † Mens enim, & voluntas magis sunt attendenda, quam factum. 15. q. 6. c. 1. in fin. & 23. q. 8. qui occidit. ff. de fur. l. verum. & l. qui iniuriæ. & in præallegato §. si quis Astrologus. Et video, quod qui malo zelo mouentur, à denunciatione repelluntur. extrà de re iudi. cum I. & A. de accu. cum oportet. multò ergo magis à diffamatione debent repelli. Nam quod in vna domo agitur, in alia notificari non debet. 6. q. 1. ex merito. Nam talis non est dicendus corrector, sed proditor. 2. q. 1. si peccauerit. Et dicit Thomas: qui vera crimina iniustè prodit detractor est, & delinquit. Et magna iniquitas est detrahere: iuxta illud Io. 3. qui detrahit fratri suo, homicida est. 6. q. 1. in sum. & ibi Archid. in psalmo. detrahentem proximo suo hunc prosequebar. Non ob. l. eum, qui. quia (vt dixi) loquitur, quando faciat ad eum finem, vt puniatur, licet nõ in iudicio, vt per hoc alij à similibus arceantur. Nam ad hoc solum expedit peccata nocentium fieri nota: quod vult l. eum, qui. ne remaneant impunita: vt in l. ita vulneratus. & hoc
6 quando conuicium probatur verum. ¶ † Sed quid si opponitur per modum exceptionis, & non probatur verum, opponens potest ne conueniri actione iniuriarum? Et videtur, quod non: nam cum in iniuria solum attendatur animus, & affectus (vt supra probatum est) non videtur animum iniuriandi habere, qui exceptionem opponit: quia hoc facit, vt alium ab intentione repellat, & ipse cõdemnationem euadat, non vt alius puniatur. extra de ordi. cog. c. cum dilectus. Inde est, quod crimen tali modo probatum non infamat. ff. de his, qui not. infa. l. Lucius. Causa enim dicendi eximet eum ab actione iniuriarum, etiam si non probetur vera: vt est dictum per §. si quis Astrologus. Iuris enim executio non habet iniuriam. ff. de iniur. l. iniuriarum. Imo excusatur, qui alij nocet, duntamen faciat animo sibi proficiendi. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. denique. Nemini enim iniuriam facit, qui vtitur iure suo. ff. de reg. iur. l. nullus. & ex-
7 tra de ele. c. cum Ecclesia. † Et ignoscendum est ei, qui sanguinem suum qualitercunq; voluit redemptum habere. ff. de bonis eorum, qui mor. sibi consciue. l. 1. imò parcitur illi, qui prouocatus voluit se vlcisci.
8 ff. de bonis li. qui cum maior. §. si libertus. † Et cum sit dubium, an fecerit causa iuris sui conseruandi, vel alteri iniuriandi, præsumendum est, quod causa sui iuris conseruandi: sicut dicimus de illo, qui rem communem amouit, quia potius præsumimus velle eum suo iure vti, quam furti consilium inire. ff. pro so. l. meritò. & de iniurijs. item apud. §. si causam. & de pę. l. interpretatione. Præterea speciale est, quod nec filius contra patrem, nec libertus contra patronum opponat exceptiones famosas, ergo alijs est ius commune in contrarium. ff. de doli except. l. apud Cel. sum. §. aduersus. & ar. ff. de iudi. cum prætor. & hoc tenet Albertus de Gandino in quæstione maleficiorum. §. qui possunt accusare. & Vbertus de Bonacursio in sum. & Guil. de Cu. ff. quod quisque iur. l. fi. fa. cit. ff. de iure fisci. l. fiscus. & l. 2. §. 1. & l. deferre. §. si communem. & l. delator. C. de delatorib. l. nulla. lib. 10. & quod ibi not. ar. ff. de lib. causa. qui ex libertate. & de in ius vocan. si libertus. de bonis li. qui ma
9 ior. §. si patris in fi. ibi vel calũnioſam. † Dicit tamen, quod tutius est, si proponitur cũ protestatione, quod non dicit animo iniuriandi, pro hoc facit: quia licitũ est hostẽ etiam per insidias vertere. 23. q. 2. domus. Sed quod teneatur, videtur expressè probare. C. e. si non conuicij. & l. si quidem. & de lib. ca. si tibi. & ff. e. non solum. §. fi. & le. se. Et qui exceptionem paupertatis opponit, tenetur iniuriarum, si eam non probet. ff. qui satisda. cog. l. si vero. §. 1. Et opponens contra electum crimina, si non probentur. extra de elect. c. 1. lib. 6. & de acc. super his. & licet crimina tali modo probata non infament de iure, infamant tamẽ de facto. ff. de doli exce. apud Celsum. §. aduersus. extra de test. testimonium, facit C. de postulan. quisquis. Non ob. quod dicitur, quod in iniuria attẽditur animus, & quod excipiens magis videtur hoc dicere, vt se defendat, & agentẽ repellat, quàm vt ei iniurietur: quia licet in princ. sit ista præsumptio pro eo, quod faciat causa sui iuris cõseruandi ex fine, & defectu probationis, resurgit alia præsumptio cõtra eum, scilicet quod
10 eam opposuit animo calũniandi. † Nam qui nõ probat, quod opponit, etiã excipiendo, calumniari videtur. C. de aduo. diuer. iudi. l. 1. 2. q. 3. qui non probauerit. extra de calum. c. cum dilectus. & de elec. statutum. lib. 6. & ibi not. Et etiam potest actione iniuriarum cõueniri. C. de li. causa. si tibi. Et ista vltima tollit primam. ar. C. de in integ. resti. diuus. & extra de elect. cum inter. r. seniorem. imò pro illo, contra quem opponitur, sunt duæ præsumptiones: vna verborum, quæ sunt de sui natura mala, & contumeliosa, per quæ probatur animus: vt in d. l. si non conuicij. Alia defectus probationis, & sic istæ duę præsumptiones tollunt vnam. in authen. de consan. & vteri. fratri. §. 1. extra de treuga, & pace. c. 1. & hoc fortè verius, nisi iusta causa dicendi releuaret à calumnia: vt in c. statuimus. & C. de calum. l. qui nõ probasse. Non ob. quod dicitur, quod crimen tali modo probatum non infamat: quia (vt dixi) licet non infamet de iure, infamat tamen de facto, vt in prædicto ca. testimonium. Et ad hoc, vt detur actio iniuriarum, sufficit, si aliquid dicatur in contumeliam, etiam si illud nõ in-
11 famet. ff. e. l. 1. ¶ † Ad illud, quod dicitur, quod debet attendi causa: non obst. quia præsumptio causæ tollitur per præsumptionem calumniæ, quæ insurgit ex defectu probationis. Non ob. quod nemini faciat iniuriam, qui vtitur, &c. quia isti nõ competebat ius ponendi: quod apparet: quia nõ probauit. C. e. si quidem. Non ob. quod debet ignosci sanguinem suum, &c. quia debet intelligi duntamen nõ fit per calumniam: vt ibi not. Non ob. l. qui cum maior. §. si libertus. quia ibi opposuit, & probauit. Non ob. quod dicitur, ꝙ, cum sit dubium, debemus præsumere, quod fecerit animo iuris sui cõseruandi magis, quã animo iniuriandi: quia illud esset verum, si æquales essent præsumptiones: sed cum pro illo, contra quem opponuntur, sint plures præsumptiones, & violentiores, eis stabimus. argu. extra qui filij sint legit. transmisse. & quod not. Innoc. extra de præscr. si diligenti. Ad id, quod dicit, quod speciale est in patre, & patrono, ne contra eos opponantur exceptiones famosæ. Et sic videtur in contrarium ius commune. Dico, quod

quod est speciale in illis, quod veræ non opponatur contra eos, sed non verè, & calumniosè, nec contra illos, nec contra alios debent opponi: vt in cap. statuimus. Alienæ enim verecundiæ calumniosè impune insidiari non licet. 2.q.3. c.1. in fi. ¶ † Nam licet conuitium non fit pro accusatione habendum: vt c.q.1.c. si quis iratus est. tamen habendum est pro iniuria, vt ibi not. non ob. l.fi. ff. quod quisq; iuris. quia ibi iustè fiebat. Ad l. nulla. & l. delator. cum fi. est difficilis responsio, nisi dicas speciale in pœna delationis: non tamen negant leges illæ, quin possit iniuriarum agi. sed non bene video rationem diuersitatis.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Dubitari. *Adde & huic consilio Oldradi cõiunge consilium Ro. 96. super eo, quo quæritur, an actione iniuriarum. Additionem Bolognini ad Ioannem de Ana. Consil. 44.*

De immunitate Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Fugiens pro debito ad Ecclesiam debet inde extrahi, si secundum ius municipale debet incarcerari pro debito. & num. 2.*
3 *Item iudæus, & infidelis non gaudent immunitate Ecclesiæ.*

CONSILIVM LIIII.

1 AN fugiens † pro debito ad Ecclesiam
a debeat inde extrahi? *a* ¶ Et sic potest dici, quod inspecto iure communi, secundum quod liber homo nõ capitur pro debito, nec debet creditori seruire: vt C. de ac. & ob. l. obses. & extra de pig. c. lator. non debet inde extrahi. & sic loquitur. l. præsenti. §. 1. C. de his, qui ad Ecclesiam confugi. & in auth. de man. princ. §. sed neque. quia etiam si esset extra Ecclesiam, non caperetur, si vellet cedere bonis. C. qui bon. ced. poss. l. 1. Sed inspecto Iure Municipali, secundum quod liber homo pro debito capitur, & traditur in seruitiũ creditoris, debet extrahi. Nam cum persona virtute iuris municipalis sit affecta, & quodammodo conditionata ad seruiendum præstita securitate debet extrahi: ne creditor, qui quodammodo est dominus eius, seruo defraudetur. & hoc bene probatur in d.l. præsenti. §. sanè. vbi seruus, vel ascriptitius, vel alterius conditionis suppositus, præstita securitate extrahitur. Et Princeps, qui immunitatem concessit Ecclesiæ, licet pœnã, quæ ius publicum respicit, vel quæ sibi erat applicanda, potuerit remittere, ius partis tamen non remisit. ar. eorum, quę notan. C. de in ius voc. l. 1. & ff. de seruis fug. l. 1. argu. 36. q. 1. de raptorib. facit etiam, quia Ecclesia solum liberat eum à pœna corporali: vt extra de immu. Eccle. c. inter 17. quæst. 4. diffiniuit. & c. idem constituimus. & c. reum, & ibi per Archid. Non tamen tollit, quin alia pœna puniatur. Imò permittit, vt in eis-
2 dem cap. habetur. † Cum igitur ius municipale habeat, vt capiantur, non tuebitur eum Ecclesia. Item in casibus, in quibus de iure communi quis pro debito capitur, extrahitur ab Ecclesia, inde est, quod debitor tributorum extrahitur, vt C. de exact. trib. in l. nemo. & ibi not. lib. 10. Licet in hoc aliqui contra, vt not. C. qui bonis cedere possunt. l. 1. cum ergo in casu isto de iure municipali possit capi, poterit etiam extrahi. Et hoc expressè dicit l. municipalis. in fin. 9. lib. Et circa hoc attenditur consuetudo, vt no. Innoc. in c. inter. vbi autem fugit propter maleficium, Ecclesia defendit eum à pœna corporali, sed debet in aliam commutari, vt in prædictis capitulis habetur. Sed quærit Innoc. in c. inter. an tunc possit incarcerari? & non soluit. Et quod dicitur in c. diffiniuit.
b quod sacerdos debet eum custodire, *b* ne fugiat, & si fugiat, quod tenetur: intellige, quando debet extrahere, & non extraxit: quia tunc fuit in culpa: vt ibi
3 not. Archid. ¶ † Quid de iudæo, vel infideli? Dic, quod non defendit eum Ecclesia. C. e. l. 1. & ibi not. in authen. de manda. princ. §. publicorum. col. 2. & not. in c. inter. & not. Archidiac. 17. quæst. 4. c. diffiniuit. & ibi Hu. contra. ¶ † Quid de eo, qui ducitur captus per Ecclesiam. Dic quod extrahitur: not.
5 Archid. 17. quæstio. 4. antiquitus. ¶ † Quid de eo, qui fugit ad corpus Christi? not. Hostien. in sum. eo-
c dem titulo. *c*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Inde extrahi. *Adde & vide omnino præceptorem meum Dominum Alciat. in tract. præsump. Reg. 3. Præsumpt. 33. Bart. & Doct. in l. Præsenti. C. de his, qui ad Eccles. confug. Atque iunge in hac materia consil. infra 154. Alexan. consil. 145. vol. 7. Ioan. And. in addi. ad Spec. de immu. eccle. Boer. Decis. 109. & seq. in 1. par. Bossium in tit. de captu. char. 2. Ias. in l. Vinum. col. 3. & 4. fi cer. pet. Ab. & alios in c. inter. de immu. eccl.*

ADDITIO ANTIQVA.

b ¶ Debet eum custodire. *Adde quod non debet tamẽ compeditari in Ecclesia de iure. & contrarium facientes infringunt immunitatem Ecclesiæ: ac si ipsum extraherent, & incidunt in pœnam l. fideli. C. de his, qui ad eccle. confug. ita tenet do. Gui. Papæ in q. 221. incip. In camera. ar. l. 1. §. pe. ff. de vi, & vi ar. & nunquid homicida voluntarius gaudeat immunitate ecclesiæ, & qui gaudeant immu. eccle. & qui non, vide omnino per eundem in prælleg. q.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

c ¶ Eodem titulo. *Adde quod Io. And. huic cons. subscribit. & ferè verba formalia refert ad Spec. de immu. eccle. & dic quod confugiens ad sacerdotem, qui dominicum corpus defert, æquè securus est, atq; ille, qui ad statuam Cæsaris confugit: Argumento à maiori. Hoc not. Host. in c. sanè. de elec. refert Rui. in Rub. de ope. no. nun. col. 2. Corse. in fin. in ver. Cardinalis. & in ver. priuilegium. Tu autem adde in hac materia pulchram. C. Cestij senatoris sententiam, qua disseruit Principes quidem instar Deorum esse: sed neque à Dijs nisi iustas supplicum præces audiri, neq; quemquam in Capitolium, aliáve vrbis templa perfugere, vt eo subsidio ad flagitia vtatur. Abolitas leges, & funditus versas, vbi in foro, in limine Curiæ ab Annia Rufilla, quã fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi, & minæ intendantur, neq; ipse audeat ius experiri ob effigiem Imperatoris oppositam. Hæc Tacitus lib. Annalium 3. Quæ digna censui, vt hîc annotarentur. Ouidius quoq; Met. 5. de Perseï, Phineiq; pugna sic inquit:*

-stratis dum denig; Perseus
Exilijt, teloq; ferox inimica remisso
Pectora rupisset, nisi post Altaria Phineus
Isset: & indignum, scelerato profuit ara.

Adeò indignatur, profanus Poeta, quod ara, in qua Deus iustissimus colitur, iniquissimo homini profuerit.
Sed nõnne Deus ipse Opt. Max. legem dixit huiusmodi in Exodo, cap. 21. Si quis per industriam occiderit proximum

suum,

suum, & per insidias, ab Altari meo auelles eum, vt inde moriatur. Altare igitur suum negat Deus profuturum esse impijs. Neq; vero silentio prætereundum est illud Agesilai, qui cum quidam illum vrgeret improbe postulando, dixisset q; & promisisti, atq; idem crebro repeteret, quando iam fas non esset negare quod petebatur. Rectè sanè, inquit, si quidem iustum est, quod petis, promisi: sin minus, non promisi. Cumq; ille nondum faceret flagitandi finem, sed subijceret. Atq; decet Reges præstare, quicquid vel capite annuerint. Nihilo magis, respondit, quàm eos, qui Reges adeunt decet ea petere, loquiq; quæ iusta sunt spectantes simul & opportunitatem, & quid Regibus conueniat, decorumq; sit. Vide tamen Bosium in loco, vbi illum in antecedente consilio allegauimus. Couarr. in lib. 2. Variarum resolut. iur. cap. 20.

De immunitate Eccle.

SVMMARIVM.

1 *Computantur 30. passus, infra quos gaudet ecclesia immunitate per totum circuitum.*

CONSILIVM LV.

1 CONSVEVIT† dubitari, qualiter cõputentur 30. passus, infra quos gaudet ecclesia immunitate. ¶ Et dicit scholasticus in candelabro, ad eam partẽ tantum, vbi est cæmiterium, & dicit, quod ita tenet Hu. Et ideo in decretalibus non dicitur de 30. passibus, sed de Ecclesia, & cæmiterio. Ego credo, quod istos 30. passus habeat in toto circuitu: & hoc expressè habetur 17. q. 4. diffiniuit. & cap. quisquis. Nam maior Ecclesia debet in circuitu habere 40. passus, intra quos nulla domus etiam Ecclesiarum debet ædificari. 12. q. 1. in illa. & illa bene gaudet immunitate: vt in c. quisquis. & in eo casu intelligunt aliqui, quod palatium Episcopi gaudeat immunitate: scilicet cum est infra dictos passus: vt in c. id constituimus. licet in hoc aliqui contra.

De priui. & de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans gratiam, quòd fructus beneficiorum suorum in absentia percipiat per biennium: si stetit per annum ad præsentãdum literas, percipit fructus illius anni à tempore datæ: sed de primo anno debet petere non à capitulo, sed ab his, qui hæc perceperunt. & num. 2.*

CONSILIVM LVI.

1 NVLLIVS† impetrauit gratiam à sede Apostolica, quod perciperet fructus prębendę suæ in absentia vsque ad biennium. Stetit per annum, quod non præsentauit literas: nunc pręsentat, & petit fructus illius anni, vel saltem, q; biennium computetur à tempore pręsentationis. sed quod iniustè petat, probatur: quia tempus istud non à tempore præsentationis, sed à tempore datę incipit currere. de rescrip. eam te. & de præben. dilectus. & ar. de deci. c. 2. & de rescript. si propter tua. lib. 6. & ibi per Archid. & sic repellitur à secundo. Sed quod non debeat habere fructus primi: probatur. Nam per negligentiam, quò ad istud tempus gratia fuit extinc. & a. extrà de rescript. c. tibi, qui. in fin. & de præben. si clericus. lib. 6. Et quod fuerit notabilis negligentia, apparet ex eo, quia cum ipse canonicus sit in Ecclesia, & per aliqua tempora residentiam fecerit, scit, & scire debuit statuta, & consuetudines, per quæ certis temporibus anni fructus diuiduntur inter illos, qui reputantur præsentes. argu. extrà, qui matri, ac. cu. nõ possunt. cum in tua. Nec licuit ignorare, quod omnibus erat notum. de postulat. c. 1. Maximè cum dictis temporibus ipse aliquando fructus perceperit, & sic debuit illis temporibus literas præsentare, & partem fructuum sibi contingentium petere: quod cum non fecerit, & tanto tempore tacuerit, & permisit alios sequentes percipere, satis videtur notabilis negligentia: & sic suum ius amisit. argum. ff. de reiu. sæpe. & extrà eo. c. pe. & fructus percepti negligentia non petentis in restitutione non veniunt. ff. ad Treb. mulier. §. si hæres. maximè bona fide consumpti. C. de rei vend. certum. & posito sine præiudicio, quod non fuerit negligens, adhuc credo, quod non debet petere à capitulo, sed à quolibet percipientium partem sibi contingentem petere debet. Cum capitulum ignorans gratiam sibi factam bona fide distribuit inter illos, quibus alias deberetur. ar. C. de iur.
2 deli. sancimus. §. sui verò. & §. licentiam. † Nam cum ad capitulum de iure communi, & de consuetudine spectet diuisio fructuum ignorans gratiam diuisit, & inter seruientes distribuit, valet distributio. nec capitulum distribuens tenetur, etiamsi illi, qui perceperunt, sint non soluendo. ff. de condi. inde. l. 3. in fin. & l. seq. Nam si Papa mandat alicui prouideri de beneficio, & ordinarius, vel ille, ad quem alias spectat collatio, ignorans conferat, tenet collatio, vt in prædicto c. dilectus. & de concess. præben. c. 1. lib. 6. Alias ignorantia puniretur, quod esse non debet. arg. ff. de his, qui not. infa. l. genero.

De concessio. præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Papa si suorum clericorum commensalium beneficia sua collationi reseruauerit, & aliquo eorum mortuo contulerit eius beneficium alicui absenti, qui, antequam reciperet literas, vel consentiret, mortuus est, potest iterum conferre.*

CONSILIVM LVII.

1 PAPA† reseruauit collationi suę beneficia suorum commẽsalium. a Mortuo
a vno beneficium suum cõtulit cuidam absenti, qui antequam reciperet literas, mortuus est. Quęritur, an ordinarius possit beneficium conferre? ¶ Et videtur, quod non: cùm collatio spectet ad Papam iure proprio: vt extrà de præben. cap. 2. lib. 6. & ex quo prima collatio non habuit effectum, iterum poterit conferre, extrà de elec. si compromissarius. melius. eod. tit. si electio. lib. 6. vbi not. Io. An. quod decretalis illa habet locum in casu c. statutum. extra de præben. lib. 6. Quod autem prima collatio non habuerit effectum, probatur. Nam in acquisitione beneficij requiritur consensus eligentium, & electi, conferentis, & illius, cui confertur. extra de elect. cum inter canonicos. de præben. si tibi absenti. li. 6. Cum ergo de consensu istius nõ apparet, dicimus collationem non habere effectum. Nam moriens non habetur pro consentiente. ff. loca. & condu. l. 4. extra de rescri.

reſcrip.ſi gratioſè.lib.6.& dicunt Doctor.quod antequam abſens conſentiat, dicitur beneficium vacare, licet non ſit libera diſpoſitio eius: vt not. Io. An. in præal.le.c.ſi tibi abſenti. Nec ſufficit, ſi ſciat ante mortem, niſi collatio per collatorem ſit ſibi notificata: vt in d.c.ſi tibi abſenti. & ibi Arch. & facit.ff. de contra. em.l.1.C.de dona.l.nec ambigitur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Commenſalium. *Vide Ioan. And.in addi.ad Spec. de actio. & peti. §.pen. in extrema additione ſuper ver. Ex parte. Et vide Ancha.conſ.57.circumſcriptis regulis Cancellariæ.*

De conceſsio præben. & de reſcript.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetratum, ſi tempore impetrationis excedat ſummam, ſed tempore vacationis non excedat debetur impetranti. cum num. ſequen.*

CONSILIVM LVIII.

VIDAM impetrauit primum beneficium, quod vacaret in diœceſi Valentina valens centũ libras. tempore impetrationis erat quoddam beneficium, ꝙ excedebat prędictam ſummã, ſed nunc tempore vacationis non excedit, quæri
1 tur, an debeatur impetranti. ¶ † Et quod non debeatur, & ſit inſpiciendum tempus impetrationis, non autem tempus vacationis, videtur poſſe probari ſic. Nam & in legatis inſpicimus tempus teſtamenti: & ideò ſi marmora iniuncta ædibus ſint legata, non valet legatum, etiam ſi deſierint eſſe iniuncta. ff. de le.1. l.cætera. Et hæc eſt regula catoniana, vt ſi legatũ non teneat ab initio propter naturam rei, etiam ſi mutet naturam non debeatur. ff.de re.cato. l.1.ſic & in poſito, cum ab initio conceſsio non extendat ſe ad
2 iſtud beneficium propter quantitatem excedentem, licet modo mutet conditionem, non debebitur. † Et propriè arguitur de legato ad beneficiũ, cum in vtroque dicatur donatio. ff.de le.2.l.legatũ. extrà de conceſ.præben.quia diuerſitatem.& ne ſede va. illam. & ſic quod ab initio non tenuit, tractu temporis non conualeſcit: vt l.quæ ab initio.ff.de reg.iur.extrà.eo. c. non firmatur. & in ſpiritualibus ſpectamus initium. extrà. de elect. dudum. 1. & de reſcript. eam te. & melius eo. tit.ſi eo tempore.lib.6.facit eod.tit.litteras.in cle.facit.ff.de leg.3.l.4.§. filio. ¶ Contra videtur, quod debeatur, & quod non tempus impetrationis, ſed vacationis debeat attendi: & meritò, quia tunc ſibi plenum ius per collationem acquiritur, extrà de conceſ. præben.c. ſi. lib.6. Nam ſi legetur liberis, vxori, vel cognatis, ſufficit, ſi tempore mortis inueniatur inter liberos, vxorem, vel cognatos.ff.de le.
3 præſt.l.interuenit.& l. ſi dote.de le.3.item legatus. §. pe.de reb.dub.ſi cognatis. † Et eſt ratio, quia per mortem plenum ius acquiritur legatario.ff. de furt. à Tio. & cum quæritur, an legatarius ſit capax, tempus mortis inſpicitur.ff.de do.cauſ.mort.l. in mortis. & de iure fiſ.nõ intelligitur.§.quando. & quantitatem, vel qualitatem rei nos attendimus, quæ eſt tempore mortis.inſtitut. de lega.§.grege. & §. ſi peculium. ff. de leg.1.grege. Item & æſtimationẽ attendimus, quæ eſt tempore mortis. ff. ad l. fal. l. lex falcidia. & l. in quantitate. & ſic cum res deueniat ad eum caſum, à quo potuit incipere, dicamus, quod debeatur. extrà de conuer. coniug.c. placet. ſic contrà cum res deueniat ad eum caſum, à quo nõ potuit incipere, vitiatur. ff.de iud.ſi à me. & l.ſi alter.aliàs incipit Iulianus. facit ff. de optio.leg.l. ſi. Item videtur vtrunꝙ tempus ſpectari, ſcilicet impetrationis, & vacationis. Nam in hærede vtrunꝙ inſpicimus, an ſit capax. ſcilicet tempus teſtamenti, & mortis. ff. de hære. inſtit. l. ſi alieni.§.in extraneis.& inſtit.de hære. quali. & diffe.§.in extraneis. Satis crederem, quod tale beneficium de-
4 betur impetranti per ſecundò allegata. † Nam cũ res deducitur ad eum caſum, à quo nõ potuit habere initium, diſtinguemus, aut erat conſummatus, & tunc non vitiatur. & ſic verificatur regula. actus legitimè. extra de reg.iur.ff.e.in ambiguis.§. 1. aut nõ erat conſummatus, & tunc vitiatur, & ſic loquuntur contraria. ſic ſoluit gloſſ.ff.de ſer.l. præterea. & dixi in prædicta regula, actus. Sic econtra, cum ante conſummationẽ venit ad eum caſum, à quo potuit incipere, confirmabitur, vt contrariorũ eadem ſit diſciplina.ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali.iur.l.1.facit.ca. placet extra de conuer.coniug. Et ſic certe eſt in caſu noſtro. Nam antequam iſte ius plenũ conſequeretur in re, quod conſequitur per vacationem, & collationem, vt in præal. c.ſi.de conceſ. præb.li. 6. beneficium eſt redactum ad eam ſummam, in qua potuerat habere initium: vt ſi dicatur, quod ceſſante cã prohibitionis ceſſet prohi-
5 bitio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure pa.† Et quod tẽpus vacationis debeat attendi, ſatis videtur caſus extra de pręb.ei, cui.lib.6.non ob.l.cætera, & regula catoniana, quoniam habent locũ in re purè legata. nos loquimur de re, quæ non purè, imò ſub conditione, vel ſaltem die incerta debetur, in quibus regula non vendicat ſibi locum, vt in prædictis legibus apparet, imò attendimus tempus exiſtentis conditionis, vel diei.ff.de le.præſtan. l. interuenit. quia tunc dies cedit. C.de ca.tol.l.1.§.finautem.& non ſolum attendimus tempus quando dies cædit, quantũ ad rem, ſed etiam quantum ad æſtimationẽ. probatur hoc. ff. de ver.ob.l.quoties in diem. & ſi cer.pet.l. vinum. Non ob.c.ſi eo tempore.quia ibi perſona erat inhabilis, & ſic cum gratia fuerit ſubreptitia: & per conſequens nulla, ex ſuperuenienti caſu non potuit confirmari, vt in regula non firmatur. nam circa habilitatem perſonę reſpicimus initium: vt in c.dudum.extra de ele. non ob.c. literas.quia ſpeciale eſt, vt ibi no.per Ioan. And.non ob.§.in extraneis.quia loquitur in hærede, non in beneficio, quod magis aſsimilatur legato, vt
a ſupra dixi. 4

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Vt ſuprà dixi. *Adde & limita dupliciter huius conſilij deciſionem, vt per Fel.in c. Ad aures.col.fi. de reſcrip.*

De offic.iud. & de ver.ſigni.Extraordi. ff. de tuto. & cu. datis ab his.

SVMMARIVM.

1 *Curatorem ad litem etiam delegatus poteſt dare ad cauſam coram eo vertentem: & de alijs hic diſtinguitur.*
2 *Curatoris datio eſt mixti imperij. & num.ſequen.*

CONSILIVM LIX.

1 VERTITVR † in dubium, quis poſsit dare curatorem ad litem? & dicit Spec. in ti.de cura. quod omnis iudex etiam delegatus. Sed videtur ſic poſſe diſtingui, quia aut quærimus, à quo, aut in quo loco. ſi quærimus, à quo, dico, quod idem iudices dant curatores, qui & tutores. inſtit.de

ſtit. de curatoribus in princ. & ſatis apparet, quia ferè in omnibus rubricis permixtè ponit de tutoribus & curatoribus, per quod ſatis apparet idem eſſe in vtroque, exceptis quibuſdam, quæ not. ff. de tut. & cu.da. ab his. l. curatorem. & cùm non inueniam exceptum de curatore ad litem, idem dicam in eo. ff. de public. l. de pretio. Et quod datio tutoris ad litem ſit mixti imperij, probatur. ff. de tutel. l. qui habet. §. quolibet die. iuncta gloſ. nam text. loquitur de curatore ad litem. & dicit gloſſ. quod eſt mixti imperij, per quod apparet, quod non poteſt delegari. ff. de tuto. & curat. l. nec mandante. Hoc ſatis voluit dicere imperator. C. qui pet. tut. l. 1. vbi dicit, quod debent peti à competenti iudice, quaſi dicat, non ab omni, vt ſit idem ius in particulari, quod eſt in generali. ar. ff. de rei vend. quæ de tota. pro hoc facit, quia olim vocabatur prætorius. inſtitut. de autho. tut. §. fin. quia dabatur à prætore. arg. ff. ad l. Aquil. l. 1. Cùm ergo hodie in locum eius detur curator, dicam eodem iure cenſeri. argument. inſt. de action. §. fuerat. hoc etiam expreſsè not. Innoc. extrà de procurat. petitio. Quod tamen de iure canonico recipit limitationem: nam delegatus papæ, vel ſubdelegatus ab eo dat talem curatorem in litibus, quæ coram eis ver
2 ſantur. extrà de iudic. cap. fin. libr. 6. † Aut quærimus in quo loco. & dicit Iacob. de Aretin. quod à iudice illius loci, coram quo cauſa vertitur. ſic not. C. vbi petantur tutores. l. 1. & ibi vide, quid ſi minor ſit clericus. idem not. per Petr. de Bella Per. ff. de tu. & cura. c. diuus. & hæc per legem. C. de prædi. minorum. l. ſi prædium. cum ibi not. per Iaco. de Aret. & Cyn. pro hoc facit, quod not. ff. de iudic. l. ſi longius. in fin. Sed contra hoc. C. de adminiſtrat. tut. l. ſi. §. 1. vbi dicit recurrendum eſſe ad competentem iudicem per eum, coram quo lis vertitur, & per hoc dictum cap. fin. vbi dicit, quod debet ei dari per ſuum epiſcopum. Sed in hoc poſſet ſic dici. Quia aut quærimus de curatore dato ſimpliciter ad lites. Et cum iſte videatur datus ad omnes, vt in l. qui habet. §. fin. dico, quod debet dari à ſuo iudice: & tunc poterit non ſolum lites, quæ ſunt infra illam prouinciam tractare: ſed etiam lites, quæ fuerunt extra prouinciam illam, vt ſtatim dicam in tutore. & ſic locum habet. l. fin. §. 1. & c. allegatum. quia lex loquitur in curatore generali: capitulum in procuratore ſimpliciter conſtituto ad lites, qui ſatis æquiparatur generali. Aut quærimus de curatore dato ad vnam litem tantum: & tunc debet dari ab illo, vbi cauſa tractatur, cum tamen ſit talis cui hoc competat de iure, ſicut conſueuit dici in prorogatione. C. de iuriſdict. omn. iu. l. 1. Et in hoc ſit vera opini. Iacob. de Aret. & Petri de Bella Perti. & hoc bene probat dictum cap. fin. nam in princ. §. vbi dicitur, quod detur à ſuo epiſcopo loquitur de dato ſimpliciter ad lites. Vbi autem dicit, quod debet dari à delegato, dicit de da-
3 to ad illam cauſam tantum. † Sed & alias diſtinguunt Doctores in tuto. vel curat. generali, quia aut datur ſimpliciter: & tunc debet dari à iudice domicilij, vel originis, & non ſolum vbi adminiſtrabit, ſed etiam extra prouinciam. vt notat gloſſ. ff. de excuſat. tutorum. l. propter litem. §. licet. Aut datur ad certa bona: & tunc iudex illius loci, vbi ſunt bona, & non alius. Et ſic debet intelligi gloſſ. ff. de excuſatio. tutorum. l. non ſolum. §. teſtamento. C. eodem. l. 2. Et circa hoc vide, quod not. Azo in ſumma. C. de in litem dando tutore. Item dubitat Spec. in prædicto titu. an debeat ſatiſdare: ſed non videtur dubium. ff. de adminiſtrat. tut. §. defenſionem. & de curatore furio. l. fi. §. & ſi omnes. not. Inno. in c. petitio. extrà de procuratori. & Arch. in prædicto c. fi. Item dubitatur, an poſsit compelli? ſed non video, quare non. cum ſit munus publicũ, & ſpeciale ſit in curatore dato bonis, quod non compellitur. ff. de curatore bonis dand. l. 2. Quæritur, an debeat facere inuentarium not. gloſſ. & Doctor. in l. de creationibus. C. de epiſcopali audientia.

De appellationibus. Extraordi. C. de tempo. Appel.

SVMMARIVM.

1 *Hic tractatur de multiplici termino appellationis: & an quolibet ipſorum lapſo dicetur appellatio deſerta: & an appellatus poteſt proſequi appellationem inuito appellante.*

Item propter quod impedimentum appellantis non current ſibi fatalia primum & ſecundum: & quantum datur ſibi de tempore lapſorum fatalium.

Item negligentia appellantis & quomodo probatur impedimentum à quo tempore incipiat currere primum fatale appellationis. cum numer. ſequent.

CONSILIVM LX.

1 EST TEMPVS, † quòd datur ad iter arripiendum & hoc quandoque datur à iure, vt de elect. ſtatuimus. & c. cupientes. de offic. or. cap. quamuis. l. 6. Quandoque datur ab homine & hoc regulariter: Nam datur à iudice, allegatur extrà de re iudi. cum cauſam. melius de appel. peruenit. & c. ad hoc. 3. ſed in c. cum cauſam, terminus fuit aſsignatus ad proſequendum, & reputatur non appellans, qui intra illud tempus non arripuit iter. Vnde decretalis illa probat, quod cum datur terminus ad proſequendum, infra illum debet iter arripere. Et per decretalem illam voluit dicere Spec. quod cui datur terminus ad proſequendum, ſufficit, ſi faciat, quod verbum ſonat, not. gloſſ. de renun. veniens. & alleg. de app. peruenit. ſed Inno. ibi videtur dicere, quod non ſufficit iter arripere, niſi & ſe iudici præſentauerit, & alle. c. cum ſit Romana. de appel. quod. c. loquitur in termino ad proſequendum. & fortè de illo intellexit Inn. & ideo Arc. d. ca. cum ſit ſuper verbo, proſecutus. dicit, quòd intelligi debet, vt in cap. peruenit, notatur. & ſic poſtquam iter arripuit, remanet in termino iuris. quod tempus (vt dicit gloſſ. in cap. ſæpè. & Specu.) incipit currere poſt finem termini ab homine ſtatuti. quod durum videtur, vt infra dicam. Et terminus ad præſentandũ iſte etiam non ſtatuitur à iure, niſi in caſib. vbi ſtatuitur ad iter arripiendum. nam debet ſe præſentare quamcito commodè poterit: vt in c. ſtatuimus. & c. cupientes. & c. quamuis. & tunc an ſufficiat ſe præſentare, vel debeat auditorem impetrare: vide quod no. Com. poſt. in cap. ſtatuimus. & Specu. in §. nunc breuiter. Quandoq; ſtatuitur ab homine. extrà de ap. perſonas. & c. cum ſit. tamen c. cum ſit. potius loquitur de termino ad proſequẽdum, & in hoc termino debet iter arripere: vt in c. cum cauſam. ſed non ſufficit, niſi & ſe iudici repræſentet, ſed ſi iudici ſe repræſentet, non compellitur in cauſa procedere infra terminum iuris: & not. Arc. 2. quæſt. 6. appellatore. & Spec. in §. nunc breuiter. ver. item pone hic. pro quibus facit quod not. in c. cum ſit. Eſt terminus ad proſequendum. & de hoc loquuntur multa capitula. c. conſuluit. c. reprehenſibilis. & c. ad aures. c. directe. c. ſæpè. c. oblatę. & c. cum ſpirituali. c. Nicol. de renu. veniens. & c. cordi. de ap. lib. 6. & c. quam diu. in cle. & omnia iſta loquũtur de termino ſtatuto ab hõe ad proſequẽ-

dum,

dum, quandoque à iudice: quandoque ab appellante. & dicunt, quod si infra terminũ non prosequatur, ra tamanet sententia. Verum est tamen, quod Docto. & glos. non videntur facere differentiam inter terminum ad præsentandum, & terminum ad prosequendum, imò quasi pro eodem ponunt. vnde gl. in c. persona. dicit, quod quandoq; datur terminus ad iter arripiendum: quandoq; terminus ad præsentandum: quandoq; ad diffiniendũ. & nihil dicit de prosequendo. idem no. Inn. in c. ex infinuatione. idem not. Io. 2. q. 6. appellatore. quod vbi terminus assignatur ab homine, sufficit, si infra illum se iudici repræsentet. Imò plus dicit Spe. in d. §. nunc breuiter. circa fi. quod vbi terminus assignatur ad prosequẽdum, sufficit, quod infra illum iter arripiat. all. c. cum causam. de re iud. sed c. non dicit, quod illud solum sufficiat, sed dicit, quod est necesse, quod iter arripiat, sed pro hoc facit, ne beneficium iuris isti appellanti aufferatur: & quia a iudex à quo prouocatur *a* forte nimis breuem terminum assignaret. & quod no. in c. cum sit. Sed certe dicunt omnia ista capitula, quod debet habere terminum iur. nisi iudex ex causa fuerit moderatus: & tamen secundum hoc appellans, cui terminus assignatur, non habet nimis temporis, nec quò ad prosecutionem, nec quò ad diffinitionem, quod tamen videtur velle text. imò secundum opinio. glos. in c. oblatæ. quam approbat Spec. qui vult, quòd terminus iuris incipiat currere à fine termini per hominem assignati, habebit plus. & ideo videretur dicendum, quod sit differentia inter terminum ad præsentandum, & terminum ad prosequendum, vt in termino ad præsentandum dicamus: vt supra. in termino ad prosequendum dicamus, quod plus teneatur prosequi, licet non arctetur ad diffiniendum, vt dicitur in secunda solu. in c. cum sit. quæ tamen ibi non approbatur. Et potest responderi ad id, quod dicitur, quod beneficium iuris, &c. quia verum est, nisi per aliam legem detur potestas minuendi: vt not. Arch. 28. distin. de his. & sic in casu nostro, licet à lege nostra detur terminus, tamen per aliam legem datur potestas abbreuiandi, vt in omnibus cap. Non ob. quod dicitur, quod iudex fortè prouocatus abbreuiaret, quia tunc posset appellari. extrà de dil. c. 1. & videmus, quod iudex recusatus assignat terminum ad finiendum causam recusationis. extrà de app. legitima. sed licet hoc videatur probabiliter dictum, tamen omnes tenent primum. vnde non esset tutum recedere ab his. ff. de legi. minimè. sed dubitando scripsi. Et isti termini assignantur à iudice, vel appellante. Pars autem appellata non possit talem terminum assignare: vt not. Inn. in c. oblatæ de app. & Arch. in c. cordi. eo. tit. Spec. in fin. §. qualiter. circa fi. & habentur loco peremptorij, quò ad iudicem ad quem, vt ca. sæpe. De termino ad iter arripiendum, vel præsentandum, dicit Nicol. de Mat. quod nihil habetur in iure ciuili, nisi quod tangit glos. C. ne in vna, eademq; causa. l. 1. sed videtur quod lex. C. de app. l. præses. loquatur de termino ad se præsentandum, sed ipse dicit, quod loquitur de termino ad petendum Apostolos. sed ego non video differentiam. Est terminus ad faciendum, & iste non statuitur ab homine: vt not. Inn. in c. cum sit. & c. ex infinuatione. & ibi Inn. sed talis terminus est à iure, & est annus, vel ex causa biennium: vt in Authen. ei qui appellat. & c. cum sit. cum multis si. Terminus hominis præueniri non potest, nec impetrando literas, nec procedendo in causa, nec ab appellante, nec ab appellato: vt in c. oblatæ. & in c. sæpè. & ibi Inno. sed cum talis terminus obtineat vicem peremptorij, ex tunc altera parte instante etiam appellata proceditur: vt in ca. sæpè. & de hoc nihil in iure ciuili. Terminum iuris pars appellans quandoque potest præuenire, tàm impetrando, quam prosequendo, cum in eius fauorem sit inductum, vt in Authent. ei, qui appellat. dum tamen malitiosè non præueniat: vt not. Inn. in c. sæpè. Pars appellata de iure ciuili non potest petere confirmationem sententiæ, nisi cum vnus mensis restat de termino. Potest tamen causam introducere: vt in Authen. appellatore. & ibi no. Nicol. de Mat. videtur dicere, quod non solum possit introducere, imò
2 & prosequi, sed non sententiam petere. † Circa partem appellatam multum variant canonistæ, & dicit Innoc. in cap. sæpè. in fine. quod pars appellata quandocunque potest literas impetrare, duntamen malitia cesset, sed causam non potest prosequi, nisi cum vnus mensis restat de termino: & ita intelligit. c. oblatæ. Sed ibi variat, & videtur tenere (licet non firmet) quod tam appellans, quàm appellatus, etiam ante mensem vltimum, possunt non solum impetrare, sed etiam prosequi. & ad hoc respondet ibi Spec. in §. Nunc breuiter. recitat opiniones, & nil eligit Archidiac. quæstio. 6. appellatore. videtur approba-
3 re primam opinio. ¶ † Quid si impeditus est? Dicendum est, quod si infra annum est impeditus, quantumcunque modico tempore, ipso iure datur sibi integrum biennium: sed in biennio datur sibi per beneficium restit. quantum fuit impeditus. vt in Authent. ei qui. no. argum. ff. de verb. signific. l. 2. & ibi Iaco. de Aret. & no. Innoc. in ca. ex ratione. vbi dicit idem esse in termino hominis, licet aliqui contra. Sed quando dicitur negligens in primo, vt excludatur à secundo. C. de tempor. & repa. appel. l. fina. §. illud. ver. iubemus. vt ipse Nicola. de Mat. & Cyn. tenent, quod si est tanto tempore negligens in primo, quod sit verisimile, eum non posse finire causam, non habebit secundum. Innoc. dicit aliter, & videtur melius, quod si iste tali tempore incipit, quod sit verisimile secundum arbitrium iudicis, quod potuisset causam finire, nisi inopinatum quid emergeret: tunc etiam si vna die fuerit impeditus, habebit secundum annum integrum. ita not. in capit. ex ratione. & pro hoc ff. si quis caus. l. 2. §. penulti. & hoc videtur probare Authentic. item non appellator. ibi nouissima induciarum die. & dicit glos. 1. in vlt. dilat. Et ideò appellatus non potest prosequi, nisi cum supersit mensis, quia appellans potest, quandocunque vult. Dicit tamen, quod si impedimento cessante aliquid temporis remanet: debet omninò incipere, licet non possit finire. Sed pone quod in princip. tantum fuit tanto tempore impeditus, quod verisimiliter potuisset illo tempore causam finire, nisi impedimentum fuisset, in fine anni fuit negligens tanto tempore, quod verisimiliter potuisset causam finire, nunquid considerabimus primum impedimentum, vel secundam negligentiam? Et videtur, quod negligentiam: nam vltima mora nocet. ff. de peri. & commo. rei vend. l. fina. & hoc videtur sentire Inno. cum dicit, quod finito impedimento debet inchoare, si restat aliquid de tempore. pro hoc, quia iura dicunt non dari biennium, nisi manifestissimè probet, quod per eum non stetit, quin causa finiretur. hoc probatur in dict. l. fin. §. illud. ver. iubemus. & pro hoc de app. constitutus. sed contra hoc est, quia
4 sic arctatur sibi beneficium iuris. ¶ † Qualiter probatur impedimentum? dicit Specu. quod per iuramentum, not. eod. titu. §. nunc breuiter. ver. quid ergò. de hoc per Archidiac. extra de dolo & contum. c. 1. lib. 6. Iacob. de Aret. ff. de exc. tut. l. scire. §. suf-
5 ficit. ¶ † A quo tempore incipiat currere annus? De hoc glos. in d. l. 2. §. illud. vbi recitat tres opiniones. & secundam approbant Dyn. & Nicol. de Mat.

quæ habet, quod à tempore appel. idem Io. An. in c. ex ratione, quæ hodie approbatur in cle. eod. tit. sicut & ibi plenè per eum. & hoc quando non est terminus ab homine assignatus, quia tunc à fine termini. ita not. gloss. in c. sæpè. quod non placuit Spec. in §. qualiter. ver. annus. sed Host. contrà, quod videtur placere Io. Andr. in c. sæpè. Et meritò, quia secundum hoc plus temporis habebit is, cui est terminus assignatus ab homine, quam alius: & tamen contrarium volunt illa iura. c. cum sit. cum si. Differentiam inter appellationem iudicialem, & extra iudicialem vide per Ioan. And. de ele. cum nobis. & c. inter canonicos, per Inn. de his, quæ si. à ma. par. ca. c. 1. de despon. impu. ad dissoluendum. & Archi. de appel. Romana. lib. 6.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Prouocatus. *Adde & expone prouocatus, id est, irritatus, quia sententiæ suæ non pareretur.*

De priuileg. & de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Nomine incertorum legatorum quid contineatur si priuilegium conceditur alicui regi, quod possit conuertere incerta legata in vtilitatem passagij. & num. seq.*

CONSILIVM LXI.

1 CVM † regi Francię sit concessum, quod legata incerta, & indistinctè relicta conuertantur ad vtilitatem passagij, quæritur, quid includatur in istis verbis? Et primò intelligo indistinctè, quod generaliter, & sine distinctione est relictum. vt ar. de leg. 3. Nummis. & de offic. præsi. l. 3. & de aleatori. l. 1. §. 1. & sic propter generalitatem est incertum: vt ff. de sol. l. cum Stichus. & de in iure fis. l. ita fidei. Et intelligo incertum, quando non est proprio nomine designatum, vel ea denunciatione, quæ vice nominis fungatur. ff. si cert. pet. l. certum. Vel quia subalternationem: vt ff. de iniu. l. ait prætor. §. quod autem. Et vt articulus procedat intelligo, quando incertitudo est in relictis ad pias causas, quia hoc pertinet ad iudicium Ecclesiæ: vt C. de episcop. & cleric. l. nulli. ff. de pe. hæredit. l. hæreditas. & extra de iest. capit. tua nos. & capit. relatum. Et tunc dico, quod quandoque est incertitudo circa res legatas, quandoque circa personas eorum, quibus legatur.

2 ¶ † Quando circa res, tunc non videtur, quod illa veniant in concessione. nam cum saltem debeatur, quod minimum est, vt ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. Seio. de leg. 3. minimis. hoc non possit fieri sine præiudicio illius, cui debetur, & sic fauendum est passagio, vt tamen alijs iniuria non fiat: vt extra de foro

3 compet. ex tenore. ¶ † Circa personas dico sic, quod aut à princ. est incerta, sed ex post facto potest certificari, & tunc non videtur, quod debeantur, vt in tali exemplo, videlicet si relinquatur fratribus, qui interfuerint in sepultura mea, vel sub aliqua conditione, per cuius existentiam reducatur ad certitudinem: vt ff. de rebus dub. l. quidam. si autem est incerta à princip. neque ex postfacto potest certificari, & sic semper est incerta, tunc adhuc considerarem, an legatum istud relictum esset contemplatione legatarij incerti tantum, an contemplatione, vel ob honorem alicuius certi: & tunc quando contemplatione, vel ob honorem alicuius certi: dicerem hoc esse certum, considerata persona, propter quam legatum fuit. argum. ff. so. mat. l. si verò. §. 1. de proc. l. qui proprio. §. vt incertis. & quod ibi no. & melius ff. de le. 1. ciuitatibus. vbi legata relicta hominibus alicuius ciuitatis ob honorem ciuitatis videntur relicta ciuitati, & debentur, licet aliàs viderentur incerta. facit. ff. de an. leg. annua. §. à Titio. cum si. ibi no. & videtur casus. C. de episcop. & cler. l. si quis de declinandam. §. sinautem persona. Quandoque relictum est contemplatione legatariorum tantum: & tunc aut dispensatio, vel distributio, vel electio est commissa alicui, aut non. si non, tunc videtur quod illa debeatur, cum ista pertineat ad dispensationem ecclesiæ, vt in l. nulli. C. de episc. & cler. Si autem distributio, electio, vel dispensatio alicui est commissa, adhuc videtur, quod non debeatur, quia committendo arbitrio alicuius dicit

a lex, *a* quod vel ad certam rem exprimit. ff. de leg. 1. l. 1. Nam ista videntur esse æqualia. vel quod aliquid sit certum ab initio, vel quod ex postfacto possit certificari: sicut dicimus de interesse, vel expensis. l. tertificari: sicut dicimus de interesse, vel expensis. l. terminato. C. de fru. & lit. expens. & instit. de acti. §. curare. & videtur expressum in d. l. nulli. in princi. vbi episcopus non se intromittit, quando alicui certæ personæ committitur. & in constitutione procuratoris requiritur, quod sit certus. ff. de procurato. l. l. & tamen si constituo aliquem, vt faciat procuratorem, valet, quia per illum certificatur, vt not. in d. l. l. cum sim. Tamen sanctissime pater videtur etiam in casu isto, quando dispensatio est certæ personæ commissa, quòd sanctitas vestra debeat hoc facere, nam cum arbitrio istius sit commissum, videtur tanquam bono viro esse commissum, vel licet ex sua conscientia debeat distribuere, tamen, si erraret, posset corrigi. arg. ff. pro soc. l. societatem. Inde est, quòd compellitur, vt not. in d. l. nulli. maximè ex quo recipit, & ex quo constat istam causam esse magis piam, debeat in eam expendere. Vnde si vos hoc ordinetis, nulla fit sibi iniuria, ex quo nullum commodum erit habiturus, maximè cum vos etiam ordinata ad certum vsum positis ad alium vsum conuertere, vt ff. de adminis. rerum ad ciui. per l. legatum. & de vsufruct. lega. l. legatum. & de expen. lu. l. 1. libr. 11. & extra de relig. do. l. 2. in cle.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Dicit lex. *Adde legendum puto, quod velut certam rem exprimit. siuè, Quòd valet, ac certam rem exprimit. Corrupta meo quidem iudicio est lectio communis.*

De priuileg. & de voto.

SVMMARIVM.

1 *Propter antipapam Romæ creatum & Bauarum ibi receptum contra processus ecclesiæ per papam priuilegiæ Romanæ Ecclesiæ reuocari non licet.*
2 *Item appellatione ciuitatum non venit Ciuitas Romana.*
3 *Item Romani habent de consuetudine miseras oblationes facere in ecclesiis, scilicet filum & fabam, & similia. & numer. 4.*
5 *Item Guelphi sunt deuoti Ecclesiæ Romanæ, & etiam Hispani.*
6 *Item de multis Pontificibus expulsis ab vrbe.*
7 *Item Principes seculares possunt inuocari in auxilium Ecclesiæ Romanæ.*
8 *Et dari potest cruciata contra schismaticos & contradictores Ecclesiæ Romanæ.*

CON-

CONSILIVM LXII.

T† circa hæc veniunt tria considerandа. Primò, an liceat. Secundò, an deceat. Tertiò, an expediat. Et iuxta primum considerato graui excessu, & delicto illorum, qui regunt ciuitatẽ Romanã, quod videtur factum ab omnibus: vt ff. ad munic. l. quod maior. & de re. iur. aliud. ff. refertur. quod quidẽ delictũ nõ potest esse grauius, cum intendant diuidere ecclesię vnitatẽ. 24. q. 1. schisma. & c. aduocauit omni pœna sunt digni. 24. q. 1. dicimus. Totũ enim mundũ posuerunt in scãdalo, & ruina, & ecclesiã istã in ista magna tribulatione. Vnde omni priuilegio, & honore reddiderunt se indignos. Reatus enim omnẽ honorẽ excludit. C. vbi senato. & clarissimi. l. 1. De potestate vestra dubitare sacrilegiũ esset. ar. C. de cri. sacr. l. 2. vocatus estis in plenitudinẽ potestatis. 2. q. 6. c. certe. & c. qui scit. vnde sententias, statuta, & etiã priuilegia potestis reuocare. de re iud. eũ olim. de in integ. rest. cũ ex literis. 35. q. 9. sentẽtia. & c. seq. 25. q. fi. §. ex his. maximè ex iusta causa, vt est ista, ne communicetur cum excõmunicatis, schismaticis, & hæreticis, exemplo Domini dicentis, Mat. 10. in viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. & Mar. 6 Quicunq; non receperit & non audierit vos, exeuntes è ciuitate puluerẽ de pedibus vestris excutite in testimonium illius. Et quod cum schismaticis nõ sit standũ nec eundũ, Inue nies multa, 7. q. 1. denicq;. imò ibi stantes debent fugere, exemplo Ioannis, qui exiuit de balneo, cum vidit Cherintũ hæreticũ. 24. q. 1. omnes. & c. seq. c. qui dignior. quasi per totã illam quæst. & in Psal. Cum impijs non sedebo. & ibi, cum iniqua gerentibus nõ introibo. Isti nanq; omnes hostes sunt ecclesiæ, quia nõ tenent vniuersalis ecclesiæ vnitatem. 24. q. 1. alienus. Imò peiores Barbaris. 1. q. nónne. 24. q. 1. non afferamus. Et sic cum propter persecutionem hostium sedes, & corpora sanctorum possunt mutari. 7. quæst. 1. & temporis qualitas. & de conse. dist. 1. cum tribus. & c. corpora. propter discordiam patronorum claduntur ecclesiæ reliquiæ auferuntur. extra de iurepa. c. 1. & 2. 16. q. 1. considerandum. & c. si plures. multò ergo magis possunt priuilegia suspẽdi, & quanquoq; ea, quæ competunt de iure cõmuni suspenduntur propter præsentiã alicuius. vt extrà de spon. c. nõ est vobis. multò ergo magis priuilegia possunt suspendi, quæ facilius tolluntur, quàm iura communia: vt in auth. de non alien. §. quia verò verisimile. quia ecclesia, vbi sunt schismatici, non est ecclesia. 24. q. 1. pudenda. Imò vocatur synagoga ecclesia cathedralis, seu etiam diœcesis. 7. q. 1. sicut alterius. not. Arch. extra de præben. felicis & vbicunq; sunt boni, ibi est Ecclesia Romana, ar. 21. dist. quamuis. & ibi glo. not. Host. extra de auto. & vsupal. c. fi. ar. extra de iureiu. ergo. & quod ibi not. In. extra de elec. ne Romani. in fi. in cle. Et ista est illa Ecclesiá, quæ iubente domino statuta est. 23. q. 1. rogamus. extra de elec. fundamenta. lib. 6. & vtrobiq; Archid. extra quam non inueniatur salus. 1. q. 1. extra ecclesiam. 24. q. 1. quia. de qua in Canticis, Vna est columba mea. 24. q. 1. loquitur. & dicitur Luit. 2. cap. transferentur ossa Regum, & ossa patrum nostrorum de loco suo: & in Psalmo: Vineam de Ægypto transtulisti. ¶ † Sed pater sanctissime iura ista loquuntur in alijs Ecclesijs, & priuilegijs, & non ecclesiæ Romanæ, & sic inter alias ciuitates, & ciuitatem Romanam magna est differentia. Illa enim est respublica, aliæ loco priuatorum habentur. ff. de ver. fi. eum, qui. ad ad Macedo. l. nihil. In pœnis etiam excipitur, vt in c. felicis. extra de pæ. lib. 6. & Ecclesia Romana multis priuilegijs gaudet: vt in auth. vt Ecclesia Romana 100. annorũ gaudeat priuile. in rubro & in nig. & est omnium mater, & magistra. C. de sum. Trin. in epistola inter claras. 12. dist. c. 1. de sum. Trin. damnamus. Et ibi est fons sacerdotij. in auth. vt Ecclesia Romana 100. annorũ gaudeat priuilegio. in princ. col. 2. Illam enim Imperator cœlestis instituit. extra de elect. fundamenta. & Ecclesia illa iubente domino ab Antiochia Romam translata est. 24. q. 1. rogamus. Illam enim ipse solus fundauit, & illius priuilegio fungitur. 22. distinct. cap. 1. Imò dicit tex. quòd non ab apostolis, sed ab ipso Saluatore nostro primatum obtinuit. eod. d. c. sacrosanct. *a* Ipse enim *a* locum elegit, & videtur, quòd etiam ratione persecutionis noluit eam deserere, quod ex eo apparet, quia Petrum persecutionem fugientem ad illam reuocauit dicens per se velle ibi pati, seu etiam crucifigi antequam vellet locum illum deserere: vt in capit. per venerabilem. extra qui filij sint leg. Exemplo illius, qui vineam suam proprio cruore defendit. 24. q. 8. moueor. Istam enim ecclesiam diuina prouidentia in commutabili dispositione alijs prætulit ecclesijs, vt in proœ. 6. li. Inferior enim legem superioris tollere non potest. 15. q. 1. sunt quædam. Nam non licet transferre terminos, quos posuerunt patres nostri. Proue. 22. transumptiuè positum. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. Qui enim, quæ docuerunt apostoli destruere (quod absit) nititur. non est sententiam dare, sed magis errare conuincitur. 25. q. 1. sunt quidam. Hoc enim esset mutare generalem statum ecclesiæ, quod non videtur licere Papæ: vt not. Inno. extrà de consuetu. quantæ. & de biga. c. 2. Ab illis enim Papa abstinere debet. quæ sine manifesta decoloratione ecclesiæ fieri non possunt. 1. q. 7. ca. & si illa. & ideo dicit Greg. si ea destruerem, quæ antecessores, & patres nostri fecerunt, non constructor, sed euersor iustè comprobarer. 25. quæs. 2. si ea. Istud est enim illud tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur plani eius in sempiternum. Esaiæ. 33. Nec ob. quod dicitur, quod ista intelligantur de ecclesia Romana vniuersali, quæ est, vbicunq; est Papa. † quia dico, quòd licet verum sit, quòd ecclesia sumitur multis modis, qui not. extrà de ver. sig. c. cum clerici. tamẽ cum additur Romana, restringuntur ad illam materialem, quæ est Romę. ar. illius cap. cùm clericis. Nam ibi dicitur Placentinæ, & restringitur ad cathedralem. Sequentia restringunt præcedentia, & èconuerso. ff. de pe. leg. nam quod liquidè. §. fi. Nam vniuersalis vnica est, & vnitas diuisionem non recipit: vt in c. loquitur. 24. q. 1. & tamen in iuribus. supra alle. vbi loquitur de Romana, facit differentiam inter illam & alias, & sic apparet, quòd loquitur de materiali quæ est Romę. facit quod no. Archi. in c. fundamenta. extra de elec. 24. q. 1. primus. De decentia pater sanctissime: videtur, quandiu alia super sunt remedia, quæ directè respiciant istos maledictos intrusum, & hæreticum, quòd sit abstinendum ab isto, qui aliqualiter, videtur detrahere honori illorum beatorum apostolorum. Successor enim debet augmentare honorem prædecessorum. Hinc est, quòd opera incepta à prædecessore iubentur adimplere. C. de ope. pub. l. final. extra de rescript. capit. literas. Et si iniuria fiat sepulchro testatoris, vel eius reliquijs, videtur fieri hæredi, vel successori. ff. de iniu. l. 1. & de sepul. vio. l. quæsitum. & cum vos fitis successor apostolorum, debetis honorem eorum augmentare, & non diminuere. extra de transla. quanto. De expedienti pater sanctissime propter tria videtur nullomodo expedire. Primò, quia non videtur multum vobis prodesse, nec eis nocere. Secundò, quia ex hoc viderentur aliqualiter illi beati

Apostoli offendi. Tertiò, quia videretur per hoc augmentari scandalum. & ratio mouens ad hoc videtur esse, ne ipsi lucrum sentiant à peregrinis. sed nos videmus, quod similis inhibitio facta est volentibus ire ad sepulchrum, & tamen omnibus constat, quod modicum, vel nullum fructum affert, nec per hoc recuperabitur, nisi dominus aliter prouideat. imò illa inhibitio multis est causa perditionis, quia vadunt, & incurrunt sententias, & moriuntur (proh dolor) in eis. ¶ Præterea pater sanctissime tanta est hodie dissensio, & guerra in mundo, quod vix est dare prouinciam, vbi nõ sit guerra. Et ideo pauci peregrinantur, & si aliqui vadunt, sunt pauperes, vel saltem vadunt in vili habitu, vt non cognoscantur: & sic modicum offerunt, & etiam Romani habent de consuetudine miseras oblationes facere, quia filum, fabam, vel similes miserias: & sic modicum commodum eis obueniret ex hoc. Et de modico non est curandum. ff. commod. l. in rebus. §. possunt. & maximè, quia (vt dicunt isti domini) ista sunt deputata certis vsibus, quia fabricæ, luminaribus, & similibus operibus pijs. Secundò, quia per hoc videntur offendi beati Apostoli, quia detraheretur honori, & reuerentiæ, quæ eis à fidelibus cõsueuit exhiberi. & pater sancte inter alia, per quæ credo, quod ista Ecclesia iuuatur, & etiam sustentatur, sunt merita, & orationes illorum beatorum Apostolorum, qui eam suo sanguine consecrauerunt. 21. dist. quamuis. & hoc etiam ipse Apostolus pollicetur in epistola ad Romanos, in princ. quod sine intermissione faciat memoriam de ea in orationibus suis: transumptiuè positum. 22. distin. sac. san. Et si aliquo tempore indiguit intercessione eorum, indiget hodie, & sic non videtur tutum eos in aliquo offendere, quia experientia docet, quod qui vult habere interceſſorem, vel aduocatum, placat eum, inquantum potest. Et per hoc non solum eorum detraheretur honori. sed cum istæ oblationes sint assignatæ fabricæ, & alijs pijs vsibus ecclesię, posset venire in ruinam, & destructionem, de qua non dubito, quod sanctitas vestra doleret. Nam sicut dicitur de illis mulieribus, quæ contendebant super filio, cuius esset. extra de præsum. afferte. illa, quæ non erat vera mater, non dolebat de destructione filij: & ideo de facili consensit in destructione, & diuisione ipsius, & dixit, Nec mihi nec tibi, sed diuidatur. ita iste intrusus, qui scit se non esse verum sponsum, nec eam sibi legitimè copulatam, & quod diu nõ poterit eam retinere, non curabit de destructione eius, imò gaudebit, quia ad hoc intendit. sed illa, quę erat vera mater, dolebat de destructione ipsius. & dicit tex. quod commota sunt viscera eius super filio, & potius voluit consentire, quod nutriretur sub illa matre putatiua, quam videre destructionem ipsius, sperans eum recuperare: Sic à simili beatissime pater, cum vos sitis verus sponsus, & sciatis, quod ipsa est vobis legitimè copulata, commoueri debent viscera vestra, & etiam nostra, qui ad eius seruitiũ vocati sumus super destructione illius. Et melius est aliquo tempore sustinere, quod sit sub illo vero persecutore, quam videre destructionem illius, quia non potest diu durare, quin vos recuperetis eam. Nam veritas vincit. 8. distin. consuetudo. & schismatici, licet inter vitia ferueant, incrementa habere non possunt, sed cito cum sua æmulatione deficient. 7. q. 1. Nouatianus. ¶ Tertiò videtur per hoc augmentari scandalum: quia sicut dictum est per dominos meos, verisimile est, quod multi sunt Romæ, quibus hoc displicet, & qui libenter contradicerent, si auderent, sed nõ audent propter illum tyrannum. & si iste processus fieret: timeo, ne scandalizarentur.

1 † Nam pro certo pater sanctissime ego nescio, si dicitur vobis, sed in ciuitate ista iam scitur quasi per omnes, quod hic tractatur de hoc, & nõ dubitetis, quod non solum Romani, sed etiam omnes Italici, qui magis sunt deuoti ecclesiæ, & Guelphi omnes nimis dolent, & scandalizantur. & ideo timendum est, ne ex hoc Guelphi, vel Gibellini fiant amici. & v[illegible]am non in necem Christi, ecclesiæ, & fortè nõ solum ipsi, sed aliæ nationes possent ex hoc scandalizari. Et de alijs nationibus ego non multum scio. Sed de natione Hispanorum ego dico vobis, quod multum dolebunt, quia ipsi habent magnam deuotionem ad limina Apostolorum, intãtum quod ego audiui plures, quod sunt multi, qui non distant ab Ecclesia beati Iacobi per vnam dietam, & nunquã intrauerunt Ecclesiam, & tamen peregrinantur, & vadunt Romam. Et sicut è potest timeri scandalum. Et sic pater sanctissime, cum processus iste non inducat magnam vtilitatem, & posit inducere magnum scãdalum, videtur, quod nullo modo expediat ad præsens, maximè cum non pareat tempori, & quod fit vtendũ alijs remedijs fa-

6 cti magis vrgentibus. † Nam pater sanctissime ista pestis maledicta multoties fuit, & non inuenio, quod cessauerit per processus, sed quasi semper humano auxilio fuerunt à sede repulsi. 79. distin. si quis peculia: Et sic fuit tempore Leonis, & Adria. nam iuit Carolus, & cæpit Desiderium, & vicit Longobardos, &

b restituit Ecclesiam, *b* 23. q. 8. hortatu. 63. distin. Adrianus. item Ioan. 11. passus est magnas persecutiones à quodam Berengario. Et fuit accersitus primus Rex Saxoniæ, qui cepit Berengarium, & Ecclesiam restituit pristinæ libertati. Item Leo IX. fuit expulsus ab vrbe, & creatus Benedictus. quod audiens dictus Otto primus reuersus est Romam, & obsedit ciuitatem, donec fuit sibi traditus ille intrusus, & misit illum in exilium in Saxoniam, & ibi mortuus est. De isto habetur 63. dist. in Synodo. item Ioan. XII. fuit expulsus per quendam Crescentium patricium. Fuit accitus Otto tertius, Rex Saxoniæ, qui iuit, & fugato illo Crescentio totã suam progeniem extirpauit, & tunc fuit creatus Greg. V. qui erat de genere Ottonis, & post recessum Ottonis fuit dictus Greg. expulsus per dictum Crescen. & Romanos, & fuit creatus Io. Episcopus Placentinus. quod audiens dictus Otto, reuersus est Romam, & obsedit eos in castro Sancti Angeli,

7 donec cæpit vtrunq;, & membris mutilauit. † Et sic pater sanctissime, quia isti maledicti ita obturauerunt aures suas, nec curant de processibus, & sententijs, expedit, vt sanctitas vestra ponat se ad fortia, & in manu potenti, & brachio excelso repellat illos de illa sancta sede. nam ferro abscindenda sunt vulnera, quę fomentorum non suscipiunt medicinam. 33. quæst. 1. in canonibus. & 1. q. 5. reperiuntur. Et omnes conatus nostros, ei causæ debemus impendere, in qua vtilis salus Ecclesiæ infestatur. 24. quæst. 1. memor. Ista est enim talis, quæ Ecclesiæ nititur diuidere vnitatẽ. 24. q. 1. schisma. & cap. aduocauit. & ideo non solum cum rebus, sed cum personis nos debemus opponere, exemplo illius, qui vineam suam proprio cruore defendit. 24. quæstio. 7. moueor. & pro domo Israel

8 murum nos opponere. quęstio. 3. Saluator. † & quod posit prædicari crux contra tales schismaticos, probatur 23. q. 5. hortatur. & c. vt pridem. & indulgentia concedi: vt ea. q. c. omnium timor. Et Leo Papa contra Benedictum Romam egressus est, vt ead. causa, & quæstione. omnium timor. Et isti peiores sunt Saracenis. 1. q. 1. nónne. & Principes possunt vocari ad defensionem Ecclesiæ. 33. q. 5. Princeps. & c. de Liguribus. & c. quali. & tales interficiens nõ est excommunicatus. 23. q. 1. excommunicatorum. imò haberet indulgentiam. 23. q. 5. omnium. Lites, vel Bella consue-

uerunt

uerunt timeri propter dubium finis. 1.Reg.6.c. & ff. de pecu. quod debetur. sed in hoc finis, & victoria certa est, quia Ecclesia veritatem sequitur, quæ semper vincit, & prævalet in perpetuum. Esdras 18. di. concludo. & supra petram solidam fundata est: & ideo ruere non potest. 24.q.1. loquitur. Et licet nauicula Petri possit fluctuare, perire non potest. 24.q.1. non turbatur. Nam vera religio casui subiacere non potest. in epistola inter claras. & schismatici, licet inter vitia ferueant, incrementa habere non possunt. 6.q.1. Nouatianus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Sac. sanc. *Adde, quæ nos in indagationibus iuris lib. 3. c. vlt. latè congessimus.*

b ¶ Et restituit Ecclesiam. *Adde quod ex hoc tempore conditum Corrigium fuit, qui est locus insignis, & domicilij mei sedes in Gallia Togata. Constat enim Gibertum I. Autissiodorum, qui Ducis Burgundiæ filius natu minimus erat, Cæsariani exercitus Imperatorem fuisse, ac Desiderij vires contriuisse. Et ab hoc Giberto fluxit nobilissima Corrigiensium stirps, atq; oppidum Corrigij tum primum fuit extructum. Vide nostram de Gibert. 3. Corrigense Hist. vbi hæc latius prosequuti sumus.*

De verborum significat.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales à quo tempore citra fuerunt.*

CONSILIVM LXIII.

QVOT tempore fuerunt Cardinales, not. Arch. extrà de elec. c. vbi periculum. & licet videatur, quod quando Constanti. fecit donationē Silvestro, quod non erant Cardinales, quia non fecit mentionem de eis, sed de clericis: sed postea, cum fecit generalem synodum Siluestri iam erant Cardinales: vt habetur 2. quæst. 4. c. a præsul. a

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ C. Præsul. *Adde, quod Archidiaconum, & Oldradum arguit Rom. in vlt. consil. col. 3. quempete omnino. Putantur autem Cardinales obtinere locum septuaginta seniorum, quibus vnis apud Hebræos antiquitus arcana communicabantur: teste Cæl. lectio. antiq. lib. 6. c. 1. & ideo Cardinales dicuntur: quia quicquid est in re qualibet præcipuum, eo nomine nuncupatur rectissimè. sunt verò hi nostræ religionis Consiliarij præcipui. Vide Doct. & maxime Fel. in c. cum te. col. 6. de re iud. Barba. in 1. consil. vol. 1. Adde D. Clem. Card. Aracæli in theolog. institutio. par. 5. cap. 20. in fi. vbi quasi. vnum corpus esse cum summo Pontifice, cuius sunt membra spiritualia, scribit, vocemq; ideo definitiuam in concilijs habere, & quamuis Episcopi non sint, Episcopali tamen iurisdictione fulgere.*

De electione.

SVMMARIVM.

1 *Electis duobus in discordia, vno ex canonicis contempto, si contemptus vnius electioni consentit potest aliam impugnare.*

CONSILIVM LXIIII.

1 CVODAM canonico contempto duo sunt electi in discordia. iste contemptus consentit vnius electioni. † Quæritur, an possit aliam impugnare? ¶ Et videtur, quod non. & hoc videtur tenere glos. extra de elec. cap. Ecclesia, & Mandagorus. di. 33. cap. si assumptis. §. sanè. ¶ In contrarium facit: quia quando alicui competunt duo iura, etiam contra eundem, potest vnum remittere, & aliud intentare. ar. ff. de ser. ru. prædio. l. si domus. extrà de auto. & vsu pal. c. ex tuarum. Multò ergo magis, si contra diuersos. vt hæc. ar. ff. quod vi, aut clam. l. semper. §. si in sepulchro. Præterea, quod ob gratiam alicui conceditur, non debet in eius dispendium retorqueri. extra de regu. iu. quod ob gratiam. C. de legi. l. quod fauore. quod esset, si iste repelleretur à prosecutione contēptus contra aduersarium. Quæ enim inducta sunt ad augmentum, nō debent inducere diminutionem. ff. de leg. 1. l. si cui serui. res enim inter alios acta alijs regulariter non nocere, nec prodesse debet. C. res inter alios acta. in rubro, & nigro. extrà de re iudi. quāuis. & ibi no. ff. de excep. rei iud. si cum vno. nisi cōmunio, vel connexitas, vel ratio spiritualis induceret contrarium. ff. si ser. ven. l. loci corpus. §. si fun. ff. quemad. ser. amit. l. si cōmunē. cum si. quod non est hic. Imò cum isti electi sint contrarij, & quasi inimici, adhærendo vni & cōsentiendo electioni pro ipso factæ videtur se constituere aduersarium, & inimicū alterius. ar. C. de inoffi. test. l. liberi. Nam si per liberam personam, quæ nostro iuri non est subiecta, nihil possumus acquirere: vt C. per quas personas nobis acqui. per totum. multominus per aduersarium nostrum. Et si impetro rescriptum contra plures, possum vnum conuenire, & alium remittere: vt not. Io. An. extra de rescri. c. 2. li. 6 in gl. illorum. Et in vna sententia possum pro parte consentire, & pro parte appellare. extra de test. Rayn. & Rayn. circa me. Præterea cum electio debeat fieri omnibus præsentibus. vt in c. quia propter. extra de elec. & absentes debeant de iure vocari, vt in c. quod sicut. si hic non fit absens, contemnitur, & sic fit ei iniuria, vt no. in c. sicut. & dicit Archid. extra de præben. cum Ecclesijs. quod est iniuria personalis: contumeliam enim dicit iniurias: ff. de iniur. l. 1. in prin. & licet de æquitate, vt dicit Innoc. in c. quod sicut. canonici, qui non citauerunt absentem, & sic eum contempserunt sint puniendi, vt pœna suos teneret autores, & nō electus, qui non deliquit, extra de elec. cupientes. §. cæterum. & ff. de reg. iu. l. non debet. tamen de rigore iuris introductum est, quod ad petitionem istius electio irritetur, & quod plus noceat contemptus vnius, quam multorū contradictio in præsenti: vt in c. quod sicut. & c. bonæ. Et sic cum istæ prosequatur suā iniuriam, quæ est iuris pœna: pœna vnius non liberabit alium. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. si plures. 12. q. 2. cum de uotissima. & sic solutio vnius non liberabit alium, sicut nec remissio, quæ solutioni comparatur. ff. de lib. le. l. si solum. §. 1. & de verb sign. l. liberationis. Iniquum enim esset istum facto sui aduersarij liberari. ff. de neg. ge. l. sin autem. §. si duobus. & in hoc satis videtur innuere tex. in c. bonæ. & c. quod sicut. & c. Ecclesia vestra. de elec. si bene aduertantur. Nam in c. bonæ. fuerunt duæ electiones celebratæ in discordia, & tamē in cassatione vnius fit mentio de contemptu, in alia non. & in c. Ecclesia. fuerunt similiter duæ electiones, vna de B. Cardin. alia de R. Guli. qui dicebatur contemptus, consensit electioni factæ de R. contra B. Cardi. Opponebatur de contemptu

istius

istius Guli. dicentis electionem ex hoc nullam. Item volebant istum contemptũ computare, ita quod augerent numerum dicti R. & Car. respondebat, quod vox illius non augebat, & quod non fuerat contemptus, & posito, quod fuisset contemptus, quod electio esset nulla, tamen non negabat, quin posset se opponere. Et ideo dicit text. quod in eorum absentia fieri contigerit, eis instantibus irritari debet. extra de prę ben. cum in Ecclesijs. in fin. Et dicit in c. quod sicut. quod infirmanda erit penitus electio taliter celebrata, nisi postea curauerit consentire. Cum ergo iste isti electioni non probetur consensisse, meritò irritabitur, ne gratia vni facta ad alium, maximè suum aduersarium, extendatur. 16.q.1.c. hinc etiam. & illud voluit sentire text. extra de elec. nulli. lib.6. in prin. vbi, quod si quis consentit electioni ab alijs celebratæ, illum non potest super electione illa impugnare, quasi
a ad alium sit *a* eius electioni non consensit. & hoc dicit Stephanus Doct. decretorum in quæstione, quam disputauit Bononiæ. & est 39. inter disputatas.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ad alium sit. *Adde & expone, id est, ad alium pertineat, & de alio, id est, de tali persona sit facta, cuius, &c.*

De schisma. & de priuil.

SVMMARIVM.

1 *De modo procedendi contra certos fratres fugitiuos arrestatos in Curia de mandato Papæ: & contra Imperatorem & Antipapam. & num. 4.*

7 *Et an collegium vel vniuersitas potest accusari criminaliter seu ciuiliter. Et priuilegia concessa vni monasterio circa confessiones & prædicationes debent reuocari, si collegialiter faciant fratres aliquid contra sedem Apostolicam principaliter. & num. 8.*

CONSILIVM LXV.

a 1 HIC agitur de duobus. *a* Primò, de modo procedendi contra istos miseros fugitiuos. Secundò, de modo procedendi contra istos proditores, Intrusum & Bauarum. Et circa fugitiuos vertitur in dubium de duobus. † Primò, an contumacia, & fuga inducant veram probationem, vt sic habeantur pro confessis, siue cõuictis, aut non? & an sint citandi? ¶ Et quod habeantur pro cõfessis,
b siue pro conuictis, probatur, quia fuerunt arrestati *b* per Papam, & arrestum legis, & Principis videntur æquiparari. vt in authen. de consulibus. §. fin. sed sic est est in arresto legis, vt fugientes habeantur pro confessis. C. de assessо. l. consiliarios: vt omnes tam militares quam ciuiles. l.1. de omni agro deser. l. locorum domini. & ibi Gaberius. & in authen. de exhiben. & intro. reis. §. si verò: extrà de præsumpt. nullus. 3.q.1. decernimus. 11.q.1. Christianus. C. de coarta. l. si apparitor. li.12. ff. de iure fisc. l. senatus. §. diui. in auth. de collatio. §. prohibemus. Nam frangendo arrestum videtur frangere carcerem: sed carcerẽ frangens videtur confiteri. ff. de effrac. l.1. de cu. reo. l. milites. §. in eos. & de re mili. l. milites. §. eis. de pœnis. aut damna. §. quisquis. Licet Doctores iuris canonici, & ciuilis quærant, an de grauibus criminibus possint absentes condemnari: quia Doctores iuris ciuilis tenent, quod non, etiam lite contest. vt in l. absentem. ff. de pœnis. & C. de acc. absente. Et Doctores iuris canonici distinguunt, an sit lis contest. vel non. & an liqueat de causa, vel non: vt consueuit notari. extra de dolo & contu. veritatis. tamen in hoc quasi omnes
c concordant, *c* quod contumacia siue fuga non inducat veram probationem, sed suspitioné vel semiplenam probationem: vt ff. de iureiu. l. admonendi. pro hoc videtur text. de cust. re. l. diuus. ibi non pro condemnatis, sed quasi reintegra quæratur. C. de his, qui latrones, vel alios cri. reos occul. l.2. ibi & conuicti pœnas subeant competentes. C. de rap. virgi. l.1. ibi post legitimas, & iuri cognitas probationes, extra de
2 confessis. c.2. li.6. † ideo talis suspectus de hæresi fugiens excommunicatur, & si per annum perstiterit in excommunicatione, habetur pro conuicto. & sic non sola cõtumacia siue fuga, sed cum transcursu anni perseuerantia excommunicationis facit eum confessum. extra de hære. excommunicamus. §. qui autem. eo. tit. c. cum contumacia. lib.6. 11.q.3. rursus. & c. quicunque. Hoc verum, nisi in officiali, vt in iu-
3 ribus in princ. alleg. & C. de pœ. l. vendicari. ¶ † Venio ad secundum, an sint citandi? Et dico, quod non, quia cum citatio fiat ad probandum contumaciam. & hic constat de vera contumacia, imò de verissima, quia dixit se nolle venire, vnde non est, quare citetur, cum in certis, nõ in incertis fit locus cõiecturis. ff. de verb. obl. l. continuus. facit. l. cessante. C. quomodo & quando iu. secundum vnum intellectum gl. & hoc expressè not. eod. tit. tres denunciationes. not. Inn. extra de accu. ad petitionem. vbi tenet, quod verè contumax ad nullum actum est citandus, etiam ad sententiam. facit decretalis eum, qui. extra de dolo
4 & contu. lib.6. & ibi Archid. ¶ † Venio ad tertium, de modo procedendi cõtra istos bauarum, & intrusum. Et de hoc breuiter me expedio: quia nequitia, & malitia istorum conditorum ita est nota, quod non indiget magna exaggeratione, sed magna vindicta. 74. dist. vbi & iste maledictus intrusus non solum est puniendus pœna canonica, sed ciuili. Et ideo dicit text. quod debet anathematizari, & humano auxilio Apostolica sede depelli. 79. distin. si quis pecuniam. & ibi gl. Et meritò, quia ex isto facto multa grauissima crimina incurrit, & de omnibus puniri potest. C. de accu. l. qui de crimine. & l. si quis homicidij. Ipse sanctissimam fidem Petri vobis viuente, & legitimè eam possidente propria temeritate, cum potentia illius hæretici ausus est maculare: & ideo, tanquam excommunicatus, & præcisus, est à communione Ecclesiæ repellendus, vt cum Datan & Abiron suam recipiat portionem. extra de elec. licet. de concess. prębenda. c.1. Iniuriam enim fecit cathedrę indigne sedendo in ea. 40. dist. multi. imò tãquam infamis, & adulter est ab omnibus honoribus repellendus. 1.q.2. audiui-mus. 7.q.2. sicut. Fur enim est, & latro, quia non intrat per ostium. 11.q.1. non furem. & cap. tres personas. 23.q.4. Item est apostata. & dicit text. quod non amplius Apostolicus nũcupetur in c. allegato, si quis pecuniam. 79. dist. c.1. & est schismaticus, quia vnitatem Ecclesiæ diuidere nititur. 24.q.1. schismati. & c. aduocauit. de falsitate eius etiam constat, cum falsum nomen sibi assumpserit, & falsis insignijs vsus sit. ff. ad l. Cor. de fal. & l. eos. §. qui. quid plura? proditor est, & Antichristus. & ideo tanquam inuasor & persecutor Christianitatis est repellendus. 23. distin. in nomine Domini. ex quo c. potest formari processus contra illos miseros suos Cardinales, quos credo eadem pœna puniendos: vt in d.c. in nomine Domini. Dignum enim est, vt qui ei ministrat, eum sequatur, & in carcere, vbi ipse fuerit, ibi sint ministri eius. Et non solum ipsi sunt puniendi, sed fautores, receptores, & credentes eis, de hæreti. excommunicamus. §. credentes.

credentes. & ca. ficut. & c. fi. & eodem ti. c. accusatus. & c. statutum. & de schismati. c. 1. li. 6. & Hostien. satis in summa. eod. titu. §. quæ pœna. Et meritò sine his diu durare nõ possent. ff. de rece. l. 1. omnes enim pœnæ, & culpæ obnoxij sunt, qui schismaticis contra præpositos sacerdotes irreligiosa se temeritate immiscuerunt. 24. q. 4. didicimus. & etiam maiori pœna sunt digni, si sunt clerici, vel religiosi. vt in c. excommunicamus. §. si vero. & in c. accusatus. in fi. ¶ † Venio ad vltimum, an sit citandus? Et credo quòd non, quia hoc videtur velle c. in nomine Domini. 23. dist. quod nec aliqua ei audiẽtia aliquo modo reseruetur. Præterea istud est notorium actus permanentis. Et licet varient Doct. an sint citandi? vt extrà de iureiurando ad nostram. & de purgat. cano. cap. pen. & de translat. quantò. tamen etiam Innoc. qui hanc opin. videtur tenere, dicit quod est verum, nisi scandalum, vel periculum sit in mora. & ita intelligit extrà de elect. bonæ me. Magunt. hoc ipse not. extrà. de cleri. coniu. c. cum tua. Et licet varient Docto. an in notorio sit citatio facienda, quantum ad examinationem ipsam? attamen quo ad sententiam, nullus dubitat, vt not. extrà de te. co. super eo. ¶ † Hic agitur de pœna imponenda ipsis fratribus violantibus interdictum, & dupliciter de pœna imponenda singulis personis, & de pœna imponenda collegio, siue conuentui. De pœna imponenda singulis personis certum est, quod q irregularitatem incurrunt, suspensi sunt, & ineligibiles facti actiuè, & passiuè, & excommunicati. de sent. excom. c. is qui lib. 6. de excess. præla. tanta. de sentent. excom. c. 1. in cle. Religiosi enim grauiùs puniũtur. religio enim aggrauat delictum. extra de hærede. excusatus. in fin. libr. 6. Tamen hîc magis considero contemptum ecclesiæ, & inobedientiam istorum, quam violationem interdicti. Nam si modus, & inobedientia considerentur, taliter inobedientes possunt hæretici nuncupari. 19. dist. nulli fas. Et sic adiectione maioris criminis prius delictum veniet grauius puniendum. C. de ra. vir. l. circa medium. nam vbi magis exceditur, grauius est iudicandum. de excess. præla. tanta. & sic cum isti religiosi pro sola violatione sint in arctioribus monasterijs detrudendi, vt in c. postulasti. extrà de cler. excomm. Ex adiunctione istius inobedientiæ dicam eos grauius puniendos, vt sic loco monasterij succedat carcer. ¶ † Circa pœnam imponendam collegio, siue conuentui, est videndũ de duobus. Primò an collegium, siue vniuersitas possit accusari, & puniri criminaliter? Secundò an priuilegia confessionum, & prædicationum, quo ad illum conuentum, possint, vel debeant reuocari? Et an collegium, vel vniuersitas possit accusari criminaliter? Diuersi diuersa senserunt. & Innoc. & Host. videntur tenere, quod non, sed quod singulares personæ, quæ inuentæ fuerint culpabiles, illæ accusentur, puniantur, alias sequeretur absurditas, quod inculpabiles puniantur, vel absentes, pueri, & mulieres, & qui non consenserunt delicto. Et melius est nocentem relinquere impunitum, quam innocentem condemnare. ff. de pœnis. absentem. Et quia vniuersitas, & collegium nomina sunt iuris, & non habent animam, excommunicari non possunt. de sent. excom. Romana. §. in vniuersitatem. li. 6. & hoc videtur placere Ioan. 12. quæst. 2. episcopus, qui. & ibi proceditur non per viam accusationis, sed per modum inquisitionis, vt not. ibi. & extrà de simon. c. veniens. & c. dilectus. 2. & ibi planè Ioan. And. sed Bar. Brix. contrà, quod possit accusari in eo. c. episcopus, qui. sed Iacob. de Aret. distinguit inter delictum negligentiæ, vt tunc possit, vt in l. iubemus nullam nauem. C. de sacr. sanct. ecc. Et delictum cooperationis, & tunc non possit, hoc ipse not. C. vnde vi. si quis in tantam. Communiter
b tenetur, quod possit accusari, & puniri. *b* quia & delinquere potest & metum inferre. ff. quod metus cau. l. metum. §. animaduertendum. & licet non de facili, tamen dolum committit, vt not. ff. de dolo. l. si ex dolo. & ibi Nicola. de Mata. & consentit. ff. de liber. vniuer. l. 1. licet non de facili, vt ibi & possidet: vt ff. de ac. poss. l. i. in fin. & l. sequen. & vsucapit, vt ibi tamen vsucapio sine possessione non procedit: vt ff. de vsuc. l. sine possessione. saltem ciuili, quæ animo retinetur. vt in l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acquir. poss. imò, quia vt plurimum delinquebant, omnia collegia sunt reprobata, nisi inueniantur approbata. ff. de illici. colleg. in rubro, & nigro, & hoc satis probatur in l. tam collatores. circa me. C. de remi. l. 12. vbi dicitur, quod collegium se defendit per procuratorẽ tam in ciuili, quam in criminali. facit. ff. qui. mo. vsusfruct. ami. l. si vsusfructus legetur. Punitur etiam pœnis spiritualibus, vt suspensionis, & interdicti. extrà de sent. excom. si sententia. §. fi. lib. 6. imò aliqui voluerunt tenere, quod si excommunicetur, quod tenet sententia: vt not. Ioan. in c. Romana. facit extrà de pæ. fœlicis. lib. 6. 25. quæst. 2. ità nos. de elect. vbi periculum. §. ciuitas. sed prout dixit do. Papa Ioan. 22. semel in consistorio, vniuersitas, siue collegium non habent veram personam, nec animam, quia nomina sunt iuris: & quantum ad rei veritatem, cum animam non habeant, delinquere non possunt, neque possunt puniri, cum non sunt capaces pœnæ. Sed licet non habeant veram personam, tamen habent personam fictam fictione iuris. Et ideò dicit lex, quod municipium, curia, & societas vicem personę sustinent. ff. de fideiuss. l. mortuo. & sic eadem fictione animam habent, & delinquere possunt, & puniri, ea tamen pœna, quæ possit cadere in
8 eis. † & ideo dicit Innoc. quod priuatur priuilegijs, & sic capite minuitur, & sic, sicut vera persona per mortẽ naturalem desineret esse quod erat, sic & ista persona ficta per mortem ciuilem, quæ est, vt priuetur priuilegijs vniuersitatis, desinit esse, quod erat, quia amodo non erit vniuersitas. & quod priuilegia possint reuocari, videtur, cum incipiant esse iniqua, vel damnosa. ff. de vulg. & pu. l. ex facto. extrà de deci. suggestum. Et nõ potest esse magis iniquum, quàm si vtatur eo in contumeliã concedentis: sicut faciunt isti, qui vtuntur eo priuilegio prædicando ad ruinam istius matris ecclesiæ, quæ eos fuit semper gratiosissimè prosecuta, & sic reddunt ei pro gratia contumelias, sicut mus, vipera, serpens in gremio, & ignis in sinu: de quibus extra de Iudæ. & si iudæos. & sic indignos se fecerunt istis priuilegijs: & ideò eorum immunitate gaudere non debent. extrà de immun. eccles. cap. fin. Frustra enim auxilium legis inuocat, qui in eam committit. extrà de vsucap. c. quia frustra. quia improbabili temeritate id, quod non habet, assumpsit. 25. quæstio. fin. cap. sic decet.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ De duobus. *Adde & vide in 65. huius cons. materia 10. And. in addi. Spec. de præsump. §. si. circa med. in addi. quæ incipit: Hic est instandum. Cæp. in criminalib. consi. 6.*

b ¶ Arrestari. *Adde quod arrestare est alicuius personam, seu bona mandato iudicis impedire, ne amoueantur, donec respondeat conquerenti. Alberi. in Dictiona.*

c ¶ Concordant. *Adde Gandi. in tracta. malef. sub. rub. de præsump. & indi. dub. col. 11. num. 20 fugam pro indicio ponit, vnde & ipse conuenit Oldr. Adde Ioan. de Ana. cons. 1. Alex. consi. 65. & 67. vol. 3.*

ADDITIO ANTIQVA.

d ¶ Possit accusari & puniri. *Adde in hac materia videndum Phil. Corn. in consil. 224. inci. considerata forma in quarto vol. & Bart. in l. aut. §. se. ff. de pœn. & adde, quòd vniuersitas potest committere dolum, quãdo facit aliquid coadunato consilio, & campana sonata: vt concludit Bart. in l. hæredibus. §. sed municeps. ff. de dolo.*

De iniurijs, & damno dato extraord. ff. quod cuiusque vni. no. agi.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas non punitur ex delicto administratorum.*
2 *Vniuersitas non potest agere, vt fiat emenda subdito suo.*

CONSILIVM LXVI.

AN ex delicto administratorum, vel præsidentium puniatur vniuersitas? ¶ Et videtur, quod sic. ff. ad mu. l. municeps. & de con. & demonst. l. municipibus. C. de aduoc. diuer. iudic. l. restituendæ. & hoc videtur tenere gl. ff de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & ff. de dolo. l. ex dolo. §. sed an municeps. ¶ Sed contrarium videtur ea. l. §. de dolo autem decurionum. nam in generali mandato eis ab vniuersitate dato non veniunt illicita. ff. quæ in fraud. cre. l. si pater. & de condi. inde l. si procurator. §. fin. & not. Nicol. de Mat. in d. l. si dolo. & videtur casus ff. de magi. conuen. l. in princip. & extra de simo. veniens. & c. dilectus. & de sent. excom. graue. vbi licet ipsi præsidentes puniantur, non tamen vniuersitas, nisi mandaret vel ratum haberet. vt ibi not. Inno. &
1 ff. de publi. l. 1. §. dominus *a* ¶ † An pro iniuria facta
a vni de collegio possit collegium agere. Et videtur, quod non. ff. de re. di. in tantum. §. vniuersitatis. & de in ius vo. l. sed & si hac lege. §. qui manumittitur. & quod cuiusq; vni. l. sicut. Itaq; certæ videntur personæ, quę possunt agere pro iniuria alteri facta, vt in l. 1. ff. de iniur. & ista non est de illis. Nec mater agit pro iniuria filij, quia non habet in eum potestatem. Nec agitur pro iniuria subditi. extra de priuil. c. autoritate. ¶ In contrarium videtur. nam qui tangit membrum, totum corpus tangit. ff. de fur. l. vulgaris, canonizata. de pœ. di. 1. & ibi not. dico vniuersitas cum habeatur loco dominij: vt ff. ad muni. l. de iure. & C. de decu. l. generali. potest petere, quod fiat emenda subdito suo. 24. quæst. 2. dominus. & not. extra de sent. excom. si iudex. li. 6. Item si est talis actus, in quo respiciat contumeliam in ipsam vniuersitatẽ, potest etiam agere nomine suo: vt in d. l. 2. quod not. Host. de sentent. excom. vt famæ. & in summa eo. tit. §. sed qualiter hæc absolutio. facit extrà de foro compet. c. 2. & c. diligenti in fi. & de sentent. excom. cum desi-
b deres. & c. contingit. & quod ibi not. Inno.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ L. 1. §. dominus. *Adde autem notabiliter circa puniendam vniuersitatem de crimine, quòd ea nunquam pœna mortis puniri potest, & si crimen in se dignum sit morte. Neque enim vniuersitas corpus habet verum, sed fictum, esset q; absurdum, vt infantes, & alij quamplurimi ex vniuersitate, qui non deliquerunt, pœnam mortis subirent. Minuitur itaq; pœna in vniuersitatem. Nou. in tracta: ad defensam sub Rub. Homicida quibus ex caus. à pœ. mortis excuse. nume. 126. Item adde in specie vniuersitatem non posse excommunicari, nisi dicatur, puta, Excommunicamus omnes, & singulos de tali vniuersitate, quicunq; autores fuerunt siue participes huiusmodi crimi nis. D. Card. Aracœli in institutionibus Catholicis. tit. de sacram. ord. cap. 53. colum. 8.*

b ¶ Quod ibi not. Innoc. *Adde & iunge in hac materia cons. infrà 315. Decis. Afflict. 376. Boss. tit. qui banniri poss.*

De præbendis, & de verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Si duo, vel plures in parochiali ecclesia animarum curam sine cuiusquam commissione de antiqua consuetudine consueuerunt exercere, nullus intelligitur esse curatus. cum num. seq.*

CONSILIVM LXVII.

QVÆSTIO talis est. In aliquo episcopatu est talis consuetudo, quod in singulis ecclesijs beneficialibus, seu parochialibus instituantur duo clerici parochiales indeterminatè, non committendo expresse eorum curam alicui, & tamen quilibet istorum consueuit audire confessiones, baptizare, & cætera facere, quæ spectant ad curam animarum. Ex hoc themate quæritur, an quilibet istorum dicatur habere curam, vel non? vt sic ficiatur, an in eis habeat locum c. licet canon. de electi-
1 lib. 6. & c. de multa. extra de præben. ¶ † In quæstione ista de iure sic credo dicendum, quod nullus istorum habet curam, & sic in eis non habeant locum dictæ constitutiones. & hoc probatur sic. Qui curant animarum non habent, dictis constitutionibus non ligantur, vt ex eis manifestè colligitur. sed nullus eorum habet curam, vt probabo: ergò, &c. Quòd nullus istorum habeat curam, sic probo. Matrimonium carnale, & spirituale æquiparantur. extra de transla. inter corporalia. sed ita est in carnali, quod vna sponsa duos sponsos eodem tempore habere non potest. extra de spon. duo. c. 1. ergò sic in spirituali erit, quod vna ecclesia, quæ sponsa meritò nuncupatur, plures sponsos clericos, qui eiusdem curam pariter eodem tempore habeant, habere non potest. videtur expressum extra de præbend. cum non ignores. & melius. 21. quæstio. 2. sicut in vna. & ibi est casus, alias in vna Ecclesia essent duo capita, quod esset monstrum. extrà de offic. or. quia plerisque. & si dicatur, penes quem ergo erit cura? ego dicam, quod aut isti clerici faciunt collegium, & tunc penes collegium, & non penes singulos. extrà de offic. or. irrefragabili, §. excessus. ar. ff. de re. di. in tantum. §. vniuersitatis. Si non faciunt collegium, tunc erit pœnes Archidiaco-
2 num, vel superiorem. ar. extrà de offic. or. c. 1. † Nec ob. quod isti clerici exercent officium curæ audiendo confessiones, baptizando, & alia, quæ ad curam spectant, exercendo: quia per hoc non dicuntur habere curam. ar. eorum quæ not. Innoc. extrà de præben. de multa. in fin. ibi, si autem ministeria, &c. ita intelligit Archid. in sua additione. & ibi Host. & non solum quilibet eorum non habet curam per se, vbi nulli expressè commissa est: imò etiam, si alicui eorum cura temporaliter esset commissa per collegium, vel superiorem, adhuc non diceretur habere curam. secus si perpetuò esset sibi commissa per collegium, vel superiorem, vel si de consuetudine haberet, ita, quod ab ea sine causa remoueri non posset: quia tunc diceretur habere curam. & locum haberent in eo dictæ constitutiones; vt expressè not. Innoc. in c. cum non

cum non ignores. de præbend. & ibi Archid. in addi-
tione, & clarius Hosti. & ita debet intelligi, quod di-
citur, quod in vna Ecclesia vnus debet esse Sacerdos,
sponsus, & rector, qui curam habeat. 7. q. 1. in apibus.
& melius in prælleg. c. sicut vna. 21. quæst. 2. ibi, sed
vnum tantummodo habeat sacerdotem, qui eam ca-
ste, & sincerè regat: non tamen negatur, quin plures
clerici possint esse in vna Ecclesia: vt ibi not. Ioan.
maximè si patiantur eius facultates. 7. quæst. 1. illud
& ibi no. consilium Pet. Hispani. ¶ Licet considerato
themate propositæ quæstionis probabiliter dici pos-
set, c. de multa. & c. licet Canon. & pœnas in eis con-
tentas locum non debere habere actum secundum
earum mentem, quæ magis consideranda fore vide-
tur, quam verba, locum habent. præfertur enim in-
tentio verbis. 1. quæstio. 1. Marchio. & extrà de ver-
bor. signif. c. in his. Certum est enim quod prædicta
c. videntur solum considerare, & habere locum in
assumptis singulariter, & suo nomine ad curam ple-
bis ministrandam, siuè hoc obtineat de iure, siuè de
consuetudine, vel statuto, cum his modis iurisdictio
tam in spiritualibus, quam in temporalibus acqui-
ratur. extrà de for. compet. c. cum contingat. & de
elect. dudum. Cum igitur tales instituantur perpe-
tuò, & assumantur ad curam plebis suo nomine mi-
nistrandam, vt in themate, non immeritò posset di-
ci dicta c. & in eis contenta locum habere, & obtine-
re penitus eiusdem. Verum propter euidentem, &
intollerabilem iuris repugnantiam in præsenti quæ-
stione contrarium dicere cogor, & adhæreo penitus
Apulio, qui primo allegauit. & credo ipsum verita-
tem tetigisse. Non enim est dubium, quod dicta ca.
locum habent in alijs, qui tanquam prælati suo no-
mine singulariter ad regimen parochialis Ecclesiæ, &
populi assumuntur. Cum ergò vnius Ecclesiæ sub
vnius limitatione constitutæ duo prælati eodem, &
pari modo iurisdictionem spiritualem obtinentes de
iure esse non valeant. 21. quæstio. 1. sicut extrà, de of-
ficio or. quoniam. Nec posset de consuetudine ob-
tineri, cùm iuris naturalis ratio repugnet, à quo cõ-
suetudo vincitur. 7. distinct. per totum. & ita sentit
Innoc. extrà de for. compe. cum contingat. Nec præ-
dictas decretales possumus ad alios extendere, cum
sint pœnales. de pœnit. dist. 1. pœnæ. extrà de regul.
iur. odia. † Habemus ergò concludere, quod sic in-
stituti non instituuntur, nec assumuntur, tanquam
prælati, sed sunt ibi, vt perpetuò beneficiati. extrà
de filijs presbyt. proposuit. & c. constitutus. & extrà
de iure pa. postulastis. quibus beneficijs administra-
tio curæ, seu solum ministerium est annexum, non
tamen ipsa cura, quod fieri potest: vt not. Innoc. &
Host. de præbend. de multa in fin. & facit eod. tit. sig-
nificatum de filijs presbyt. proposuit. Et dicimus in
talibus Ecclesijs episcopum etiam prælatum imme-
diatum secundum ea, quæ not. Hostien. extrà de for.
compet. ca. cùm contingat. vbi dicit, quod in Eccle-
sijs, in quibus non reperitur prælatus, episcopus erit
ibi prælatus. & not. Archid. in prædicto c. sicut vna.
vbi determinat expressè, quod dicta ca. non habent
locum in isto. & sic credo verum consilium domini
Gentilis: licet in prædicta quæstione possit aliquis
legistæ more considerans dicere non esse absonum
pluribus insolidum curam populi competere, sicut
in pluribus tutoribus, & curatoribus cura, & tutela
pupilli, & cura adulti. ff. de admin. tut. l. decreto. §.
1. C. si vnus ex plurib. tut. l. 1. de auto. præstan. l. fin.
Et pluribus magistratibus iurisdictio. & cura popu-
li: vt ff. ad muni. l. magistratum. & in omnibus in-
corporalibus, quæ actiuè, & passiuè, & pluribus de-
bentur insolidum, ea pluribus debentur, & compe-
tunt: vt ff. de re. iur. ea quæ in partes. & per hoc con-
cluderem. c. licet canon. & c. de multa. in proposita
quæstione locum habere. ar. ff. quod cum fal. tut. au-
to. l. 2. §. item hoc edictum. de aßi. lib. l. 1. §. quam-
uis. Attendentes etiam indentitatem rationis, pro
quo optimè facit. ff. de ritu nupt. si quis tutore. in
a princ. 2. responso. Tamen superius scribentium *a* ra-
tiones, & autoritates contrariũ sentire compellunt,
quoniam de his quibus fit mentio in themate, non
est cura, sed exercitium tantum iurisdictionis alteri
competentis. ff. de offic. eius cui man. est iurisdict. l.
1. §. qui mandatam. & l. si prætor. & de iurisdict. om.
iud. l. solent. inter hæc autem multum refert. arg. ff.
de euict. si vsumfructum fundi. & quod not. extrà de
4 loc. & condu. vestra. † Sicut refert aliquem esse inge-
nuum, & iura ingenuitatis habere: vt colligitur ex
solutione duarum legum, quæ simul contradicere vi
dentur. ff. de ritu nupt. l. sciendum. de stat. ho. l. fin.
& vtrobique not. cum ergò c. licet canon. & de mul-
ta. sint pœnalia. non videntur ad casum, de quo quæ-
ritur, extendenda. Et hæc opinio bene confirmatur.
extrà de elect. statutum. li. 6. Sic aliud est mors, & ali-
ud est, quod est loco mortis. ff. de verb. sign. l. mortis
& ibi not. Et aliud est esse exemptum, & aliud priui-
legia exemptionis habere. ar. extrà de priuil. si Papa.
& c. volentes. & de verb. sig. veniens. libr. 6. & seruus,
cui concessum est ius annulorum aureorum, habet
iura, & priuilegia ingenuitatis, & tamen non est in-
genuus. ff. de iur. annulo. aureor. l. 2. & eod. tit. l. pen.
& fi. Et aliud est religiosum esse, & aliud priuilegia re-
ligiosorum habere. de sent. excom. c. religioso. lib. 6.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Scribentium. *Præsens consi. à pluribus fuisse Doctori-
bus conscriptum ex eius lectione patet. Verisimile est au-
tem vltimam partem Oldradi fuisse, tùm quòd in eius vo-
lumine insertum est, & subscriptiones carent, tum quòd
eius planè redolet phrasim.*

De pignoribus, & de verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Cùm dicitur idonea cautio, non sufficit hypotheca.*

CONSILIVM LXVIII.

1 NOMINE † cautionis regulariter sola
a promissio intelligitur. C. de verb. sig.
sancimus. & ibi per Mode. *a* Sed cum
adijcitur idonea intelligimus fideius-
siones, vel pignora. ff. mand. l. mãdato
Titij. §. fi. de fideic. li. l. ergò. §. adijci. Sed nunqd, cum
dicitur idonea sufficit hypotheca? & videtur, q. sic: vt
in d. §. & videtur casus C. de oñi agro dese. l. quicunq;
lib. 11. Sed dicebat semel Papa in consistorio, quod nõ
faciebat, quia ibi est speciale, vbi dicit text. quod ob-
ligatis fundis idoneè caueat. sed non dicit, quod ido-
nea cautio sit obligare fundos. facit C. de fun. patri-
mon. l. quicunque. & de loca. prædio. ciuilium. l. 1.
lib. 11. Sed quod non sufficiat, facit, quod text. dicit
pignora. & pignus est, quod transit ad creditorem:
hypotheca, quæ non transit. ff. de pignor. ac. l. si rem.
§. proprie. Et valdè melius est possidere, quàm à pos-
sidente petere. ff. de rei vend. l. is, qui. Et minus dare
fideiussores, quàm pignora: quia licet prætoriæ stipu-
lationes personas desiderent: vt ff. de prætor. stipul.
l. prætoriæ. tamen si dãtur pignora, satisfit, quia plus

videtur dare: vt ibi not. ar. ff. de col. bo. l. 1. §. iubet. nam cum tutius est incumbere pignori, quam agere in personam. instit. de ob. quæ ex delicto nascuntur. §. furti. ar. tamen contra. 23. quæstio. fin. vt pridem. & quod ibi not. & fideiussor est personaliter obligatus. ff. de verbo. oblig. l. stipulationum aliæ. & C. de fideiuss. l. blanditus. & tamen melius est dare fideiussorem, quam hypothecam. C. de episcop. & cleric. l. omnes in Authen. de sanct. epis. §. si quis autem. colla. 9. vbi datur priuilegium clericis, quod non dent fideiussores, sed promittant cum hypotheca: & videtur casus. ff. vt lega. nomine cauea. l. filio. Sic multo minus est dare hypothecã, quàm fideiussores. sed contraria videtur regul. iur. plus cautionis est. sed dic, quod ibi loquitur de pignore. tñ contra ibi videtur sentire de hypotheca. De sufficienti cautione habetur extrà de restit. spol. ex transmissa. & c. literas. de iureiur. ad nostram. de conuer. coniug. ex publico. de dolo & contu. c. actor. libr. 6. De idonea. de fideiussor. constitutus. de pignor. cap. fi. de consec. dist. 4. §. 1. vt lite non contest. quoniam. §. in alijs. De competenti. de sent. excom. solet. rectè casum habes. ff. de colla. bono. l. 2. §. casum secutum. ff. qui satisf. cog. & notatur in l. mandato Titij. §. fin. & ibi notat. de hoc plenè.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Per Moder. *Vide præ cæteris Iaſ. ibi egregiè loquentem.*

De maioritate & obedient.

SVMMARIVM.

2 *Imperatori omnes reges & principes non debent de iure subesse, nec de iure positiuo.*
Et potestas regum fundatur vtroque iure, sed imperatoris non. cum num. sequent.

CONSILIVM LXIX.

1 CONSVEVIT † dubitari an omnes reges, & principes debeant de iure sub esse imperatori? Et videtur, quod sic: mundi enim dominus. ff. ad l. Rho. de iactu. l. deprecatio. omnia enim sunt principis. C. de quadr. præscrip. l. bene à Zenone. ff. ne quid in lo. pub. l. 1. §. si quis à principe. & §. meritò. & rem vnius potest alteri dare. ff. de rei vend. l. item si verberatum. & de euict. Lucius. populus enim ei, & in eum omne suum imperium, &
a potestatem transtulit. *a* inst. de iu. natu. §. sed quod prin. C. de vete. iure enucle. l. 1. §. cum eum. ff. de ori.
b iu. l. 2. §. igitur. & eum in dominũ *b* elegit. Populus. n. eligit principem, vt apparet in Saule. 1. Reg. 20. c. 8. q. 1. Moyses. & ibi not. 93. dist. legimus. sicut collegium, siue capitulum prælatum. extra de elect. & c. 1. & c. cum Ecclesia Vulterana. Necessaria enim fuit per vnũ reipublicæ prouideri. ff. de ori. iu. l. 2. §. nouissimè. 7. quæstio. 1. in apibus. Nam multi de facili dissentiunt. ff. quod cuiusque vni. l. 1. & si sunt multi, erunt multa capita, quasi monstrum. extra de offi. or. quanto. Sub eo enim sunt omnes nationes. 11. quæstio. 1. §. hoc si quis. & totius orbis obtinet monarchiam. 22. quæstion. 2. futurum. Et meritò, quia imperium à cœlesti maiestate traditum est. C. de vet. iu. enu. l. 1. in princ. Sacerdotium enim, & imperium ex eodem fonte procedunt. in Authen. quomodo oporteat episcopos. §. 1. & de non alien. & permu. §. si minus. colum. 2. Imperatorem enim Deus misit legem animatam in terris. in Authen. de consulibus. §. fi. colum. 4. & ideò Deus de cœlo imperium constituit, vt facilius legem imponat, & generi humano distribuat, in Aut. de instru. caus. & fin. §. qui igitur. colum. 6. & sic cum à Deo fuerit institutum imperium: quia non est potestas, nisi à Deo. extra de homi. pro humani. §. 1. lib. 6. qui ei resistit, Dei ordinationi resistit. 11. quæstio. 3. qui resistit. Qui enim præceptum imperatoris contemnit, sibijpsi iudicium acquirit, & inter homines pœnas luit, & apud Deum frontem non habebit. 11. quæsti. 3. imperatores. omnia enim sibi licent, & sua sunt vniuersa. 2. quæst. 7. conuenior. Hoc etiam probatur in c. per venerabilem. qui filij sint legit. vbi dicitur notabiliter, quod Rex Franciæ de facto non cognoscit superiorem. q. d. tamen de iure debet recognoscere, & habet auctoritatem Ecclesiæ, quæ imperium à Græcis transtulit in Germanos extra de elect. venerabilem. & ibi not. & in pluribus alijs locis. Et de Hispania, quæ fuerit subiecta imperatori, expresse habes. ff. de ori. iur. l. 2. §. quia. & ff. de interdic. relega. l. relegatorum. §. interdicere. vbi respondet præsidi Hispaniæ. & 11. quæstio. 1. §. hoc si quis. & Dominus Iesus Christus mandauit reddi, quæ sunt cæsaris, cæsari. Matthęi 22. cap. & Innoc. extra de re iudica. cap. cùm te. Et de Hispania, quod fuerit subiecta Romanis. 1. Machabæor. 8. cap. dicit Commentator in historia scholastica, quod in vera monarchia requiruntur tria, potentia, sapientia, & diuinus cultus. & de hoc Ptolomeus in Chronicis, libr. 9. ca. 20. & vt bene pateat, & clareat veritas, oportet nos altius exordiri.
2 † Et est sciendum, quod ius est vnum generale continens in se multas species. 1. distinct. §. est autem. & c. generale ius. & aliud est diuinum, & aliud humanum ea. di. ca. 1. Ius autem diuinum continet & legem veterem, & legem nouam, i. Euangeliorum. Et de lege veteri videtur, quod imperium non habeat potestatem. Nec inuenio, quod imperator sit dominus. Inde enim processit imperium, cum imperium Romanorum inceperit à tempore, quo populus in eum transtulit potestatem: vt d. l. 2. ff. de ori. iur. Deus, qui cuncta creauit, vt habetur Genes. 2. ca. Dominus est omnium. vt in Psalm. Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. ipse à principio per seipsum rexit, & iurisdictionem exercuit, sicut facto rem suam gubernat, & regit, & homini dedit præcepta, & prohibitiones: vt Genes. 2. & ipsis transgredientibus, & de peccantibus pœnam imposuit. in Genes. 3. Quia expulit eos de Paradiso, & per se puniuit, vt Lamech. Genes. 4. Et multos alios: tamen quia propter hominem tanta creauerat. Genes. 1. ff. de vsu. in pecudum, ea sibi concessit. vt in Psalm. Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs homiuum. & quia communio parit discordiam. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. Voluit, quod occupanti concederentur: vt habetur Deuteron. decimotertio capit. Quamcunque terram calcauerit pes tuus, tua sit. & sic de l. ista per-
3 missa fuerunt regna, vt apparet in Dauid, Saule, Salomone, & pluribus alijs approbatis à Deo. extra de sacr. vnc. capit. 1. §. vnde in veteri. Vbi numerat aliquos reges vnctos de mandato Dei, vt dicitur Prouerbior. 8. capit. Per me reges regnant. & in Psalmo dicente: Deus iudicum tuum regi da. & in pluribus locis fit mentio de regibus. Sed non inuenies de imperatore, quia nec illo tempore fuit imperium, sed postea per multa tempora incæpit. De lege noua, siue de euangelica etiam nihil inuenio, per quod videatur imperium approbatum: licet fuerit post imperium. De regibus inuenio: vt habetur 1. Petr. 2. capit. Deum timete, regem honorificate. Et illud, Subditi estote

estote omni potestati, siue Regi, tanquam præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis. idem Docto. extra de maio. & obedien. solitæ. Imò per Christum omnes monarchiæ fuerunt destructæ, & etiam reprobatæ. Ipse enim est ille lapis sine manibus abscissus, qui statuam percussit in pedibus, & contriuit. Per quam statuam illæ quatuor monarchiæ figurantur, scilicet Assyriorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum: vt habetur Dan. 2. c. & Ioan. Chryso. Est & notandum, quod eam percussit pedibus: quia sicut pes est vltima pars corporis, sic Romanorum monarchia fuit vltima. Vnde illam videtur specialius reprobasse, & meritò, quia omnes monarchiæ per violentiam, & vsurpationem incæperunt. Dignum enim fuit, vt propter iniustitias suas regnum de gente in gentem transferretur. Eccles. 10. cap. Et factum est regnum huius mundi Domini Dei nostri, & Christi Filij eius, & regna in secula. Apoc. 11. Sibi enim data omnis est potestas in cœlo, & in terra. Matth. vltim. capit. vt impleatur illud Ezechiel. 37. Faciam eos gentem vnam, & erit vnus Rex omnibus imperijs, & non erunt vltra duæ gentes. vnde gloss. Dan. 2. cap. dicit, quod sicut à principio nil fortius Romanorum imperio, sic in fine nil debilius inuenitur. non obstat illud Matth. 22. Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & 4 quæ sunt Dei, Deo. † Per quæ dicunt aliqui imperium esse approbatum à Christo: quia nec iubet ei reddi omnia, sed quæ sua sunt. si ergo dicit omnia sua, probet relatiuum enim, quæ restringit. ar. C. de summa Trin. & fid. cathol. l. 1. ibi quos clementiæ nostræ. Et ideo cum Iudæi tentãtes interrogarent eum, si liceret dare censum Cæsari, primò voluit videre numisma, & cum interrogasset, cuius est hæc imago, & superscriptio, & ipsi respondissent, Cæsaris, tunc dixit: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Imaginem enim suam iusit sibi reddi: vt habetur eod. cap. & forte vt scandalum euitaret, sicut propter scandalum vitandum ipse soluit tributum, Matth. 17. & 28. quæst. 1. c. iam nunc. per quod satis colligitur monarchiam, & dominium ipsum Imperatorem per violentiam & tyrannidem obtinere. Nam cum primo fuerunt ex permissione diuina occupata, & distincta per patres nostros, vt sic dicam, & Reges instituti, & alij auctoritate Dei, vt supra dictum est. & habetur 1. distin. iusgentium, non licuit Imperatori ea dominis suis auferre, & sibi appropriare, prohibente hoc lege naturali, & diuina, quæ habet: Quod tibi non vis fieri, alteri non facias, Matth. 7. 1. distinct. ius humanum. Nec licuit transgredi terminos, quos posuerunt patres nostri. Prouerb. 22. cap. in fin. & extra de sepul. cap. 1. in fin. qui terram diuiserant, vt apparet in Abraam, & Loth, vt supradictum est. Et inter præcepta Domini in distincte dicitur, Non concupisces rem proximi tui. Exod. 20. cap. in quo omnis rapina, & violentia prohibetur. 14. quæst. 5. pœnale. & sic cum peccauerit ea illicitè occupando, & non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. extra de regul. iur. peccatum. 14. quæst. 6. cum res. & si tenetur ad restitutionem, potest sibi dici, quod dolo facit. quia petit, quod restituturus est, imò nec possessio, nec detentatio debet sibi restitui, etiam si constaret eum possedisse, & spoliarum fuisse, cùm non solum sit præsumptio iuris contra eum, sed quod ea occupauit iniustè, & sic non esset sibi restitutio facienda. extra de restit. spol. ad decimas. lib. 6. Imò est notorium iuris, quod in legibus suis continetur, quod per violentiam habuit: vt 5 supra & infra patebit. ¶ † Modò est videndum, an possit se probare dominum de iure humano? Et iuris humani, quo ad hoc, plures sunt species. Quia est ius naturale primæuum, & ius gentium, & ius ciuile, & etiam ius canonicum. ff. de iustit. & iure. l. 1. §. pen. & fi. & l. ius ciuile. 3. dist. in princ. Et de iure naturali primæuo nec sunt regna, nec imperium, quia id ius consistit in his, quæ omnibus animalibus, tam rationalibus, quam irrationalibus communia sunt, vt est maris, & fœminæ coniunctio, & liberorũ procreatio. ff. de iusti. & iure. l. 1. §. ius naturale. De iure gentium, quod etiam naturale vocatur, insti. de re diui. §. singulorum. quia naturali ratione est introductum. 1. dist. ius naturale. quæ in nullius bonis sunt, occupanti conceduntur. ff. de acqui. re. do. quę enim. 1. distin. ius naturale. insti. de re. diui. §. quod enim. quoniam ad vtilitatem hominum Deus cuncta creauit. ff. de vsur. l. in pecudum. & de iure isto per occupationem distincta sunt dominia, & regna condita. ff. de iust. & iu. l. ex hoc iure. Et sic cum de iure isto sint Reges, & Imperatores solum fuerint de iure ciuili (quia per populum Romanum: vt infra patebit) Reges iustiorem titulum habent, tanquam iure quodammodo naturali, quod diuina prouidentia constitutum semper firmum, atq; immutabile perseuerat. insti. de iu. natu. §. quod verò. & antiquiorem. insti. de re. di. §. singulorũ. & ff. de acqui. re. do. l. 1. §. & quia de iure ciuili. & sciendũ, quod ius ciuile dicitur ius propriũ cuiuslibet ciuitatis. ff. de acqui. re. do. l. 1. §. 1. ff. de 6 iusti. & iu. in l. omnes. † Sed cum simpliciter ius ciuile dicimus, ius Romanorum per excellentiam intelligimus. insti. de iu. na. §. sed quoties. sed si ius cuiuslibet ciuitatis consideremus, de illo non est dubium, quia multæ ciuitates, & Reges fecerunt leges, & constitutiones, quod non subessent Imperatori, & scio, quod inter alias Hispani fecerunt vnam, quod quicunque allegaret l. Imperatoris in iudicio, capite puniatur. Si cõsideremus ius ciuile Romanorum, quod diuiditur in sex species: scilicet, leges, plebiscita, senatusconsulta, Principum placita, Magistratuum edictum, & responsa prudentum. insti. de iure nat. §. scriptum. & ff. de iust. & iu. l. ius autem ciuile. quæ omnia ab ipso populo, vel Imperatore receperunt auctoritatem. C. de legi. l. fi. & ff. eo. non ambigitur. & quod ibi not. & ff. de ori. iur. l. 2. §. exactis. De isto si volumus de facili nos possumus expedire, quia non debet credi illis, quorum repellerentur auctoritates. extra de hære. fraternitatis. & de testi. licet ex quadam. nec plus debet credi mortuæ voci Principis, quam viuæ. Leges enim sunt mortuæ voces Principis, ipse autem est viua vox. in authen. de Consulibus. §. fin. colum. 4. & sic cum populo Romano, vel etiam Imperatori, si hoc dicerent, non crederetur, quia in facto proprio, in quo nullus idoneus testis inuenitur. ff. de test. l. nullus. & iustè posset sibi dici, cur de te ipso testimonium perhibes, & testimonium tuum verum nõ est. multominus crederetur legibus vel scripturis suis: vt in præalleg. cap. fraternitatis. 7 & c. licet ex quadam. † Sed vt clarius pateat iustitia nostra etiam secundum ll. suas possumus nos defendere, & eum ex suis Codicibus conuincemus. 65. distin. qui finceram. Nam aut ipse voluit agere petitorio, aut possessorio: si petitorio debet se probare dominum de iure gentinm vel ciuili. ff. de rei vendi. l. in rem actio. Videndum est ergo, qualiter acquisiuit dominium. & ipse allegat, quod habet causam à populo, qui ei concesit, & in eum transtulit omnem Imperij potestatem. Item, quia omnes prouincias occupauit ab hostibus Imperij, & sic per istud bellum factæ fuerunt suæ. ff. de cap. & postlim. reuer. l. postliminium. & l. hostes. ¶ Ad primum respondetur sic, quod populus nõ potuit plus iuris conferre in eum, quàm habuit. ff. de acqui. re. do. l. traditio. ff. de re. iu.

l. aliud absurdum. sed populus non habuit de iure dominiũ super alias nationes, ergo nec ipse. Et quod populus non habuerit de iure dominium, licet pars sua debeat hoc probare, & nisi probet, sequi debeat absolutio, etiam si possidens non sit dominus. C. de rei ven. l. res alienas. tamen quia notorium in iure est populum iniustè, & violenter detinuisse dominium, assumamus onus probationis. ff. de proba. l. circa. Et ideo videamus, qualiter populus habuit dominium mundi, & iurisdictionem. Certum est, quod ciuitas Romana ædificata fuit per Romulũ & Remum, qui erant fratres, & fuerunt Reges. ff. de ori. iur. l. 1. in prin. & not. de re. di. l. fi. & qui iurisdictionẽ habuerunt, & imperauerunt, vt eisdẽ legibus habetur. Imò & vnus interfecit alium, qui contra suum fecit interdictum: vt in d. l. fin. & 7. q. 1. in apibus. De iure autem videntur habuisse iurisdictionem, cum locum ędificauerunt, & sic dictum est in auth. de quæstore. §. si verò forsan. Sed expellẽdo Reges, qui erant eorum domini, & constituendo alium dominum, siue Principem, iram Dei videntur contra se prouocasse. 7. q. 1. denięq. & sic nec dominium, nec iurisdictionem possunt se dicere habere de iure. Nam ius dicitur quid iustum. 1. dist. ius naturale. & quod ipsi expulerunt: vt dominum suum non fuit iustum, nec licitum, & sic non potuerunt in Imperatorem transferre, quod
8 non habebant. † Nec præscriptione possent se iuuare ipsi, nec successores sui, quia omnes malam fidem habuerunt. Nec obstat, si dicatur, quod qui in alterius locum succedit, iustam causam ignorantiæ videtur habere. ff de re. iu. Qui in alterius. quia hoc esset verum, vbi ageretur de ignorantia facti: sed cũ hic constet de violentia per iura, vt in iuribus supra alleg. & iura sint certa. ff. de iur. & facti igno. l. 1. in omni tempore potius est hoc ignorantia iuris, quam facti, quæ in præscriptionibus non prodest. ff. de vsuca. l. nunquam. & de iur. & fac. igno. l. iuris ignorantia. imò omnes videntur esse successores vitiorum, & culpæ. ff. de diuer. & tempo. præscri. l. cum hæres. & de fruc. & lit. expen. l. 2. nec potest se iuuare ex lõgissima præscriptione, quæ videtur secundum leges procedere, etiam cum mala fide, quia ex illa solum datur retentio, siue exceptio, sed si res ad alium peruenerit, non potest eam petere. C. de præscrip. 30. ann. l. si quis emptionis. Et si dicatur, quod mala fide prędcribens agit contra violentum, etiam dominum: vt ea. l. §. sed hęc. Respondeo, quod §. ille loquitur de violentia illicita, & iniusta, sed hic fuit licita, quia à iure permissa. Nam cum essent Saraceni, & alij hostes populi Romani, Imperatores licitè potuissent per violentiam occupare non sua, & fuissent facta sua: vt in l. postliminium. & l. hostes: multò ergo magis potuerunt occupare sua. & si nos acquisiuimus ab hostibus eorum, non tenemur eis restituere. nec obst. ff. de capti. & postli. re. si captiuus. quia tempore, quo acquisiuimus, non eramus ei subditi, nec recognoscebamus eum dominũ. 23. q. 5. sciant. & eam sine adiutorio eius proprio sanguine cum multis laboribus, & periculis, & expensis acquisiuimus: vt not. 63. di. Adrianus. & cum ipse dicat, quod per arma Imperium suum muniuit. de Iustiniano cod. confirman. l. 1. † Certè melius, & iustius
9 hoc possunt dicere Hispani, qui per arma terram illam ab infidelibus acquisiuerunt. Non obst. quod dicitur quod est mũdi dominus, quia alibi fatetur ipse, quod multi erant, qui non erant subditi, quorum aliqui erant hostes, aliqui fœderati, alij Reges, alij amici. ff. de cap. & postli. reuer. l. postliminium. & C. de sum. Trin. l. cunctos. & de commer. & mercato. l. mercatores. & quod ibi not. & in procę. ff. in prin. ibi omne rei nostræ, &c. de nouo codi. confir. l. 1. in fi. ibi nostro subiectas Imperio. & ibi Alber. Pa. † Nec obstat,
10 quod dicitur, quod Imperium fuit à Deo constitutũ, quia hoc ego non inuenio per legem nouam, neque veterem. Et fortè debet intelligi permissiuè, quia nõ potestas, nisi à Deo, iuxta illud: nõ haberes in me potestatem, nisi tradita tibi esset desuper. Et cum (benedictus Deus) nos gaudeamus commodo possessionis, & libertatis. ff. de rei ven. l. is, qui. & à tanto tempore, cuius nõ extat memoria in contrarium, etiam ad defensionem nostram possumus plures exceptiones opponere, & contrarias. ff. de excep. l. nemo. & ideo possumus allegare excep. quæ in casu isto sufficerent. C. de fun. patrimo. l. fi. ff. de censi. l. forma. no. C. de præscri. 30. an. l. comperijt. & no. in c. Adrianus. 63. dist. licet non probet exceptio, sufficit probare de tempore. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. & de doli excep. l. 2. §. 1. Præterea possunt dicere, quod infideles, qui terram habuerunt, conuersi sunt ad fidem, & sic dominium in iurisdictionem retinuerunt: vt dicit Innoc. extra de voto. quod super his. Et licet iura subiectionis non possint præscribi à priuato, vt in l. comperijt. C. de præscri. 30. an. possunt ab alia ciuitate, vel Principe præscribi. vt not. Arch. 16. q. 3. placuit. non obst. quod de iure canonico dicitur, quod Ecclesia à Græcis Imperium transtulit in Germanos. extra de elec. per venerabilem, quia ex hoc nõ probatur, quod Imperator sit dominus mundi, nec quod Ecclesia plus iuris sibi concesserit ex ista concessione, quam antea habuerit: quia per confirmationẽ non tribuitur plus iuris. extra de confir. vti. c. 1. & 2. non ob. quod in apibus vnus est Princeps: quia nec ego dico, quod in vno regno sint duo Reges: sed in quolibet regno vnus Rex. Nec hoc probat dictum cap. imò permittit: nam vna apes non est Rex omnium apum de mundo. Imò in quolibet vase est vnus Rex. Nec omnes grues de mundo sequuntur vnam, sed vna congregatio sequitur vnam, & alia aliam. Sic etiam in quolibet regno erit vnus Rex, & tamen quandoque fuerunt duo Im-
11 peratores. ff. de pac. l. Imperatores. † Nec obstat, quod dicitur, Imperatori licere omnia, & ipsius esse vniuersa. 23. q. 8. conuenior. quia illa erat allegatio partis, vt ibi patet. Nec ob. 8. di. quo iure, vbi dicitur, q̃ iura humana Imperatorũ sunt, quia nõ solius Imperatoris, imò etiã Regũ, vt probatur statim in e. c. ibi per Imperatores, & Reges sęculi. ibi per iura Regũ possidentur pos-
12 sessiones. † Non obst. quod dicitur, quod habuit per electionem populi, & Principes per electionem assumuntur, vt apparet in Sau. 1. Reg. cap. 9. & 8. q. 1. Moy. & ibi no. quia non omnes Principes assumuntur per electionem, quia aliqui per successionem. 7. q. 1. denique. & ibi not. extra de sup. neg. præla. Grandi. lib. 5. & ibi per Inn. & Arch. Et posito quod de rigore iuris deberet eligi, nõ tamen illa iura probant, quod vnus populus possit eligere Principem, qui dominetur toti mundo: quia posito hoc, quod possit sibi eligere dominum, non tamen per hoc sequitur, quod possit alijs eligere dominum. Vnde potestates habuerunt ortum, vide in sum. col. 2. parte. c. 1. nec obst. quod dicitur, quod sub eo sunt omnes nationes. 11. q. 1. §. hoc si quis. quia illud est dictum Gratiani, qui refert Imperatorẽ Carolum sic dixisse. nec obst. illud, quod dicitur totius mundi obtinet monarchiam. 12. q. 2. facturam. nam ibi dicitur, quod Principes Romani, qui totius orbis monarchiam tenebant. & hoc non negatur, quin tenuerint, sed negatur, quod iustè te-
e nuerint. e nam & Persæ, & Syri & Græci tenuerunt, & tamen non sunt nunc domini. Nec omnis, qui tenet, est dominus, nec etiam possidens. C. de prob. l. cum res. & ibi not. Non obst. 11. q. 3. §. Imperatores. vbi videtur dicere, quod qui prœceptum Imperatoris contemnit,

contemnit, iudicium sibi acquirit, & inter hostes pœnam luit, & apud Deum frontem non habebit, quia non loquitur tantum in Imperatore, sed in alio quolibet Principe veritatem iubente. Et probatur per id, quod sequitur, qui facere voluerit, quod ei per cor Regis ipsa veritas iusserit. Cor enim Regis in manu Dei est, & vbi voluerit inclinabit illud, vt in epistola inter claras. & sic intelligitur c. qui resistit. &c. quæritur. non obst. c. per venerabilem. vbi dicitur, quod Rex Franciæ de facto non recognoscit superiorem, quia nec de facto, nec etiam de iure, vt patet per supradicta. Non obst. d. glo. quia eorum dicta, licet sint rationabilia, non sunt auctorizabilia. 9. distin. deniq. 11. quæst. 3. nolite, & ibi Archid. & quod no. ff. de of. præsid. sed licet, maxime quia subditi Imperatoris, vt apparet in Ioanne, qui erat Theutonicus, & alij Itali. Sed Hispani notauerunt contra 63. distin. Adria. & Vincen. & Io. de Deo. extra de dona. inter vir. & vxor. c. & si necesse.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Transtulit. *Adde. Videas Bart. in extrauag. Ad reprimendum. in ipso prin. in Gl. super ver. totius orbis. Dec. in c. Nouit, col. 4. de iu. Ang. notabiliter in §. sacræ. inst de re. di. super 1. gl. Anno (inquit Sex. Aurelius, victor in Octauia ni vita) vrbis conditæ 722. Ab exactis verò Regibus 480q3 mos Romæ repetitus vni prorsus parendi, pro Rege imperatori, vel sanctiori nomine Augusto appellato.*

b ¶ In dominum. *Primus Caligula diademate imposito Dominum se iussit appellari. Et post hunc Domitianus more Caligulæ Dominum se se Deumq3 dici coegit. Hæc idem Sex. in Caligula & Domitiani vita.*

c ¶ Et l. hostes. *Vide Alexand. in l. 1. col. 20. num. 80. ver. Capio Glo. super ver. Bello. de acqui. poss. & ibi Doct. in Additio. remissiuè.*

ADDITIO ANTIQVA.

d ¶ Imperium fuit à Deo constitutum. *Adde. Numquid imperiū processerit à Deo & ab Ecclesia. vide Ale. in cons. 24. inci. Ponderatis his. col. fin. ad fi. in 5. vol. & adde quod Imperator est dominus totius mundi respectu vniuersi non respectu rerum singularium personarum: nisi quo ad protectionē, vt no. gl. & Bat. in præm. ff. orum. in prin. & per Bar. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei ven. & in extrauag. ad reprimendam. in verbo totius orbis & Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscr. & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide cathol. sequitur Alex. in consil. 218. incip. in causa & lite, col. fi. ver. vnde videmus in 2. not. & nunquid duo possint esse simul Imperatores eodem tempore, vide omnino d. Ias. in l. licet Imperator. in 1. not. ff. de le. 1. vnum tamen non omitto, quod electus in Imperatorem si nondum est coronatus eius rescripta nō valent, vt firmat idem d. Ias. post alios, quos refert in l. quamuis. in 1. no. C. de inof. test. nec est Imperator ante coronationem, sed Rex Romanorū: vt expressè dicit Bart. in prima const. ffforum. ad fi. per tex. in c. venerabilem. de ele. & adde Saly. in l. deprecatio. & ibi dixi in apostil. ad ipsum. ff. ad l. Rho. de iactu. * Additio. Quod imperium dependeat ab Ecclesia, tenet Aret. in cons. 58. col. 2. Estq3 maxime notabile, & aduersus Old. decisionem in hoc consil. illud, quod Bar. ponit in l. Hostes in 2. col. de capt. & postli. reuer. dum inquit: Et forte, si quis diceret dominum Imperatorem non esse dominum, & monarchā totius orbis, esset hæreticus: quia diceret contrà determinationem Ecclesiæ, & contra tex. sancti Euange. Dantis etiam Florentini Poetæ auētoritas est contra Oldr. in sexto cantu Paradisi. Tamen vltra hæc omnia videatur Dyn. in c. 1. in princ. in 1. & 2. colum. de pac. iura. firma. tenen.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

e ¶ Tenuerint. *Adde & dic: Quos autē homines Romanos esse? Nempe pastores, qui latrocinio iustis dominis ademptum solum teneant: qui vxores, cum propter originis dehonestamēta nec inuenirent, vi publica rapuerint: qui deniq3 vrbem suam parricidio condiderint, murorumq3 fundamenta sanguine asperserint. Hæc in Romanos exprobauerunt Aetoli teste Iustino, lib. 28. Quæ mirifice totam Oldradi hic mentem complectuntur. Videri etiam potest in eiusdem Historiæ libro 38. oratio Mithridatis, qua in Romanos non lenius, quam Aetoli inuehitur.*

De maio. & obedien. vel de treu. & pace. Extraordi. ff. de Capti. & postli. reuer.

SVMMARIVM.

1 *Principes non recognoscentes dominum saltem de facto possunt sibi indicere bellum de iure fori: sed si vnus recognoscit superiorem, ille non potest sine auctoritate superioris indicere. Si verò alter, qui vult indicere, non recognoscit, debet petere à superiori alterius, vt faciat iustitiam de eo. & de iure poli consideratur causa, & voluntas.*

CONSILIVM LXX.

1 AN Principes non recognoscentes † dominum saltem de facto possint sibi bellum indicere, ita quod occupata per eos efficiantur sua, & homines serui? Dic, quod aut quærimus de iure fori, aut de iure poli: si de iure fori, videtur, quod sic, dici posset. aut nullus recognoscit superiorem, aut alter sic: si nullus, videtur, quod sic, quia nō est, per quem consequatur iustitiam. arg. C. de iudæ. l. nullus. ff. quæ in fra. cre. l. ait prętor. §. si debitorem. 23. q. 2. dominus. no. In. extra de rest. spo. omni.
a & ibi Host. nam & omnes de iure subsunt imperio. a & tamē qui se cōstituunt hostes imperij, possunt indicere bellum Imperatori, & quę occupant, sua sunt. ff. de capti. & postli. reuer. l. postliminium. & l. hostes. Si alter habet superiorem, & tunc, aut indicens bellum, aut alter: si indicens: non videtur, quod posit sine auctoritate superioris, vt not. Inno. in d. c. olim. facit C. vt armo. vsus. l. 1. li. 11. aut ille, cui indicitur: & tunc dominus eius videtur primò requirendus, vt faciat iustitiam: vt in d. cap. dominus. de iure poli credo considerari causam, & voluntatem, 24. quæst. 1. quid culpatur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Imperio. *Hæc ratio videtur aduersari præcedenti consilio. sed Oldradus in hoc loco potius aliorum sententiam refert, quam exprimat suam.*

De treug. & pace. extraordinarie. ff. de Capti. & postlim. reuersis.

SVMMARIVM.

1 *Bellum si sit iustum, Christianus potest sine peccato ad defensionem suam vti auxilio infidelium pro parte sua. cum num. seq.*

CON.

CONSILIVM LXXI.

1 NVnquid †Christianus possit sine pecca to ad defensionem suam vti auxilio, siue adiutorio infidelium? & videtur, quod sic. nam quod quis ob tutelam sui corporis fecerit, iure feciſſe existimatur. ff. de iusti. & iur. l. vt vim. maximè si se aliter tueri non potest. ff. ad l. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. vel si iustè timet, quod se aliter tueri non possit. eod. tit. l. si quis fumo. Inde est quod in periculo vitæ constituto ignoscitur, non solum si aggressorem occidat, sed etiam si alium etiam non socium. C. ad l. Cor. de sica. l. 2. & l. is, qui aggressorem. & ibi not. ar. ff. ad l. Aquil. quemadmodum. §. idem Labeo. & de incen. rui. & nau. l. 3. §. quod ait.
2 ar. ff. de bon. lib. qui cum maior. §. si libertus. † Ignoscendum enim est illi, qui qualitercunq; sanguinem suum redimere voluit. ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. l. 1. in fi. nec solum cum infidelibus, & dolosis possumus inimicos impugnare, sed per dolum. 22. q. 2. vtilem. & 23. q. 2. dominus. ff. de capti. & postli. re. l. nihil interest. nam & canes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ toleramus. 22. q. 4. quidam. exemplo Domini, qui cum malis quandoq; facit vindictam. 22. q. 5. §. hinc notandum. Nam sicut videmus econtra, quod in bello iusto fideles obediunt, & iuuant infideles. 11. q. 3. Iulianus. 23. q. 1. §. ordo. & ad defensionem fructuũ vtimur arte Mathematica. C. de Mathema. l. eorum. cum tamen sit vtroq; testamento prohibita. & Paulus, vt ad sui defensionem prouocaret Pharisæos, dixit se Pharisæum. Actuum 23. c. & petijt à præside milites, quorum auxilio seruaretur illæsus. 23. q. 4. §. sex. in fi. & c. Maximianus, & Macha. qui fuerunt viri sancti, & pugiles fidei, inierunt pactum cum Romanis, vt mutuò se iuuarent: vt 1. Mach. 8. c. & tamen Romani erant pagani: & Abraam confæderauit se cum Eschol, & eum secum duxit ad bellum: & tamen non erat de lege sua. Gen. 14. & Mach. 5. c. & tempore necessitatis communicamus excommunicatis. & Salomon ligna pro ædificando templo recepit ab infidelibus. ¶ In contrarium videtur illud Paral. 19. Impio prębes auxilium, & his, qui Dominum oderunt, ami-
a citia iungeris. *a* Et Rex Hierusalem fuit per Prophetam repræhensus, quia voluit se iuuare cum Regibus Israel. 37. & 23. q. 3. c. 1. & c. sex. & c. Maximianus. ¶ Sed ad primum respondetur, quod ibi bellum fuit iniustum. Et ad secundum, quod illi de Israel volebant inducere eos de Iudęa, & Hierusalem ad adorandum vitulos aureos. 23. q. 3. sex. & c. seq. & 23. dist. c. 1. Inter malos procuranda est diuisio, & dissensio. nam (vt dicit beatus Greg. in moralibus) sicut noxium est, si vnitas desit bonis: sic est pernicioſum, si nõ desit malis. peruersos quippe vnitas corroborat, dum concordat: & tanto magis incorrigibiles, quantò vnanimes facit. & ideo Paulus se Pharisæum dixit, & diuisio facta est inter Pharisæos, & Sadducæos, & liberationem consecutus est. Actuum 23. atq; ibi dicit glo. quod sicut vnitas bonorũ vtilis est, sic malorum vnitas semper bonis nociua est. Et propter tales Saluator Luc. 12. dicit, quod non venit pacem dare in terras, sed separationem, vnde Esaię 48. Dissolue colligationes impietatis, & fasciculos deprimentes. Atque etiam inter hostes discordias procurare sapientis est ducis: vt vult dicere Vegetius de re milit. in c. 10. & de hoc Isidorus in lib. 3. de sum. bo. c. 31. de malorum concordia.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Iungeris. *Adde quod sunt verba Iehu ad Iosaphat dicen-*

tis: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris: & iccirco iram quidem Domini mereberis, sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Deum.

De Iudæis, & Sarracenis.

SVMMARIVM.

1 *Bellum licitum est contra Sarracenos Hispaniæ, etiamsi velint viuere in pace, quia eorum terras possederunt Christiani.*
2 *Item Papa potest indicere, vel imponere decimã pro tanto pio opere.*
3 *Et quod dominium terrarum hodie non sit apudeos, & vnde venerunt Sarraceni. cum seq.*

CONSILIVM LXXII.

1 AN cõtra †Sarracenos Hispaniæ sit bel-
a lum licitum. *a* ¶ Et videtur, quod eis volentibus in pace, & quiete viuere nõ fit molestia inferẽda. C. de pag. l. Christianis. pro hoc, quod no. Inn. extra de voto. q. super his. quia nõ est quis compellendus ad fidẽ. extra de Iud. c. sicut. 23. q. 1. fidẽ. 45. di. de Iud. & c. qui sincera. 23. q. 4. c. pe. Et sic contra persequentes tantum videtur posse indici bellum. arg. 23. q. fi. dispar. Et pro hoc, quod dicit Apostolus ad Roma. vobis iam vltra bella non esse carnalia peragenda. 23. q. 1. Nisi. in fi. & ibi not. Archid. & Malachiæ 1. ab ortu, inquit, solis vsque ad occasum magnũ est nomen meum in gentibus, & in omni loco sanctificatus, & offertur nomini meo oblatio munda. & de hoc in Chronic. Ptolomæi in Prologo. & illud: Constitues eos Principes super omnem terram. Nec eorum potestas fuit arctata, vel limitata, sed dilatata, & ampliata. Et excesit ab ortu vsque ad occasum, & mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad finem orbis terrarum. Et illud: Filium, quem constituit hæredem vniuersorum. de hoc etiam Odof. in sermone natalis Domini. 15. fo. & ibi reges peccant in recipiendo ab eis tributum, & dando eis pacem. & in fo. 20. quod fortè per sexcentos annos oriens, & occidens seruierunt Christo vsque ad tempus Machometi. Sed quod contra Sarracenos illos bellum sit licitum, probatur sic: quia aut ipsi impugnãt Christianos, & tunc non est dubium: vt in c. dispar. Nam tunc licitum est vim vi repellere. Nam quod quis ad defensionem sui facit, iustè feciſſe æstimatur. de iusti. & iu. l. vt vim. & ad l. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. extra de sent. excomm. c. si verò. Aut ipsi non impugnant, & adhuc dico, quod bellum debet eis inferri, quia veriſimile est, quod quandocunque ipsi oportunitatem habebunt, oppugnabunt, & persequentur Christianos, & Ecclesiam. nam hæc videntur eis naturaliter ineſſe. Vnde dicit Magister in scholastica historia. 1. c. de fuga agni. quod illud, quod scribitur Gen. 16. De patre eorum Ismael, à quo ipsi descendunt. no. extra de Iudæos. & Sarra. c. & si Iudæos. scilicet manus eius contra omnes, & manus eorum contra eum, & è regione fratrum suorum figet tentoria: verificatur in Sarracenis, qui de genere suo descendunt. nam ipsi pugnant contra omnes, & omnes pugnant contra eos, & ideo licet modo sint in pace, quia fortè non vident se posse nocere, quia tamen veriſimile videtur, quod in futurum pacem perturbabunt, non est eis indulgendum. 23. q. 1. noli. in fi. Et præsuppoſito, quod nunc, & in futurum vellent omnem pacem; adhuc dico, quod bellum

lum est iustum, & licitum. † Nam tota illa prouincia Hispanię fuit Christianorum, & fuerunt ibi Ecclesię, monasteria & alia pia loca, vbi laudabatur, & colebatur Christus, & suberant sanctæ catholicæ Ecclesiæ, & isti Saraceni violenter occupauerunt ea, nos spoliando permissione diuina propter peccata nostra. 56. dist. si gens Anglorum. quæ licet pro maiori parte sit recuperata. vt not. 63. dist. Adrianus. adhuc tamen tenent partem, & sic cum nos agamus ad recuperationem patriæ, qua fumus per violentiam spoliati, licitum est bellum: vt in c. dispar. & hoc debet iudicari defensio, & non inuasio. ar. C. vnde vi. l. 1. quia quod quis ob defensionem suam facit, iustè fecisse æstimatur: vt in l. præalleg. scientiam. & hoc etiam tenuit Innoc. in c. quod super his. quod vbi terra fuerit aliquo tempore Christianorum, bellum sit licitũ.

3 † Ipse tamen magis strictè locutus est in materia ista. nam tenet quod iurisdictio, & dominium etiam possit hodie esse penes infideles. Host. tamen tenet contrarium. Et salua veritate videtur, quod opin. Hosti. sit verior. nam ratio Innoc. videtur habere locum in omni terra, quæ hodie à Saracenis possidetur. non enim est locus, vbi nomen Christi non fuerit laudatum, & cultum. Vnde de Apostolis legimus, quod in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. 19. dist. ita dominus. & ipse Salua tor dixit discipulis suis, Eritis mihi testes in omni Iudęa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. 40. dist. æstimat. & pro hoc. 21. distinct. in nouo. De Christo enim verificatur, quod omnes reges terræ adorabũt eum, & omnes gentes seruient ei. 23. q. 3. displicet. & ideo dicit Hosti. quod hodie non est iurisdictio, nec dominium, nec honor, nec potestas pœnes infideles: nam per aduentum Christi translata sunt in Christia nos. transfertur enim regnum de gente in gentem propter iniustitias suas. 23. quæstio. fi. c. si de rebus. omnia enim subiecta sunt Christo, oues, & boues, & pecora campi: vt habetur in Psalmo 8. vbi dicit glos. quod omnia dixit, quia nec cœlestia, nec terrena dimisit. arg. 19. distinct. si Romanorum. Per oues enim intelligimus Christianos, quorum in tempore Saluator dicit se esse pastorem, & fuit pastor bonus, quia animam suam posuit pro ouibus suis, Matthæi 10. & 23. quæst. 4. tres. Item personas has cõmisit Petro, & eius successoribus pascendas, & monendas, & ampliandas. 8. quæst. 1. in scripturis. Sed per boues & pecora campi intelligimus Saracenos, qui tanquam bestiæ ratione carentes relicto Deo vero colunt idola, & vide in frumento in verbo Saracenis. Et Saraceni ad literam vocantur bestiæ, quia & Ismael pater eorum vocatus est à Domino Onager. & fuit ratio: vt dicit Metodius, quia futurum erat, quòd qui de genere suo descenderent, omnem bestiarum rabiem superarent, & mansuetarum numerus conteretur ab eis. in sacris enim locis (dicit ipse.) Iugulabunt Sacerdotes, & ibidem cum mulieribus dormient, & ad sepulchra Sanctorum iumenta alligabunt. & hoc propter peccata Christianorum, vt hæc narrat magister in historia scholastica in prædicta figura Agar. Et verè omnem hanc sæuitiam permittente Deo ipsi exercuerunt in illa prouincia. argum. 6. quæst. 1. scisci. deantur commissæ, sunt tamen pedibus eius subiectæ, quòd ad dominium, & potestatem. Vndè de Ecclesia intelligitur illud, quod Abraam dicit Saræ vxori suæ conquerenti de illa maledicta ancilla, quæ eam contemnebat. Ecce inquit ancilla tua in manu tua, vtere ea vt libet. Genes. 16. per Saram enim ista sancta catholica Ecclesia significatur. Per Agar ancillam illa maledicta secta Machometti, quæ ab ea traxit originem. 23. quæst. 3. quando. & c. si Ecclesia. Vtatur ergo ista sancta Ecclesia, quæ per Saram significatur ista maledicta ancilla, vt fuit vsa illa beata Sara, eam affligendo, vt in prædicto c. si Ecclesia. Vtatur etiam, vt præcepit dominus, eijciendo, & expellendo eam, & filios eius ab hæreditate, & possessione, ne partem habeant cum filijs liberis. 22. quæst. 4. recurrat. & c. dixit Sara. & ca. dicat. Nam cum sint filij ancillæ, & sic serui (partus enim sequitur ventrem. ff. de statu homin. l. in seruorum) imò serui à domino reprobati. vt extra de Iudæ. c. si Iudæos. non sunt capaces iurisdictionis, dominij, vel honoris. ff. de iudic. l. cum prætor. & de arbit. l. parui. §. sed si seruum. & de acqui. re. do. liber homo. Et sic cum bellum istud tendat ad defensionem fidei, & recuperationem illius terræ, qua fuimus spoliati, & in qua colebatur Christus, & sic ad ampliationem fidei, & eiectionem istius maledictæ ancillæ, & filiorum eius, nullus venit in dubium, quin sit licitum. & ideo ista sancta Ecclesia, & predicatores nostri semper approbauerunt istam guerram inducendo, & hortando reges ad eam & concedendo illi multa subsidia spiritualia, & temporalia, nec sine causa, quia concilium generale videtur æquare meritò facientes guerram istam, & Hierosolimitanam: 23. quæst. fi. pessimam. in fi. & facit, quod

4 not. Archid. 23. quæst. 7. de rebus. † Et quod decimæ concedantur pro actu tam pio, facit, quia per hoc cõmunis vtilitas procuratur, tam clericorum, quam laicorum, & ecclesiarum: ergò non est inconueniens vt contribuant in onere, arg. ff. ad l. Rho. de iactu. l. 2. §. æquissimum. Item quia pro redemptione captiuorum etiam res Sacræ, & sanctæ debent vendi. C. de sac. ecc. l. sanciemus. 12. quæstio. 2. sicut. & c. aurum. Hoc autem agitur, vt redimantur captiui, & etiam ecclesiæ, quæ per eos tenentur occupatæ, & vt aliæ defendantur, in quibus melius est ante tempus occurrere, quam post, &c. C. quibus caus. in inte. resti. non est necess. l. fi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Bellum licitum. *Adde quod quamuis hoc consi. verum sit, & probandum contra Sarracenos specialiter, secus tamen est contra alios generaliter infideles: nisi contra illos, qui nobis impedimento sint, quominus ad Sarracenos possimus peruenire. Vnde talis conclusio in hac materia pro regula firmari debet. Infideles nec in personis, nec in rebus, siuè recta via, siuè obliqua, etiam principis autoritate mediante, à Christianis offendi debent. Fallit, vbi subest iusta causa. Et huius iustæ causæ duo inter cæteræ exempla adferri possunt. Sarraceni, eò quòd terram sacram nobis debitam, occupent, à nobis licitè offenduntur. Item Turcæ, eò quòd ire nos ad Sarracenos sine bello non permittant. Cæteræ omnes causæ nihilo magis iustæ sunt contra infideles, quam essent contra Christianos. Hæc eliciuntur ex commento Bart. ad l. Christianis. C. de paga. & Decij ad c. Quæ in Ecclesiarum. col. 9. num. 25. ver. secunda conclusio Abb. de constitu. Adde Diaz reg. 582. Est autem proximum huic consilio aliud consilium infra nu. 91. Item nu. 264. Et quoniam Turcæ his temporibus Sarracenis pulsis sacra terra ditionem detinent, nobis meritò sine vlla exceptione sunt hostes, atque aduersum illos bella nobis gerere prorsus licet.*

De pœnitentijs & remissionibus.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiarum literas si prælatus concessit pro opere, quod fit extra suam diœcesim sine licentia illius episcopi, in cuius diœcesi sit indulgentia, non prodest subdito concedentis.*

2 *Item de intellectu. c. nostro. de pœn. & remiss. & aliorum multorum iurium dicentium, quòd extrà territorium ius dicenti non paretur impunè, vel econuersò. cum numer. sequent.*

CONSILIVM LXXIII.

1 CVÆRITVR, † si prælatus concedit literas indulgentiarũ pro opere, quod fit extra suam diœcesi. absque licentia, vel consensu illius episcopi, in cuius diœcesi. fit opus: an talis indulgentia prosit subdito concedentis. ¶ Et videtur, quod sic: quia dare indulgentias quodammodo est de voluntaria iurisdictione, & talia possunt extrà territorium exerceri. ff. de adopt. emancipari. & de offic. procon. l. 2. Præterea hæc videtur donatio, quæ videtur posse extrà territorium exerceri: sicut dicimus in collatione beneficiorum, quę potest extrà territorium exerceri. ar. extrà de app. qua fronte. & not. Inno. extrà de offic. leg. nouit. Præterea est absolutio à pœna, quæ videtur posse extrà territorium fieri. ar. extrà de sent. excom. sacro. & d. c. nouit. Nam ista in quibus non vertit causæ cognitio, videtur, quod possint extrà territorium fieri, vel exerceri, cum per hoc non præiudicetur iudici, in cuius territorio fiunt. ar. eorum, quæ not. Innoc. in prælleg. c. nouit. & arg. C. de episco. & cler. l. omnes. §. si vero apparitor. & de offic. præfe. vrb. l. 2. Indè est, quod fertur sententia infrà territorium, & extrà mandatur executioni. ff. de re iu. l à diuo pio. in princ. & de bon. auto. iudi. poss. l. cùm vnus. §. penult. C. de iudic. properandum. §. finautem reus. & extrà de foro compet. Romana. §. contrahentes. Et sententia priuationis fertur de beneficio contrà subditum extra territorium existentem. extra de foro competent. cap. postulasti. 9. quæstio. 3. si quis à proprio. & 7. quæstio. 1. si quis presbyter. 32. quæstio. 5. præceptis, & videmus, quòd quis conuenitur in loco domicilij pro re, quæ est extrà. C. vbi in rem act. l. fin. & ff. de iudic. quod legatur. & l. si fideicommissum. Ista enim incorporalia vbiq; ius suum, & effectum extendunt. C. de præscripti. long. temp. l. fin. & videmus, quòd tutor in domicilio datus administrat bona extra territorium constituentis. ff. de excu. tu. l. propter litem. §. 1. & ibi not. licet contrarium notetur. C. eod. ti. l. non solum. §. qui testamento. de hoc. C. vbi petan. tuto. l. 1. Et ex decreto iudicis domicilij venduntur bona extrà territorium consistentia. ff. de reb. eorum, qui sub tut. vel cura. l. magis puto. §. illud. & ar. eorum, quæ notan. 17. quæst. 4. in venditionis, & quod not. Innocen. extrà de priuileg. cap. pastoralis, & circà hoc vide, quod not. Iaco. de Areti. C. de prædi. mi. l. si prædium. Et iste videtur actus conditionalis, si dederit, vel qui dederit.

2 ¶ † Nam relatiuum quis, vel qui adiectum verbo fu-
a turi temporis *a* addit conditionem. ff. de leg. 1. l. & itaque. Et in conditionalibus videtur, quod debeat attendi tempus conditionis: vt purificet actum. ff. de peri. & com. rei ven. quod si pendente. in prin. & qui po. in pig. ha. l. potior. Nam ibi notatur, vt finis trahatur ad principium. ff. de capti. & postlim. reuer. in bello. §. codicilli. Vt à primordio tituli posterior formetur euentus. C. de impo. lucra. descript. l. 1. libr. 10. Et idem videtur in loco, quod debeat attendi, vbi conditio fuit apposita, vel indulgentia concessa. ff. si cert. pet. l. vinum. vt si attendatur locus à quo, & non in quem. ar. ff. de cond. instit. l. institutio talis. de hæred. instit. l. asse toto. & de condi. & demon. si ita scripsero. ar. ff. de ad. tu. l. Titium. §. tutores. & l. tutores. §. rerum. Pro hoc illud generale, initium

b spectandum: *b* de quo extrà de elect. dudum. & ff. de
mino. l. 3. §. Seio. Præterea istæ indulgentiæ sunt de foro pœnitentiæ: quia per eas fit remissio pœnitentiæ: vt in d. c. cum ex eo. & ideo de his tractatur in titu. de pœnit. & remis. Et in his, quæ sunt in foro pœnitentiæ non consideramus locum, vbi actus fit, sed consideramus, quis est prelatus illius. Et ideo dicitur, quod ratione delicti non sortitur quis forum pœnitentiæ: not. Io. 16. q. 1. c. 1. & dicit Host. quod presbyter potest extrà suam parochiam audire subditum suum in summa. de pœnit. §. cui. Præterea, licet quis prohibeatur immittere falcẽ in messem alienam. scilicet vsurpando iurisdictionem, tamen bene potest spicas manu conterere. id est, animas à vitijs purgare, & conuertere, id est, Ecclesiæ incorporare, vt exponit Archi. 6. q. 3. scriptum. Per indulgentias enim non videtur aliquid iurisdictionis vsurpare, sed animam à vitijs purgare.

3 ¶ † In contrarium videtur: quod talis indulgentia non prosit, quia extrà territorium est. ff. de offi. prefi. l. 3. & de iurisdict. om. iudi. l. fi. & videtur casus in c. vt animarum. extrà de const. lib. 6. vbi sententia lata intra territorium non ligat subditum actum extrà territorium exercentem: locus enim, vbi actus sumit effectum, debet considerari, arg. ff. de offic. prefe. vrb. l. fi. de actio. & obligat. l. contraxisse. & de bon. auto. iud. poss. l. 2. notatur. ff. de iud. l. 2. §. 2. Item & tempus attenditur, in quo actus confirmatur. ff. de do. inter vir. & vxo. l. quia in id tempus. & C. de donat. ante nupt. l. quod sponsa. & de hæred. institu. in tempus. & de manu. test. l. scio. C. ad leg. fauiam de pla. in fuga. extrà de re iudi. abbate. lib. 6. C. de manu. test. l. ff. de testa. mi. l. si quis alium. si. ff. ad mace. l. si filius. §. fi. ff. de fun. instr. l. cum quidam. de arbit. si cum dies. §. intra. de iurisd. om. iu. l. eum. & locus, & tempus pa-
c ribus passibus ambulant. *c* ff. si cert. pe. l. vinum. & de
triti. l. fi. Præterea quo ad iurisdictionem æqualiter prohibetur excessus, quo ad rem, sicut quòad locum: vt in l. extrà territorium. arg. instit. de act. §. plus. & extrà de plus pet. c. 1. Sed qui extenditur in re, nihil agit, etiam in indulgentia: vt expressè habetur in c. accendentibus. de excess. præla. vbi Abba. excelebat concedendo indulgentias: & sic nec per consequens potest quò ad locum, cum vterque excessus æqualiter

4 prohibeatur. † Præterea id videtur præsupponere. c.
quod autem. extra de pœn. & rem. si ratio. c. attendatur: quia dicit, quod non subdito non potest dari indulgentia. Et ratio est: quia qui non potest ligare, vel absoluere, non potest indulgentiam concedere: non enim minus concernenda est ratio, quam lex. ff. de iu re pa. l. adigere. §. quamuis. lex enim rationem ipsam commendat. 1. distinctio. consuetudo. Et ratio etiam arctat, & extendit. l. ff. de calum. l. & quia. & de leg. 2. cum pater. §. dulcissimis. Et ideò excommunicatus, vel hæreticus non potest indulgentias concedere, quia non potest ligare. argument. 23. quæstion. 1. concedere. Imò facilius & leuius esse videtur ligare, quam indulgentias concedere. vt de pœni. distinct. 1. verbum. sed extrà territorium non potest subditus ligari, vt in cap. vt animarum. ergò nec indulgentias concedere. Nam non subditum possum ligare, si delinquat infrà territorium meum. de rapto. cap. 1. & de sentent. excom. nupt. 6. quæst. 3. placuit. & tamen non possum illi indulgentias concedere, quantumcunque actum meritorium in mea diœcesi exerceat. de pœni. & remis. c. quod autem. & ideo possem ficargui. qui non potest quod est facilius, & leuius, non poterit, quod est difficilius, & grauius, sic arguit text. ff. de sena. l. qui indignus. & de sent. excom. prolorum. sed ligare extrà territorium est facilius, & leuius, vt dixi. & tamen non poterit extrà territorium

vt in 6. vt

vt in c. vt animarum. ergò nec indulgentias concedere, quod est difficilius, & grauius. ¶ Præterea prohibetur prælatis, ne ad alienam diœcesim, vel possessionem accedant: & sic tria principaliter interdicuntur, scilicet iudicare, ordinare, vel aliquid de reb. ad alium spectantibus disponere. 9. quæst. 2. *d* nullus. 7. quæst. 3. scriptum. Sed si est dubium quod Ecclesia, & alia pia loca infrà diœcesim suam constituta ad episcopi diœcesis dispositionem spectant. 16. q. 7. omnes basilicæ. Non ergò de eis disponere debet, eis pro fabrica, vel similibus indulgentias concedendo, alius episcopus, in cuius diœcesi non sunt. & ideo volunt iura, quod non celebret, vel prædicet, nisi inuitatus. 7. quæst. 1. episcopi. & presbyte. & 6. quæst. 3. scriptum. pro hoc videtur facere extrà de pœ. & remiss. nostro. vbi permittit Archiepiscopo, quod possit per prouinciam concedere: & sic extrà videtur quodam modo denegare. ff. de iudi. cum prætor. & de præsum. non-nè. sumendo arg. à contrario sensu, *e* quod est validissimum in iure. ff. de offic. eius, cui man. est iurisd. l. 1. sed ad hoc respondebatur, quod c. istud non faciebat causam dubitationis, quæ fuerat: nam subditis poterat concedere: non subdito non poterat: dubitabatur, an posset concedere prouinciali: quia non est simpliciter subditus: sed quò ad quid. extrà de foro competen. Romana. libr. 6. & Papa respondet, quod sic. Et sic ca. istud non intendit aliquid disponere de loco, sed de personis. Sed iste intellectus non congruit literæ: quia nec per verba, quærentis, nec etiam respondentis possumus aliquid colligere de persona, sed de loco tantum. & ideo non est recedendū à propria significatione verborum. ff. de leg. 3. non aliter. maximè vbi verba possunt habere proprium, & satis per suas diœceses concedere. modò Arthiepiscopus dubitabat: an secundum illam formam posset per prouinciam concedere: quia in prouincia non est iudex immediatus, sed mediatus. Vndè quæritur, an possit per prouinciam concedere literas remissionis? Et Papa respondet repetendo verba quæstionis, quod talis literas poterit liberè per suam prouinciam concedere, & sic de loco disposuit, & non de personis: & iste intellectus congruit literæ, quod possit per prouinciam, non autem extra. † Sed remanet dubium: an istæ literæ concessæ pro opere, quod fit extra prouinciam, cum subditi habeant indulgentiam, dicantur concedi per prouinciam, vel extrà. Et si dicamus, quod istæ literæ concedantur personis, erunt per prouinciam. Si dicamus, quod loco, erunt extra. sed videtur, quod loco. Nam istæ rem atribuunt causæ proximæ, & non remotæ. ff. de condi. ob. tur. cau. l. pe. & de exce. rei iudi. cum hoc. no. gl. ff. re. amo. quæ fuit causa proxima, & principalis concessionis istarum literarum. Et certè fauor Ecclesiæ, si non haberet Ecclesia, vel alius pius locus, vnde fabricaretur, vel sustentaretur, vel si ideò concessæ sunt literæ, vt ille locus per frequentiam populi amplius honoretur: vt dicit ca. antiquorum quod fuit extrauag. Bonifacij: qui loquitur in basilica apostoli. sibi ergo debent attribui istæ literæ: & ideo dicit lex, quod litera, quæ mea causa facta est, mea quodammodo esse videtur. Cùm ergo ista litera principaliter causa Ecclesiæ sit concessa sua esse videtur. ff. de eden. prætor. in princ. imò etiam quò ad dominium est, quia charta erat sua, & litera cedit chartæ. ff. de acquir. rerum don. l. qua ratione. §. literæ. insti. de re. di. §. literæ. Vel si non erat sua, sed soluit notario, vt communiter fit, adhuc fit sua. C. de exhib. re. l. fina. & ibi not. & de condi. causa da. l. dissolutæ. & de sol. l. fin. Et per ea dantur actiones, quæ competunt domino, scilicet ad exhibendum. ff. ad exhi. l. 3. §. interdum. ff. de rei ven. l. in rem. §. 1. Non ob. quod dicitur, quod locus non est capax indulgentiarum, sed personæ: quia quò ad omnes, vt nos videamus, cui conceduntur literę, non curo, quis consequatur indulgentiam, vel quis sit capax indulgentiarum: sed sufficit mihi, quod locus sit capax illius causæ, propter quam principaliter literæ sunt concessæ. scilicet illius eleemosynæ, quæ datur, vel illius honoris. Et ideo dicit lex, quòd illud, quod ob honorem ciuitatis legatur ciuitati, relinquitur de illo, qui legauit prandiū illis, qui facerent ludos certos in ciuitate Romana, sed ciuitas non erat capax illius legati: quia non comedit, nec bibit, sed ludentes tantum: quia tamen est capax illius honoris, quæ fuit principalis proxima causa legati, dicitur legatum ciuitati: vt ff. de leg. 1. ciuitatibus. & de hoc possent inueniri multa exempla in iure. Nam sicut hic fit remissio pœnæ spiritualis per istam indulgentiam: sic quandoque fit per indulgentiam, vel priuilegium remissio pœnæ temporalis. Nam si aliquis delinquit, & fugit ad Ecclesiam, est immunis: & tamen Ecclesia non est capax istius indulgentiæ: & quia non potest suspendi, vel fustigari, & tamen priuilegium, & immunitas est Ecclesiæ. de immunitate Ecclesiarum: per totum. & maximè in rubri. quia in honorem Ecclesiæ principaliter est concessum. Item conceditur priuilegium, quòd clerici alicuius Ecclesiæ non possint excommunicari. Ecclesia tamen non est capax istius priuilegij: quia non potest excommunicari, & tamen priuilegium Ecclesiæ est, quia propter honorem Ecclesiæ principaliter est concessum. extrà de priuileg. cum capella. & c. quoniam. de verbor. signifi. ca. pen. lib. 6. Nonnè tota die hoc faciunt Principes? quia vt inducant homines ad morandum in aliquo loco, concedunt indulgentias, & immunitates, ne soluant tributa, & tamen priuilegium est ciuitatis. ff. de censi. l. 1. Et sic, cum istæ literæ principaliter concedantur loco, extra prouinciam non valebunt, & quia priuilegium non potest dari loco non subdito. Nam priuilegium est lex specialis, vel priuata, quasi in subditorum priuatam vtilitatem lata. 3. distincti. priuilegia. 25. quæstio. 1. §. fi. differt ergo à litera communi, sicut species à suo genere. Sed non est dubium: quod per legem non potest quis locum sibi non subditum includere. C. de sum. Tri. & fide catholi. l. 1. in princ. & ff. de cap. & postlim. reuer. l. postliminium
f in fin. ergò nec priuilegium. *f* † A quo enim remo-
6 uetur genus, & quælibet eius species. ff. de dona. filius. in fin. & insti. de succes. cog. §. penulti. & ideo dicit Hosti. in sum. de priuile. §. cui. quòd ille potest priuilegium concedere, qui in casu illo potest legem cōdere. & ideo dicunt iura, quod princeps non potest per legem, vel priuilegium Ecclesiam includere, etiamsi sit in fauorem Ecclesiæ, nisi sit per Ecclesiam recepta, vel etiam reprobata. extra de constit. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. 96. distinctio. bene quidem. not. Innocen. in ca. auditis. extrà de in inte. restit. non ob. quod dicitur, quod dare indulgentiam, est de voluntaria iurisdictione: Quia hoc nō videtur verum: quia tunc posset inter non subditos exerceri: vt in dictis legibus habetur, quod tamen negat. cap. quod autem. Præterea ca. quod autem. requirit in dante indulgentias, quod possit ligare, qui est actus in inuitum. arg. 5. quæstio. 1. non omnes. 6. distin. sed pensandum. & tales sunt de concedentis iurisdictione. arg. ff. de verb. oblig. inter stipulantem. §. 1. Non ob.

quod dicitur, quod in his, quibus actus iurisdictionis non exercetur, non præiudicatur illi episcopo, & sic videtur, quod possit in aliena diœcesi fieri: quia ordinare non est actus iurisdictionis, & tamen subditum meum non possum in aliena iurisdictione ordinare. extrà de vsu pal. ca. ex tuarum. & quia, vt dictum est, non solum iudicium est prohibitum imò & dispositio de rebus alienis: quod esset hic: & licet mandetur sententia executioni in bonis extrà territorium, hoc tamen fit per iudicem illius prouinciæ, non, vt dicunt dicta iura, & sic fit de consensu suo, quod hic non negatur posse fieri. ar. extrà de for. compet. ca. 1. in cle. & de re iud. c. pastoralis. Et sic in loco domicilij conuenitur pro re, quæ est extra, tamen extrà mandabitur executioni, nisi per illum iudicem, qui est ibi. † Non ob. quod dicitur, quod indulgentiæ sunt de foro pœnitentiæ: quia duplex est indulgentia. Vna specialis, quæ datur à presbytero, cui commissum est secundum varios modos prouidere peccatori, & ista est de foro pœnitentiæ. Et ideo non posset concedi, nisi à presbytero: quia alius non habet claues. de pœnit. distinct. 1. multiplex. & c. verbum. Alia est generalis, quæ datur ab episcopis: & ista non est de foro pœnitentiæ, sed de lege iurisdictionis: vt in ca accedentibus. extra de excess. prælat. vbi dicit, quod est episcopalis dignitatis, & iurisdictionis, non dicit ordinis. & ideo dicit beatus Thom. & omnes Doctor. dicunt, quod clerici, & diaconi possunt eas concedere, quia possunt exercere ea, quæ sunt episcopalis di-
8 gnitatis. extrà de elect. cap. transmissam. † Præterea dicere, quod ea, quæ sunt de foro pœnitentiæ possunt extrà territorium exerceri, licet hoc dicat Hostiens. non reputo bene clarum, vel expeditum: quia ipse non probat, nisi quia sunt de voluntaria iurisdictione, & ad hoc responsum est suprà. & facit. eod. titu. cui ius. & ideo Arichidia. de pœnis. distinct. 6. c. placuit. recitat opin. Hostiens. & in fin. dicit, quod per cap. super cathedram ne se. lib. 6. in cle. ibi extrà ciuitates, vbi prædicatores constituti secundum formam illius decretalis sunt, quò ad audiendas confessiones, quasi curati, & tamen extrà eundem locum non possunt homines illius loci audire. sed. G. de modo. Iau. respondet, quod fratres sunt delegati presbyteri ordinarij. sed ista ratio non bene sedet in animo meo, quia sicut delegatus habet locum, in quo constituitur pro territorio. extrà de rescript. ca. statutum. §. in nullo. sic presbyter suam parochiam, & episcopus suam diœcesim. imo magis deberet hoc posse delegatus, cùm representet personam illius, cuius totus mundus est territorium, vt est Papa, vel imperator. Non ob. l. asse. cum si. quia in codicillis nihil datur, sed quod datum est in testamento, declaratur.
9 † Et non inspicimus tempus, nec locum declarationis: quia qui declarat non dat. ff. de acqui. re. dom. adeò. §. cum quis de testa. hæredes palam. §. sed si notam facit. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. & quod ibi not. Cyn. & C. de codic. l. sinè. extrà de appel. c. nouit. Non ob. quod dicitur de actu conditionali: quia istud est de fictione iuris: sicut in §. codicilli. in l. in bello. de cap. & postlim. reuer. Fictio autem in spiritualibus non præiudicat veritati. vndè de fictione iuris iudicata pro veritate accipiuntur: non tamen in temporalibus. 35. quæst. 9. his ita & ibi no. & quod not. Archi. extra de voto. c. 1. lib. 6. ar. extra
g de capel. mo. c. præterea. g

b ¶ Spectandum. *Adde not. initium spectandum: Est enim potentissima pars cuiusque rei. l. 1. de orig. iu.*

c ¶ Ad locum. *Adde quòd locus, & tempus paribus passibus ambulant. Hinc consequens est, vt iudicis arbitrio dimittatur, quando locus dicatur vicinus, & quando remotus: sicut de longo, & de breui tempore dicitur. Gl. & Bartol in l. 4. §. si tam vicinum. de dam. infe. Text. in c. Nonnulli de rescript. & in c. Præsenti. §. loca, de præben. in 6. Gl. in c. fin. in ver. vicinarum. de pœn. eod. li. 6. Alexand. consil. 57. colum. 2. numer. 6. volum. 3. idemq; posthea censuit alibi agrum Mediolanensem, & Veronensem respectu Imolensis esse remotos, quam sententiam ipse existimo conuenire cum text. in d. c. Nonnulli in princ. dum ibi concluditur eum locum dici remotum, qui distat vltra duas dietas vulgares. Vide eundem Alexand. in consil. 172. in 6. volu. Spec. de expen. §. fexto. numer. 18. Et hoc vota circà locum, quia non alibi ita congesta reperies. Et ego alias in facto plurimum laboraui, vt inducerem iudicem ad arbitrandum, quòd Bergomi ciuitas respectu Corrigij oppidi esset locus longinquus. Nec potui obtinere in secunda instantia. obtineram tamen in prima. Et item obtinui in tertia. Et credo me obtinuisse maximè propter illud consil. Alexandr. 172. vol. 6. circà tempus, quòd dimittatur arbitrio iudicis, quando dicendum sit longum, habemus Ang. Instit. de vsucap. in princ. colum. pen. in gloss. quæ est in ver. Idem glo. & Bart. in l. si finita. §. Non autem. de dam. inf.*

d ¶ Quæst. 2. *Tria capitula in ea q. incipiunt, Nullus. sed duo priora faciunt.*

e ¶ A contrario consensu. *Adde quod Arg. à contrario sensu validissimũ est in iure. Nec habet locum ex sola mente, sed etiam ex proprietate verborum: Quicquid Doct. alterentur in d. l. 1. de off. eius. Et pro hoc ego, vsq; dam scholaris Bononiæ agerem, consueui ponderare text. à nemine antea animaduersum, neque in hoc articulo (quod mihi constet) allegatum in l. Iurisgentium. §. Prætor ait. iuncto. §. Dolo malo. ff. de pac. Prætor (inquit Text.) ait. Pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, &c. facta erunt, seruabo. Deinde subiungitur. Quomodo malo, ait Prætor, pactum se non seruaturum. Quomodo quæso posset Tex. esse magis apertus? Aut quis obijcere vellit Vlpiano, quòd Prætoris verba verè, ac proprie non sumat? Is nempè inquit. Ait prætor. Non autem: colligitur ex mente prætoris. Amplius autem dico ex sententia præceptoris Alciati. de verb. sig. lib. 2. quòd argumentum huiusmodi non ex verbis solùm, sed etiam ex mente sumendum est, ad hoc vt teneat. Quod notatu dignum est, & quando tale arg. in statutis sumi possit, vel non, Rom. latè, & egregiè tradit in consi. 399.*

f ¶ Priuilegium. *Adde quòd Arg. à priuilegio ad legem valet, tanquam à specie ad genus: quia priuilegium lex est priuata. & circa hunc modum argumentandi concludere quòd à specie ad genus, valet argumentum affirmatiuè tantum. A genere ad speciem negatiuè tantum. & non econuerso. vt homo est, ergò animal. Item non est animal, ergò neque homo. At non valeret: non est homo, igitur neque animal. Sunt enim plures species animalium. Nec item valeret. Est animal, igitur est homo. Vide Docto. & Ange. præsertim in §. Plebiscitum. Instit. de iu. nat. gen. & ciuil.*

g ¶ Præterea. *Adde omnino videndum Beluisium in rep. s. 1. §. contrahentes. in vlt. chartis. de for. comp. lib. 6. vbi has ipsas quæstiones Oldradi latissimè examinat.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Temporis. *De isto relatiuo iunge hic, quæ not. infra consil. 126. col. 2.*

De sortilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Alchimista non peccat, nec alchimia est ars prohibita: Dummodo Alchimistæ hanc virtutem tribuant Deo.*

CON-

CONSILIVM LXXIIII.

1 a IN alchimista † peccet, vel alchimia sit ars prohibita? *a* Et videtur, quod sic. & quod ars alchimiæ sit prohibita. facit: quod dicit tex. 26. q. 1. c. Episcopi, quod quisquis credit posse fieri aliquã creaturam, aut in melius mutari, aut transferri in aliam speciem, aut in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, infidelis est, & pagano deterior. Præterea isti alchimistæ sunt multa dicentes, & ad veritatem scientiæ nunquam peruenientes. 25. q. 5. nec mirum. & sic dant occasionem multis deceptionibus. Nec est scientia, quæ ducat ad pietatem, vt consueuit dici in Aurora. ar. 27. distin. si quis. & not. Inno. extra de sortilegia. ar. 27. distin. si quis. & not. Inno. extra de sorti. c. qui. non enim posset fieri sine auri decoctione, quæ videtur à iure prohibita. C. de auri publici perfe. l. 1. lib. 10. ¶ In contrarium videtur, quod isti, qui flanno, vel plumbo, vel alio vili metallo producunt aurum, vel argentum, dum tamen hoc non faciant per artem magicam, vel aliam legibus odiosam: vt dicit lex. C. de thesau. l. 1. lib. 10. non sunt reprehendendi, sed potius laudandi. isti sunt metallarij, qui labore proprio sibi, & reipublicæ commoda comparant. C. de metal. l. 1. lib. 11. & iura propter publicam vtilitatem, quæ ex eorum officio videtur resultare, fauent eis. nam possunt inuito domino ingredi fundum alienum ad metallum inquirendum. C. de metalla. l. 2. & l. quosdam. & ibi not. quod alias non liceret. ff. de acquiren. re. do. l. 3. & C. de thesau. l. 1. lib. 10. Nec ipsi dicunt vnam speciem mutari in aliam, vt eis imponitur, quia hoc non est possibile: sed dicunt, quod ex vna specie metalli, scilicet, flanno potest alia species metalli, scilicet, aurum produci. Nec hoc est inconueniens: nam & videmus, quod quandoque ex re mortua producitur viua, vt vide- b mus in vermibus, ex quibus producitur sericum, *b* & alijs pluribus. & ex herba producitur vitrum. Multo magis ex metallis, in quibus est maior conuenientia, & similitudo. Nam, vt ipsi tradunt, & habetur in libro de proprietatibus rerum, in c. de alchimia. omnia metalla procedunt ex eodem principio, scilicet ex sulfure, & argento viuo, sed ex virtute elementorum quidam habent maiorem influentiam in vno loco, quam in alio, in vna mineria fit flannum, in alia argentum, in alia aurum, & sic de alijs. Cum ergo ars imitetur naturam. ar. ff. de adopt. l. si adoptio. non videtur isti alchimistæ peccare, si per virtutem istam, quæ est in herbis, vel lapidibus, vel elementis, volunt de flanno facere argentum. Nam cum sint quasi ex eodem principio, & similia, in habentibus symbolum facilior est transitus. instit. quib. mo. toll. obl. §. 1. Multæ enim sunt virtutes insitæ herbis, & lapidibus. 26. q. 5. c. fin. Insunt enim, vt dicit beatus Aug. rebus corporeis per omnia elementa quædam occultæ seminariæ rationes, quibus, cum data fuerit opportunitas temporalis, & causalis, prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus. 26. quæstio. 5. nec mirum, circa fin. Si ergo ipsi hoc attribuunt Deo, non videntur peccare. Præterea video, quod non est magna pœna in eo, qui dat, siue obligat æs pro auro, etiam scienter. ff. de pign. act. l. 1. & de crimin. stellio. l. 2.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

2 ¶ Prohibita. *Pete And. de Iser. & Bald. in c. 1. Quæ sint rega.*

b ¶ Sericum. *Adde vt videre est apud Vidam de Bomby.*

De offic. ordina. & de side instrumentor. Extraordin. C. de tabel. libro decimo.

SVMMARIVM.

1 *Notarium creare potest quilibet Episcopus, vel ordinarius infra suum territorium.*

2 *Notariatus est vile officium, & non dignitas.*

CONSILIVM LXXV.

1 a QVIS possit † creare notarium, *a* dicit Innoc. extra de fide instru. cap. cum P. quod Papa, & Imperator, & non alius: quia vsus tabellionum ab eis fuit inuentus, & approbatus. Et nusquam inuenies, quod alius possit, ergo non est ab alijs præsumendum. extra de transla. præla. cap. inter corporalia. Item quod credatur pelli animalis mortui, hoc est contra ius commune, & quodammodo contra ius naturale. Sed contra ius non licet alicui facere, nisi Principi. argumen. ff. de legi. l. Princeps. pro eo facit, licet non alleget. C. de nume. & actua. l. actuarios. lib. 12. in auth. de tabell. §. si verò. ibi tabellio, qui auctoritatem habet à nobis. col. 4. Videtur tamen, quod alij Reges, qui supremum habent imperium, hoc possint. extra qui filij sint legit. per venerabilem. Vel qui habent ex priuilegio, & consuetudine. ar. de emancip. lib. 1. & extra de priuil. accedentibus. in auth. de non alien. §. ad hoc. & de tabel. §. vt in auth. in princ. sed Host. in prædicto c. cum P. & in sum. eod. tit. §. quibus. & ne cle. vel mo. §. quæ sunt permissa. ver. quid igitur, tenet, quod quilibet Episcopus, vel ordinarius infra suam diœcesim possit. 10. quæst. 1. regenda. 12. q. 1. Episcopus. & c. præcipimus. Et quia hæc potest consuetudo, quæ firmatur in tacito consensu populi. ff. de legi. de quibus. ergo expressè poterit. Spec. in tit. de instru. edi. §. restat. versi. sed quis recitat opiniones, & non eligit. salua veritate crederem opinionem Host. veriorem, & magis consonam iuri. Nam generali lege sancitum est, vt in singulis prouincijs, & diœcesibus tabellarij ordinentur. C. de tabellarijs. l. generali. lib. 10. & tamen Princeps non statuit, per quem, nec sibi hoc retinuit. Vnde Rectoribus prouinciarum commisisse videtur. ff. de offic. præsid. l. 1. §. cum vrbem. ar. extra de sent. excomm. nuper. & cum hoc non sit de iure prohibitum, videtur concessum, cum non sit de prohibitorijs. ff. ex quib. cau. maio. necnon. §. 1. Maximæ enim causæ, & collatio supremarum dignitatum Papæ, & Principi reseruãtur, vt extra de transl. prælato. cap. 1. de excess. prælat. sicut vnire. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. 1. sed non inferiorum.

2 † Notariatus autem non est dignitas *b* quod patet, b quia libertus potest esse notarius. C. de seruis reipublicæ manu. l. fin. & tamen non potest dignitatem habere. C. ad l. Iulia. maiest. l. 1. imò notariatus est vile officium, & ideo Decurio prohibetur esse tabellio. C. de decu. l. vniuersos. lib. 10. & ibi not. & de lega. l. 3. lib. 10. Quod apparet etiam ex nomine, quia seruus reipublicæ appellatur. C. de adop. valet enim arg. ex nomine instit. de dona. §. est & aliud. nec est verisimile, quod Princeps ita vile officium sibi retinuisset, maximè in prouincijs ita remotis. Imò lex dicit, quod per ordinarium compellitur istud officium assumere. C. ne libertus actum reipublicæ. l. 1. li. 10. & ibi no. Et si delinquunt, eos ordinarij puniant & destituant. C. de sac. san. ec. l. iubemus. §. his tabel-

lionibus. Et tamen si eos non possunt punire, & destituere. C. de off. præfec. vigi. l. 2. in auth. de defen. ci. §. in biennio. col. 3. Et à iudicibus videtur recipere auctoritatem: nam & de mãdato eis stipulantur, & non alias. ff. rem pupil. sal. fo. l. 3. Et protocollum vnius notarij mortui cõmittitur alteri. extra de fide instr. c. cum P. & extra de fo. compe. Romana. §. clericos. Non obst. l. actuarios. quia illud officium proponebatur pecunijs recipiẽdis, vbi cautius agitur, nec cuilibet personæ committitur. arg. ff. de sol. l. hoc iure. & not. ff. de procu. l. qui proprio. §. qui alieno. Non obst. auth. de tabel. §. vt autem. quia localis est. Et loquitur de autoritate, quam ibi statim concesserat, quod posset delegare.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Creare notarium. *Huius cons. verba habentur eadem ferè in addi. Io. And. ad Spec. de instru. edi. §. Restat. col. 7. in verbo, igitur. Vide Spec. de Procur. §. Ratione autem formæ constitutionis. versi. Non enim fit. Boer. Decis. 50. in pen. char. par. 1.*

b ¶ Dignitas. *Oldradum hic sequitur Dec. in l. vnica in fi. C. de mand. prin. addens, quod Spurius potest esse notarius, ex quo non est dignitas, nisi vellet esse notarius ad bancum, quo casu prohibetur. Sunt etiam (vt idem Doctor inquit) duo casus, in quibus notariatus est dignitas. Vnus specialis, cum quis notarius est Principis. Alter generalis, cum creatus est simul notarius, & ordinarius Iudex. In hac materia loquitur Bart. consi. 77. Quæritur, an notarius. Dec. consil. 40. in 1. volum.*

De pœnitentijs, & remissionibus.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiam si quis iusto errore ductus, & deceptus credidit veram, & ideo dedit falso quæstori eleemosynam, non consequitur eam. Et Deus cor interrogat, &c. scilicet quo ad hoc, vt actus sit bonus, vel malus: sed non ad hoc, vt sit meritorius. cum num. seq.*

CONSILIVM LXXVI.

2 QVÆRITVR † de illo, qui iusto errore ductus, & deceptus credens indulgentiam veram dedit falso quæstori eleemosynam, an consequatur eam? Et videtur, quod error probabilis eum excusat. argum. ff. de offic. præsi. Barbarius. C. de sent. & interlo. omn. iudi. l. 2. extra de iure pa. consultationibus. de cau. pos. & proprie. cum olim. & de elec. nihil. cum sim. Communis enim opin. præfertur veritati. ff. de suppel. leg. l. Labeo. & de acqui. hære. cum quidam. §. quod dicitur. cum si. extra de bigamis. nuper cum illa parte generalis, seu communis opin. præfertur veritati. Pro hoc extra de presbytero non bap. c. veniens. quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex intẽtione, & corde. 22. q. 5. qui
3 periurare. † Cor enim interrogat, & non manum. 14. q. 5. si quid. Et non tantũ considerat, quæ fiunt: quantum quo animo fiunt. 16. q. 6. si à sacerdotibus. & dicit beatus Isidorus, quod ex intentione aut probatur bonum, aut probatur indignum. & Ambrosius: vbi non adest intẽtio operi, nec dicitur meritorium, nec demeritorium. & Beda: ex merito intentionis discernuntur opera, an sint lucis, vel tenebrarum. & glo. Matth. 12. thesaurus est cordis intentio, ex qua Deus iudicat opera. Voluntate enim & proposito maleficia distinguuntur. ff. de fur. l. qui iniuriæ. extra de senten. excom. cum voluntate. Pro hoc facit, quod ista communis opin. nulli præiudicat, imò prodest. Et ideo non est mirum, quia fauorabilis, si præiudicat veritati: vt dicunt Docto. in sol. Brocardicorum. & not. Iac. de Are. in l. barbarius. ¶ † In contrarium
4 facit: quia veritas opinioni præfertur. insti. de leg. §. si rem. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorat. & de manumissis vindicta. si pater. C. plus valere quod agitur. in rubro, & nigro: cum alia parte Bro. 8. dist. veritate. & c. consuetudo. extra qui filij sint leg. per tuas 2. Maxime in spiritualibus, vbi non opinioni, imò solutioni iuris præponitur, quæ est maioris potentiæ, & virtutis. 35. q. 9. §. his ita. & no. expressè Archid. de voto, & voti redem. c. 1. lib. 6. & de offic. delecum plures. pro hoc ff. de iureiu. l. iusiurandum, quod ex conuen. §. 1. ar. extra de elec. dudum. & de pœ. c. indulgentiæ. lib. 6. & eod. tit. c. abusionibus. in cle. ibi. & de exce. multiplici animarũ. quæ quidem deceptio non resultat, nisi ex defectu indulgentiæ, non autem extorsione pecuniæ. quia illud non nocet animæ, imò quandoque prodest. ar. 5. q. 5. non oret animæ, imò quandoque prodest. ar. 5. q. 5. non o-
5 mnis. † Non obstat, quod dicitur, quod Deus intentionem considerat, quia verum est, quo ad hoc, vt actus iudicetur bonus, vel malus, meritorius, vel demeritorius, quia voluntate, & proposito maleficia distinguuntur: vt in l. qui iniuriæ. & probatur ff. de iniu. l. illud. §. fi. cum l. seq. & l. item apud. §. si quis virginem. vbi actus fuit iniuriosus, & tamen non reputetur de iniuria, quia non habuit animũ delinquendi. Sed quantum ad quantitatem pœnæ, vel præmij, non considerat opinio, vel intentio, vt illud præmium, vel illam pœnam consequatur, quod vel quam ipse credebat, sed veritas. ff. de iniur. eũ, qui. §. si iuria. & de furtis. vulgaris. §. si quis es. ff. de seruo cor. l. 6. §. 1. & quod vi, aut clam. l. aut qui aliter. §. si quis. be. ne fa. quod no. ext. de sen. exc. c. in audientia. & 34. q. 2. in sum. hoc probat l. impuberẽ. ff. ad l. Cor. de fal. §. 1. quia ibi ascripsit legatũ libero homini, quem credebat seruum. Et dicit text. quod quo ad cognitionẽ animi, est quasi diceret, quod ad hoc, vt videamus, an fit delictum, vel non, inspicimus animum: sed quo ad quantitatem pœnæ non: quia non punitur de falso. facit. ff. de fur. l. falsus. §. qui alienã. & l. inter omnes. §. pe. & fi. facit etiam C. de repu. vxor. ad l. Iul. de a. dul. l. pe. & l. si adulterium cum incestu. §. 1. vbi si contrahitur matrimonium cum coniugata, vel consanguinea ignoranter, excusatur: quia cõtractus erat legitimus, & non intendebat delinquere: sed vbi eum tali fornicaretur, ignorantia non excusaret eum à pœna adulterij, vel incestus: vt innuunt prædictæ leges. pro hoc facit illud, quod legitur 4. Genes. de Lamech. qui interfecit Cain. & tamen non credebat eum hominem, sed bestiam. at quia delinquere intendebat, non inspicitur eius credulitas, imò punitur, sicut si sciuisset. & facit de Loth. 35. distin. 6. die. & 15. q. 1. inebriauerunt. item facit Genes. 20. de illo Abimelech, qui tulit vxorem Abrahæ, credens eam sororẽ suam. & tamen dicit Dominus, quod quia vxorata erat, tanquam adulter morte punitus fuisset, si accessisset ad eam: nec excusaret eum à pœna adulterij sua credulitas: quia delinquere intendebat. sed contra hoc facit, quod not. in d. l. vxor. & fuit quæstio Pilei. & notcit, quod not. in d. l. vxor. & fuit quæstio Pilei. & not. 34. q. 2. in lectum. & facit ea. q. c. si quis. 2. cum duobus capitulis seq. vbi intendebat fornicari, & sic delinquere, & tamen propter ignorantiam, excusatur ab adulterio, vel incestu. nam cum culpa præcedat casum, non videretur eum talis ignorantia excusare. at. ff. commo. si vt certo. §. interdum. & quia dabat operam rei illicitæ. extra de homicidio. continebatur. &
c. dile-

c. dilectus. ff. de reg. iu. l. culpa. Ad c. veniens respondetur, quod secundum Auguſt. Deus ſupplet ea, quæ ſunt de neceſsitate ſalutis. Præterea iſte dando eleemoſynam, vt indulgentiam, vel remiſsionem conſequatur, videtur quodammodo ſoluere, quam debebat pœnam. Satisfactio enim loco ſolutionis habetur ff. de ſol. l. ſatisfactio. & ſoluendo iſti falſo quæſtori non conſequitur liberationem. ff. quod fal. tu. l. 1. §. fi. & de ſolu. & not. C. de fur. l. falſus. non enim dimittitur debitum, ſed augetur, ſi vni debitum alteri perſoluatur. l. inuito. C. de ſolutionibus.

De offi. vica. & de offi. ordina. & de conceſ. præbend.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt concedere certæ perſonæ, quam conſtituit officialem, vel vicarium generalem, poteſtatem conferendi beneficia vacatura.*

CONSILIVM LXXVII.

1 QVOD Epiſcopus non poſsit concedere † certæ perſonæ, quam cõſtituit officialem, vel vicarium generalé, poteſtatem cõferendi beneficia vacatura: expreſsè probant iura extra de cõceſ. præb. conſtitutus. Et ibi quaſi per omnes Doct. hoc enim à ſolo Papa poteſt fieri: vt not. Inno. & Hoſt. extra de offi. dele. ex parte. & probatur expreſsè de offi. dele. c. pe. §. prohibemus. Sed ſi conſtitueret eum vicarium generalé, vel officialem, poſſet: vt not. de offic. vica. c. fi. 16. q. 1. ſtatuimus. & ibi Archid. & Hoſtie. in præal. c. conſtitutus. Et hoc expreſsè not. Ioan. An. Io. Mona. & Archi. in §. prohibemus allegato. ad hoc facit. ff. de præben. ſtatutum. in fi. lib. 6. & ibi Archid. & Ioan. And. & hoc fit in fraudem, & multiplicantur collatores, & fiunt multæ fraudes in collationibus.

De exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Crimen probatum per modum exceptionis non venit puniendum.*

CONSILIVM LXXVIII.

1 AN crimẽ probatum per modum exceptionis † veniat puniendum. ff. de exce. l. 1. de accu. ſi cui. Iac. de Aret. C. de ſer. fugi. quicunq;. §. fi. & ad l. Corn. de fal. l. vbi, & vtrobiq; Cyn. de hoc extra de confeſ. cum ſuper. & quod ibi not. Inn. & Hoſt. de ordi. cogni. cum dilectus. & de fideiſſoribus peruenit. & de ele. per inquiſitionem. de purga. cano. c. inter. Arch. 33. diſ. laici. 2. q. 1. in primis. & c. multi. extra de iureiu. c. fi. lib. 6. & Inno. extra de accu. c. qualiter, & quando. 2. & Ber. & Compo. extra de reſcrip. mandatum. Nico. de Mat. ff. de his, qui no. a infa. l. Lucius. *a*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

2 a ¶ L. Lucius. *Vide D. Aegid. Boſsium inter varios eius tractatus circa criminalit. Quomodo proceda. per excep. vbi inter cætera, ſi non ſolum excipiatur de crimine, ſed inſeretur etiam ad pœnam, dicit crimen debere puniri.*

De reg. iur. & de verb. ſign.

SVMMARIVM.

1 *Specialia duo in eodem ſubiecto non poſſunt concurrere.*
2 *Item nomine cibi non continetur potus.*

CONSILIVM LXXIX.

1 DVO ſpecialia † in eodem ſubiecto con-
a currere non poſſunt. *a* de do. promiſ. l. 1. & ff. de iu. do. l. cum poſt. §. gener. & ibi not. & vide ibi per Iac. de Belia
2 Per. ¶ † An nomine cibi contineatur potus? not. Archid. 31. diſt. omnino. & de conſe. diſt. 2. in quibus, facit. ff. de aur. & arg. leg. & ſi non ſint. §. cui. & quod not. de ali. & cib. leg. l. legatus. ¶ In contrarium facit, quia iſta ponuntur vt plurimum, vt diuerſa: vt in d. tit. de aur. & arg. leg. l. pe. & l. pediculis. §. argento. & §. ſeq. Vnde Saluator noſter dixit: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: vt in præalleg. §. in quibus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Non poſſunt. *Adde quod hæc regula procedit, cum ex eodem fonte oritur vtrunq; ſpeciale, ſiue ſint duæ fictiones ſiue duæ præſumptiones, ſiue vna fictio, & altera præſumptio. Limitatur autem, cum ex diuerſis fontibus duo ſpecialia oriuntur, & vnum venit in conſequentiam alterius. Alex. in l. ſi aliquam. col. 7. de acqui. poſſ.*

De reg. iur. & de verb. ſign.

SVMMARIVM.

1 *Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata permittunt. Et quare alearum ludus ſit prohibitus.*
2 *Item verbum monitio ponitur pro præcepto.*

CONSILIVM LXXX.

1 TALIA ſunt ſubiecta, qualia † prædicata permittuntur. ff. de vi. tri. & oleo lega. l. qui vinum. & ibi Iac. de Aret. Excuſatur quis à culpa propter culpam. 15. q. 1. inebriauerunt. & quod ibi not. Archid. & 34. diſt. ſi quis. ¶ Quare ludus, vel alea ſit prohibitus: not. Archid. 35. diſt. Epiſcopus. † verbum monitio præceptum importat. 38.
2 diſtin. ignorantia.

De offi. delega. & de ſenten. excom. & de reſcript. & de verbo. ſignificatio.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus delegati iniuſtè factus contra poſſidentem beneficium, qui vult ſtare iuri, non valet, etiam ſi in eum ferat excommunicationem, vt deſiſtat à poſſeſsione.*
2 *Item præſtimonium eſt beneficium, & dicitur quaſi præſtans munium. cum num. ſeq.*

CONSILIVM LXXXI.

1 QVod proceſſus factus per executores domini Guil. non liget Decanum, videtur poſſe probari. Primò: quia ſententia lata contra cõtradictores, & rebelles nõ ligat, niſi cõtradictores facti, & non

& non iuris. Iste autem opponendo surreptionem fuit contradictor iuris, & sic prædictis sententijs non videtur ligari. argum. extrà de præben. pro illorum.
2 & ibi Innoc. Host. & Ar. eod. tit. si cui. lib. 6. † Nam surreptio gratiam reddit nullam. extra de præben.
a si motu. & per consequens processum. *a* extra de rescri. ad audientiam. Nam cum isti executores sint delegati: vt extra de rescript. si tibi. sententia delegati iniusta non ligat. argum. extra de præben. c. fi. & not. Innoc. & Host. extra de of. deleg. c. 1. lib. 6. Oppositio autem istius surreptionis non solum fuit vera, vt apparet ex processu, sed etiam legitima: & quod fuerit legitima probatur. Nam præstimonia sunt beneficia. sunt enim Ecclesiastica, quia nō possunt, nisi clericis conferri. de tempo. ordi. cum nullus. libr. 6. & arg. ff. de aur. & argen. leg. l. vestis. §. vestimenta: imò nec possent alteri cōferri, cum cōsistant in perceptione decimarum. extra de decimis. suggestum. 16. q. 4. c. 1. Item est perpetuum, quod etiam videtur requiri. ar. ff. de adopt. si tibi. & de rescript. postulasti. & not. extra de cleri. ægro. c. ex parte. & quod sit beneficium, probat ethimologia vocabuli. arg. in 10. col. in quibus casi. feud. amit. c oblitus. ar. ff. commo. l. in commodato. §. sicut. Et dicit Host. præstimonium, id est, præstans munium. not. extra de rescript. postulasti. Et quod sint beneficia no. Ber. & Compo. extra de
3 elec. statuimus. super verbo canonice. li. 6. † & quod de præstimonijs sit facienda mentio expressè not. Host. de rescrip. postulasti. & de elect. dudum. 2. vbi dicit propter hæc fuisse cassatam electionē electi Com postellani. & G. in Spec. in tit. de leg. in materia de dispensationibus. §. videndum restat. ver. sed nunquid nocet. not. Archid. extra de præben. non potest. lib. 6. Non obstat, quod non requirit residentiam, & quod fructus recipit in absentia: quia quo ad surreptionem, de hoc non curatur. nam & de pensione, vel etiam de redditu debet facere mentionem. extra de res. ad audientiam. 16. q. 1. possessiones, & notant Docto. in præalleg. c. postulasti. & c. dudum. 2. non obst. quod generaliter expressit. non obstante quod Eccle sia Conchen. canonicatum cum præstimonijs, & prę-stimonialibus portionibus noscitur obtinere. Primò: quia portiones præstimoniales non sunt in Ecclesia Cōchen. per quam cathedralis intelligitur. extra de verb. sign. cum clerici. maximè in odiosis. arg. extra de præben. quamuis. lib. 6. sed sunt in Ecclesijs diœcesis. Præterea ista generalis, & indefinita expres-
4 sio non sufficit. † Nam talis gratia ex duobus redditur odiosa: quia ad beneficia. extra de præben. quamuis. li. 6. & quia per eam peruenitur ad pluralitatem, quæ est canonibus inimica. extra de præben. quia in tantum. & quantò plus augmentatur pluralitas, tantò magis augmentatur odium. arg. extra de elec. dudum. cum iste non solum duorum, imò viginti sibi velit stipendia vendicare: vt habetur in extrauagan-
5 ti. execrabilis. & de præben. cum sing. lib. 6. † & ideo iuris conditores istud odium detestantes statuerunt, quod impetrantes de obtentis beneficijs deberent facere mentionem, de rescrip. ad audientiam. & c. in nostra. & c. ad aures. de elec. dudum. quantumcunque modicum. de præben. si motu. & c. non potest, de offi. leg. collato. li. 6. Fuit ratio: vt certificati æqua distributione pensarent, an esset cum talibus dispensandum, consideratis meritis, & conditione personarum. argum. extra de præbend. de multa. in fi. Nam qui omnibus præest, debet omnibus iusta distribuere, ne cuiquam personæ quod est honorabilius tribuat, vnde alij scrupuloso corde moueantur. 16. q. 7. c. 1. cum non debeat (vt dicit Paulus) vnus esurire, & alius ebrius esse. imò præsidens, prout cuiusque lo-

cum, & meritum cognouerit, distribuere debet. 11. q. 2. c. Vulteranæ. Nam de hoc in diuino iudicio redditurus est rationem. ea. causa & q. c. adhuc. taliter ergo est facienda expressio, vt per eam plenè possit instrui præsidens, vtiq; possit prædicta pensare: aliter non dispensatio, sed dissipatio poterit non immerito nuncupari: vt not. Host. in præall. c. quoniam. Sed ista generalis, & indefinita non est talis: generalitas eius inducit obscuritatem, & dubietatem. ff. de iure fisci. ita fidei. ar. ff. si cer. pet. l. certum. Non enim refert, an nihil, an obscurè quis exprimat, ita quod incertum dimittat prouidentem. ar. ff. de inter. act. l. de æta. §. nihil. Nihil enim valet, quod incertum est. ff. communia prædio. l. in contrahendis. Et si sub tali generali, & indefinita dicamus includi 20. beneficia: eadem ratione dicemus de centum, vel mille: quod esset absurdum sic ire in infinitum. Et infinitas, quia dat locum exceptioni, reprobatur etiam in literis de iustitia, quæ non sunt adeò odiosæ. extra de rescript. cum in multis. lib. 6. ar. ff. de leg. 3. fideicommissa. §. ficut. ar. extra de offic. deleg. ex literis. & de dolo, & contu. ex literis. Nec est verisimile, quod per talem concessionem generalem tot beneficia concederet cum specialiter vix ex certa scientia habenti vnum aliud concedat: vt in prædi. c. postulasti. & ar. extra de reg. iu. in generali. in odiosis enim pluralitas in duobus, in quibus saluatur, restringitur. ff. de ma. test. libertas. §. post annos. & de verb. sign. inter. §. ita data. extra de præbend. non potest. lib. 6. & quod expressè fit facienda mētio de singulis, videtur hodie expressum in cle. de offi. c. fi. & Io. Mo. in reg. iur. in gene-
6 rali. † Et sic licet in præiudicium Decani sententia transierit in rem iudicatam: non videtur, quod possidens cum bona conscientia possit retinere: cum beneficium sine canonica institutione teneri non possit. extra de re iudic. c. beneficium. facit, quod not.
7 Ber. & Compo. de rescript. super literis. † Præterea (posito sine præiudicio, quod dicta expressio sufficeret, & sic gratia non fuisset surreptitia) videtur, quod Decanus sententias processuum non incurrerit: quia tempore acceptationis domini Nicolai ipse erat in possessione, & super oppositionibus suis obtulit se paratum stare iuri, & non fuit admissus, & tamen non debuit sine causæ cognitione expelli à possessione. extra de præben. sed. C. si per vim, vel alio modo. l. fin. depositi. l. 1. §. apud Iulianum. & ideo sententia excommunicationis etiam nominatim in eum lata nō tenuit, cum executores non habuerint in eum potestatem, nisi indebitè contradiceret. ipse autem non lens possessionem sine cognitione dimittere non indebitè contradixit. vt not. Innoc. Host. Ioan. Cal. & Archid. extra de concess. præben. quia in cunctis. lib. 6. Sicut enim ei, qui dicit aliquid prius esse factum, incumbit probatio: vt C. de don. ante nup. l. de rebus. & ibi Cyn. & de iure fisci. l. 1. lib. 10. de rei ven. quoties. sic etiam ei, qui dicit aliquid post factum, incumbit probatio. C. de pe. hære. l. si post motam. & ibi Albe. Papi. & de probat. matrem. & ibi Iac. de Aret. & Cyn. facit ff. de nou. ope. nun. non solum. §. sciendum. extra de sent. excom. venerabilibus. in fin. & quod ibi not. Ioan. And. & extra de rescript. literas. in cle. habere aduersarios, siue æmulos prodest: vt narrat Valerius in lib. 2. c. 8. quod Scipio Africanus dicebat infirmis animis hostem esse securitatem. vnde idoneum tutorem & necessarium putabat esse tutorem. Et dicit Hug. quod ad virtutis exercitium excitat alieni liuoris aculeus. vnde Iacob, qui in baculo suo transiuit Iordanem, non redijsset cum duabus turmis, nisi Esau fratris sui inuidia agitasset eum. Nec Ioseph imperasset Ægypto, nisi eum fratrum inuidia

uidia vendidiſſet. Et Dominus ab Apoſtolo Paulo ſtimulum carnis aufferre noluit. Nam virtus in infirmitate perficitur. vnde Gregor. in mora. electorum deſideria, cum aduerſitate premuntur, proficiunt. vnde Seneca de prouincia. marcet ſine aduerſario virtus. & Grego. in moralibus dicit, quod ſecuritas mater eſt negligentiæ.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Proceſſum. *Adde quod hoc ipſum Dec. examinando probat in c. Cæterum. col. 3. de reſcrip. & multas aliorum ibi congerit autoritates.*

De ſepulturis, & de exceſ. prælato.

SVMMARIVM.

1 *Fratres non poſſunt cum cruce, & proceſſionaliter ingredi parochiam inuito rectore ad portandum corpus eius, qui apud eos elegit ſepulturam: & ſi ingrediantur cum cruce, faciunt iniuriam rectori, & poteſt impune ea crux à rectore auferri. & numer. ſequent.*

CONSILIVM LXXXII.

1 a ANN fratres poſsint cum cruce, & † proceſsionaliter ingredi parochiam *a* inuito rectore ad portandū corpus eius, qui apud eos elegit ſepulturam? Et pro fratribus vide allegationes Oldradi *b* ſuper ca. ſuper cathedram. ſed fratribus duo videntur obſtare. Primò: quia iure communi non habent ſepulturas. vt not. Innoc. extrà de ſepult. c. 1. & ibi Hoſt. & c. fraternitatem. & Archid. extrà de pac. cap. 1. lib. 6. † Secundò: quia non debet quis alienam parochiam ingredi ad aliquod diuinum officium exercendum, vel ibi aliquid diſponendum contrà voluntatem epiſcopi, vel rectoris. 7. quæſti. 1. epiſcopi. 9. quæſt. 2. nullus. 6. quæſt. 3. ſcriptum. licet. ergò. c. ſuper cathedram. tollat primū obſtaculum: quia concedit eis ſepulturas, remanet tamen ſecundum. Et vbi duo impediunt aliquem actum, ceſſatio vnius non ſufficit. ff. de hæred. inſtit. ſi non eſt lex. in princ. C. ſi contra matris volunt. tutor. l. 1. & extrà de vſupal. ex tuarum. & ff. de ſerui. ruſti. prædio. l. ſi dominus. & hoc etiam videtur ſentire text. in c. ſuper cathedram. §. huiuſmodi. cum dicit, recipere valent. q. d. ſi portentur, recipiant, & non alias. Nam t & portare funus ad Eccleſiam, etiam aliam, *c* rectori de iure videtur competere. ar. ff. de ſepult. cùm libe-
rum. in princ. & ibi Ioan. Andr. item cùm parochiæ ſint diuiſæ. 13. q. 1. c. 1. licitè poterit prælatus volentes ingredi prohibere. Tranſire enim per agrum alienum ius non eſt. 1. diſt. in princ. maximè vbi tranſitus eſt domino noxius: vt ibi not. & 23. quæſt. 2. c. vlt. Et ideo etiam in caſibus ſpiritualibus, vbi licitum eſt ingredi, vt pro glande legenda: prius debet cauere dominum ſe ſeruaturum indemnem. ff. ad exhib. l. Iulianus. §. ſi glans. & l. Theſaurus. cum ergò ingreſſus iſtorum fuerit noxius rectori: quia amiſit, quod habere conſueuit ex portatione funeris, iuſtè potuerunt prohiberi. Nam licet quis in ſuo poſsit facere, non debet tamen in alienam immittere. ff. ſi ſer. ven. l. ſicuti. §. Ariſto. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. idem ait. Nec videtur iniuriam feciſſe prohibendo eos ingredi. nam venatorem volentem ingredi fundum meum ad venandum, vel auem ibi exiſtentem capiendum, prohibere poſſum. inſti. de re. diuiſ. §. feræ. & tamen ſi auis exeat, ipſe poterit eam capere. ff. de acquir. rerum domi. l. 3. & l. naturalem. §. apum quoque. iſti autem venatoribus æquiparari poſſunt: quia videntur eſſe ſoliciti de præda alibi educatā. argum. 13. quæſt. 1. cap. 1. Nec videtur rector iniuriam feciſſe auferendo eis crucem. ar. extrà de reſt. ſpo. ca. cum ad ſedem, vbi epiſcopus abſtulit crucem hoſpitalarijs. Nam & ſi quis proiectum immittat in fundum meum, ego poſſum eum authoritate propria præſcindere. ff. ad l. Aquil. quemadmodum. §. 1. & velum tollere. ff. ne quid in lo. pu. l. 1. §. cum quidam velum. ff. vti poſ. l. ſi duo. §. item videmus. quod vi aut clam. l. fi. §. pen. Et velum regium poſitum in prædio meo poſſum ſcindere. C. vt nemo priuatus vela. l. 1. Et ſi in prohibendo fuiſſet exceſſus modus, debet fratrib. imputari, qui violentiam facere inceperunt. ff. ſi quadru. pau. fe. di. l. 1. §. cum arietes. extrà de iureiur. c. fi. & C. ad l. Iul. de vi public. l. quoniam multa facinora. Nam (vt dicit Tullius in libro de officijs) detrahere aliquid alteri, & hominem cum hominis incommodo ſuum commodum augere magis eſt contra naturam, quam mors. Et non facio iniuriam carceri imperatoris, cum errorem corrigo deſertoris. 26. queſtio. 1. cap. fi. & ar. ff. de pœnis. l. capitalium. §. ad ſtatuas. in fi. §.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Parochiam. *Adde & vide Domin. de San. Gem. in c. 2. in 5. col. de conſtit. in 6.*

b ¶ Oldradi. *Adde quod hinc videtur colligi hoc conſi. non eſſe Oldr. Opinor autem his verbis ſignificari conſil. quod eſt infra. 225. latiſsimum in hac materia. ſaneq; videtur contrarium, ſed loquitur in caſibus priuilegiatis.*

c ¶ Etiam aliam. *Adde & dic, id eſt etiam, qua non ſit ſua. Vel melius: lege alienam.*

De foro compet. & de præſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Epoſcopus poteſt declinare forum regis volentis cognoſcere, an ſit iuriſdictio ſua in ciuitate, ſi eccleſia eſt in poſſeſsione. cum plu. num. ſequen.*

8 *Et limes diœc. non poteſt præſcribi: ſed limes territorij ſic.*

CONSILIVM LXXXIII.

a 1 ANN Epiſcopus *a* poſsit declinare forum regis volentis cognoſcere, † an iuriſdictio ſua ſit in ciuitate Portugaliæ? Et videtur, quod non. Nam ipſius eſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. de iudi. ſi quis ex aliena. & princeps in cauſa ſua poteſt eſſe iudex. ff. de his, quæ in teſtamento delen. l. proxi. 21. diſtinct. nunc. licet honeſtius faciat, ſi alteri committat. C. de quadr. præſcrip. l. bene à Zenone. & notatur extra de iudi. cum veniſſent. hic enim agitur de reb. temporalibus, de quibus ipſe eſt iudex, & dominus. ff. ad l. Rho. de iact. l. de præcatio. & maximè quo ad iuriſdictionem. vt in d. l. bene à Zenone. & 2. quæſtio. 7. conuenior. & ibi not. Populus enim in eum tranſtulit omnem ſuam poteſtatem. inſtitu. de iure naturali. §. ſed quod prin. ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde cum eſſet. iura enim humana regū ſunt: nec alio iure poſsideri poſſunt. nam ſi dicas quid mihi, & regi? audi Auguſt. dicentem. Nihil ergo tibi, & poſſeſsioni. 8. diſtinct. quo iure. Vnde licet clericum non poſsit in perſonam punire, puniet in patrimonio, quod ei ſubeſt. C. de epiſco. audi. l. addictos ſupplicio. & ibi not. & ideo dicit Inn. extra de foro com-

pet. postulasti. quòd eius constitutio ligat possessiones clericorum. ar. 8. dist. quæ contra. Ratione enim temporalium clerici regib. sunt subiecti. 11. q. 1. §. his ita. & 23. quæsti. 3. c. sed notandum. de ma. & obe. solitę. C. de episc. & cler. de his. non est ergo absurdum, si ipse cognoscat: quia & si Ecclesia aliquid tenet in feudum, coram domino feudi cogitur respondere. extra de iudic. certum. de for. compet. transmissa. & c. verum. quia Dei filius recognoscens ei tributum soluit. 11. quæst. 1. magnum. iubens reddi, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Matth. 22. per hoc duas iurisdictiones distinguens: diuinam scilicet & humanam. ar. de cons. distinct. 3. celebritatem in fi. nam in eadem ciuitate duo sunt populi scilicet clericorum, & laicorum. 22. quæst. 1. duo. Et duæ vitę: carnalis, & spiritualis. extra de renunc. nisi cum pridem. §. penu. duo principatus, & duo genera militum. scilicet Ecclesiæ, & seculi. 50. di. clericum. qui paganum. & Pontificialis, & regalis potestas. 94. dist. duo. & sic duæ iurisdictiones: diuina scilicet & humana. maxima enim sunt dona Dei, & à superna collata clementia: sacerdotium scilicèt & imperium. sacerdotium diuinis ministerijs: imperium humanis præsidens, ab vno, eodemque principio vtrunque procedens. in Auth. quomodo oportet episcopos, & cæteros clericos. §. 1. col. 1. Duo enim sunt gladij: spiritualis & materialis. 15. quæst. 6. auctoritate. & non dicit Saluator alterum superfluum: sed satis est. Lucæ 22. Per hoc duas iurisdictiones denotans esse necessarias. Et ne vni præsidens alteram vsurparet, Petrum volentem vti materiali gladio, vt suum magistrum à Iudęorum iniurijs defensaret, reprehendit dicens: Conuerte gladium in locum suum. & vsurpanti iurisdictionem alterius pœnam extitit comminatus, cum addidit: omnis, qui gladium accipit, scilicet iurisdictionem ad alium spectantem: gladio peribit. 23. quæst. 8. in quicunque spiritualem habet gladium Ecclesia. 23. quæstio. 2. inter hoc. Materialę Rex, vnde de eo dicit Apostolus ad Romanos 14. quod non sine causa gladium portat. & ratione istius gladij omnis anima videtur ei subiecta. 1. Petr. 2. & extra de cen. omnis anima. & omnis, qui præter eius auctoritatem istum gladium acceperit, gladio peribit. 23. quæstio. 4. in princ. nam cum ad verum ventum est, nec imperator iura pontificis arripiat, nec pontifex nomen imperatoris vsurpet: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus actibus proprijs officia potestatis distinxit, vt Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus egeant, & pontifices pro cursu temporalium rerum tantummodò imperialibus legibus vterentur. 10. distinct. quoniam. 96. distinct. cum ad
2 verum. † Et ideo, quod imperatori traditum est, non debet Ecclesia tollere, ne promiscuis actibus rerum turbentur officia. C. de test. Indecorum enim est, si vnum membrum alterius membri fungatur officio. 89. distinct. cap. 1. ratione enim rei sortitur quis forum. extra de foro competent. c. sanè. ff. de iud. quod legatur. Et ideò iudex secularis de re spirituali iudicare non potest, extrà de iudi. decernimus. Sic econtra iudex ecclesiasticus de re corporali se intromittere non potest: vt contrariorum eadem fit disciplina, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. 1. & cum intentio Regis sit de iure communi fundata. ar. 16. quæsti. 7. omnes basilicæ. & 22. quæst. fi. c. quamuis. & quod ibi not. Archid. qui se dicit priuilegio, vel præscriptione munitum, debet hoc coram eo ostendere. ar. extra de priuil. cum personæ lib. 6. Et ideo Rex sapienter facit, si non constituit se actorem, sed Reum: vt not. Innocen. extra de verbor. signifi. ex parte. vt sic actor forum rei sequatur. extra de for. competen. si clericus. Pro rege facit: quia in temporalibus ab episcopo appellatur ad eum. extra de appel. Romana. §.
3 debet. libr. 6. & quod ibi nota. Sed quod † Episcopus possit declinare iurisdictionem, probatur: nam Ecclesia est in possessione, & ideo omnia iura clamant, quod actor forum rei sequi debet. extra de for. competen. cum sit generale. 11. quæstio. 1. experientia. & C. de iurisd. omn. iu. l. in criminali. & vbi in rem actio. l. fin. nam quantum ad forum regulariter persona attenditur, & non res. Et inde est, quod realibi constituta extra territorium quis conuenietur in loco domicilij. ff. de iudi. quod legatur. & de re iudi. à Diuo pio. C. vbi in rem actio. l. fin. & de iud. l. properandum. §. si autem. extra de for. compet. ex parte. B. & c. fin. & in Authen. de Eccle. tit. §. ad hæc. collat. 9. Accessoria enim sunt, & propter hominem creata sunt. ff. de vsu. in pecudum. & de iure codicil. conficiuntur. & accessorium naturam sequitur principalis. ff de re iudic. cum principalis. & eod. tit. accessorium. lib. 6. etiam quo ad forum: vt videmus in vxore, filijs, & seruientibus. C. de episc. & cler. l. 2. de iudi. quoties. C. qui, & aduersus quos. l. fi. & de co. mitibus consisto. l. 1. & de proximis sacro. scri. l. in sacris. li. 12. extra de dona. inter vir. & vxo. c. de prudentia. ff. de iurisd. om. iu. l. cum quædam. qui enim iudex est personæ, est etiam bonorum. d. c. de prudentia. C. vbi sena. vel clarisf. l. quoties. §. adeò autem. & mutata conditione personæ rei statum conuenit immutari. C. de impo. lucra descript. l. 1. etiam quo ad forum. argu. ff. de iud. l. si potest. Si enim per militiam seculi arem mutat quis forum: vt C. de agen. in rebus. l. ex eo. & de silentia. l. 2. li. 12. ff. de re mi. l. qui cum vno. §. finautem reus. multo magis per cœlestem. arg. ff. de arbit. non distinguemus. §. sacerdotium: & de pac. l. si quis in conscribendo. duplex est enim militia. 50.
4 di. clericum. & 59. distin. c. si officia. † Et quod mutatione personæ mutetur forum, etiam quo ad res, probatur, nam ex hoc fundatur æquitas illius tituli. C. ne li. poten. l. 1. ff. de alie. iu. mu. causa fa. l. 1. 2. & 3. in princ. Cum ergo ista bona, & iurisdictio sint in Ecclesiam translata, eius conditionem sequentur: nam quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. ff. de rei ven. quæ religiosis. & magis dignum trahit ad se minus dignum extra de conse. eccles. quod in dubijs. & ff. de vsuc. ap. eum, qui ædes. Et ideo dicit lex, quod ea, quæ diuini iuris sunt, humanis nexibus aliqari non debent. C. de sacrosanc. eccles. sancimus. Et quæ semel Deo dedicata sunt, ad humanos vsus redire nõ debent. ff. de re. di. l. in tantum. §. sacræ. Cum ergo clerici non sint de iurisdictione sua: nam iurisdictiones sunt distinctæ: vt supra probatum est: per consequens nec bona. & ideo dicit Canon, quòd nullus
5 episcopus, nec pro ciuili causa, nec pro criminali apud quemuis iudicem siue ciuilem, siue militarem producatur in causa. 11. quæstion. 1. nullus. † Laicis enim de rebus Ecclesiæ aliquid disponendi nulla vquam legitur attributa facultas. 96. dist. c. 1. Hi enim, qui tantum humanis rebus, & non diuinis præsunt, quomodo de his, per quos ministrantur diuina, iudicare præsumunt, penitus ignoramus. 93. distinct. denique. imò grauiter delinquit iurisdictionem dominj vsurpando, & videtur iniuriam facere. 2. quæsti. 1. Deus omnipotens, & cauere debet, ne à Domino flagelletur: sicut ille Rex Ozias, qui lepra legitur esse percussus: quia officium sacerdotij vsurpauit. de quo in lib. Paralipom. 26. & transumptiuè. 2. quæsti. 7. §. sed notandum. Priuilegium enim est ordinis clericalis: quod non possit coram seculari iudice conueniri. 11. quæstio. 1. inolita. & c. placuit. cui etiam non posset renunciare. extra de for. compet. si diligenti.

Non ob.

Non ob. si dicatur, quod laici nati sunt: & sic subditi legi. quis ergo exemit eos? quia respondetur: quod Deus, qui iurisdictiones distinxit: vt suprà probatum est. Clerici per assumptiones cœlestis militiæ corpus & animam Dei seruitio dedicarunt, & in sortem Christi transtulerunt. 12. quæsti. 1. cum portio. & sic de eius foro facti sunt. ar. 95. distinc. imperator. Posset etiam dici: quod princeps hoc priuilegiū concessit in Auth. vt clerici apud proprios episcopos. §. si vero. colum. 6. & de sanc. episc. §. si quis contra clericum. & plenè. C. de sac. sanc. eccles. aut. statuimus. quæ leges sunt per Ecclesiam receptæ, & etiam approbatæ. 10. distinct. si in adiutorium. & not per Inn. de etiam laicorum tractarentur coram sacerdotibus: vt habetur Deuter. 18. & extra qui si. sint legi. per venerabilem. non videtur eis fieri iniuria, si res conuertat, quantum ad clericos, ad suum statum. ar. ff. de pac. si vnus. §. si pactus. & de quæstione ista satis possunt dici casus extra de iu. c. pe. & fi. extra de fo. com pet. conquestus. imò vsurpans posset excommunicari. 96. dist. duo sunt. † Non ob. quod dicitur, quod tēporalia subsunt regibus, quia istud habet locum quo ad onera regalia, quæ directè respiciunt rem. vt ff. de mu. & ho. l. munerum. §. patrimonium. 11. quæstio. 1. tributum. & sic loquitur de foro, vbi magis considera tur persona, quam res, vt supra dictum est, nec ob. si dicitur, quod ratione rei forum sortitur quis: quia verum est loci, sed non iudicis: vt no. art. 11. q. 1. clericū. † Nec ob. si dicatur: quod sicut laicus nō cognoscit de iure spūali, sic nec clericus debet cognoscere de tēporali: quia non est par ratio, cum laicus non sit capax iurisdictionis spiritualis: vt in ca. decernimus de iu. arg. ff. de iud. solemus. §. si latrunculator. sed clericus bene est capax temporalis. C. de episc. au. l. episcopale. & in aut. si quis. de iud. aut. si verò contigerit. non ob. quod laicus cognoscat de feudo: & sic videtur, quod de temporalibus cum ab eo teneantur: vt in c. solitæ. Alia enim ratio est in feudo: quia dominium est penes dominum: non sic in rebus simpliciter ecclesiæ datis, in quibus dominium statim transit ad ecclesiam: vt C. de sac. sanc. eccl. vt inter diuinum. & in nullo tenetur donatori. extra de donat. dilectus. Et Inno. de for. compet. verum. non ob. quod intentio Regis est fundata de iure communi. & sic coram eodē probari debet exceptio, vt in c. cum personæ, de priu. li. 6. quia ibi est spāle in illis, qui de iure cōi subsunt, & opponunt exceptionem, vt correctiones ordinariorū euitentur. nos loquimur in illis, qui de iure cōi non subsunt, imò nec pñt subesse, vt in c. si diligenti. & iō tales non tenentur ire ad allegandum priuilegium, cum notorium sit, quod clericus nō potest coram seculari iudice conueniri. ff. de iud. l. si quis ex aliena. & extra de acc. veniens. melius. 11. q. 1. nullus episcopus. 15. q. 4. c. 2. & ibi Ar. & quia qō est de limitibus, est sciendum, quod dicit Hosti. extra de parochijs super eo quod limes sumitur largè & strictè. † Vnde licet limites, secus in limitib. territoriorum, vel agrorū, vt ibi not. extrà de off. ar. dile. & est ratio: quia: vt dicit Inno. extra de proba. cum causam: temporalia occupanti quandoq; conceduntur, sed non spiritualia: vt not. 16. q. 3. quicunque. Et quod not. extra de præscript. quia iudicante.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

2 ¶ An Episcopus. *Adde quod in præsentis consil. materia facit, quod Socin. not. in consil. 65. super proposita quæstione legitimationis. colum. 3. volu. 1. Dec. in l. fin. num. 16. ff. de iurisdic. omnium iud.*

De regulis iuris.

SVMMARIVM.

1 *Libros multos expedit habere.*

CONSILIVM LXXXIIII.

1 AN expediat † habere multos libros.
a a Et videtur, quod non, quoniam multorum librorum, & multorum autorum, & omnis generis voluminum copia aliquid habet vagum, & instabile, vt dicit Seneca. Nusquam est, qui vbiq; est. Et vitam in peregrinatione agētibus hoc euenit, vt multa habeant hospitia, amicitias nullas, nec prodest cibus sumptus, qui statim euomitur. nec conualescit planta, quæ sæpe transfertur. nihil est ita vtile, quam quod in transitu prodest. & nihil ita impedit sanitatem, sicut crebra remediorū mutatio. quia non venit ad cicatricem vulnus, in quo plura tentantur remedia. & fastidientis stomachi est multa degustaret quia vbi varia sunt, & diuersa inquinant, & nō alunt, de hoc in morali dignitate philosophorum in fi. & Seneca in epi. 34. Turpe est seni, aut prospicienti senectutem ex commentario sapere. idem in libro de beneficijs. c. 3. plus solet prodesse, si pauca præcepta teneas, & illa in promptu habeas, quam si multa didiceris, & illa in promptu non habeas, fastidientis, & non proficientis est omnia circumire. Et faciendi plures libros nullus est finis. Ecclesia. vlti. c. & de hoc in colloquio parte 5. dist. 2. & Seneca in epis. 2. ¶ In contrarium facit, quod est fragilis hominū memoria, & rerum turbini non sufficiens, & quantum recipit, tantum necesse est, vt emittat, vt ait Seneca. Et ideo dicit lex. C. de vet. iur. enu. quod omnium habere memoriam diuinitatis potius est, quam humanitatis. Et ideo necessarij sunt libri. Et ideo dicebat Hiero. in Epistola. 40. Vtinam omnium tractatorum haberem volumina, vt tarditatem ingenij eruditionis diligentia compensarem. & Aug. lib. 1. contra Academicos. sine scripto aures decerpunt laborem studentium, sicut venti puluerem tollunt. de hoc in libro de oculo. in 11. c. 3. in conditione. & ille verificator dicebat. Haurita quā cribro, qui discere vult sine libro. & Cato. multa legas facito: perlectis perlege multa. & Hier. in quadam epist. multa in manu recipio, vt à multis multa cognoscam. nam (vt sapiens dicit.) vir in multis expertus multa cogitat: qui autē non est expertus quid scit? quasi dicat nihil. Vnde dicit Policratus li. 11. c. 1. quod multitudinem librorum esse aliquid vtilius ad scientiam aspiranti, facile non credit propter obseruantiam mandatorum Dei. Et dicit ibi, quod non credit sine lectione autorum posse fieri hominem literatum. Ad hoc nos etiam prouocant exempla maiorum: qui multum fuerunt curiosi circa habendos multos libros. Quare narrat Aug. li. 2. quod licèt Plato egenus esset pecuniæ, tamen tres libros Pithagorici philosophi 10. milibus denariorum emit. & idem narrat de Aristotele, qui emit libros Platonis post mortem suam talentis atticis tribus: quod est secundum nostrum computum sestertia, & duo milia. & de his in libro de moribus, vita, & noctibus Philosophorum in tertia parte. Et narratur, quod beatus Thomas dixit, quod magis vellet habere Chrysostomum super Matthęum, quam ciuitatem Pari. Expedit enim cuilibet studioso habere multos libros, vt ex eorum lectione doctior, & melior efficiatur. ar. ff. ad exhib. l. penul. & Hispani consueuerunt circa hoc esse curiosi. Vnde narrat Ioan. quod Hispani volentes habere copiam

piam librorum inuitauerunt eum, & dederunt vinum rubeum mixtum cum albo, vt inebriatus commodaret eis libros, vt ipse no. C. de dolo. l. dolum. Sed vt dicit Hier. in prologo super Esdram. inuidi libenter occultè legunt, quæ publice latrant.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Multos libros. *Adde quod Spec. in fi. vniuersi temporis consuluit hoc primum: scilicet non expedire cuiquam plures libros habere. Turbat siquidem (ait ille) acumen ingenij legentium prolixa multitudo librorum. Vide illum lib. 4. pagina extrema. cuius opinionem Petrarcha comprobat hoc exemplo. Vt (inquit) ciborum, sic librorum vsus pro vtentis qualitate limitandus est. Et paulo post sapiens non copiam, sed sufficientiam rerum vult. illa enim sæpè pestilens: Hæc semper vtilis. Item infrà vt nonnullis ad vincendum multitudo bellatorum, sic librorum multitudo multis ad discendum nocuit, & ex copia (vt sit) inopia orta est. Quid autem si plures quis habeat libros? Non abijciendi (inquit) sed sequestrandi, & melioribus vtendum, cauendumq; ne qui forsan in tempore profuturi essent, intempestiui obsint. Hæc nobilis ille scriptor admonuit lib. 1. de remed. vtriusque fortun. capi. 43. Quæ studiosos omnes memoriæ mandasse nunquam profectò pœnitebit.*

De priuileg. & de reg. iuris.

SVMMARIVM.

1 *Propositio coram domino Papa de reducendo curiam ad vrbem Romanam: & de priuilegio vrbis: & Ecclesiæ Romanæ, & Hierosolymitanæ. Et sic Papa absens ab vrbe Romana, quàm citius potest, debet ad eam redire: quia ibi collocauit Deus sedem suam: licet aliæ ciuitates reperiantur magis tranquillæ, & meliorum hominum. Nam Deus domos duas habet in mundo: scilicet Hierosolymitanam & Romanam.*

CONSILIVM LXXXV.

a SANCTISSIME pater potentia Dei magna est. *a* sed inter alia, in quibus Dei potestatem magnam videmus, est vnum: quia res omnino desperatas, quando sibi placet, perducit ad effectum: & sanctissime pater in mundo isto Deus duas habet domos, siuè ecclesias principales, & peculiares, pro quibus multum fecit, & quas multum dilexit, & à quibus propter peccata hominum videtur faciem auertisse: & ideo nimium sunt afflictæ, & desolatæ. † Vna est Ecclesia Hierosolymitana, quam ipse suo beatissimo sanguine consecrauit. Alia est Romana, quam ipse solus fundauit: vt dicit can. 22. distinct. capit. 1. & sanguine illorum beatorum Apostolorum fundatorum nostræ fidei dedicauit, à quibus (vt dixi) diu est, quod auertit caput (vt credo) propter peccata hominum: vnde valdè sunt afflictæ, ac etiam desolatæ. sed videtur, quod istis temporibus incipiat conuertere faciem ad eos. Nam videmus, quod ipse, qui cor Regis habet in manu, inclinauit cor regis Franciæ ad visitandum Ecclesiam Hierosolymitanam, & assumpsit istud sanctum passagium: quod tamen isto tempore desperabatur: quia nec negocia videbantur disposita ad hoc. Item videmus, quòd ipse, qui beatum Petrum fugientem ab vrbe reuocauit, incipit tangere cor nostrum, & reuocare nos ad visitandũ illam suam Ecclesiam: quòd item non sperabatur istis temporibus posse tractari. licet credam, quòd non est homo in mundo Christianus à maioribus regibus mundi vsque ad minorem vetulam de mundo, qui deposita propria, & particulari affectione non desideret, quod curia sit Romæ, & qui non habeat pro malo, quod sit alibi. Nec credo, quòd de aliqua re sit tanta oblocutio contra sanctitatem vestram, & contra nos omnes, sicut de hoc, quia non imus ad illam sanctam Ecclesiam. Et pater sanctissime ista à Deo videntur procedere. Vnde posset vobis, & regi Franciæ dici illud, quod dicebat ille Seneca in quadam litera remissiua ad Paulum. Hos sensus credemus per te dictos, sed non ex te. Et illos modos visitandi illas sanctas Ecclesias credo per vos incæptos, sed non ex vobis, sed à Spiritu sancto. Spiritus enim Dei, vbi vult spirat, & quando. Vndebeatissime Pater videtur mihi, quod congruè, & propriè sanctitas vestra potest dicere illud, quod dixit ille, cuius locum vos tenetis in terris: scilicet tempus est, vt reuertar ad eum, qui me misit. Deus enim non prædecessorem vestrum, & vos misit ad istas partes ad tempus propter aliquas necessitates istarum partium, quibus inter principes, & omnes alios nunc est magna pax, vnitas, & concordia: & omnes istæ partes sunt in bono statu, & temporaliter, & spiritualiter. Tempus ergò est amodo, vt sanctitas vestra reuertatur ad eum, qui misit eam, & reuertatur ad sponsam suam prædilectam, & visitet, & consoletur eam, & reparet suum patrimonium, & suam dotem, quæ multipliciter est collapsa. Sanctissime Pater diu est, quod irrigastis agros alienos: tempus est, vt irrigetis vestros: qui sitiunt, & spiritualiter, & temporaliter. Et beatissime Pater non est in mundo, qui diligat honorem vestrum, & vtilitatem corporis, & animæ insimul, qui non debeat desiderare vos in illa sancta sede sancti Petri. & Deus faciat vobis multas gratias, & in discretione, & in scientia, & in statu, & salute corporis, & ista erit perfectior omnium. Et sanctissime Pater ego non nego, imò fateor, quod aliæ ciuitates inuenirentur magis delicatæ, & in maiori tranquillitate, & ciues magis concordes, & melioris dispositionis ad pacem, & tranquillitatem. sed Pater beatissime Deus Ecclesiam noluit fundare in magnis delitijs, & in magna tranquillitate: quia si voluisset, sciuisset, & potuisset. Nauicula enim Petri in mari est posita, & non in terra, vbi frequenter procellis, & tempestatibus agitatur. tamen bene scimus, quod ei nocere non possunt, quia protectorem habet illum cui mare, & venti obtemperant. Nam scriptum est, quod imperauit ventis, & mari, & cessauit tempestas. Et quare nos quærimus longiora exempla? nonnè videmus oculis nostris: quanta fuit tempestas isto tempore in Lombardia? Nam intrauit Barranni contra Ecclesiam (qui erant tyuarus imperator cum magna potentia) ille maledictus Petrus de Tornario sedé Petri occupans cardinales habuit nostarios, & officiales, & magnam curiam, & sequaces. Verè etiam multi iusti, qui remoti erant, habuerunt malas tentationes: & benedictus Deus, quia dies illi fuerunt abbreuiati: quia si plus durassent magnum fuisset damnum fidei. Sanctissime pater multa sunt, & magna ista Dei beneficia, regratiemini sibi & facietis, vt dicit ille Vegetius in lib. de re milit. fortunæ beneficijs manus iungendæ sunt. & vos Dei beneficijs iungatis manus, & viuetis, & licet ipse fecerit, quod est maius: perficietis, quod deest. & quod adhuc est infirmum, firmabitis, atque fouebitis. Medicus non est necessarius sanis, sed malè habentibus, istæ partes in bona conualescentia, & in bona sanitate sunt. benedictus Deus. Debetis ergò ire ad illos, quia adhuc sunt infirmi, & ægri, vt sanetis, & curetis eos, &

tibeos, & ibi erit honor, & gloria. ibi erit lux. ibi erit meritum. Et pater sancte, si illa patria esset multum delectabilis, & esset in magna tranquillitate, & magna concordia, in quo appareret vestra bonitas? vestra sanctitas? quod esset vobis meritum? ipsi essent laudandi. Dei filius non venit propter iustos, sed propter peccatores. Et sanctissime pater fide tenemus: quod de omnibus reddituri sumus rationem. & si Deus de omni verbo ocioso requirit rationem, multo magis de sua Ecclesia: quam tantum dilexit: pro qua obtulit se velle mori, antequam desereretur. Et si ignorantia non excusat pastorem: multo magis accusabit ipsum scientia. & si scientia, multo magis requirit, & petit subsidium, postulat defensionem? cum quam poteritis conscientia denegare, quin visitetis & defendatis eam? bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. & si animam, multo magis debet sustinere pro eis aliquam incommoditatem. pastor estis, non mercenarius, qui fugit, & dimittit oues. vnde beatissime pater concludendo videtur mihi, quod debeatis habere oculum ad illam sanctam Sedem: & quamcitò poteritis, debeatis eam visitare: & ex quo requirunt vos cum tanta instantia, & tanties, quod omnino debeatis ire. scriptum est enim: vnam petij à Domino, hanc requiram, &c. vnam petistis: ipse dedit vobis bonam, & magnam: requiratis eam: visitetis eam. debet vos inducere libertas Ecclesiæ, & honor, qui multum minuitur, quando Pontifex non est in loco proprio, sed in dominio alieno. inde quando Constantinus, Cæsar, dedit vrbem beato Syluestro, ista fuit vna ratio, quia non erat dignum, quod vbi sederet Vicarius Christi, aliquis haberet terrenam potestatem. extra de elect. fundamenta. lib. 7.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Magna est. *Adde & ad hoc vide, nec pœnitebit, inter li Francisci Petrarcæ latinos libros epistolam quandam Gal monachi Cistercien sis detrahentis Italiæ, & Papam damnantis, quod Romam è Gallia retulisset sedem. Mox q; reperies inuectiuam Petrarcæ aduersus Gall. calumnias. Nec à præsentis consilij materia aberrabis. Sed adhuc prior est huic materiæ senilium epistolarum eiusdem Petrarcæ liber sextus, quem vnica epistola absoluit hortans Vrbanum V. Pont. Max. ne iam amplius differat suum in Romanam vrbem reditum. Postea verò gratulatur eidem, quise audierat, in epistola 1. li. 9. Et est in eadem materia epistola quoque sequens ad Franc. Bruni virum à secretis summi Pont.*

De fo. compe. & de officio ordin.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia in criminibus ecclesiasticis potest punire laicum, vel eum capere.*

CONSILIVM LXXXVI.

1 QVÆRITVR, an ecclesia in criminibus † ecclesiasticis possit punire laicum, vel capere. Dicunt aliqui, quod non, sed solum per censuram ecclesiasticam compellere. ar. extra de fo. compet. c. cum laicus. lib. 6. & ar. extra de offi. or. cum Episcopus. lib. 6. vbi licet dicat generaliter, quod Episcopus de causis ad forum ecclesiasticũ spectantibus in quolibet loco sui episcopatus possit cognoscere, tamẽ quando loquitur de captione, statim restringit ad clericos. idem videtur sentire extra de pœnis. c. quãuis. lib. 6. maximè de iure ciuili, vbi videtur, quod non possit cognoscere sine præside. in auth. de man. prin. §. si verò canonicum. col. . Pro hoc videtur facere C. de sac. san. ec. l. placet. vbi iudex ecclesiasticus excommunicat, & secularis deportat sacrilegum. ¶ In contrarium videtur. nam ratione delicti factus est de foro ecclesiæ. C. de epi. & cle. auth. item nulla cõmunitas. vbi no. extra de fo. comp. cum sit generale, & c. ex tenore. Ad episcopum ergo spectat subditum, siue laicum, siue clericum non solum corrigere, sed punire dumtamen secundum canones, & ad hoc inuocat brachium seculare extra de of. ord. c. 1. & ibi per gl. & Inn. videtur text. C. de epi. & cle. auth. causa, quæ fit cum monacho, in fi. & nomine censuræ ecclesiasticæ excommunicatio, interdictũ, & suspensio cõtinetur. extra de ver. sig. quærenti. quæ tendunt ad correctionem, non ad pœnam: vt ibi not. Ioan. And. & hoc apparet in hæresi, quod est crimen ecclesiasticum. Sed alij dicunt, quod ibi est speciale. & facit extra de pœnis. fœlicis, lib. 6. & eod. tit. in cle. c. 1. & de censibus a Romana. lib. 6. *a* &c.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Romana. lib. 6. *Adde & ad hoc vide dom. de San. Gem. in c. 2. in 2. col. de constit. in 6.*

De Iudæis, & Saracenis.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest sine peccato expellere Iudæos, & Saracenos de regno suo, & eorum bona auferre. & num. 2.*
3 *Et an Papa hoc possit præcipere Principibus, & persuadere.*

CONSILIVM LXXXVII.

1 QVÆRITVR, an Princeps possit † sine peccato expellere Iudæos, & Saracenos de regno suo, & eis bona auferre: & an Papa hoc possit præcipere Principibus, vel persuadere. Et primò videtur, quod non. Nam quiete Iudæis sub imperio degentibus molestia inferri non debet, nec eis bona auferri. C. de Iudæ. nullus. & de paga. l. Christianus. & extra de Iudæ. multorum. & contra Christianos præscribunt. 16. quæstio. 3. Porrò. & ibi not. Et si iusta possideant bona, eis auferri non debent, vt not. 23. quæst. 7. si de rebus. & ibi Archid. & Princeps, si sine causa bona sua eis auferat, peccat, quia licet sit dominus quo ad protectionem, non tamen eos sine iusta causa spoliat, vt not. C. de quadr. præscr. l. benè à Zenone. & not. Inn. extra de immu. eccl. quia plerique. Vnde dicit ipse, & Host. extra de voto. quod super his. quod Papa non debet eis bona auferre: imò q; debet eos tollerare. 45. dist. qui sinceram. & extra de Iudę. & & Sara. & si Iudæos. Et sit ratio, vt per eorum consortium eos Deo lucrari possimus. & 24. q. 4. infideles. & ar. 11. q. 3. ad mensam. & extra de diuor. & c. quanta. maximè sunt tolerandi Iudæi, quia vtiles sunt fidei nostræ. Vnde dicit Aug. super Psalmo 40. Iudæi, tanquam capsarij nostri, nobis seruiunt. Nam studentibus nobis Codices nobis purgant: vt per hoc Codices, in quibus sunt, Lex & Prophetæ, per quos prædicatus Christus est, & fidem nostram probemus cum Paganis, & alijs incredulis. nam cum Codices nostri eis sunt suspecti, melius eos per Codices inimicorum conuincimus. & Gregor. in Omelia Ioan.

dicit quòd in fine mundi à Christo illuminabuntur. Et si de toto mundo expellerentur, non remanerent aliqui, cum tamen lex dicat, quòd tunc reliquiæ Israël saluæ fient. Et quod tolerari debeant, probat Aug. super Psal.50. vbi dicit, quod fuit figuratum in illo Cain, qui fratrem suum occidit. & ideo accepit signum, ne interficeretur, vt sic iste peruersus populus
2 fit signatus, ne occidatur. imò toleretur. †Sed licet priuata persona non debeat eis molestiam inferre, videtur, quod princeps possit maximè Iudæis, quia serui sunt facti per mortem Christi. extrà de Iudæ. & si Iudæos, quod fuit mandatum executioni per Constan. vt no. Host. eo. ti. c. consuluit. & ex hoc dicit Archi. 45. di. qui finceram. quod princeps, qui est eorum dominus, potest eos vendere: ergò multo magis expellere. ar. C. si seruus asportandus veneat. l. 1. & 2. Et ob istam etiam rationem dicit idem Arch. 54. di. fraternitatem. quod potest eis auferre bona. cum non habeant ea, nisi vt peculium: allegat extra Iudæis. Iudei. vbi dicit, quod si conuertantur, non sint eis bona auferenda. Ergo à contrario sensu, si non conuertantur, sic. melius facit. eo. ti. c. sicut, vbi dicit, quod non sunt molestandi, nec priuandi bonis sine licentia terrenæ potestatis: ergo cum licentia sic. Præterea isti sustinentur ex pietate, & gratia: vt dicitur in c. & si Iudæos. Non ergo debet, trahi ad necessitatem. ff. de of si. procon. l. solent in fi. nam sufficit si vel in paucis amici laborib. consulatur. C. de ne. ge. l. tutori. Nec est de quo possint conqueri, quia habuerunt gratiam, velut alieni, vt dicit Boetius in lib. de consolatione. & hoc videtur verum, vbi Christianis imminet periculum, vel scandalum: vt no. Inno. extra de voto, quod super his. nam cum abusi fuerint gratia, priuilegium merentur amittere, tanquam ingrati: vt in c. & si Iudæos. & apparet de grauamine ecclesiarum, quia non soluunt decimas de possessionibus suis. Et ideo domini deberent compelli ad locanda prædia talibus qui decimas soluant. extra de decimis. c. de terris. & c. quibusdam. de vsur. c. quanto. Et satis figuratum videtur in illa ancilla, à qua ipsi descendunt, quia eo quod superbè & ingratè se habuit, ad liberam per quam ecclesia designatur, fuit expulsa. Nam dictum fuit, Eijce ancillam, & filium eius. 23. q. 3. si ecclesia.
3 †licèt vbi quietè viuerent, & non esset scandalum, non videtur, quòd papa hoc deberet præcipere, vel suadere principibus: per ea, quæ not. in d. c. quod super his. & nihil ad eum de his, qui foris sunt. extra de diuor. gaudemus. tamen Gregor. in regist̃o videtur comminari prelatis Sardineñ. si paganos rusticos habuerint, & præcipit, quòd augeant eius pensiones, vt per hoc redeant ad tramitem veritatis, & pars illius epistolæ est. 23. quæstione septima, iam verò. Sed in alia epistola, quam mittit procuratori patrimonij, aliter videtur loqui de Iudæis, quia non differt, quòd non habeant Iudæos, & quod non augmentet eis pensiones, sed quòd promittat eis pensionis remissionem, vt per hoc citius conuertantur.

De dolo & contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Iudex intra territorium existens mandauit executori vt citaret quendam suum subditum extra existentem: quod fecit. quæritur, an talis citatio arctet citatum & consideratur triplex locus: scilicet in quo & vbi, & ad quem.*

Item de cle. pastoralis. de re iu. & num. 2.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 IErtio quæritur de tali quæstione. †Iudex intra territorium existens mandauit executori, quod citaret quendã suũ subditum extra existẽtem. quod fecit: a quæritur, an talis citatio arctet citatũ. Et aduertatis: quia in hoc variant Doc. Nam quidam dicunt, quod non: & hoc tenet Nic. de Mat. qui fuit magnus homo in iure per l. istam. Nam executor citãdo repręsentat iudicẽ, qui mandauit. ar. supra de of. eius, cui man. est iurisd. & si prætor. sed si iudex esset ibi, vt citator, esset priuatus. de off. prę̃. l. 3. & sic non potest citare. ergo sic executor eius persoñã suam repręsentans. Præterea nõ posset citare vltra b vltra locum, *b* vt satis est dictum per l. vinum. Sed dicit: quod fiet citatio per edicta. C. quomodo & quãdo iudex. auth. qui semel. vel per vocem præconis. C. vbi in rem actio. auth. qua in prouincia. aut mittentur literæ iudici illius prouinciæ, vbi degit, qui eũ citabit. C. de requirẽdis reis. l. 1. & de bon. auto. iudicis possi.
2 cum vnus. §. pe. †Ista opi. cum canonibus videtur hodie approbari. extra de re iu. pastoralis. In constitutione cle. vbi dicit Papa: quod Imperator non potuit citare Regem Rubertum extra districtũ imperij existentem. Alij dicunt, quod citatio valet. Nam ista sunt paria: aliquid fieri loco congruo vel incongruo: si tamen effectum conferat in cõgruum tempus. Et ideo dicit lex: quod si iudex extra territorium existens delegat causam in prouincia cognoscendam, valet delegatio, quia effectum & cognitionem cõfert in locum congruũ. sic & hic, licet citatio fuerit loco incõgruo: quia tamẽ effectũ confert in locũ congruum, scilicet, vt veniat respõsurus in prouincia valebit citatio. C. de offi. præfe. vr. l. fi. hoc etiã probatur. ff. de do. inter vir. & vxo. si eum seruũ. §. fi. cum l. seq. de hæredibus instituendis. in tempus. arguendo de tempore ad locum. Et ideo dicunt, quod etiã si iudex esset extra territorium, posset citare, & videtur ponere Aurelianus. Domini salua veritate ego credo tria loca considerada. Primò est cõsiderandus locus, vbi iudex facit præceptũ de citando. Secundò locus, vbi executor citat. Tertiò locus, ad quem citat. Primò dico, quod est considerandus locus, vbi iudex pronunciat de citando: quia nemo citandus est, nisi de quo iudex pronunciauerit. C. de exhi. reis. l. neminẽ. & in auth. de quæstore. cum talis pronunciatio de citando sit sententia, vt C. de epi. & cle. cum clericus. §. fi. de his, qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. sed si quidem. & lata extra territorium non valeret. Præterea processus extra territorium factus non valet: vt hic: sed citatio est de processu: vt inst. de pe. te. liti. §. fin. & extra de prob. quoniam contra falsam. ergo citatio extra facta non valet. maxime, quia in iudicijs nos attendimus initium: vt C. qui legitim. personam. l. enim. qui dare tutores possit. ff. de requirẽdis reis. l. 1. & de bon. auto. iudicis possi. fit citare, facit, quia priuatus est quo ad exercitium: vt dictum est supra, l. 3. de offic. præsi. Sed citare esset exercere iurisdictionẽ, quod patet, nam per eam interrumpitur præscriptio. C. de præscri. 30. ann. l. sicut. & perpetuatur iurisdictio saltẽ secundũ canones, vt extra de offi. dele. gratum. Et quod non possit existens extra citare: facit extra de res. statutum. §. nullo. li. 6. Secundò est considerandus locus, vbi executor præceptum exequitur, & tunc habet locum secunda opi. quod citatio extra territorium valeat per iura allegata: quia præceptum, quod facit, confert effectum in locum congruum. pro hoc consueuit allegari C. de epi. & cle. omnes. §. si verò apparitor. de of. præse.

vrb. l. 2.

verb.l.2. pro hoc bene facit canon. extra de fo.compe. Romana. §. contrahentes. Tertiò est considerandus locus, ad quem citatur: & hic non est dubium, quod cum citatio fiat ad locum incongruum, non tenet: quia iudex ibi non posset cognoscere: vt hic, ff. de ar. si cum dies. §. si arbitri. & facit. ff. si quis in ius voc. non ierit. l.2. in fin. Non tamen nego, quin sit bonus modus citandi, quod scribatur iudici illius prouinciæ, vbi degit, quod eum citet: sed citatio ad domum, vel alibi facta intra prouinciam non semper arctat, si forte eius copia haberi non possit. C. de li. agnos. l.1. §.1. & quod vi, aut clam. l. si forte. & not. in prædicta l.4. §. toties. hoc satis probat præall. l. de requirendis reis. l.1. ibi edictis in prouincia citetur, & tamen scribatur magistratui, vt ei notificet citationem. de hoc habes clarius hodie extra de iudi. c.1. in cle. quæ declarat extrauagantem Bonifacij, rem non nouam. sed modò restat respondere ad constit. clemen. pastoralis. de re iudic. & non video, nisi quod sicut Imperator voluntariè procedebat contra Regem Robertum, ita & Clemens voluntariè reuocabat sententiam, & seruent eam ipsi in foro suo. 10. distinct. constitutiones. Aliter solue secundum Ioan. Andr. vt scripsit in prædicto §. contrahentes. super verbo, citati, ad finem.

ADDITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶ Arctet citatum. *Adde, ad hoc, quibus modis possit quis piam citare subditum suum extra territorium existentem, vide Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. per edictum. col.2. Maria. Soc. in c. si. col.13. de fo. compe.*

b ¶ Vltra locum. *Adde, quod valet argumen. de tempore ad locum.*

De offi. ord. & de fo. compe. & de officio deleg.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si inuocat brachium seculare contra clericum suum: qui ab eo ad sedem Apostolicam appellauit: iudex secularis non debet eum iuuare, nisi quando non habet vltra, quid faciat, & fecit, quod potuit. cum num. seq.*

CONSILIVM LXXXIX.

1 2 EPISCOPVS † inuocat brachium seculare *a* contra clericum suum: qui tamen ab eo ex causis probabilibus ad sedem Apostolicam appellauit. Quæritur, an Princeps vel Iudex secularis debeat eum iuuare. Et videtur, quod sic. nam brachium seculare præstans tanquam executor est, & sic quantumcunque sciat sententiam iniustam, tenetur exequi. extra de offic. dele. pastoralis. §. quia vero. & de re iudic. de cætero. imò ad hoc potest compelli: extra de malefi. cap.2. & videtur casus. C. de his, qui latro. vel alios crimin. reos occultant. l. fin. circa medium, vbi ponit pœnam inuocanti in casu isto, per quod dat satis intelligi, quod inuocatus in omni casu debet iuuare. † Videmus etiam, quod iudex, qui remittit delinquentem, non cognoscit, an deliquerit. not. 3. q. 6. in summa. & videtur casus. ff. de acc. si cui. §. fi. & de hoc. C. vbi de crim. agi oportet. auth. qua in prouincia. Et si hoc esset verum, semper clerici potentes eluderent correctionem appellando: cum tamen à correctione non appelletur. extra de app. ad nostram. & c. irreprehensibilis. & in dubio magis præsumẽdum est pro sententia iudicis, siue pro præcepto, quàm pro appellatore: quia pro iu-
b dice præsumendum est *b* extra de re iudi. c. sicut. & c. cum inter vos. sed pro appellatione non, nisi prout fuerit causa. extra de appel. vt debitus. & c. causam.
3 ¶ † In contrarium facit. nam ea, quæ fiunt à iudice, si ad eius non spectant officium, viribus nõ subsistunt. extra de reg. iur. ea, quæ. li.6. & quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi: vt eod.c. Sed per appellationem suspensa est eius iurisdictio: extra de iureiur. venientes. Imò secundum leges est extincta. ff. ad Tur. l.1. in fi. In tantum quod quicquid agit pendente appellatione, est nullum. extra de appel. ad audientiam. & c. ad præsentiam. & eodem titulo non solum. lib.6. C. & ff. nil noua. appel. pendente. in rubro, & nigro. sic cum hæc fiant à non competenti iudice: vt extra de iudi. at si clerici. C. si à non competenti iudice. l. fina. impunè potestei non pareri. ff. de iurisd. omni. iudi. l. fin. & extra de constit. c.2. lib.6. Nam quantum ad hoc priuatus est. ff. de offic. præsi. l.3. & sic etiam in istis casibus subditus potest ei resistere. C. de iure fisci. prohibitum. lib.10. & de metatis. l. deuotum. 23. quæst.1. quid culpatur. & 11. quæst.3. non semper. & duobus sequent. not. Inno. extra de tempo. ordi. ad aures. Imò procedendo pendente appellatione videtur superiori iniuriam facere cognoscendo de causa ad superiorem pertinente. 2. quæstio.1. nomen. & 2. quæst.1. vnde. & quæstio.6. augmenta. Nam qui se scit alijs esse oppositum non debet molestè ferre alium sibi præesse prælatum. 2. quæst. 6. qui se scit. Et ideo Festus Paulum Cæsarem appellantem ad Cæsarem remisit. Actu. 25. imò procedens peccat, & punitur. 2. quæst. 2. decreto. cum tribus c. sequen. extra de appellat. de priore. C. de appellat. quoniam iudices. vbi etiam dicitur, quod officialis non resistens punitur in 30. pondo auri. & ibi est casus istius quæstionis. Et ad denotandum, quod non debet brachium seculare iniustis suum auxilium impartiri. Dicit text. quod debet eum iuuare ad ea, quæ Deo sunt placita, exequendum, & non ad præiudicandum. ex-
4 tra de offic. ordi. c.1. † Imò canon videtur innuere: quod antequam suum auxilium impartiatur: debet aliqualiter examinare, an iustum sit præceptum. 23. quæstione 5. administratores. ff. ad munic. l. de iure. & C. de agri. censi. & colonis. & quod vtrobique not. per quæ iura tenent Doct. quod remittens cri-
c minosum, prius debet aliqualiter cognoscere, *c* not. Ioan. And. extra de re iu. pastoralis. in cle. & hoc credo verius. maximè si appellatio est emissa ex causa probabili. Non obstat c. pastoralis. §. quia verò. nam ibi non fuit appellatum: vt ibi not. glo. & Inno. & c.
5 cum in iure. & est quæstio disputata 25. † Dic tamen:
d quod inuocatio tunc habet locum, *d* quando inuocans fecit, quod potuit, & nõ habet vltra, quid faciat. extra de iudic. cum non ab homine. de malefi. c.2. ibi si necesse fuerit. Vnde semper iura, quæ de hac inuocatione loquuntur, ponunt hanc clausulam, si necesse fuerit, si opus fuerit, & huiusmodi. de offic. ordi. c.1. & c. quoniam. de statu regularium. periculo-
6 so. lib.6. C. de his, qui latro occul. l.2. ¶ † Sed an executor Apostolicus, vel iudex delegatus à Papa possit inuocare brachium seculare? dic, vt not. Innoc. Host. & Ioan. And. extra de offic. dele. c. significasti. & in Spec. eod. tit. de legato. ver. not. quod potest. & per Gui. 23. quæstio. 5. ad ministratores. & per eundem, extra de hære. c. vt officium. super verbo, brachij. lib.6. quorum opiniones diuersas concordat no. Guil. de Monte Lau. extra de offi. de l. c.1. in gl. contrarium videbatur, &c.

ADDITIO

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Brachium seculare. *Adde & vide in materia huius 89. cons. Dec. in c. Nouit. de iudi. Ancha. in c. Ea, quæ, in 10. q. de reg. iur. in 6. Doct. l. vt vim. vbi Bolog. num. 90. de iusti. & in. Oldr. ipsum infra cons. 318. in fin. cum ijs, quæ ibi addidimus. Sanè huic Oldradi sententiæ subscribit mentionem faciens præsentis cons. D. Iac. de Bel. in repe. c. 1. §. contrahentes. num. 56. de fo. comp. in 6.*

b ¶ Præsumendum est. *Adde quod præsumitur pro sententia. Vnde scriptum est Ecclesiast. 8. Non iudices contra iudicem, quoniam secundum quod iustum est iudicat.*

c ¶ Cognoscere. *Adde quomodo facienda sit remissio, & in hoc vi. Mar. multa suo more congerentem circa articulum remissionis in practi. sua crim. §. oportunè. nume. 32. & deinceps. Aegid. titu. de fo. comp. à num. 50. per aliquot seq. num. Oldr. ipsum infra cons. 124. & quæ à nobis eo in loco sunt addita.*

ADDITIO ANTIQVA.

d ¶ Inuocatio tunc habet locum. *Et adde, quod contra contemnẽtem sententiam excommunicationis inuocatur brachium seculare: vt not. Pe. de Anch. in c. postulasti. de homi. & dicitur contemnere secundum Host. ex quo infra diem, per hominem assignatum non satisfacit. c. ex publica. de conuer. coniuga.*

De iureiuran. & de fide instru.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum factum per aliquem, quod non fideiubebit, est licitum etiam in clerico, nisi esset reus in tanta necessitate, quod vita temporalis, vel spiritalis sua alias periclitaretur.*

CONSILIVM XC.

1 QVidam iurauit non fideiubere. † Quæritur, an iuramentum sit illicitum. *a*
2 Et videtur, quod sic, cum videatur contra bonum charitatis. 22. q. 4. qui sacramento. & c. inter cętera. & extra de iureiu. cum quidam. si tamẽ sit clericus, non videtur illicitum, quia ad hoc tenetur de iure. extra de fideiuss. c. 1. 11. q. 1. te quidem. sed cum laicus teneatur pro proximo fideiubere. 11. q. 1. sicut. imò dicit Archid. ibi, quod peccat, si non fideiubeat, videtur in laico esse illicitum. Sed quod etiam in laico non sit illicitum videtur? Nam ad hoc, vt iuramentum sit illicitum, requiritur, quod per eius obseruantiam vtraq; salus spiritualis & temporalis, vel saltem altera periclitetur. 22. q. 4. §. fi. quod non est hic. Et alio modo necessitatibus proximi possumus subuenire, quod sufficit, vt habetur in fine dicti §. Crederem tamen, quod si tanta esset necessitas fideiussoris, nisi iste iurans fideiuberet, quod altera salus periclitaretur, vel corporalis, vel spiritualis, quod nõ obstante isto iuramento posset fideiubere etiam clericus. ar. 86. dist. non satis. Et quia non videtur iurasse non fideiubere in tanta necessitate, vel non hoc sensit, iuramentum esset illicitum. ar. extra de iureiu. c. quantò. Et de hoc Archid. 22. q. 1. non est.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Illicitum. *Adde & vide Ioan. And. in addit. Spec. super rubr. de iureiu. circa me. & Doct. in addi. Ale. in l. fi. & super ver. Auctoritas. ff. Qui satisf. co. Et iunge hic, quæ dicuntur infra in consil. 95. & 97. Marsil. in rubr. de fideiu. nume. 204. disputat super præsenti quæstione, & tandem conuenit cum Oldrado.*

De decimis, & de Iudæis, & Saracenis.

SVMMARIVM.

1 *Saraceni ad solutionem decimarum de terris ab eis possessis compelluntur indirectè secundum iura hic allegata. & num. seq.*

CONSILIVM XCI.

1 VENIT in dubium, an Saraceni † debeant compelli ad solutionẽ decimarum de terris ab eis possessis? Et quaeliter debeant compelli? Et pro Saracenis facit, quia nunquam soluerunt. Item, quia terræ illæ semper fuerunt Saracenorum. pro hoc vltimo facit extra de vsu. quantò. ad finem sumpto ar. à contrario, &c. Credo, quod tenentur. nam cum decimę sint tributum. 16. q. 1. decimæ. à quolibet possessore sunt soluendæ. extra de decimis. pastoralis. C. sine censu, vel reliquijs. l. 1. & 3. etiam infideli. extra de decimis. c. de terris. & c. tua. Cum ergo ipse vniuersorum sit dominus, vt in Psal. Domini est terra, & plenitudo eius. & d. c. tua. à quocunque terra excolatur, decima ei soluenda est. ar. C. de anno. & tribu. l. 1. lib. 10. Imò dominus terræ est per censuram ecclesiasticam compellendus, vt talibus terras suas det excolendas, qui sine difficultate Ecclesijs decimas soluant, vt eod. tit. in aliquibus, quod satis videtur de iure, maximè secundum Inno-
2 qui exemplificat in Saracenis. † Nõ obstat consuetudo in decimis prædialibus, vt c. in aliquibus, & plenè not. Io. And. in ru. de decimis, lib. 6. nec obst. quod soluunt regi: nam si quod vni debetur, alteri soluatur, non contingit liberatio. C. de solu. inuito, extra de iureiu. c. eam te. Et decimæ in laicum cadere non possunt: vt eo. c. ad hoc. & l. quamuis. imò Rex recipiendo, videtur sacrilegium committere. 16. q. 7. decimas. & extra de decimis. tua. Non obst. quod dicitur, quod terra ista semper fuit Saracenorũ: quia non est verum: imò totum quicquid est circa mare, fuit Christianorum. Et sic recuperatum debet redire ad pristinam naturam. ff. de relig. & sump. fune. c. cum loca. 7. q. 1. pastoralis. & posito, quod nõ fuisset Christianorum, tamen ex quo ad dominium Christi est redacta, debet regi lege diuina, per quam sunt decimæ institutæ, vt in cap. Parochianos. Nec negari potest, quod hodie est Christianorum, & Saraceni solum sint laboratores, vel coloni. Nec obstat. ar. contrarium, quod posset sumi in c. quanto, de vsur. quia induceret contrarietatem iuris, & peccatum, contra ea, quæ
3 not. in l. conuenticulam. C. de episc. & cler. ¶ † Ad secundum, qualiter debeant compelli? dic vno modo, vt in c. in aliquibus, scilicet vt compellantur domini non tradere eis terras ad laborandum. Secundo modo tradere eis terras ad laborandum. Secundo mo-
a Iudæ. *a*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

2 ¶ Extra de Iudæ. *Adde proximum huic consilio respondens supra 72. infra 264.*

De de-

De depositio extraord. C. de custodia reo. vel castro.

SVMMARIVM.

1 *Miles, cui Rex castrum custodiendum commisit, tenetur de mala custodia, si commisit illud custodiendum alteri, cuius culpa fuit captum dictum castrum, & culpa præsumitur, nisi probetur contrarium, etiamsi sit nobilis, cui commisit.*

CONSILIVM XCII.

1 REX habebat castrum, & cum haberet †guerram cum hostibus, conuenit cum quodam milite, quod custodiret illud sibi, & pro mercede certum sibi salarium constituit. Miles ille commisit custodiam cuidam: hostes venerunt, & occupauerunt castrum culpa illius. Modo quæritur, vtrum teneatur miles? & est de iure nobilium terræ nostræ, quod si commisit nobili, non tenetur: si ignobili, tenetur: & satis consonum est iuri communi, ar. ff. de cu. re. l. fin. in princ. C. eo. l. ad commentariensem. & ar. ff. nau. cau. l. fin. §. hac actione. sed posito, quod commisit nobili, nunquid tenetur eum præsentare regi? C. loca. l. ex diui. Et videtur quod sic ar. sumpto à contrario literæ in d. l. ad commentariensem. Vel fortè, etiam si non præsentet videtur liberatus: quia cum tempore commissæ custodiæ diligens, & sufficiens reputaretur, non debet nocere, si postea mutauit mores, ar. eorum, quæ dicuntur de magistratibus, qui dant tutores. ff. de magist. conuen. l. ti. §. si magistratus. & de ne. ge. l. litis. §. si pecuniam. & de admin. re. ad ci. perti. l. 3. si eo tempore. ff. commo. l. argentum. Sed pone, quod miles per se amisit, nunquid tenetur, & si dolo, non est dubium. Et licet
a lata culpa in criminibus dolo non æquiparetur *a* vt not. ff. de verbo. signifi. l. magna negligentia. tamen fallit hoc, vt ff. de cu. re. l. miles in prin. & l. ad com-
2 mentariensem. C. eod. Item & tenetur de leui, quia mercedem recepit. ff. commo. si vt certo. † Item & de leuissima, si certa custodia fuit adhibita. ff. loc. l. mercedem. licet videatur, quod non sit ita grauiter puniendus: vt ff. de cust. reo. l. milites. & l. fi. sed nũ quid tenetur de violentia? Et videtur, quod nõ: quia est casus fortuitus, vt probatur. ff. com. l. in rebus. in princ. qui nullo humano iudicio præuideri possunt: vnde nõn videtur teneri. ff. de admi. re. ad ciui. pertinen. l. 2. §. si eo tempore. C. de pig. act. l. quæ fortuitis. Et quia nulla custodia fieri potest, ne damnũ iniuria detur. ff. com. l. ad eos. ff. loc. l. sed de damno. Tu dic: quod aut culpa præcessit violẽtiam, & tunc tenetur, vt quia non habebat tot homines in castro, sicut erat conuentum, vel non habebant arma, vel victualia deficiebant, tenetur autem ar. ff. loc. si merces. §. culpæ. ff. commo. si vt certo. §. 1. Maximè si culpa fuit præordinata ad casum ar. ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. fi. & semper præsumitur culpa, nisi ipse probet contrarium, vt ff. de cu. re. l. fi. & ibi not. ff. de æden. si quis ex argentarijs. §. fi. & no. Dyn. ff. so. ma. l. mora. si culpa nõ præcessit, videtur per iura superius allegata, quod non teneatur: tamen de iure nobilium tenetur. Et videtur posse probari de iure: nam cum rex custodiam sibi commiserit obtemptu violentiæ, debet & de violentia teneri. ar. optimum. C. commo. l. 1. & quod ibi not. Iac. de Are. & quod tacitè agitur, pro expresso habendum est. ff. si cert. pet. l. cum quid. Nam & caupo recipiendo res etiam de damno videtur se obligare.
b ff. nau. caupo. l. nauta. §. fi. *b*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Æquiparetur. *Adde quod hæc est regula, quam ne limita decem modis: vt colligit Diaz Episcopus in reg. 540. Et eum pete omnino. Ac vide etiam, quæ remissiuè notantur in additio. Christo. Por. Institu. de leg. §. si quis debitori.*

b ¶ L. nauta. §. fin. *Adde Roma. in terminis consil. 395. Vt res clarior reddatur.*

De iureiuran. & de senten. excommu. & offic. delega.

SVMMARIVM.

1 *Castrum recipiens sub homagio à rege custodiendum, vt sibi restituat, licet fuerit excommunicatus à delegatis Papæ, vt restitueret Ecclesiæ, cuius castrum erat, non incurrit excommunicationem, eò quia si contrarium fecisset maximam ignominiam incurrisset propter homagium, & iuramentum, & ante omnia debet absolui præstita cautione de standoiuri: non obstante contradictione partis aduersæ, maximè si est senex cum plu. numer. sequent.*

CONSILIVM XCIII.

1 MAGISTER ordinis de Alcantara †recepit à rege quædam castra, quæ fuerunt ordinis templi, in custodia, & sub homagio. monitus per quosdam executores, vt restitueret dicta castra ordinis hospitali, cuius *a* bona templi fue-
a runt vnita, non restituit ordini, sed restituit regi, cui fecerat homagium & propter hoc fuit excommunicatus. Nunc venit, & dicit sententiam iniustam, & petit se absolui paratus cauere de stando iuri. opponitur de manifesta offensa, & sic quòd primò debet satisfacere, vt extra de ver. si. ex parte. Quæritur, quid iuris? Et quod magister debeat absolui, facit, quia al-
2 legat, quod timore homagij non restituit. ¶ † Circa quod sciendum est, quòd secundum consuetudinem Hispaniæ est: quod qui castrum recipit sub homagio, debet illud restituere illi, à quo recepit, & non alij: alioquin incidit in crimen proditionis: quod est maius crimen, quod possit esse in illa patria. & licet crimen proditionis largius sumatur in iure: vt ff. de præuarica. l. 1. & de capti. & postlimi. reuer. l. postliminij. §. transfugæ. & de re mil. l. omnem. §. exploratores. & l. proditores. Tamen secundum consuetudinem illius patriæ sumitur pro crimine læsæ maiestatis. Et solum restringitur ad tres casus, scilicet si interficiat dominum, vel non restituat castrum. Vel faciat domino illam iniuriam, de qua loquitur in vsi-
3 feud. in quibus causis feud. amit. c. 1. † Nec hoc est absurdum, quod in vna prouincia grauius puniatur vnum crimen, quàm in alia: vt exemplificat lex sacularij. §. sunt quidam. ff. de extraord. crim. quia hoc contingit ex eo, quod illa crimina sint in illis prouincijs magis periculosa: & quia terra illa continuè fuit in guerra contra inimicos fidei, & ex proditione castrorum magna pericula imminebant. Ideo antiqui volentes obuiare periculis quicquid rigorositatis potuerunt cogitare, statuerunt circa restitutionem, & custodiam castrorum. Vnde statuerunt idem crimen esse, non restituere castrum, & interficere dominum. Immo quasi maius cum per amissionem castri & dominus amittebat vitam, & patriam, & fides periclitabatur. Pœna autem istius criminis est non solum amissio vitæ, & bonorum, sed & perpetua ma-

cula, & infamia sua, & totius generis sui. C. ad l. Iuli. maiest. l. quisquis. Si ergo magister tanti criminis timore, & vt euitaret tantam pœnam, non restituit castra, non videtur deliquisse: nam timor mortis excusat. ff. quod me. causa. l. 4. & ex quibus causis maiores. l. metum. & C de transact. l. interpositas. extra
4 quod me. causa. c. 1. † Vndè mors & de iure timetur, & de more vitatur. extra de re iudi. cap. pastoral. circa medium in cle. Et timor mortis excusat ab homicidio. ff. ad l. Corn. de Sica. l. is, qui aggressorem. & ff. ad l. Aquil. l. scientiam. argument. eod. titu. l. quemadmodum. §. Idem Labeo. & quòd ibi nō. Nec propter bona temporalia tenetur quis mortem subire, sed & infamia debuit eum excusare cum nobilibus, & bonis viris: maximè cum in patria illa timor iste sit maior quam mortis. ff. quod met. causa. isti quidem. argument. ff. ex quib. cau. maio. in l. nec. §. 1. Si ergo volens parcere pudori suo, & famæ non restituit, non debet reprehendi. ff. man. Quintus Mutius. & præceptum de restituendo contra fidem homagij fuit contra bonos mores, & sic per consequens impossibile. ff. de condi. insti. l. conditiones, l. quidam, & 10. distinctio. constitutiones. Et ideo non obligauit cum impossibilium nulla sit obligatio: vt in regu. iur. impossibilium. & cap. non est obligatorium contra bonos mores prętitum iuramentum. eod. titu. libro sexto. Nam hæc possumus quæ salua dignitate, & honore possumus. ff. de verbor. signific. l. nepos Proculo. Et ideo dicit lex, quod quæ contra bonos mores fiunt, & facta pietatem, & verecundiam nostram lædunt, nec nos facere posse credendum est. ff. de condi. instit. filius. Cum ergò talis restitutio fidem homagij, & æstimationem, & verecundiam eius læsisset, non potuit, nec debuit facere.
5 † nam ea facere debemus, quæ sine verecundia, & rubore facere possumus. ff. de fur. l. pen. & de vsur. l. 3. & ff. de iu. do. l. & quis. Et maximè habet locum in milite, qui honorem suum debet præferre omni vtilitati. ff. ad l. Iuliam. de adult. l. miles. §. 1. Non enim debet quis honorem proprium propter compendium omittere. ff. si quis omis. causa test. l. Iulia. Et posito sine præiudicio, quod non incurrisset infamiam iuris, infamiam tamen facti re ipsa, & opinionē hominum effugere non potuisset. ff. de obsequijs. l. 2. quæ malos effectus habet. C. de dignit. l. 2. libr. 12. & 81. distinctio. tantis Daniel. & crudelis fuisset, si famam suam neglexisset. 12. quæstio. 1. nolo. iuxta illud. Eccles. 41. Curam habe de bono nomine, quia magis perseuerabit tibi, quàm mille thesauri magni pretiosi. Coadiuuat executionem magistri: quia simplex est & miles, & talis persona, cui non est opproprium ignorare iura, inter quæ non versatur. Nam imperator milites potius arma scire voluit, quàm leges. C. de iu. deli. l. sancimus. Vnde iuris ignorantia eos excusat. C. de iur. & fac. ign. l. 1. Nec videtur errasse, si in tanto dubio, & in tanto periculo antè voluit tolerare sententiam excommunicationis, quàm tam graue crimen incurrere. ar. extra de resti. spo. literas, & de sent. excom. inquisitionis. sicut fecerunt illi iudices. in cap. transmissa. extra de foro compet. qui licet fuerint moniti, quod responderent sub episcopo, tamen quia Dominus inhibuit eis sub homagio, ne responderent, antè voluerunt sustinere excommunicationem, quàm facere contra fidem homagij. simplicitati enim iura indulgent. ff. de iu. om. iudi. l. si id, quod. & de proba. l. cum indebito. maximè quia fecit, quod secundum conditionem regionis fieri consueuit. ff. de pigno. act. l. si pignore. & quod à pluribus, imò ab omnibus credebatur, & creditur esse verum. ff. ad Mace. l. filius. & de offic. præto. l. Barbarius. Et sic cùm iustas causas habuerit, quare non restituit, sententia videtur fuisse iniusta, & posset dici nulla. cùm isti fuerint delegati. ar. extra de præbend. c. fin. & not. Archid. extra de offic. delega. statuimus.
6 libr. 6. 11. quæsti. 3. c. 1. ¶ † Sed ad impediendum absolutionem opponebantur multa. Primò: quia hic constabat de manifesta offensa per confessionem sua: quia confitebatur, quod fuerat iussus restituere, & quia non restituerat, fuerat excommunicatus per sententiam: & sic efficitur res notoria. de cohabitatione clericorum, & mulierum. vestra. & hoc not. Innoc. & Archid. extra de sent. excommu. solet. Præterea qui petit absolui, confitetur sententiam. extra de elect. venerabilem. Item dicebatur, quod excusationes non erant legitimæ. Nec homagium excusabat eum: quia in homagio, & iuramento semper intelligitur auctoritas superioris excepta. extra de rescript. constitutus. & de iureiurand. venientes. de elect. significasti. & 25. quæst. 1. §. fi. extra de hæreti. ca. fi. in vi. feu. de prohibita feu. alie. per Fede. c. imperialem. in fin. quia maiori prius fuisset obediendum. 11. quæst. 3. qui resistit. & prius domino spirituali, quam temporali: vt ea. q. c. si dominus. & obediendo ei non debuit timere, quia non incurrisset pœnam. Nam quod legitimè factū est, pœnam non meretur. C. de adul. l. Gracchus. & sic apparet, quòd vanus fuit talis timor, & vani timoris nulla est excusatio. ff. de reg. iur. l. vani timoris. & cum iuramentum fuerit illicitum, non fuit seruandum. ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. 15. quæst. 6. nos sanctorum. Nec etiam timor mortis excusat à peccato, maximè mortali extra quod me. causa. sacris. Item non restituendo rem alienam peccabat mortaliter. Et antè debemus omnia mala
7 pati, quàm malo consentire. 32. quæst. 5. ita ne. † Præterea consuetudo de homagio, quæ est inter laicos, non astringit ecclesiasticas personas: sicut sunt isti. argument. extra de iudi. cleric. & de vita, & honestate cleric. cap. fin. quia duo sunt populi. immo minores sunt laici. & ideò eorum consuetudo, siue lex non obligauit maiores, sicut nec plebiscitum obligabat senatores, ex quo ipsi non consenserunt. argum. instit. de iu. natu. §. ex non scripto. & ibi Iaco. & Host. extra de consuet. cum dilectus. & quod not. Arch. 10. dist.
8 in fin. † Præterea opponebatur, quod quando contigit Dominus, & deponens, prius est restituenda res Domino. ff. de rei vend. officium. & ff. depo. l. bona fides. maximè ex quo iudex interdicebat, vt restituerentur: not. gloss. in Authen. depo §. 1. argumen. ff.
9 de leg. 1. Paulo. † Præterea opponebatur, quod posito, quod excusationes essent legitimæ, non constabat de eis, & sic perinde erat, ac si non essent. Nec pendente probatione debebat absolui: vt not. Innoc. & Archid. extra de sentent. excommu. solet. lib. 6. & clarius Hostien. extra de verbor. signific. ex parte in fin. Sed ad id, quod dicebatur: quòd iussus restituere, & sententia probant manifestum: dicebatur, quòd illud habebat locum, quando sententia ferebatur in forma iudicij, & inter partes: secus si extra iudicium fiebat monitio, & ferebatur sententia: vt not. gloss. in c. ex parte. & est casus extra de sentent. excommu. venerabilibus. §. hoc ipsum. & §. si iudex & hoc est contra. c. ex parte. nam ibi iussus fuit emendare delictum, & quia non fecit, fuit sententia excomm. lata
10 in eum. † Et cùm quæritur, an debeat differri absolutio, distinguit text. aut fuit offensa manifesta, aut non. & sic apparet, quòd monitio, & sententia non probant manifestam, nisi alias sit manifesta. Et hoc expresse dicunt ibi Innocent. & Archidiac. Et ad hoc, vt differatur absolutio, non sufficit, si constet de offensa, imo requiritur, quòd offensa fuerit manifesta tempore

ſta tempore latæ ſententiæ: maximè quia hic oppo-
nuntur tales excuſationes, quæ non ſolùm tollunt
manifeſtam, immo tollunt offenſam. Et quòd iuſtæ
excuſationes reddant offenſam dubiam, quæ alias vi-
debatur manifeſta: videtur caſus extra de ſententi.
excommun. venerabilibus. §. idem eſt lib. 6. & quod
me. cauſa. capi. 1. Nam probabilis negatio reddit of-
fenſam dubiam. C. quibus ad lib. proclamare non li-
cet. l. 3. & nota. Innocent. & Bern. in d. cap. ex parte.
¶ † Ad id, quod dicitur: quòd petens ſe abſolui con-
fitetur excommunicationem *b* facilis eſt reſponſio?
vt nota. Innocent. & Bern. in prædicto cap. venera-
bilem. ſed hoc non curatur, quia expreſsè confite-
tur, ſed dicit iniuſtam. & iura volunt, quòd ſemper
debeat abſolui non obſtante contradictione partis:
extra de appel. qua fronte. niſi conſtet de manifeſta.
† Ad id, quòd opponebatur, quòd auctoritas ſuperi-
oris in omni iuramento, & homagio videtur eſſe ex-
cepta, licet auctoritas prædicta poſſet aliter exponi:
vt in eiſdem iuribus nota. Reſpondetur: quòd non
negatur, quin Papa ſit ſuperior, & quin auctoritas il-
lius ſit excepta. & quòd poſsit abſoluere ab homa-
gio, & iuramento, vti in iuribus allegatis: maximé
ex iuſta cauſa, vt notat. extra de renunc. cum inter.
in fin. ſed dicitur, quòd licet potuerit, non tamen
fecit: & poteſtas non ſemper ducitur in actum. ff. de
iudic. non quicquid. Nec per generalem proceſſum,
& commiſsionem contra occupatores intentionis
ſuæ fuit procedere contra iſtum, qui tenebat ſub
homagio, & iuramento: cum in generali non veni-
ant ea, quæ non eſſet quis in ſpecie conceſſurus. ex-
tra de regulis iuris in generali. C. quæ res pigno. ob-
liga. poſſunt. l. 1. Et ea ratio debet mouere delega-
tum, quæ moueret delegantem. Immo eſt verifi.
mile, quod ſi ſciuiſſet, quòd ſub homagio, & iura-
mento tenebat, & quòd tantum crimen ſecundum
conſuetudinem incurriſſet, non præcepiſſet, quòd
reſtitueret, ſed alio modo proceſsiſſet, & ſi voluiſ-
ſet, non eſt dubium, quòd expreſsiſſet. extra de tranſ-
act. inter corporalia. & C. de cadu. tollen. l. 1. §. ſi di-
cendo. Non obſtante homagio, vel iuramento, vel
abſoluendo eum ab eis, vt etiam conſueuerunt præ-
deceſſores ſui facere. extra de ſupplen. neglig. præla.
grandi. & de re iu. ad Apoſtolicæ. libr. ſexto. & de e-
lect. venerabilem. quod etiam ipſe conſueuit obſer-
uare in proceſsibus ſuis, vt patet in extrauaganti-
bus per eum editis. ſed ſi hoc dixiſſet, certum eſt,
quod prouidiſſet ei de remedio, ne tantum crimen,
& pœnam incurreret. Nam vbi homagium erat illi-
citum, quia ſuper re ſpirituali interpoſitum: extra
de regul. iur. indignum. tamen, ne infamiam ſaltem
facti incurreret, Papa abſoluit ab eo, & ad conſerua-
tionem, & prouiſionem illius conceſsit ſibi literas
extrà de ſimonia. ex diligenti. † Nam & vbi iura-
mentum eſt illicitum, ex cauſis ſuperuenientibus
neceſſaria eſt abſolutio. ar. 12. quæſtio. 3. §. fina. & de
iureiuran. peruenit. cap. quanto. & c. cum quidam.
extra de elect. venerabilem. & ibi per Docto. & mul-
tomagis ergo, vbi fuit illicitum, vt hic. Non ergo
peccauit iſte, nec poſſet dici inobediens, cum iuſtam
excuſationem habuerit. extrà de reſcript. ſi quando.
& de præben. cùm teneamur. & C. ſi contra ius, vel
vti. pub. l. præſenti. & ibi nota. vnde ſi Papa mandat
aliquem recipi in canonicum, non tenetur capitu-
lum, vel Epiſcopus obedire contra ſtatutum iura-
mento firmatum. extra de reſcript. conſtitutus. &
quod not Innocent. extra de renun. cum inter. quia
nec lex, vel conſuetudo tollit pactiones præceden-
tes: maximè iuramento confirmatas: niſi hoc in eis
caueatur expreſsè. argument. extra de pact. c. 1. & de
elect. vbi periculum. circa fi. & de ſepul. ſuper cathe-
dram. & ibi conſueuit notari. † Præterea proceſſus
factus contra occupatores, & illicitos detentores
non ſe extendit ad iſtos, qui tempore ſententiæ erant
liciti, licet poſtea facti ſint illiciti: quia cum iſta ver-
ba, occupatores, & illicitos detentores, reſpiciant Prę
ſens tempus non comprehendunt futuros. argum.
ff. de aur. & argen. leg. ſi ita. ſcilicet extra de re. quia
nonnulli. & eod. tit. §. fi. Ad id, quod opponebatur,
quod talis timor facti non debet attendi: dicebatur,
quod imo talis timor eſt iuſtus. ff. quod me. cauſa. l.
3. & l. nec timor eſt. ibi potuit & non iure occidi. † Ad
id, quod opponebatur, quod timor infamiæ, & eti-
am mortis non excuſat à peccato, maximè mortali:
fuit reſponſum, quod illud habet locum, vbi ali-
quid re ipſa malum erat. argument. 22. quæſtion. 4.
§. fin. ſed vbi re ipſa non eſt malum, ſed ideò eſt ma-
lum, quia non obeditur, tunc timor bene excuſat,
quia ex quo iuſtam cauſam habet, non poteſt dici in-
obediens. Vnde ſi aliquis eſt citatus, vt compareat,
ſi non obedit, peccat mortaliter, quod apparet, quia
excommunicatur, & excommunicatio non fertur,
niſi pro mortali. 11. quæſtio. 3. nemo. & not. extra de
verbor. ſignific. ex parte. ff. de iud. ſi locus. & eſt ca-
ſus extra de ſentent. excom. venerabilibus. §. hoc ip-
ſum. extra de re iudic. paſto. in clem. vbi dicit, quod
hoc de iure timetur, & de morte vitatur. Præterea
contrariorum eadem eſt diſciplina. ff. de his, qui ſunt
ſui, vel alien. iur. l. 1. Vnde de iure qui ex timore o-
mittit præceptum, non debet ſuſtinere pœnam. Ex-
emplum de coruo, cui mandabat beatus Bene. ex par
te Domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd portaret panem
tinctum veneno. & ipſe timens venenum volitabat,
& crocitabat circumquaque dans intelligere, quòd
obedire volebat, ſed timore veneni non poterat, vt
narrat beatus Gregor. in Dialogo libr. 2. † Ad id,
quod opponebatur, quod conſuetudo ſuper homa-
gio, cum ſit laicorum, non aſtringit perſonas Eccleſia-
ſticas: fuit reſponſum, quòd habet locum, quando
conſuetudo eſt ſpecialis, & propria laicorum. Sed ſi
conſuetudo eſt patriæ, & communiter reſpicit lai-
cos, & clericos, omnes ligat, non tanquam conſue-
tudo laicorum: immò vt conſuetudo clericorum.
argum. extra de fid. inſtrum. cum dilectus. & melius
de in integ. reſtit. conſtitutus. & ſic no. Innoc. extra
de conſuet. cum dilectus. Et ſic poteſt intelligi, quod
not. gloſſ. ff. de poſtul. l. 1. Et talis eſt iſta, quæ ſemper
fuit obſeruata tam per clericos, quam per laicos. Vn-
de clericus, ſi non ſeruat homagium, poteſt de prodi-
tione accuſari: vt no. Inn. extra de fo. compet. verum.
¶ † Ad id, quod dicebatur, quòd cum dominus con-
currit cum deponente, dominus debet præferri: fuit
reſponſum: quòd hoc haberet locum: niſi conſuetu-
do eſſet contraria: quæ videtur valere. Nam quòd po-
teſt lex, poteſt & conſuetudo. ff. de legibus. l. de qui-
bus. ſed hoc poteſt lex. vt ff. nau. cau. l. 1. §. idem
Pomponius. alias eſt lex & incipit periti. ergo &
conſuetudo, & lex municipalis. Præterea quod res
reſtituatur deponenti eſt de iure gent. quod eſt quo-
dammodo naturale. Sed quòd reſtituatur Domino,
eſt de iure ciuili: vt hoc probatur. ff. depoſiti. bona fi-
des. in princ. Sed non eſt dubium, quod conſuetudo,
& lex municipalis derogant iuri ciuili in loco, in quo
ſunt. ff. de iuſti. & iu. l. omnes. & in prælegata l. de
quibus, ergò conſuetudo, quòd reſtituatur deponen
ti derogabit iuri ciuili, q̃ habet, quòd reſtituatur Do-
mino: maximè quia congruit iuri naturali: cui in hoc
fuerat detractum per ius ciuile: vt ſic res reuertatur
ad ſuam propriam naturam. † Et ſit ratione, bonæ fi-
dei, quæ in iſtis cuſtodijs debet exuberare. vt ff. depo-
ſiti. l. 1.

siti.l.1.ne frangatur.graue est enim fidem depositi,& custodię frangere. ff. depositi.l. 1. §. meritò, & argument. ff. de constit. pec.l.1.& C. de dolo.l.1.maximè ne officium custodiæ,quòd assumpsit,sit sibi damnosum.C.de administ.tuto.l. cum quædam. argumen. ff. de his, quibus vt indi. l. post legatum. §. aduocatum. l. tutorem. ¶ † Ad id, quod dicebatur: quòd pendente probatione super excusationibus non debebat absolui,dicebatur, quòd immo debebat. Et casus erat hodiè expressus.in ca. venerabilibus. §. idem est. ibi, protinus absoluatur. Vbi exponunt omnes Doctor. protinus, id est, statim, & antè omnia & allegant de offi. delega. cum contingat. facit extra quod me. causa.cap.1.Non ob. quòd notat. in c. solet. quia ibi dicebatur nulla. Et est ratio : quia ibi non est tantum periculum. & ideo in ca.cum contingat. dicitur, quod vbi sententia dicitur nulla, antè recipiuntur probationes, quàm absoluatur. sed vbi dicitur iniusta, tunc statim absoluitur. Et potest esse ratio propter magnam moram. Nam, vt dicit Innocent.in ca. sacro. vbi magna mora intercessura est, etiamsi non sit aliud periculum, absoluendus est cum cautione, cuius cognitio,& iudicium magnas moras habet, maximè in curia. Ex alio capite videbatur magister absoluendus: scilicet propter periculum moræ recepta tamen cautione ab eo de parendo iuri. extra de sentent. excommun. sacro. capit. 1. & cap. nuper in fin. nisi per dilationē periculum immineat animarum. extra de pœni. & remiss. cap. fin. † Et de periculo moræ in persona istius satis constat ex aspectu, quia senex est: & licet alias sit fortis, tamen facilius absoluitur propter periculum, quod continuè imminet ei: vt notat Innocent. de sentent. excommun. eor. quamuis ex vicinitate, & propinquitate mortis. 85. distinctio. tanta. & argument. 16. quæstion. 2. illud. Et est perpetuum periculum, quia continuè augmentatur. & licet quo ad alia dicatur senex septuagenarius: vt ff. de iur. immun. l. 3. & C. qui ætate. l. 1. tamen quo ad periculum mortis senex est quinquagenarius: vt notat Innocent. extra vt lit. non conte. quoniam frequenter. & ideo casibus reseruatis, in quibus alias differtur absolutio, donec quis veniat ad curiam, in sene non differtur propter periculum, vt in capit. quamuis, & cap. ea noscitur. & c. quod in his. Immo & si aliud periculum non esset, nisi quia magna mora intercessura est, debet absolui: vt notat Innocent. in cap. sacro. quia in magna mora semper inest periculum : & sic concludebatur pro magistro : quod cum paratus erat cauere omni modo, quo melius posset: de parendo iuri, & de stando ordinationi, & voluntati Papæ, & de præstando omnem emendam, & satisfactionem,non obstante contradictione partis alterius : debet absolui. extra de appellat. qua fronte. cum ecclesia non claudat græmium redeunti. C. de summ. Trinit. epistola inter claras. etiam relapso. extra de hæreticis. ca. super eo. nec malitijs istorum erat indulgendum, vt ff. de rei vendi. in fundo. finge pauperem, qui volebat nocere isti, cum tamen per istam viam sibi non prodesset. ff. de sol. l. 2. & de aqua plu. arcen. in sum. §. item varijs. † Præterea cum non possit restituere, videtur absoluendus cum cautione, si venerit ad pinguiorem fortunam. extra de solut. Odoardus.Et nota, in prædicto capit. ex parte. nec de bonis ordinis tenetur satisfacere. nam delictum ipsius in damnum ordinis redundare non debet. Et ista custodia castri facta est personę & non Ecclesię,vel ordini.extra depositi.ca.1. Homagium, si quidem & iuramentum personale est ex parte præstantis: vt no. Innoc.extra de iureiuran.veritatis.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Cuius. *Adde & dic quod forte sanior lectio esset cui.*
b ¶ Excommunicationem. *Adde, & tu tene pertinaciter : in contrarium enim communis est opin. quòd qui petit absolutionem à sententia excommunicationis, non tamen ritè se excommunicatum fuisse fatetur. Glo. in c. sacro. de excommunica. Bar. & Doct. in l. Decem. de verbo. oblig. Et l.1.in prin. de ope.no.nun.*
c ¶ Veritatis. *Adde circa materiam huius consil. videlicet an, & quando difficultas tueatur ab excommunicatione. Vide remissiones ab Alex. factas in fin. l. Quod te. si cert. pet. Et an difficultas à periurio excuset. Vide Anch. in consil. 75.*

De pactis. & de iureiur. & de succes. abintest. & de test. & de sent. & re iudica. & de dona. inter virum & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio regis de non alienando bona regni etiam iuramento firmata, si à principio fuit inutilis, eius morte non confirmatur. cum num. sequent.*

CONSILIVM XCIIII.

ELEGANTER circa negoeium,de quo agitur apud magnæ auctoritatis, & profundæ scientiæ viros, quorū discretioni ipsum negotium dignoscitur esse commissum, plura dubia sunt subtiliter pertractanda. Et quantum ingenij mei paruitas capit, omnia per sapientes prædictos discussa circa hoc reuoluuntur. ¶ Vtrum videlicet statutum,& iuramentum regis, ac notarij publici stipulatio per se tantū considerata, prout in scriptura fuerunt redacta,donationibus factis, vel faciendis obstiterint,& obstent? ¶ Secundū si per id,quod tunc plus dicit fuisse in mente domini regis agitatum. Et etiam ipsis verbis expressum, speretur hmōi obstaculum posse tolli? & quæ actio competat dominæ reginæ? ¶ Tertiò esto quod competat,& quod certum existat, an contra dominum regem eius filio primogenito in genere, vel in specie non vocato iudicium efficaciter institui possit,adeò etiam quòd sententia lata, aut alia ordinatio facta contra dominum regem, vel alia agitata cum ipso solo, obstent perpetuò filio primogenito prædicto? ¶ Quartò dato quod hoc fieri non possit filio non vocato,an sufficiat omnes,quorum interest generaliter vocari,vt sic filius in genere cōprehendatur, vel sit necesse ipsum nominatim vocari? ¶ Quintò si ipsius filij in specie necessaria fit vocatio,quomodo,& per quem de curatore poterit prouideri? ¶ Sexto vbi omnia defecerint,an saltem testes ad æternam rei memoriam vtiliter recipi possint? Considerando in omnibus his,quod dictus filius existit in patria potestate,& infra pupillarem ætatem: & quidem mouit ille,qui ad me primò scribentem recursum dubia prg scripta inter ipsum, & me mota habuit pro negotio supradicto,quia omnia in collationē deducta fuerūt.

1 † Et quantum ad primum dubium, mihi videbatur probabiliter allegari posse, etiam per rationes factas à sapientibus prędictis. Statutum, & iuramentum regis donatiōes præfatas nullas minimè reddidisse,nec ex stipulatione prædicta ius dicto primogenito filio fuisse quæsitum : in tantum quòd cùm ipsa stipulatio à sui principio fuisset inutilis : vt institut. de inuti. stipu. §.

Ripul. §. item inutilis. & §. furiosus. in fin. & ff. de fideiusso. l. si quis pro eo. §. 1. etiam morte non confirmatur patris. Videtur enim, quod quando stipulatio est inutilis ratione personarum considerato tempore conceptionis ipsius stipulationis, nunquam efficitur vtilis, etiamsi conditionaliter foret concepta, & tempore, quo venit conditio, cesset vitium, quod inhæret tempore conceptionis. nam qualis sit conditio personæ stipulantis, tempore, quo stipulatur, attenditur, & ex præsenti vires accipit stipulatio, nec in pendenti esse, nec quo ad sui vigorem suspendi potest, & si ea petitio suspensa sit, vt ff. de stipul. seruo. l. si seruus communis stipuletur. & l. vsusfructus, & de verbor. oblig. l. filiusfa. sub conditione. & de regul. iur. l. non omne. §. in stipulationibus. & facit etiam. ff. de ser. expor. l. si minor. Et hoc etiam voluit dicere gloss. ff. de verbor. obligat. l. liber homo. quamuis in hoc aliquis de sapientibus prædictis scripserit contrarium: sed quia hęc allegatio semper salua dominæ Reginæ permanebit, visum fuit his, qui ipsius dominæ Reginæ vtilitatem, & honorem diligunt, dubijs, quæ per curiosos in posterum fieri possent, occurrere, quātum est possibile. censent verò in allegatione huius non esse ad præsens immo-
2 randum. † Quantum ad alia dubia, prudentiam sapientum nolo latêre, quod opera mea ad hoc nō fuit requisita, vt toto ingenio vias, & iura exquirerem ad dictum negocium, & ipsius introductionem impedienda: Sed magis ad idem negocium, quatenus ipsius natura, & circumstantiæ patiuntur, promouendum, & quantum fieri potest, in toto ponendum. Et ideo, si placet, non mirentur, nec mihi imputent sapientes prædicti, si vias cum multiplicatione iurium nō scripsi ad impediendum negotium supradictum. Scio enim, quod contra rescripta, & libellos eosdem, etiamsi non interesset agentis, cum ad vigorem iudicialis necessario non requiratur, quod interfit actoris, nec ex tali omissione fraus, aut collusio potest impingi, & maximè vbi talis persona interuenit, proprij filij non præsumitur de facili quid machinari, ut dominus Rex existit, qui etiam in fraudem paterna affectione suspitionem fraudis, & circumuentionis resecante: vt C. de adopt. l. cum in adoptionis. §. si vero. Nam hoc solum ad præsens quæritur,
3 an dominus Rex in æditione statuti prædicti senserit de vxore, & filijs procreandis? † Et an domino Regi aliquid illicitum posset impingi ex donationibus suprædictis? existimans itaque dominum Regem nolle in hoc negocio de iuris apicibus disputare, cum hoc, vbi de bona fide agitur, minime conueniat, vt ff. man. l. si fideiussor. §. quædam. nec velle omnes exceptiones exquirere, ac si iudicium meum redderetur prorsus in inuitum: & considerans, quod Princeps, scilicet Papa, ad talis facti narrationem in suo rescripto expressam ipsum rescriptum cum ampla potestate ex certa scientia concesserat, sciens vtique dominæ Reginæ ex tali facto competere, vel non prosilere de rigore iuris actionem, & non solum iuris actionem, & per tramites stricti iuris. Sed etiam summariè iussit procedi, nec solum ipsius dominæ Reginæ fauorem, sed etiam domini Regis attendit, & non putaui, nec puto circa hoc, an, & quæ actio de præsenti dominæ Reginę competat, aut circa formulam libelli multum inde morandum. Nam si libellus transeat ad id, quod principaliter intenditur, & per dictum rescriptum committitur, concludens nō videō, quod illud, quod seruata forma commissionis Apostolicæ pronunciabitur, siue statuetur, aut declarabitur, valeat, quando iuribus subfistat ratione defectus iurisdictionis, aut interesse dominæ Reginæ agentis rationabiliter impugnari, cum de iurisdi-
4 ctione constet, † nec etiam defectus interesse agentis redderet instantiam, aut sententiam siue declarationem iudicum nullam. argum. ff. famil. hercis. l. cum putarem. & de inoffi. testam. l. posthumus. §. 1. & extra de senten. & re iudic. c. Abbate. §. sed ad hoc. lib. 6. & quod legit. & nota. ff. de iudici. l. licet. & rem ra. ha. l. 3. §. falsus. & per Innocent. de procur. cap. in nostra. in gloss. qualiter. quæ in pluribus facit ad materiam. Attendens insuper tantam in facto fore difficultatem, prout mihi proponebatur, quod filius in genere, vel in specie notari, aut inuito curator dari, præsertim absque scandalo, & magni tumultus periculo, non poterat, vltra hoc, quod idem filius pupillus existens, & tutorem, vel ad litem curatorem non habens in mora constitui non valeat, nec ei frustratio nocere debeat: vt ff. vt in poss. lega. l. is, cui. §. cessatum. & de regulis iur. l. pupillus. putaui inaniter circa hoc laborare. Nam & secundum Philosophum de impossibilibus non consiliatur. Sed quia domini Regis, & testium, qui æditioni supradicti statuti interfuerunt, testimonia iurata de intentione ipsius domini Regis, & sententia, quæ contra ipsum dominum Regem auctoritate Apostolica. Et ad cautelam Regiam fertur, multum posset futuram donationem prædictarum defensioni diuersis confideratio-
5 nibus suffragari. † Ad hæc duo dubia, quæ tertium & sextum superius proponuntur, in quibus saltem facti impossibilitas, seu magna difficultas, & perplexitas non subest conuerti, Et dixi, & dico saluo meliori iudicio, quod sententia lata contra patrem ex ipsius patris confessione iurata, & aliorum testium depositionibus iuratis, & ex alijs probationibus, quæ in facto consistunt, obstabit filio hæredi, saltem exceptionis ope, per rationes, & iura per me alias ad hoc allegata: quæ non repeto causa breuitatis.
6 † Sed contra hoc instatur, quia vt in contrarium allegatur, ius fuit ex supradicta stipulatione filio quæsitum, & sic à patre mortuo tuebitur se iure ante mortem quæsito sibi. Sed quantum ad stipulationem breuissimè dici potest, quod aut non tenuit ratione notarij filio stipulantis, & quærere nocumentis, vt bene rationibus & iuribus, ac auctoritate domini Innocen. per dictos sapientes persuasum est, aut non tenuit ratione potestatis: aut ipsius filij pupillaris ætatis per iura prælleg. institut. de inutil. stipul. §. item inutilis. & §. furiosus. in fin. & ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. 1. & accedit C. de do. l. si quis in emancipatum. adeò vt vires non recipiat in excursum in id tempus, quo erat sui iuris, quamuis alij sentirent contrarium, vbi fuit, vt superius allegaui & probaui. quinimò ipse excursus faciet contra eum, cum statim mortuo patre erit hæres eiusdem, sic, quod omnes actiones erunt confusæ creditore debitori succedente, vt C. de hæreditari ac. l. vt debitum. vel si ipsa stipulatio ex omni parte tenuit, & per eam ius filio quæsitum fuit adhuc ipso filio hæredi etiam ex sua persona contra factum & iusiurandum patris & sententia lata contra eundem patrem venire volenti obstabit exceptio: vt C. de re. alien. vel non alien. l. venditrici. 2. responso. & ff. de euic. l. vendicantem. & de libera. cau. l. filium. & in authent. de iureiuran. à mori. præstit. de exceptio. rei vend. & tra. l. 1. 2. responso. & l. vltim. & est expressum. C. de do. l. si patri. à contrario sensu quæ. l. sano intellectu habet intelligi libertate facta de rebus proprijs filij emancipati. & C. de libe. causa. si ab eo. & de rei vend. l. cum à matre. Vbi gloss. respondet omnibus ll. in contrariū quantum ad hunc punctum per aliquem ex dictis sapientibus assumentem opi-

nionem ibi reprobatam allegatis. Hæredem enim eiusdem potestatis utrisque esse cuius fuit defunctus constat.ff.de reg.iur.hæredem. Sic ergo ratione primæ stipulationis filius hæres minimè poterit se tueri,nec suffragabitur dicto filio, si ipsa sententia feratur,eo etiam in minori, seu pupillari ætate constituto,vt C.de testa.mili.l.quæ à patre. si aduer. ven. pig.
7 l.2.& de his,qui. vt indi.l.Polla. † Sed adhuc instatur, & dicitur, quod quamuis secundum præmissa videatur,quod filio nõ proderit stipulatio: videtur saltem,
a quod ius primogenituræ *a* proderit ipsi, & ei obijci non possit sententia lata contra patrem: cùm (prout allegatur) filius primogenitus succedat in regno iure proprio dupliciter,scilicet,ex dispositione domini Iac. Regis antiqui,qui iure primogenituræ disposuit suos liberos admittendos, & iuris communis dispositione iuxta not. per aliquos canonistas de vo. & vo. re. c.licet. Et etiã aliquos legistas:quasi à genere,non à patre regnum habere videatur. pro quo fortiter facit. ff. de interdi. & releg.l. 2. Et ideo non videtur, quod ipsi patri de ipso regno gratias habeat referre. Et in tantum videtur aliquibus, quod filio primogenito regnum debeatur, quod pater ipsum primoge-
8 nitum regno priuare nõ posset. † sed quanquam dispositio do. Iac. Regis posset non improbabiliter impugnari, quia iura sanguinis, & naturalia per ipsum non potuerunt immutari, nec vnus solus filius admitti, & cæteri excludit tamen concesso ad præsens, quod hoc sit de iure communi, dico, quod primogenitus reuera est hæres sui patris,& hoc ostendo. Certum est, quod naturale præcesserit omne ius positiuũ, vt potest liquidè videri ex pluribus legibus, quæ habentur. ff. de iusti. & iu. in prin.decre. distin.1. Item certum est, quod ante fuerunt populi, & hominum multitudines,quàm regna,vel Reges, prout habetur ex historijs,vt pulchrè asseruit fœ.re. Clemens Papa I. in quadam epistola sua,& patet etiam.ff.de orig. iur. l.2. Vlterius certum est, quod iure naturali inspecto non solum primogenitus,sed etiam minores filij patri in omni iure, quod ei competebat tempore mortis suæ,succedunt,cum natura filios ætatis, vel sexus distinctione non habita ad successionem vocet, successoresq; eos faciat parentum suorum: vt ff. vnde liberi.l. scripto hæredi. C. de libe. præte. l. maximum vitium. & de legi. hær. l.lege. & in auth. de trien. & sem.§.hinc nos.& ff.de bo.dam.l. cum ratio.& de inof.testa.l.vitium.sunt enim filij æqualiter pars parentis. & ideo iure naturali pariter ipsi succedunt,vt ponit Philos. 7. Ethicorum. Et in tantum natura ipsos filios ad successionem vocat sui patris,vt etiam viuente patre idem filij bonorum paternorum quodam modo domini æstimentur, & eo mortuo inter ipsos patrem, & filios continuatio dominij, atq; bonorum libera administratio magis, quam hæreditatis perceptio videatur.ff.de libe.& posthum.l. in suis.1. Fateri ergo necesse est, quod iure naturali inspecto, quod præcesserit ius quodlibet positiuum, non solum primogenitus,sed & minores fratres eius sunt sui patris hæredes. Huic quoque ius naturali eius positiuum Romanum consonum esse manifestum est. & forsan ipsum ius Romanũ est dictum iuris naturalis, saltem quo ad certam portionem certis personis relinquendam executiuum:vt in auth.de hęre.& fal.§.primum verum, quia vnitas multitudinis,seu populi, quæ dicitur pax,in qua bonum, & salus ipsius multitudinis consistit, dicente Cassiodoro: Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium custoditur. Hæc est bonarum artium mater decora, hæc mortalium genus multiplicat, facultates protendit, mores extollit, & legislatori congruit bono, & graui præsidi cu-
rare pacatam,atque quietam esse, quam regit,prouin
ciam. nam pace remota socialis vitæ perit vtilitas. Quinimò multitudo dissentiens sibijpsi fit onerosa, & per consequens nihil habet honesti. Opus fuit, & ad vnitatem & pacem huiusmodi inducendam, nu-
triendam, & conseruandam aliquo regente, & diri-
gente, per quem ipsa multitudo regatur, & dirigatur.vnde & Salomon Prouer.11.dicit: Vbi non est gubernator, corruit populus. Quantò igitur regimen efficacius fuit ad vnitatem, & pacem conseruandam, tantò erit vtilius.Manifestum autem est,quod efficacius vnitatem efficere, & conseruare potest id, quod est per se vnum,quam plures. In pluribus enim requiritur quædam vnio, vt modo debito regere possit. Vniri verò dicuntur plura per approbationem ad vnum. Multis enim existentibus in vniuersitate,seu multitudine paribus Rectoribus, & vnoquoque id, quod sibi foret delectabile, prouidente, multitudo ipsa de facili dispergetur, & vniuersitas subsisterenõ poterit. Sic in natura videmus,quod ars imitatur, vt insti. de adopt. §. minorem. Nam in membrorũ pluralitate est vnicum caput. quod si in eodem corpore plura capita reperiantur, dicitur esse monstrum: vt ff.de statu homi. l. non sunt liberi. & in apibus vnus est Princeps, gruesq; vnam sequuntur. 7. q. 1. in apibus.& in toto vniuerso vnus Deus omnium factor,& Rector, vt ait Philosophus. in 12. Metaphylicæ. exemplum quoque de vnitate huius in populo capitis habetur in diuina scriptura,vbi Dominus per Ezechiel, dit: Seruus meus Dauid Rex super eos erit, & pastor vnus erit omnium illorum. & pro munere promittit populo suo, quod ponet sibi caput vnum, & quod
9 Princeps vnus erit in medio eorum. † His quoq; confiderationibus prohibuit Papa generali Concilio, ne vna, eademq; ciuitas siue diœcesis diuersos haberet Pontifices, tanquã vnum corpus diuersa capita, quasi monstrum: & à canone sancitum est, vt singulæ prouinciæ singulos Archiepiscopos haberent,vt extra de offi. ordi.c.quoniam in plerisque,& in præalleg.c.in apibus.Et Romano populo,dum rectus esset per plures,necessarium visum est reipublicæ per vnum Consuli: vt ff.de reg.iur. l.2. §. deinde, quia difficile,præstretur. facilius enim vnus tutor actiones exercet, & excipit,ne per multos tutela spargatur, vt ff.de administori quoque curæ fuit, ne tutela per plures adminiui. tutor.l. 4. §. apparet. His itaque considerationibus inductum est, vt vni regno vnicum caput præsit, quod populum, & multitudinem inter ipsum consistentes regat, & dirigat, & vnitatem, & pacem inter ipsos nutriat,& conseruet. oportet autem hoc considerare iure positiuo,seu ciuili,siue scriptum,siue non scriptum dicatur, fore adductum, cum per talem iurisdictionem iure naturali aliquid reddatur: vt ff. de
10 iusti.& iu. l. ius ciuile. † Et quamuis aliquibus visum sit probabilibus in hoc rationibus non carentibus, quod huius caput per electionem foret assumẽdum, tamẽ obtentum, & visitatum est, & esse vtilius approbatum est,quod iure hęreditatis,& per successionem ipsum caput, scilicet vnicus Rex in regno vno haberetur. sed quia mortuo principali capite, videlicet Regi, vrgente discordia de facili poterat suboriri, qui in principali capite regiminis deberet substitui, vtile fuit circa personam determinare, ex qua semper assumeretur ipsum principale caput. scilicet vnus Rex populi gubernator,sicut etiam habetur in simi.ff. de mune. & hono. l. vt gradatim.§. & si lege. & l.reperto. in prin. Et iterum, quoniam dissensio esse potuisset, quis ex ipsa prosapia assumeretur in Regem, vtilissimũ fuit determinare, quis mortuo Rege regnare deberet.

deberet. Et rationabiliter visum est, quod vnus ex filijs, & quidem primogenitus ipsius Regis. Et hoc duplici ratione: Primo, vt Rex viuens & præuidens alterum ex filijs suis regnare debere, plus curet de ampliationę, & vtilitate regni sui. Secundò, quia pluribus existentibus filijs rationabile fuit statuere, quod primogenitus in Regem succedat. nam natura dedit eidem generi, hic quidem est senius, hic autem iunior, quorum hos quidem subijci, hos principali debet ne indigari debet in venis secundum ætatem subiectus futurus valentior. *b* Honestum enim est iuuenes ministrare, & senioribus obedire, vt ait Philosophus 7. Politicorum. & facit ff. de fide instru. l. fin. Hoc etiam suadet dilectio, quam pater communiter habet ad filium primogenitum, vt ampliori solicitudine de bono regni curet sciens ipsum ad filium plus dilectum peruenturum. Si quis igitur diligenter attendat rationes prædictas, ob quas inductum extitit dictum ius positiuum, videlicet quod solus primogenitus in regno principetur, ipsum ius principali ter ratione regiminis fuit inductum, vt vnitas ipsius regiminis regno, per quem pax, & quies multitudinis, & populi in regno consistentium conseruaretur. *c* ¶ Vnde per idem ius ad hunc finem disponens non tollitur ratio naturalis supradicta, nec naturæ veritas adumbratur, secundum quam filius primogenitus est hæres patris, quamuis in ipsum filium primogenitum taliter ius positiuum confluat reliquos filios excludens. & pro hoc facit. ff. de li. & posth. l. filio. & de vsu earum rerum, quæ vsu consu. l. 1. ibi, nec enim naturalis ratio auctoritate senatus potuit commutari. & C. de iure. do. l. iuribus. Nec per ipsum ius positiuum datur filio primogenito, quod sit hæres patris. Hæc enim ratio naturalis dicit eidem, vt superius ostensum est. nec iuri filiationis ipsius nocere, seu detrahere debet ius primogenituræ additum eidem. & pro hoc bene facit. ff. si à pa. quis fu. ma. l. 1. §. fina. sicut fortè nec ius positiuum, quo legitima in bonis patris filio præseruatur, & quo statuitur, quod pater filium legitima priuare non possit, nec filio aliquod grauamen imponere, ipsum filium in legitima facit patris hæredem, sed primum ius, scilicet naturale, secundum quod ipsa legitima interdum appellatur debita iure naturæ: vt in prædallegat. authent. de trien. & semis. §. hoc nos. & C. quorum bo. l. vlti. & quæ appellatur debita pars, interdum appellatur debitum simpliciter, quandoque verò debitum bonorum subsidium: vt C. de inoffi. test. sancimus. & de inoffi. do. l. si totum. Dixi autem fortè, quia sunt, qui dicunt, quod iure ciuili positiuo legitima filio debetur: & ob hoc 10 tenent, quod filius per l. municipalem possit legitima priuari, & hoc probant, sicut placet eis. † Alij verò dicunt: quod taxatio quotæ fuit, & est de iure ciuili positiuo, sicut & aliàs ius ciuile distinguit ius diuinum, A patet in numero testium in testamentis, de quo C. si contra ius, vel vti. pub. l. fin. & etiam de test. c. licet vniuersis. cum ibi not. & per Innoc. extra de consti. c. quæ in ecclesiarum. sed quod portio aliqua in bonis patris sit filio debita, est de iure naturali pater filium alimentare tenetur. & ideo dicunt isti, quod per l. muni. non potest filius priuari totaliter substantia patris. Et ita cum ipso iure naturali audiui à solennissimo Doctore in scholis disputari, & determinari. *d* Sed siue dicatur, quod iure naturali, siue quod ciuili positiuo hæreditas paterna filio debeatur, † certum est, quod ipsum ius præcesit ius consuetudinarium, quo minores filij à successione regni excluduntur: & secundum hoc primogenitus, ex primæuo iure censetur hæres: siue illud ius sit naturale, siue sit ciuile positiuum. Nam quoties lex obligationem introducit super eo facto, super quo vetus actio competebat, nisi nominatim caueat, vt ea sola actione vtamur, etiam veteres eo nomine competunt actiones: vt ff. de actio. & oblig. l. quoties. & de publi. l. 1. nec iuri veteri est in aliquo derogatum, vt de sepul. viola. l. qui sepulchra. Et si hoc obtinet in iure positiuo addito priori positiuo: multò magis obtinet in positiuo addito naturali, quod immutari non potest in totum: vt in §. sed naturalia. Verum hoc adijcit filio primogenito ius positiuum posterius iure naturali, & ciuili, quod per ipsum primogenitus reliquos fratres suos à successione regni excludat. & hoc toleratur in regnis propter publicam vtilitatem, & propter considerationes: sic quoque ius ipsum positiuum, siue sit scriptum, siue consuetudinarium, est duntaxat filiorum suorum minorum exclusiuum, & ordinis inter filios inductum, non autem derogat paterno nexui, neque iuri à patre in filium primogenitum alias e- 12 manato. Et ex hoc etiam assumitur talis ratio. † Certum est, quod dispositio inducta ad aliquas, siue res, siue personas excludendum, iure nouo collationem non operatur, vt ff. de hæred. institu. l. ex facto. & de leg. 1. l. legata. & de condi. & demonst. l. cum tale. §. fin. Talis enim iuris exclusio fit, quo magis certæ personæ à dignitate aliqua excludantur, prout habetur in simili prædallegat. l. vt gradatim. §. & si. & l. rescripto. in princip. non quo magis alicui alij ius nouum conferatur. Nam si quis ita dixerit, Si legitimus nolit esse hæres, tu hæres esto: quamuis legitimus virtute verborum huius taliter institutum excludere possit, non tamen ipse legitimus admittitur virtute testamenti, sed ex iure primæuo, scilicet, ab intestato alias sibi competente, vt ff. de hæredi. instit. l. si quis hæres instituatur. Et idem est, si dicat, Si filius meus decedat sine liberis, Titius sit 13 hæres, vel hæreditas restituatur eidem. † Nam si filius habet liberos, illi excludunt substitutum ex vi conditionis testamenti, non autem ipsi ex testamento sunt hæredes: vt nota. ff. de hæredi. instit. l. Lucius. in fin. & de leg. 1. l. filiusfamil. §. cum quis. & probatur. ff. ad Trebell. l. ex facto. §. ex facto tractatum. vbi apparet, quod licet excludant substitutum, non tamen excludunt fiscum, quod tamen facerent, si ex testamento possent admitti. ad hoc etiam facit. C. de natur. liber. authent. licet. & ff. qui potiores in pigno. habeantur. l. Claudius. Ex hoc itaque sequitur, quòd filius primogenitus est hæres sui patris ex iure primæuo, non autem ex iure positiuo 14 subsequenter reliquos filios excludente. ¶ † Vlterius sic probatur, certum est, quod duntaxat per dispositionem vltimæ voluntatis aliquis potest aliquo onere onerari, ad quem aliquid morte ipsius onerantis est peruenturum, vel non admittitur per dispositionem eandem, vt ff. de leg. 3. l. 1. §. sciendum. & C. de fideicommiss. l. ab eo. sed certum est: quod filius primogenitus Regis potest per ipsum patrem onerari, & adeo efficaciter, quod nisi ipsa onera impleat, potest ipse primogenitus iure primogenituræ priuari, & regnum ad minorem filium transferri, vt extra de vo. & vo. re. capit. licet. ergo sequitur necessariò, quod morte ipsius patris, & ab eodem ad eundem primogenitum peruenit regnum. 15 † Amplius certum est, quod in omni iure, quod patri tempore mortis ipsius incommutabiliter competit, filius succedit eidem, & ipso iure est hæres ipsius, vt ff. de liber. & posth. l. in suis. & vnde legi. l. scripto hæredi. & si quis omissa causa test. l. 1. §. qui in potestate, & de stipul. seruo. l. liber homo stipul. §.

apud

apud Labeonem, cum suis similibus. Sed certum est secundum opinionem, quæ præstantior est de veritate iuris, quod si primogenitus e superstitibus proprio filio, & patre, ac fratre decedat: & deinde ipse pater, frater filio primogeniti in regno præfertur. argum. ad hoc. ff. de leg. 2. l. cum ita. §. in fideicommis. & C. quando dies leg. l. agrum. de bonis ma. l. 3. §. in nepotibus. ff. de verb. sign. l. fin. ff. ad Treb. hæredes. §. inter. Ergo necessario resultat, quod filio, viuente patre, ius non fuit incommutabiliter quæsitum in regno, alioquin ipsum ad suum proprium filium transmisisset. Iterum certum est, quod ea, quæ filio patre viuente quæruntur, eadem remanent post mortem patris, etiam si paternam repudiet hæreditatem, vt C. de secun. nup. l. si quis prioris. de quo satis tangitur in l. sancimus. §. in computatione. Sed certum est, quod si mortuo patre rege primogenitus repudiaret hæreditatem patris, mox regnum deuolueretur ad secundum genitum. argum. ff. de assig. lib. l. 1. §. assignare. & l. 3. §. 1. cum duabus ll. sequentibus. & in 10. colla. an agnatus, vel filius defuncti repudiet hæredi. &c. & facit. ff. de acqui. hæredi. l. 1. §. qui semel. Ergo ideo, quia filius est hæres patris, regnum pertiner ad ipsum. † Pro quo facit etiam, quia si filius in 16 legitima foret institutus, ipse ab hæreditate paterna abstinere, & ipsam legitimã habere non posset, quanquam legitima debita dicatur: quia licet sit debita, in ea tamen potest institui, & iure institutionis capit ipsam, vt not. extra de testa. cap. Raynu. in glo. retinebunt. & ff. de minor. l. 4. §. sed verum. in glo. ex hoc verbo. facit etiam, quod not. C. de inof. test. l. ex tribus. Rursus si filius primogenitus caperet regnum, vt omnino æs alienũ sibi debitum à patre, & eo modo, quo filius capit materna, vt quidam ex sapientibus sentire nixus est, pater non posset ex causa filium primogenitum regno priuare. Sed constat hoc esse falsum, vt patet in sacra scriptura, Genes. 44. & præall. leg. c. 5. vbi ad literam dicitur, quod Ruben fuit primogenitus Israel: sed cum ascendisset ad cubile, & violasset torum patris sui, data sunt primogenita eius per patrem filijs Ioseph, & non est reputatus ei in primogenitum. quod etiam Rex minorẽ filium maiori filio prætulerit in regno habetur 4. Regum. c. 1. vbi patet, quod Dauid prætulit in regno Salomonem filium suum minorem Abdoniæ filio suo maiori ipso Salomone. Et pro hoc etiam facit allega. decreta. licet de vo. & vo. redem. vbi patet, quod per impositionem onerum à patre, & eorum non impletionẽ per filium primogenitum, idem primogenitus iure primogenituræ priuabitur. Denique quod sententiam contra patrem obstet eius filio primogenito, cum Rex erit, etiam si non diceretur hæres eiusdem incommutabiliter, sic probatur. Certum est, quod is, qui alij in vniuersali regimine, & administratione iurium, seu bonorum, seu omnibus bonis, vel etiam certa parte bonorum per modum quotæ succedit, per hoc ius, nomen, & effectum sortitur hæredis, & actiones intentat, & creditoribus eius, cui succedit, tenetur, ac sententia, siue arbitrium contra prædecessorem lata, seu promulgatum obstat eidem, etiam si reuera hæres nõ 17 sit, & ab eo præcessore non habeat causam. † Imò etiam si præmissa habeat contra voluntatem prædecessoris eiusdem, prout hoc patet in Episcopo, & œconomo, cui patrimonium pauperibus, seu captiuis relictum distribuendum l. defert: vt C. de epis. & cler. l. si quis ad declinandam. §. licentiam. & in filio etiam exhæredato, vel alio quocunque, cui ex Trebelliano hæreditas est restituta: vt ff. quod cum eo. l. si filius. & de bo. lib. si necesse. §. fin. & ad Treb. l. 1. circa prin. & in fisco, cui omnia alicuius bona, vel ipsorum bonorum aliqua quota sit publicata: vt ff. sol. mat. l. si marito publico iudicio. & C. de iudi. pu. vel priu. l. 2. & in fisco contra voluntatem defuncti ex legis tamen permissione succedente. vt ff. ad fil. l. cum fisco & ad Treb. l. Macellus. §. fin. & de leg. 1. quidam testamento. §. 1. Et in prælato in prælatura, & per consequens in regimine, & administratione succedente, qui ex contractu sui prædecessoris tenetur, vt extra de solu. 18 c. 1. † Et cui sententia lata, siue arbitrium promulgatum contra prælatum prædecessorem obstat indubitanter, vt extra de senten. & re iudic. c. cum inter. & de præscri. c. cum olim. comparatur enim prælatus successor hæredi, vt d. c. 1. quamuis à prælato prædecessore non habeat causam, vt not. Innoc. cap. ex parte. & Ioan. Mona. vt lit. penden. c. 2. lib. 6. & ei, cui libertatis causa bona adijciuntur: vt instit. eod. tit. & in corpore seu collegio in bonis eius, qui de eodem corpore seu collegio extiterat succedente: vt C. de hæredi. decur. l. fin. Quorum ratio est, quia & si prædicti nõ sint propriè hæredes, vt etiam aliqui ex ipsis, sed aliqui præter, & aliqui contra voluntatem defuncti regimen habent & administrationẽ, siue bona capiant effectu, tamen sunt hæredes, & hæredum loco habentur, & hæredibus comparantur, vt liquet colligere ex iuribus supradictis. † Item certum est, quod 19 filius primogenitus in vniuersali regimine, & administratione iurium, & bonorum regalium succedit, & per cõsequens effectu hæres est, & loco hæredis habetur, & est censendus. pro quo etiam facit. C. de sol. l. successores. & quod not. C. de acquirenda possessio. l. vitia. ¶ Ex omnibus igitur præmissis concluditur, quod siue filius primogenitus propriè hæres de iure hæreditario regnum habere dicatur, quod verisimum videtur, siue loco hæredis habeatur, & hæres effectu censeatur, & hæredi comparetur, quod fateri omnino necessarium est sententia lata cõtra patrem 20 obstabit eidem. † Non obstat, sed magis pro hac parte facit. ff. de interdictis, & relegatis. l. 3. Lex enim illa expressè concedit, quod ciuitatis amissio adimat liberis omne id, quod à patre ipsorum peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate decessisset, hoc est hæreditatem & liberos, & si quid aliud in hoc genere reperiri potest. Quæ verò nõ à patre, sed à genere tribuuntur, manere incolumia. † Constat autem, quod 21 si Rex intestatus moriatur, ad filium primogenitum hæreditas patris peruenit, non solum quia de genere, sed quia filius talis patris, & iure filiationis. si enim filius huius patris non esset, regnum vtiq; quamuis foret de genere, non haberet. Ex quo patet, quod de genere esse non est per se causa, vt in regno succedat, sed esse filium est causa proxima, & immediata, quare succedit. imò quia filius est de genere, non autem omnis, qui de genere est, filius est. nec causa sola generis cæteros ex genere excludere posset. Item in secundo responso legis loquitur de his, quæ à patre nunquam administrata, vel possessa fuerunt, in quibus non potest dici ipsius patris, qui ciuitatẽ amisit, propriè hæres, aut loco hæredis, vel effectu hæres censendus. ex quibus patet, quantum ad propositum accedit, quod de bonis maternis, & similibus, quæ filio Titij, non quia filius Titij: sed quia filio sæpe obueniunt, † in contrarium allegat allegatio quoque de 22 inuentarij beneficio impertinens est, quantum ad hunc articulum, quo quæritur, an sententia contra patrem præiudicet primogenito hæredi, vel vniuersali successori? De stipulationis enim articulo dictum est quod est impertinens, quia incertum est, si primogenitus inuentarij beneficio vtetur, vbi etiam attenditur, quod not. in præalleg. l. cum à matre. Est quoque nimis verecunda, nimis scrupulosa, & Regibus nimis verecunda,

cum

cum nusquam relatum sit, quod reges Aragoniæ hoc beneficio sint vsi, nec vnquã vtentur tali miseria, dominò, id est, Deo concedente. & cogitent, qui defendere nituntur, quod sententia lata contra regem non præiudicet primogenito filio ea ratione, qua succedit in regno iure proprio. scilicet primogenituræ, in quã tas incidunt absurditates. Ponatur enim, quod Rex Aragoniæ vnam partem regni Castellæ occupasset, & ob hoc inter ipsos coram iudice competente lis agita ta fuisset, & demum ex confessione ipsius regis Aragoniæ, & alijs probationibus sententia lata contra ipsum esset, & eidem ipse rex acquieuisset, nunquid primogenitus succumbentis allegare posset, Hęc sen tentia mihi non præiudicat: quia pater meus colluum fecit, & bonam fidem agnoscere non potuit, quia probationes contra eum factæ mihi nõ obsunt, cum non sim hæres Patris mei, sed iure proprio, scilicet 23 primogenituræ in regno successi? † Sed quid in casu præsenti argumenta quæruntur, nonnè in iure expressum est, quod reges possunt donationes, vel alienationes dignitatem regiam grauiter non lædentes facere? & quod donationes, vel alienationes ipsas filius seruare tenetur, nec contra ipsas potest venire? vtique expressum est: vt extra de sent. & re iudica. c. Abbate. lib. 6. & de iureiuran. c. intellectis. imo ipsorum regum donationes, præsertim in proprias coniuges, & maximè propter nuptias, & etiam in filios, qui non sunt extranei, & quos saltem secundum eorum decentiam iure naturali alimentare tenentur, validiores sunt, & paucioribus vinculis, & solemnitatibus subsunt, quam donationes aliorum. C. de donat. inter virum & vxorem. l. donationes, quas diuus. de quadri. præscriptio. l. 2. & 3. de donatio. l. sancimus. & C. communia de leg. Auth. quæ res. & facit etiam ad id, quod de donatio. in filios collatis dictum est. ff. de iustitia, & iure. l. 1. §. penul. de legat. 2. cum pater. §. cùm inter. & C. de fideicom. l. voluntas. alioqui miditio, si necinter viuos donare, nec in morte legare quid possent propter ius primogenituræ filiorũ suorum. Et id consuetudine vbique obtentum est, Nimi rum cum regum propriũ sit donare. vnde in laudem f Tiberij f Imperatoris scriptum est, quod recordatus super cœnam, quod nihil vnquam tota die præstitisset, memorabilem illam, meritoq; laudandam vocem ediderit, amici diem perdidi. & ex hoc etiam approba- 24 tur, quod de sententia obstante primogenito dictum est. † Nam si donationi factæ per regem, per quam Rex contrahere dicitur: vt C. quod me. causa. l. si donationis. & de præscript. 30. annorum. l si quis emptionis. primogenitus stare tenetur. ergo & gestis in iudicio per ipsum regem, cùm etiam in iudicijs quasi contrahere dicamus: vt ff. de pecu. l. 3. §. idem scribit. & de tutelis, & rationibus distra. l. defensor.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Primogenituræ. *Adde, & in hac primogenituræ materia vide quæstionem, quam Bal. ponit in addit. ad Spec. de feu. col. 3. & seq. Et iunge, quæ habentur infrà in consi. 224. item vide Alex. omninò in l. is potest col. 2. de acquir. hæred. & ibi Constantinopolitanum in additionibus.*

b ¶ Valentiori. *Adde & restitue sic, humano generi, hic quidem vt sit senior, ille iunior, quorum hos subijci, illos dominari decet, nec ætate defertur honor.*

c ¶ Conseruaretur. *Adde his rationibus, quòd melius regno consulitur, si statim Rex substituatur, quàm si vacet sedes. Ideò filij per successionem vocantur non expectata electione. Item ardentiore animo, atque alacriore studet*

Rex, vt Regnum quàm fieri potest optimè conseruetur, ex quo priorem ex se natum successurum videt, nec expectare oportet, vt alij nascantur filij. Quod semper incertum est. Quid enim, si secundo, vel tertio regnum deferretur? Pro spe incerta Rex certum dolorem haberet videndo filium, qui iam natus esset cariturum regno, dubius, an alij postea nascerentur. Immineret etiam periculum ne validior ætate infirmiorem opprimeret. In summaq; ciuilis status ratio turbaretur prorsus, si excluso illo, qui statim per se, aut certè maturius habenas regni suscipere potest, vocaretur alius sub tutela, & cura diutius futurus.

d ¶ Determinari. *Adde & iunge hic, quæ notauimus suprà consil. 15. in fin. & infrà consi. 135. in 1ª colum. Adde nostram disputationem in indigationibus iuris. lib. 1. capi. 28. vbi latè hunc articulum examinando tenuimus legitimam non esse de iure naturæ, ex quo sequitur, quòd possit tolli à Statuto.*

e ¶ Primogenitus. *Adde & vide Bartol. in l. cum satis numer. 11. C. de agric. & cen. 11. lib. cremen. sing. 1. Exemplum ab Historia Xerxis petitum qui cum iunior esset, natus tamen Regi prælatus fuit antiquiori nato ante regnum à patre quæsitum. Iusti. lib. 2. iunge, quæ infrà not. consi. 224. Et circa not. rem. adde opti. textum, & opti. Gloss. in l. 2. §. in filijs ff. de decurio. Quæ nos notauimus in indagationibus nostris lib. 3. cap. 6.*

f ¶ Tiberij. *Adde pro Tiberio substituendum est Tito, si Historicis, præsertim autem Sex. Aurelio Victori, vt par est, credimus.*

De donatio. inter vir. & vxor. & de iureiurand.

SVMMARIVM.

1 *Rex potest facere donationem reginæ de parte regni, si grauiter non præiudicet regno.*

14 *Etiamsi Rex fecerit iuramentum de non alienando bona immobilia regni sui stipulanti notario, & fecit statutum super hoc, tamen bene potest donare reginæ suæ vxori propter nuptias, vel simpliciter, non obstante iuramento, & statuto: maximè vt euitetur scandalum: quia vxor sua videtur excepta: & statur declarationi ipsius regis iurantis, quomodo intellexit prædictam promissionem, & statutum, siue iuramentum. nec eo mortuo, filius eius hæres potest contrauenire. & numer. plur. sequent.*

CONSILIVM XCV.

1 a EX forma istius statuti, *a* ordinationis, vel promissionis videtur colligi dominum regem dominæ reginæ, vel filijs ex ea nascituris non potuisse, nec posse aliquid immobile donare. Nam omnem modum alienationis comprehendit, vt ex eius contextu apparet. Quod sic Statuti probant verba, cum dicit, statuimus. & cùm statutum sit lex. ff. de iusti. & iu. l. omnes. & prohibuit alienationem etiam dominij translationem impedit. C. de leg. non dubium. & de reb. alien. vel non. l. fi. Præterea hoc promisit notario stipulanti, & vice, & nomine hæredum, & quorum interest. Per eum enim potuit, tanquam per publicam personam, hæredibus acquiri. ff. rem pup. sal. fo. l. 2. institu. de adopt. §. cùm autem. Et talis promissio valet, cum alterius interest. ff. de distra. pigno. l. si creditor. §. fi. & not. ff. de pac. l. penul. quæ videtur contraria. maximè cum iuramentum interuenerit: quod videtur seruandum: cum possit seruari sine interitu salutis æternæ. extra de iureiurand. cap. si verò. &. de pac. quamuis lib.

nis.lib.6.& maximè, quia istud iuramentum videtur licitum, & iuri consonum: cùm per tales donationes, & alienationes diminuantur iura regni: quod esset contra iuramentum, quod præstitit in principio sui regiminis.argumen.extra de iureiuran.intellecto.& cùm in fauore hæredum iuramentum sit præstitum, non videtur sine eorum voluntate posse remitti. extra de spon.c. 2. Præterea verba istius ordinationis, siue statuti sunt multum generalia. Et sic omnẽ personam videntur includere. 19.distin.si Romano.Præterea excipit infantes natos suos:per quod de iam natis videtur, quod senserit, quia dixit natos. & quia dicendo, vel legando filijs, iura intelligunt de natis, non de nascituris.ff.de leg.1 l.quia filiabus.& excipiendo filios natos omnes alias personas videtur inclu
2 dere. † Exceptio enim confirmat regulam in non exceptis.ff.de fundo instruct.l.quæsitum.§. idem respondit.in Authen.de non alien. aut permu.§.vt autem. collatio. 2. Nec depositiones testium videntur valere: cùm non fuerint recepti vocata parte. extra de testib. significauit. & sint in suis dictis singulares. Imò videntur adinuicem sibi contradicere. extra de probat. licèt, &c. ¶ Sed quod dictis statuto, ordinatione, promissione, & iuramento nequaquam obstantibus potuerit, & possit donare filijs nascituris, & vxori: manifestè duo videntur probare, scilicet exceptio specialis, & coniectura verisimilis. Et quia de duobus agitur.scilicet filijs,& vxore: Primò dicatur de filijs. Et de illis nulla videtur dubitatio: cùm etiam ex forma istius statuti, siue ordinationis (si tale nomen meretur habere) apparet eum filios excepisse.ibi, exceptis inclytis infantibus natis nostris. non est ergo, quo ad istos, ad alias coniecturas recurrendum. Nam in incertis locus est coniecturis.ff. de ver. obligat.l.continuus. Per quæ verba non solum natos, sed nascituros, excepisse videtur. verbum enim natis non ponitur adiectiuè, sed potius substantiuè in filijs: vt etiam ponitur, extra de natis ex libr. ven. capit.1. Nam secundum vulgare Hispaniæ filij regum vocantur infantes. & ipse excepisset infantes. sed ne omnes infantes, scilicet tam fratres, quàm filij vide-
3 rentur excepti, adiecit natis nostris. id est, filijs nostris: vt per hoc exceptio restringatur ad filios. † Prouisio enim filijs facta non solum includit natos, sed etiam nascituros, argument.ff.de testam.tu.l.si quis. instit. qui dare tu. poss. §. fina. ff. de oper. lib. si quis opera. de verbor. signific. nomen filiarum. maximè cùm agitur de damno vitando, scilicet ne per istud statutum lædantur. Et per hoc non ob. ff. de le.1. qui filiabus. & ibi not. Non enim par, eademq; ratio est lucra non capere, & damna sentire. C. de codicil.l.fi. & cum ipse in principio statuti dixerit patrem filijs suis multas donationes fecisse. Et quod ad hoc de iure naturali tenebatur, non est credibile, quod per ta
4 le statutum voluerit filios suos à iure naturali excludere. † Nam statutum contra ius naturale æditum non valet. argumen. extra de iudi. pastoralis. in cle. & not. Innocent. extra de constitut. quæ in ecclesiarum. Et hoc clarè deponunt omnes testes in dicto statuto conscripti. quod sufficeret, etiamsi in statuto fuisset omissum per notarium, cum per hoc non contradicant instrumento: imo addant. extra de fide instrumento. cap.1.cum. P. & ibi not. Et hoc etiam proba-
5 tur per iuramentum Regis: qui dicit se expressè dixisse, & sic etiam intellexisse. † Eius enim est interpretatio, vel declaratio cuius est concedere: vt C. de le.l.fi.11.q.1.§.his omnib.maximè cum talis interpræ tatio cum dissimilitudine concordet. Nam etiam in dubijs, & obscuris, etiam pactis, & stiulationib.vbi fit interpretatio contra proferentem, inspicimus, quod est verisimilius.ff.de ver.obl.semper in stipulationib. & no. ff.de pac. veter. extra de reg.iu.ca.inspicimus.
6 † Non enim est verisimile patrem de hoc cogitasse, vt eos, qui postea nascerentur, exhæredasset. arg. ff de vulga.& pu. substit. l.ex facto. esset enim talis inofficiosa ordinatio quodammodo exhæredatio: cum per eam filij à bonis paternis totaliter excluderentur. argument.ff.de verborum obligatio.l.quidam.nam in vita non haberent aliquid de bonis patris: necetiam in morte: cum solus filius maior de consuetudine regni in totum succedat. Immò est verisimile per talem ordinationem filios nascituros eum noluisse excludere, qui nascendo propter præsumptam voluntatem patris (licèt de his non faceret mentionem) donationem tamen ab eo antè legitimè factam reuocant, de donationibus.l.nonnunquam. Nam & à generali substitutione fideicommissaria facta per patrem filij videntur excepti.C. de fideicommissa.cum acutissimi.ff.de cond. & demonstra.cum auris.ne videatur per huiusmodi verborũ generaliũ angustias illos penè fructu paterno defraudare. C. de institutionibus, & substitut. l. generaliter. & hoc ratione affectionis attenta. nam eos consueuerunt magis diligere, quam seipsos. ff. quod met. cau. isti quidem. 23.quæstio.4.ea vindicta. vna enim caro sunt.35.quæstio.3.§. his ita. nam omnia, quæ nostra sunt, ex voto filijs paramus. ff. de bon. liber. nihil circà medium. C. de legi. hæred. l. de emancipa. 16. quæstio.1. prædicator. imò viuente patre quodammodo domi-
7 ni sunt. ff. de lib.& posthu.in suis. † Quòd in prædicta ordinatione vxor videatur includi: probatur ex eo, quod ex forma dicti statuti continetur illa clausula: quod posset in casu vtilitatis, & necessitatis regni donare. sed quod istud matrimonium sit in magnam vtilitatem regis, & regni: immò totius fidei Christianæ patet. Nam per hoc multæ discordiæ sunt solutæ inter regna, & reges Castellæ, & Aragoniæ, quæ olim fuerunt inter suos prædecessores. ad hoc enim debent boni principes intendere, vt pacem procurent subditis, & scandala remoueant. Non enim nisi in pacis tempore benè colitur pacis autor. extra de sepult.super cathedram.in clementi. Et ideò dicebat ille Iustinianus sacratissimus imperator: quod voluntarios labores libenter appetebat, vt quietem subditis præpararet: in Authenti. vt diui. iussio, in princip. collatio. 8. & Bonifac. in princ. libro sexto. & de offic. legat. capitulo 1. Et si ad hoc matrimonium contrahatur, iura permittunt res prohibitas alienari posse, vt dos, vel donatio constituatur: vt C. communia de legatis. Authent. res quæ. attenta simpliciter vtilitate, quæ ex matrimonio resultat propter procreationem liberorum: multo magis debet
b permitti *b* in casu, vbi tot, & tantæ vtilitates possint resultare: quia non solum pax, & concordia: imò expugnatio infidelium. nec etiam potuisset matrimonium fieri, nisi magnæ donationes fierent: sicut alias inter tales fuit consuetum fieri, ar. ff. de admin.
8 tu. l.cum plures.§.cum tutor. † Et hac ratione attenta, licet iura prohibeant simplicem donationem inter virum & vxorem.ff. de donat. inter vir. & vxo. l. 1. tamen permittunt inter regem, & reginam. C. de donat. inter vir. & vxor. l. donationes. Neec videtur, quod prohibitio istius statuti debeat esse maioris potentiæ, & virtutis, cum generaliter prohibeat regem donare, nec specialem mentionem faciat de vxore, quam prohibet. l. communis, quæ specialiter prohibet de vxore, & tamen non includit reginam. Nam fortior debet esse prohibitio specialis, quam generalis. ff. de iureiurand. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum, in generali enim locutione solum includun-

cluduntur ea, quæ loquentem est verisimile includere, ar. ff. de pignor. l. obligatione. & l. denique rum. ff. de pecu. l. quæ peculij. de lega. quæ iure. Et C. quæ res pign. oblig. po. l. 2. & extra de iureiurand. cum ista verba sint generalia, & sint dubia, & obscu- Quintauallis. vbi satis posset dici casus, & eos à sua ra, ff. de solu. cum socijs. de iur. fisci. ita fidei. & sic munificentia, & largitate excludere. ne videatur tam 9 declaratione indigent. ar. ff. de libel. obla. c. 2. † Et coniunctis, & necessarijs personis humanitatis subsi- cum dominus Rex per iuramentum affirmet, & de- dia denegare: quod esset illicitum, & contrarium ra- claret se non intellexisse de vxore, & de filijs, eius de- tioni. extra de iureiuran. cùm quædam. Non enim de & c. veniens. maximè vbi secundum opinion. verisi- coniunctis, sed de extraneis cogitasse videtur. ar. ff. milem concordant: vt notant Innocen. in c. veniens. communia præd. l. quicquid. Vndè cùm lex genera- Verisimilius enim est, quod per talem ordinationem liter interdicat filiofam. donare, non tamen ad tam generalem non videatur à bonis suis excludere, quos coniunctas personas prohibitio se extendit. ff. de do- non esset in specie excluisurus. extra de regul. iur. in nat. filiusfam. & ibi not. ar. ff. de admin. tuto. l. cum generali. Verisimilitudo etiam colligitur ex neces- plures. §. in primis. Nam in tam necessarijs, coniun- situdine, coniunctione, & dilectione personarum. ctis & personis sub liberalitatis nomine debitum na- nam prudentioribus placuit rationem affectionis ha turale persoluitur. C. de imponen. lucra. descript. l. bendam. ff. mandati. cum seruus. de legat. 1. si seruus 1. libr. 10. & ar. ff. de tut. & rationi. distrahen. l. 1. §. sed plurium. §. fin. & deliberat. leg. l. Aurelius. §. Titius. 12 nonnullos. & quod ibi not. † Et licet in instrumen- Item inter maritum, & vxorem potius est vnitas, to illius ordinationis nõ contineatur expressè, quod quam coniunctio. nam vnum corpus, & vna caro vxorem exciperet, ex quo tamen constat, quod tunc sunt. 22. quæstion. 2. agathosa. Vnde sibi ad inuicem expressè eam excepit, licet fuerit omissum errore, ne communicant actiones. 30. quæstio. extra de cogna. gligentia, vel malitia notarij, non debet reginæ ob- spiritual. Martinus. socia enim est diuinæ, & huma- esse, si fuit minus dictum, quàm scriptum. C. de te- næ domus. C. de crim. expil. hæredi. aduersus. Vn- sti. l. errore. & l. ambiguitates. Quod autem eam ex- de societas vitæ eam quodammodo dominam facit. pressè exceperit, probatur per iuramentum Regis, ff. re. amo. l. 1. Et ideo inter eos debet esse diuini, & cui videtur credi, cum de facto suo interrogatur. ar. humani iuris communicatio. ff. de ritu nupt. l. 1. ff. de donatio. præleg. l. Theopompus. & C. de quæ- 10 †. Vndè stipulans sibi alimenta, & vxori stipulari vi- stionibus. l. interrogari. est enim quasi iuramentum detur. 33. quæstio. 2. admonere. & ibi no. Et ideò ex purgationis. C. de his qui ad Eccles. confu. l. præsen- præcepto Apostoli tenetur in Hester. Vnde generali- ti. maximè cùm non solùm vnus testis: immò, & duo bus constitutionibus prohibitorijs non videtur in- expressè concordent cum eo. extra de testi. in omni cludi. Vnde cùm ille Rex Assuerus fecisset statutum, negocio. & de procur. exinfinuatione. maximè vbi quod quicunque non vocatus ingrederetur ad eum, tot, & tantæ verisimilitudines concurrunt, & di- morte puniretur: cum regina ingressa ad eum time- ctum suum coadiuuant. C. de reb. cred. l. in bonæfi- ret incidisse in pœnam constitutionis, Rex legitur re- dei. & ibi notat. ff. de iureiurand. admonendi. nam spondisse: Non enim pro te, sed pro omnibus con- quæ non prosunt singula, multa iuuant. C. de pro- stituta est hæc lex Hester. vbi exponit magister in hi- bat. instrumenta. Nec est verisimile tantum princi- storia scholastica omnibus, scilicet subditis. Ipsa au- pem immemorem esse propriæ salutis, & deierare. rem, & congregans erat: quasi dicat: non est verisi- C. ad l. Iulian. repet. l. fin. Et cum hic interuenerint mile, pro sibi consortem, & congregantem voluerit duo iuramenta: vnum generale, quod non donaret includere: quia sicut nec ipsam ligaret: ita nec sibi alicui: aliud, quod sub illa ordinatione non intellexit æqualem. ar. ff. de arbit. nam magistratus. omnia includere vxorem, & filios: immò quod eos expressè enim priuilegia, quæ princeps habet sibi concesit. ff. exclusit: taliter sunt verba interpretanda, quod rea- de legi. princeps. In generali enim sermone non so- tus periurij euitetur. ar. extra de testi. cùm tut. & de lum loquens persona, sed coniunctæ videntur excep- pœn. distinctio. 1. periculosè. etiamsi verba aliquali- tæ. ff. loca. qui insulam. §. fina. Vnde cum prohibetur ter contradicerent. 11. quæstio. 1. antecessor. & capi. alicui, ne aliquid pro alijs faciat, vxor, & filij viden- cum prædecessor. maximè, cùm hæc patiuntur ver- 13 tur excepti. Vnde sicut potest pro se, sic & pro eis. ff. ba ciuiliter intellecta. ff. de serui. l. si cui. † Non de post. l. 2. & hoc, quia vna persona, & caro sunt: vt obst. quod statutum, & sic lex per consequens, impe- dicti est: & ex præcepto Apostoli tenetur eam dilige- dit translationem dominij: quia potest dici, quod re, vt seipsum. ad Ephes. 5. sicut Christus dilexit Ec- non est propriè statutum, siue lex: cum fit ob singu- clesiam, & seipsum tradidit pro ea: ita & viri debent larem vtilitatem, & non communem latam, distinct. vxores suas diligere, sicut corpora sua. Maximè Re- 4. erit autem lex. & fit ad ligandum condentem: ges, qui magno fauore prosequuntur vxores, quod quod est contra naturam legis. nam condens non li- apparet, quia eadem priuilegia, quæ ipsi habent, con- gatur suis statutis, seu legibus. ff. de legib. princeps. cedunt vxoribus. ff. de leg. l. princeps. & de iure fisc. C. eo. digna. vox. argument. ff. de arbi. l. penulti. 14 l. fiscus. Vnde consilia sua cum eis participant: vt in & ad Trebelli. ille, à quo. §. tempestiuum. † Præ- Authent. vt iudices sine quoquo suffr. §. hæc omnia. terea posito, quod sit lex, eam poterit reuocare. 11 col. 2. † Quantò enim nobiliores sunt tanto vxo- Nemo enim potest sibi legem dicere, à qua non va- res suas magis diligunt, ar. ff. de adult. l. si vxor. §. 1. leat recedere. ff. de leg. 3. si quis in princip. non ibi non soli (inquit) atrides vxores amant. & expo- obstat, quod sit iurata: cùm etiam iuratam, & ab nit gloss. 1. nobilissimi. & diligit quis vxores magis, initio licitam possit ex causa reuocare. extra de his, quàm patrem vel matrem. Apo. 4. Imò propter hoc quæ fiunt à maior. parte. capi. c. primo. & ibi per relinquet quis patrem, & matrem, & adhærebit vxo- modernos. & notat. 11. distinction. in his causa satis ri. Genes. 2. cap. extra de diuort. gaudemus. Et de- est sufficiens. scilicet ne scandalum inter coniuges, bet maritus esse solicitus, qualiter placeat vxori. Ad & per coniuges inter reges oriatur: cùm Rex Ca- Corinth. 7. vnde cùm iste Rex hic non fuisset sollici- stellæ frater eius reputaret, se delusum, & hoc fa- tus de dilectione: immo de odio, non est verisimile, ctum in fraudem, & vituperium suum, & propter quod personas tanta coniunctione, & charitate con- scandala iura volunt quem absolui etiam à iura- iunctas in tali ordinatione generali intellexisset in- mento licito. 15. quæstion. 6. auctoritate. & extra. 15 de iureiurand. quanto. † Prætereà cùm (vt suprà

dictum est) non sit verisimile eos in tali ordinatione includere: sicut non obstabit promissio, sic nec iuramentum: quia iuramentum non addidit ad consensum, nisi religionis vinculum. In his ergo, in quibus non consensit, nec cogitauit, iuramentum non obligat. ff. de operis liber. l. si libertus. C. de non num. peccu. l. fin. de iureiurand. petitio. & capi. veniens. & ibi per Innocent. & Hostiens. Prætereà posito sine præiudicio, quod expressè inclusisset, & iuramentum teneret, tamen dominij translatio impediretur: vt notant Innocent. & Hostiens. extra de
16 præbend. dilecto. † Non obst. quod dicitur, esse ius acquisitum hæredibus per stipulationem notarij: quia hoc posset esse verum, quo ad personas inclusas: istæ autem non sunt inclusæ, vt dictum est supra. Prætereà nec hæres etiam post mortem regis posset contrauenire, tum qa quem de euictione tenet actio, eundē agentē repellit exceptio. C. de euic. l. except. & l. ob causam. tum quia contra testatoris iuramentum non licèt hæredi venire. in Auth. de iureiurand. à mor. præs. in princip. columna quinta. ff. de leg. 3. cum quis. §. in codicillis. extra de vo. licèt.
17 † Non obst. cap. intellecto, quia si esset in præiudicium regni, tunc ex alio capite, non tamen virtute istius, valeret. Non obst. quod ad receptionem testium non fuit vocata pars, quia nec debuit vocari: viuente enim testatore hæres nullum ius habet. Prętereà, si præsens esset, contradicere non posset: quia (vt dictum est) non potest contra iuramentum patris venire. Et sic non videtur, quod debuerit voca-
c ri. c ff. de fideicommiss. libe. l. 3. §. illud. & extra de reg. iur. qui potest. Non ob. quòd excipit filios. nam sic videtur includere vxorem per exceptionem.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Statuti. *Adde & iunge huic consil. circa illud, quod dicitur de iuramento, quæ notata sunt suprà in consil. 90. & infra consil. 97. Et circa materiam donationis, quæ fit à Rege, vide Alexand. in l. quanquam. C. de milita. testamento.*

b ¶ Permitti. *Adde & dic rectius, debemus dicere, quod permittant.*

c ¶ Vocari. *Adde & not. hunc casum tanquam singularem exceptum à regu. quæ habet ad validitatem cuiusque actus præiudicialis requiri citationem partis. Nam fallit, vbi pars, quæ citari debuerat, si fuisset præsens, nihil in contrarium allegare potuisset, vt hic dicitur, & vide Marsi. singul. 30.*

De statu Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Papa non potest vnam Monacham, etiam iam professam, includere in monasterium magis arctum contra voluntatem eius: & requiritur, quòd det ei alium annum probationis in illo monasterio.*

CONSILIVM XCVI.

1 NVNQVID monacham possit † includere Papa contra suam voluntatem? Ioan. Monach. & Ioan. Andr. ambo notant, quod sic. in c. periculoso. extra de statu regul. & Ioan. Andr. de iureiu. quod omnes. † Sed mouet contrarium. Nam ab initio datur ingresso annus probationis, vt experiatur asperitates ordinis: infra quem, si ei non placet, potest exire. extra de regul. iur. cap. ad Apostolicam. & eod. titul. cap. 1. libr. 6. Non ergo videtur, quòd contra voluntatem suam ad asperiorem vitam debeat astringi: vel saltem quin concedatur sibi alius annus. Et pro hoc quod notat Host. de reg. in sum. §. ad quid tenetur. de hoc Arch. 74. distinct. gesta. & 11. quæstio. 1. certe. & quod not. 72. distinctio. proposuisti. Et hoc clare videtur text. dicere 30. distinctio. ante triennium. & 33. distincti. de his. & ibi Hug. & extra ne clerici vel Monach. cap. 1. & de conditio. appo. capi. fin. & ff. de vsu & habi. l. per seruum. & C. de sacrosan. eccle. Authen. sed si.

De iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Abbas, qui iurauit non creare monachos sine consensu eiusdam prælati non sui ad mandatum episcopi potest eos creare sine labe periurij. cum num. sequent.*

CONSILIVM XCVII.

a FACTVM tale est. a Quidam Abbas cuiusdam monasterij ordinis sancti Benedicti, ad quem, & conuentum suum spectat creatio Monachorū, præstitit iuramentum inscio conuentu ipsius monasterij cuidam prælato nullam iurisdictionem, potestatem, vel auctoritatem habenti in ipsum Abbatem, seu in dictum monasterium, de non recipiendo aliquem vel aliquos, in Monachum seu Monachos ipsius monasterij inconsulto ipso prælato, seu absque eius licentia, vel consensu. Modò dictum monasterium indiget monachis, & facultates habet sufficientes ad prouidendum monachis satis plurib. quàm sint in ipso monasterio. Plures etiam monachos, quàm nunc habeat, consueuit habere. Diœcesanus, cui immediate subest dictum monasterium, admonet dictos Abbatem & conuentum, eisq; præcepit, & iniungit, vt recipiant monachos, quot, & quos crediderint ipsi monasterio fore idoneos: Abbas timet de dicto iuramento. Quæritur nunc: An dicti Abbas & conuentus ad monitionem, & mandatum dicti diœcesani teneantur, siue eis liceat, vel possint, non obstante dicto iuramento in dict. monasterio recipere monachos, qui eis idonei, & vtiles dicto monasterio videantur, quando, & quoties eis videbitur expedire, inconsulto dicto prælato, seu absque eius licentia, vel consensu: & si opus est, diœcesani dispensatione? † Et videtur, quod Abbas contra proprium iuramentum non possit recipere monachos: quia licèt iure communi nullus ex consortibus possit imponere seruitutem: ipse tamen imponens non potest sua auctoritate contrafacere, vel venire: vt ff. de seruitu. rusticor. prædio. l. per fundum. & de adoptio. l. per mortem. Secunda ratio est: quia omne sacramentum seruandum est, nisi seruatum vergat in interitum salutis æternæ: vt extra de iureiurand. cap. si vero. & C. si aduers. venditor. l. 1. Tertia ratio est: quia contra proprium iuramentum etiam temerarium nulli licèt propria auctoritate venire: vt extra de elect. capit. venerabilem. §. eos igitur. in verfic. idem etiam contra proprium. ¶ Sed contrarium verius est dicendum: quia cum receptio monachorum simul pertineat ab Abbatem, & mo-
nachos,

nachos, vt ad Collegium. 16. quæſt. vlt. §. vlt. non licuit alicui eorum tale ius ſubijcere ſeruituti: quia ſeruitus non conſtituitur, niſi per dominum: vt ff. communia prædi. l. 1. & inſtitut. de ſeruituti. §. ideo autem, ſed rei, vel iuris ſic communis nullus eſt dominus: vt ff. de quæſtio. l. 1. §. ſeruum. & de rerum dini. l. in tantum. §. vniuerſitatis. ergo, &c. Sic ipſe idem poteſt contrauenire: vt C. de ſacroſanct. eccleſ. l. iubemus. §. ſanè. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. 11. extra de elec. c. noſti. & nota. extra de cleric. con-
2 iu. c. diuerſis fallacijs. † Secunda ratio eſt: quia cum ex vtilitate monaſterij procedat ſemper ordinem plenum eſſe: vt ff. de decu. l. generaliter. §. ſpurios. per hoc enim augetur cultus diuinus: vt extra de conſtitut. c. ex parte. Manifeſtum eſt, quod non debet ſeruari Sacramentum, per quod vtilitas Eccleſiæ oppugnatur: vt extra de iureiurando. c. peruenit. primo. Imò non iuramenta, ſed periuria ſunt dicenda, quæ contra vtilitatem eccleſiaſticam attentantur: vt eod. titu. c. ſicut noſtris. & de his, quæ fiunt à maio. par. cap. c. 1. Reſcinditur nempe Principis reſcriptum, quod ex poſt facto incipit eſſe captioſum: vt ff. de vulga. & pupill. ſubſtit. l. ex facto. circa prin. & extra de
3 deci. c. ſuggeſtum. ¶ † Debet ergo illud Sacramentum ciuiliter intelligi: niſi ſubſit vrgens neceſsitas, qua ſubſiſtente non intelligitur Sacramentum rumpi: vt ff. qui ſatiſda. co. l. vlt. & pro hoc. ff. de ſerui. l. ſi
4 iuran. c. quærelam. † Tertia ratio eſt: quia monaſteria, quantum ad omnem eorum vtilitatem, ſubſunt Epiſcopis: vt 12. quæſt. 2. Abbates, & tribus c. ſeq. ſed in omni iuramento intelligitur auctoritas ſuperioris excepta: vt ff. ad municipa. l. Imperatores. & extra de iureiuran. c. venientes. ergo auctoritas, & mandatum
5 Epiſcopi, vt ſuperioris, videtur excepta. † Præterea hæc ſubmiſsio eſt eccleſiaſticæ libertatis diminutio, & quædam alienatio: vt optimè probatur in rationibus præmiſsis. ſed ſubmiſsiones diminutionis vim libertatis eccleſiæ obtinentes non tenent ipſo iure, vt etiam loquitur de Patriarcha. extra de elect. c. cum terra. & de re. eccleſ. non alien. c. hoc conſultiſsimo. §. contractus. lib. 6. ergo, &c. & per conſequens nec iuramentũ ſupradictum: vt C. de leg. l. non dubium. 22. quæſt. 4. c. 1. & 2. extra de conſuet. c. 1. & de iureiuran. c. 1. lib. 7. Item cum ſapiat alienationem, vt dictum eſt, contra legem: ergo, &c. Item contra ius publicum, cui pacto renunciari non poteſt, vt ff. de pac. l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. & l. ius publicum. & per conſequens præſtans tale iuramentum poteſt venire contra: vt ff. de libera. cau. l. 1. ff. de ſepulc. vio. l. 3. §. ſi is, cuius. Videtur ergo, quod auctoritate propria poſsit venire contra: cum ius ipſum tale iuramentum remittat, vt ff. de condit. inſtitut. l. quæ ſub conditione. §. vlt. & de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis illicitè.
6 † Et ſi dicatur: Iſte, cuius debet requiri aſſenſus, conſentiet, quando opus fuerit, & requiretur, & ita iuramentum ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternę, vt in prælegat. cap. venerabilem. extra de elect. Reſpondetur imò quod cultus diuinus extra minuitur, vel apertè ſaltem arctatur. Item quod alienatio eſt. Item quod ex quo ſuperior hoc Abbati præcepit, etiamſi diſpenſatione egeat, ſecum diſpenſaſſe præcipiendo videtur. Sic legitur in ſeruo, cui datur in teſtamento tutor. Nam tacitè recipit libertatem: vt inſtit. qui dari tut. in teſt. poſ. §. 1. & C. de re mili. l. certi iuris. cum hoc ſciens præcipit, vt ff. de vſu, & ha. l. plenum. §. æquitij. Cum enim ſuperior præcipit id, quod agitur: etiam per conſequens non diſpenſat, & autor fit, vt ff. de auto. tu. l. etiam. & de re iu. l. non poteſt. & l. qui iuſſu. Vltimò, eſt caſus pro parte iſta, ſi rectè conſideretur, extra de cenſi. cap. ſignificauit. Et hæc pars, tanquam vera, videtur fortioribus rationibus, & potioribus iuribus communiri.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale. *Adde huic conſil. aliud conſil. ſupra 90. & item aliud, quod eſt 95. & quæ ibi not.*

De cenſibus, & exactionibus. Extraordinarie. ff. de mu. & hono.

SVMMARIVM.

1 *Contribuere ſi vnus tenetur ad munera, quæ fiunt cauſa vtilitatis, vel neceſsitatis, tenetur præſtare munera, quæ fiunt cauſa neceſsitatis in habitu, licet non actu. & num. ſeq.*

CONSILIVM XCVIII.

FACTVM tale eſt. Quædam vniuerſitas, ſeu Syndicus eius egit contra aliquos nobiles eiuſdem loci, qui volebant ſe eximere à contributione munerum. a Et tandem fuit ſententia lata inter cætera per hæc verba: quod ſi contingat aliquam talliam indici per dominum Regem noſtrum, vel eius delegationem, quæ fieret gratia publicæ, & communis vtilitatis, & neceſsitatis communicatum prouinciæ Falcaterij hominibus de vacinio in illis dare, & ſoluere teneatur dictus Procurator. Et per eum dictum Nobiles cum vniuerſitate præfata pro modo facultatum, quas ipſi Nobiles tenebant, & poſsidebant in dicto caſtro, vel eius territorio tempore indictionis, ſeu talliæ faciendæ. ¶ Quæritur modò, ſi talliæ, quas indicet Rex, ſeu eius Curia, reputentur fieri gratia publicæ vtilitatis, & neceſsitatis. Et eſt ſciendum, quod Rex habet in dictis communitatibus, & prouincia iura Imperialia, & quæ pertinent ad Imperiale ſeruitium ex priuilegio Imperiali. Item Rex, ſeu eius Procurator bis in anno annuatim indicit in dicto caſtro duo munera: vnum quod vocatur Alberga, aliud Caualcata. Alberga præſtatur iſta ratione, quia ſolebant communes prouinciæ ire ad caſtra, & audiebant quęrelas hominum de dominis ſuis: tunc homines ſoluebant expenſas, & illud vocatur Alberga, quæ hodie ſoluitur in pecunia annuatim. Caualcata eſt pro exercitu Regis, quæ, quamuis non fiat, ſoluitur in
1 pecunia annuatim. † Modo eſt in quæſtione exiſtis verbis ſententiæ: an ipſi Nobiles teneantur ad dicta duo munera: licet hodie nullus circumeat prouinciam inferioribus de dominis ſuis iuſtitiam miniſtrando, quia tamen ſunt iudices in ſingulis locis, qui hoc ipſum faciunt, & de publico ſalarium à Rege recipiunt. Et videtur, quod talis expenſa, de qua loquitur lex in authent. de iudicibus. §. ne autem. loco Albergæ ſucceſſerit, ac per hoc eius naturam habeat. vt ff. de conditio. & demonſtra. l. filiæ. inſtitut. de actio. §. fuerat. & ff. de donatio. inter vir. & vxor.
2 l. ſi donante. §. ſponſus. † Vnde cum exhibitio talis iuſtitiæ habeat in ſe publicam vtilitatem, & neceſſitatem: vt C. ne lice. poten. l. 1. §. vltimo. & in authent. vt omnes obediant iudici prouinciarum. in princ. videtur, quod huiuſmodi expenſas Nobiles, de quibus quęritur, contribuere teneantur, quia verum eſt propter prouinciæ vtilitatem, & neceſsitatem: vt ar. ff. de ori. iur. l. 2. §. poſt originem. & de iuſtit. &

iur. l.1. §. publicum. & pro hoc bene facit. ff. ne quid in loco pu. fiat. l.2. §. viarum. ibi, refectio enim iccirco de communi fit, &c. Et in hoc videtur, quod à summis sarcina ad infimos vsque decurrat: vt C. à quibus mu. vel præsta. nemini liceat se excusa. l.1. lib.10.
3 ¶ † Et idem videtur de secunda dicendum: licet enim non semper fiat exercitus, expedit vti prouisione, vt cum locus fuerit, in ærario sit pecunia, ex qua militibus satisfiat. Et istud viuente Romano Imperio, quo tempore incalescebat cura reipublicæ, stipendium vocabatur: quia per stipes, id est, modica æra colligebatur: vt ff. de verbor. significat. l. ager. §. stipendium. Sicut enim in œconomica expedit habere peculium subsidij causa repositum: vt ff. de lega. 3. l. si chorus. §.1. sic etiam in regali: vt C. de nume. & actu. chartu. & adiutoribus. l. in prouincijs. lib.12.
4 & ibi not. † Si ergo vnumquodque tale est, qualis est finis. vt ff. de aur. & argen. leg. l. si in argento. ar. ff. soluto matrimonio. l.1. Finis autem exercitus est ad bonum publicum: vt C. de re mili. l. milites. & C. locati. & conduc. l. milites. & de exact. tri. l. nemo. pro tanto à tali communione nullus prærogatiua aliqua excusatur; vt C. de cursu publico. l. nullus. & de quibus mu. vel præstationibus. l.2. & de sacrosanct. eccl. l. neminem. Et propter hoc principaliter tributa debentur. Vnde Augustus Christus tributa Cæsari monet reddi, quia per bella necessario militi stipendia præbentur. vt 23. quæstio.1. quid culpatur. & ab huiusmodi contributione nullus excipitur. Si enim censum Filius Dei soluit, quis tu tantus es, qui non putas esse soluendum? vt 11. quæst.1. magnum. Sed his omnibus obstat, quod in sententia dicitur: quod si contingat aliquam talliam indici, quæ fiet gratia publicæ, & communis vtilitatis, & necessitatis. &c. quasi de futuris, & extraordinarijs indictionibus intellexerit. Sed huic respondetur: quod proprietas verborum non ob. vt ff. arbo. furt. Cæsarum. l. cædere. §. sub Cæsare. nec etiam mens. Licet enim talliam indicendi causa, & regalia sint antiqui actus: tamen indictionis omni anno est nouus: & hoc respectu ordinariæ præstationes indictiones appellatur. Extraordinariæ verò superindicta: vt C. de indictio. in rubrica. & ibi nota. & de superindictio. in rubrica. libro 10.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Munerum. *In hac talliarum, seu contributionum materia. vide Bertr. egregiè loquentem in cons. 133. viso processu causæ agitatæ per & inter syndicos, vol.1. vbi ponit, quæ differentia debeat seruari in imponendo talliam ciuibus & incolis: & in imponendo eandem forensibus, at q; extraneis. Vide etiam Alexan. in cons. 34. vol. 2. in 1. col. & consil. 67. eod. vol. Oldr. infra consil. 169. Et Bertr. in consil. 141. visis duobus pnblicis instrumentis vol. 1. vbi nullam de iure differentiam seruari debere ait inter nobiles, & ignobiles, cum collecta imponitur. Adde Boer. Decis. 126. & 131. in 1. par. idem consil. 9. in fi.*

De testamentis, & extraordi. ff. de vulga. & pupilla.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio: Si filius meus decesserit sine hærede ex suo corpore procreato, talem substituo: si filius moriatur intra pubertatem: est fideicommissaria.*
Item de c. si pater. de testa. lib. 6. & num. seq.

CONSILIVM XCIX.

a FACTVM tale est. *a* Quidam testator habens vxorem, & quendam filium impuberem, institutionem, & substitutionem fecit sub his verbis. In omnibus alijs meis bonis, & iuribus mobilibus, & immobilibus, & actionibus, quibuscunque, vbicunque, qualiacunque, quantacunque, & quocunque nomine censeantur, mihi hæredes vniuersales instituo G. filium meum, & ventrem vxoris meæ (si prægnans est) & si filium, vel filiam pepererit, & ad lucem peruenerit, æquis portionibus. Et si filius, vel filia ex dicta vxore mea nascitura, vel nascitura decederet absq; hærede ex suo corpore legitimè procreato, substituo eidem dictum G. filium meum. Et si dictus G. decederet sine hærede ex suo corpore procreato, substituo eis fratrem meum. Postmodum testator mortuus est remanentibus vxore, & filio. postea verò dictus filius impubes mortuus est, & dicta vxor non erat prægnans. ¶ Modo quæritur, an dicta substitutio fuerit pupillaris directa, & sic an mater impuberis penitus excludatur: an fuerit obliqua, seu fideicommissaria? Et sic an mater succedat ei, & detracta medietate pro legitima, &
1 Trebellianica aliam restituere teneatur? ¶ † In quæstione prædicta qua quæritur, an substitutio facta per tenestatorem prædictum de fratre, & filijs ipsius, si ambos filios decedere contingeret ex suo corpore procreatos: visis verbis substitutionis ipsius supra positis, credo mero iure eam iudicandam fideicommissariam. & hoc duplici ratione: Prima, quia constat,
b quod pater voluit effectum substitutionis dirigere in id tempus, quo filij possent habere filios, dummodo sine eis decederent: vt verba testatoris ostendunt, cuius mens potissimè in iudicio, & discretione substituentium attenditur: vt ff. de vulga. & pupil. substit. l. iam hoc iure. in pen. responso. ibi. ita enim in altero. &c. & C. de impu. & alijs subst. l. quamuis. & probatur expressè. ff. qui petant tu. vel cu. l. credendum. §. hoc autem. & ibi not. Vt igitur valeat substitutio secundum mentem testatoris, oportet eam esse talem, quæ tunc post pubertatem possit valere. Hæc autem est sola fideicommissaria: vt ff. de vulga. & pupil. substitut. l. verbis ciuilibus. & l. pupillari. Et si dicatur, quod pro vno tempore poterat esse directa: puta pro tempore pupillaris ætatis: & pro altero fideicommissaria: puta pro tempore, quod post pubertatem excurrit: Dico, quod hæc variatio non admittitur, nisi in milite: vt ff. de vulga. & pupilla. substitut. l. Centurio. vbi talis mutatio dicitur esse ex priuilegio. ergo ius commune est in contrarium.
2 ¶ † Secunda ratio est: quia substitutio recipit suum quale ex verborum forma à principio considerata, non autem ex intrinseco accidenti. Vnde breuiloqua impuberibus in potestate existentibus facta duas substitutiones cõtinet in personam cuiuslibet: quas non admittit in personam impuberis: licet alter ex post facto prius ad pubertatem perueniat: vt in præalleg. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupillari substitut. & not. eod. titu. l. Lucius. Quasi hoc sit dicere, quod à principio debet de natura substitutionis pro toto tempore vniformiter iudicari, non autem ex
3 variatione casus extrinseci dependere. ¶ † Tertiò videtur casus. C. de institutio. & substit. sub condi. fac. l. generaliter. In primo casu, in quo per necessariam subauditionem, quam & glo. ponit, facta erat substitutio per hæc verba: Substituo, & si decesserit. & tamen text. appellat eam fideicommissariam, dum in soluendo, quæstionem semper de restitutione mentionem

tionem faciat, & deductione falcidiæ. ibi. in omnium penè fructu, &c. & ibi nota. Nec curandum est, quod ibi fiat mentio de pluribus conditionibus substitutioni adiectis: quia pluralitas conditionum non facit ad qualitatem substitutionis: sed ad facultatem, vel difficultatem purificationis. non allego modò vltimum casum illius l. licet & ibi bene colligatur, quod verbum substituo habile est ad fideicommissariam: non dico autem, vt tollantur contraria. Ad c. si pater extra de testa. patet solutio: quia ibi erant verba de necessitate directa, vel saltem dubia: hic verò non, sed clara. Si igitur fideicommissaria est, cupiet mater bona, & ea de manu sua restituet facta deductione debita. quanta autem sit illa deductio, credo simpliciter cum Odofred. scilicet, quod vna tantum de veritate iuris ciuilis: vt C. ad Trebellia. l. iubemus. vbi est casus, & apertè C. communia de leg. authent. res, quæ. verum in hoc Glossatores ferè omnes aliter senserunt. Et canonistæ eorum opinio. sint secuti. Nolui in hoc per modum pretiosi consilij certum ad præsens eligere. Sed relinquo conscientiæ iudicare debentis: potissimè quia arbitrator est: sed, nisi aliud audirem, & nouum sit, crederem vt præmissi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Glos. fin. in l. Centurio. de vulga. & pupilla. optima est in materia præsentis Consilij. Et aduertendum est, quod Oldr. allegatur sibi ipsi contrarius in consil. infra 125. quod tamen consil. communiter reprobatur. Vide Bar. in d. l. Centurio, vt ibi col. 7. ver. Tertio principaliter quæro. Et ibi Doct. in addi.*

b ¶ Dirigere. *In hac parte potissimum consil. opi. est contra Oldr. teste Iaso. in consil. 190. col. 7. vol. 1.*

De fide instrumentorum.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum cum constituit procuratorem, non est necesse exprimi nomina canonicorum, quãdo constitutio sonat in nomen collectiuum: puta, quia in eo dicitur, quod capitulum constituit procuratorem. secus si per nomina singularia, puta canonici, &c. & num. 2. 3. & 4. Item notariatus est vile officium, & non est dignitas.*

CONSILIVM C.

1 IN EXECVTIONE † incumbentium actuum actiuè, & passiuè se habent vniuersitas, & collegium, sicut vnum certum, & determinatum corpus: vt ff. de fideiusso. l. mortuo. ex quibus cau. maior. l. ergo. §. fina. C. de offic. recto. prouinc. l. ciuitas. & vt nemo ad suum patrocinium recipiat colo. vel rustic. l. 1. lib. 11. & de decu. vrbis Romæ. l. 2. Sed vnum per circumlocutiones certum, & demonstratum corpus implet opus intentum: quia non refert proprio nomine, an ea demonstratione, quæ proprij nominis vice fungatur, aliquid demonstretur? vt si dicatur: Episcopus talis Ecclesiæ constituit talem Procuratorem, &c. vt ff. si cer. pe. l. certum. & de conditio. & demonstra. l. nominatim. ergo idem erit in collegio: vt si dicatur: Capitulum talis Ecclesiæ sic constituit, &c. tale procuratorium teneat, & de iure procedat. † Secundò certa, & demonstrata aliam demonstrationem requirere superuacuum est: vt ff. de dote præle. l. 1. §. vltimo. sed cum dicitur: Capitulum talis Ecclesiæ, res est certa, & demonstrata: ergo aliam demonstrationem quærere superuacuum est. Prima est probata. secunda probatur. Ad hoc, vt teneat legatum in personam legatarij, requiritur certitudo: vt institu. de leg. §. in certis. Sed si aliquid relinquatur collegio, vel ecclesiæ, tenet legatum: vt C. de sacrosanctis eccles. l. 1. ff. de legatis tertio. l. pater. §. tusculanus. &
3 l. Lucius. §. collegio. ergo est ibi certitudo. si sic: om-
b nis alia superuacua est, & quæri non debet. ¶ † Tertiò in omnibus collectiuis ad veritatem propositionis indefinita æquipollet vniuersali. *b* habetur, & probatur. ff. de interroga. act. l. si defensor. §. j. vnde hæc propositio: populus talis loci tale quid fecit: non est vera, nisi aut omnes de populo fecerint, aut tanta pars, in qua totus populus iuris fictione reputetur, vt de decu. l. nominationum. de regulis iuris, l. aliud. §. refertur. & quod cuiusque vniuersi. nomi. l. nulli. & l. planè. sed secundum omnes, si in procuratorio, de
4 quo est sermo, esset signum vniuersale, tenet, seu valet: ergo & si indefinitum. ¶ † Quartò videtur expressum. ff. de leg. 3. si chorus. in princip. vbi dicitur: si chorus, aut familia legetur, perinde est, quasi singuli homines legati sint. quod ergo aliquando notant Doctores debere nomina exprimi: locum habet, quando procuratorium fit per nomina singularia corpora designantia: vt canonici talis Ecclesiæ fecerunt, &c. & est ratio, quia talis sermo posset veri-
c ficari de duobus tantum: *c* vt ff. de verb. sig. l. inter illam. §. vl. & de testa. manu. l. libertas. §. vlt. secus autem si per collectiua certam iuris determinationem habentia: vt capitulum talis ecclesiæ. arg. duarum legum, quæ simul contradicere videntur. ff. de acquir. possessio. l. possideri. in fi. 4. responsi. & ad trebellia. lege restituta. in princip. & probatur bene hæc distinctio. ff. de lega. 2. l. quoties. & l. grege. & ita loquitur c. vlti. extra de procurato. & quod ibi not. per
5 Innoc. † Non ob. si dicatur tabellionis officium *d* non
d est deponere, vel fidem facere de his, quæ iuris sunt, sicut nec testis: per ea, quæ not. Innocen. extra de testib. cap. cum causam. quia falsum est hoc. Aliud enim est in tabellione, cuius fides est approbata: quia de solemnitate præsumitur, etiam si non appareat: vt ff. de verbo. obliga. l. sciendum. & institut. de fide-
6 iusso. §. si scriptum. ergo & potest liberè attestari. † Secus autem in teste, cuius fides approbata non est. & hæc fuit opinio Ioannis C. de vsuris. l. 1. & ibi not. aliàs notarius non posset dicere aliquem solenniter stipulatum: quia solenniter stipulari iuris est. Cuius contrarium est tam de iure, quam de consuetudine: nedum quia de procuratorio, de quo agitur, non tantùm adest publici notarij attestatio: sed & sigillum capituli est appensum ipsi procuratorio: cui quidem sigillo est standum, cum fidem plenam faciat. ar. extra de appellation. ca. significauit. & de probatio. ca. 3. & ff. de procura. l. si procuratorem. Ad fidem enim rei gestæ faciendam instrumentum publicum, & sigillum parificantur: vt extra de senten.
e excommunicat. cum medicinalis *e* & de elect. vt circa. lib. 6. argu. C. de epis. & cleric. l. si quis in hoc. &. l. quasi. stabitur ergo his literis donec probetur contrarium: vt extra de probat. c. post cessionem. & C.
7 de probatio. l. cum precibus. † Quòd autem certa sit demonstratio, vbi est capitulum, seu collegium, siue ecclesia, aut vniuersitas quæcunque, apparet tam ex iuribus ciuilibus supra alleg. quàm canonicis. Certum est enim, quòd in iudicio personæ actoris, & rei debet esse certa tam in exordio, quàm in fine.
8 † Constat autem sub nomine ecclesiæ capituli, ciuitatis, & vniuersitatis actionẽ, & defensionem proponi, & cum eorum designatione sententiam ferri: vt extra de re-

de rescriptis. causam, quæ inter. & c. capitulum sanctæ Crucis. vt lite penden. c. Ecclesia. 2. de proba. c. licet causam. de iureiuran. c. venientes. de exceptio. c. significauerunt, & in prælegat. l. ciuitas. C. de offic. recto. prouin. & pro hoc C. de episcop. & cleric. l. omnia. In talibus enim, continens ponitur pro contento.

ADDITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶ Demonstretur. *Nominatim fieri quando aliquid dicatur, notatum reperies infra in addi. meis ad consil. 172. in 3. col. remissiuè.*

b ¶ Vniuersali. *De hac materia indefinitæ, quando æquipolleat vniuersali, vel non vide infra in d. consil. 172. col. 3. & quæ ibi adduntur. item vide Alex. in consil. 67. col. 3. vers. Nec sufficit. volum. 2.*

c ¶ De duobus. *Adde Bertrandi consilium in secunda parte centesimum duodecimum, quod incipit: Visis quibusdam prætensis copijs. in 2. col.*

d ¶ Tabellionis officium. *Adde quod aduersatur huic decisioni Oldradi Innoc. in c. causam. de testibus. Verum Domini. de S. Gemi. enititur, vt hos Doctores concordet, in c. si quis iusto in prin. num. 2. de elect. in 6. ibi vide omnino, & vide etiam Fede. de Senis consil. 288.*

e ¶ Cum medicinalis. *Adde quod hoc est c. 1. in 6.*

De electionibus, & de testi.

SVMMARIVM.

1 *De obseruantia. c. cupientes, & de pœna non seruantis, & de saluatione quorundam testium singularium, & nume. 2. cum plur. seq. Item in fi. dicitur, quod licet forma c. cupientes, non sit seruata, tamen bene admittitur quis per viam denunciationis, vel accusationis.*

CONSILIVM CI.

1 QVIA in cuiuslibet iudicij consideratione prior est examinatio personarum: † videndum est primò de personis opponentibus, an sint tales, quæ debeant ad opponendum admitti. Et de domino G. de monte fraudo. & G. de Vrbino, eo quod sunt canonici ecclesiæ Meteñ. non est dubium, quod admitti debent. vt extra de elect. c. cum in iure. supra de exceptio. c. dilecti. & de accusa. c. super his. Item de domino G. Comite Baren. non debet in dubium reuocari, quoniam in articulis principalis causæ datur, quod ipse est fidelis, & vasallus episcopatus, & ecclesiæ Meten. Et ideo ex sacramento fidelitatis tenetur ecclesiam defendere, & à noxijs preseruare, vt in 10. collatio. de forma fidelitatis. c. 1. Inter hæc autem est solicitudinem adhibere, ne ei non idoneus pastor præficiatur. ar. eius, quod dicitur de liberto. ff. qui pe. tu. l. 1. §. vltim. ad Tertul. l. 2. §. sed si fortè à libertis, ex quib. cau. in posses. ea. l. hoc autem. §. 1. in versi. liberi etiam, si qui sunt, &c. Et cum Episcopus Meteñ. habeat quandã superioritatem in eum, sicut habet dominus in Vasallum, interest eius bonũ, & quietum habere dominum. ar. ff. de fideicommis. liber. l. is, qui ex causa. & l. generaliter. §. fin. & de ali. & cib. leg. l. cum vnus, in 2. respon. & cum in eodem articulo detur, quod Comes Baren. est subditus, & de curia ecclesiæ Meten. nõ dubium, quod debet ad oppositionem admitti: vt in authent. quomodo opor. epi. & cæteros cle. ad ordinationem perduci. §. si quis autem talis, & in authent. de san. epi. §. si quis autem. quia cum ius publicum constat in sacris, & sacerdotibus, non solum clericus, sed etiam laicus subditus admittitur, vt expressè not. Hostien. extra de accu. c. 2 super his in glos. ad excipiendum de crimine. † Præterea cum secundum terminũ datum agatur solummodo de obseruantia constitutionis, cupientes, hæc quærere non est præsentis considerationis. legitimatis ergo personis opponentium supereſt videre, an propter aliquod superueniens eorum aliquis impediatur à prosecutione oppositionis. Et primò contra dominum Comitem duo opponuntur: vnum, scilicet, quod infra tempus à constitutione taxatum non venit. Secundum est, quod illicentiatus recessit, sed ad primum patet responsio: quia cum ecclesia Meten. non sit Romanæ ecclesiæ immediatè subiecta non tenebatur Comes deuitare causam electionum per appellationem ad sedem Apostolicam deuolutam, vt ff. man. l. si procurator. §. si ignorantes, & l. si fideiussor. §. si cum debitor. Potissimè cum semper, & regulariter ignorantia præsumatur: vt ff. de proba. l. verius. Ad veniendum autem ad curiam ignorans nulla constitutione arctatur, vt C. de tab. l. generali. lib. 10. & ff. de his, qui not. infa. l. genero. de calumniatoribus. l. annuis. & de edil. edic. l. cum sex. de essentia est indubitata scientia inducta per ostensionem etiam publici instrumenti: vt not. omnes Doct. extra de elec. c. statuimus, & de hoc etiã facta est declaratio in con- 3 filio Viennen. de elec. c. causam electionis. ¶ † Ad secundũ respondetur, quod sufficit à principio ex multis opponentibus ad eadem crimina duos venire: vt in c. cupientes. §. si verò in discordia. de elect. lib. 6. quia sufficit venire vnum, aut duos pro omnibus ver ba facturos: vt C. de eroga. mi. anno. l. pe. circa fi. lib. 2. Si non tenebantur venire: ergo venientes duobus semper dimissis possunt impune recedere: quia cum c. si postquam. extra de elec. factum sit ad interpretationem. c. cupientes. vt ex litera eius apparet: illos tantum taxat arctat stare, quos constitutio cupientes arctabat venire. vt in authen. de natu. li. ante dota. instrumenta natis. circa fin. vbi not. Et not. Ioan. And. d. c. si postquam. quod non requiritur, nisi duos stare. Præterea in habentibus exercitium iurisdictionis, & alligatis magnis dignitatibus est speciale, quod venire nõ teneantur, vt in c. cupientes. §. vlt. & c. si postquam. quod quando ad standum obligat de nullo alio loquitur, nisi de elect. ¶ † Et si dicatur eadem est 4 ratio in oppositore. Respondetur, quod hoc argumentum cessat in pœnalibus: vt ff. solu. matr. l. si verò. §. de viro. & ff. si à parente quis fuerit manu. l. pe. Et si dicatur, ex quo venit vsus iure communi, renunciasse videtur priuilegio suo, quod erat, vt venire non teneretur, vt C. de pac. do. l. vlt. Respondetur, quod si prouisio hominis habeat se in minus, quam prouisio legis: tunc per tale factum videtur renunciare beneficio legis: vt ff. solu. mat. si cum dotem. in prin. & C. de pact. do. l. vlt. si verò habeat se in plus, vt quia aliquid facit, quod lex eum facere non compellit, non renunciat priuilegio legis, quæ minus eum cogebat: vt ff. de mili. testa. l. 3. & C. de excu. tu. l. voluntariæ. Et ratio vtriusque colligitur ex text. ff. quemadmodum serui. amit. l. is, cui via. Sed quia venit non obligatus venire, &c. plus fecit, quã tenebatur: ergo, &c. ¶ Nuncitaque ad canonicos se opponentes, dimisso domino Ioan. de Monteferrando, eo quod est rebus humanis exemptus, cõuertamus sermonem. Et quidem eis de temporibus non seruatis nihil potest opponi, quia duobus existentium electis opponentes de capi. ad veniendũ personaliter astricti non sunt, quia sufficit, quod instructores pro eis sint in curia, vt not. per omnes

per omnes Doct. in c. cupientes. §. si vero in discordia. Duabus vero electionibus deductis ad vnam per renunciationem vnius, & hoc ad canonicornm in partibus existentium noticiam deducto statim dicti duo canonici, scilicet G. de monte ferrando, & G. de Vrbino venerunt. Vnde de eis, quantum ad hoc, nulla est hæsitatio. ¶ Sed eis duo opponuntur. ¶ Primum, quòd cum sint de capitulo, & de electoribus domini P. de Trena, qui renunciauit, non miserunt instructo res cum electo suo. Vnde excludi dicuntur à totali prosecutione processus. Secundum, quod si miserũt, non miserunt eos sufficienter instructos, secundum quod dñt, cum actis, iuribus, & munimentis. ¶ † Sed ad primum respondetur, quòd cùm secundum veritatem, & per instrumenta publica appareat, & per testes duos veniſſe, vt instructores, & se præsentasse, & tali præsumitur missio: quia cum agimus de actu extraiudiciali, præsumitur adesse solennitas, nisi probetur abesse: vt not. per Innoc. & Hosti. extra de eo, qui fur. ordi. susce. c. innotuit. & per Archi. extra de elect. is qui contra. lib. 6. Et dato, quòd non præsumeretur, est plenè probatum per vnum testem, scilicet Adam proleti hoc expresè dicentem super primo articu o in prima interrogatione, & expressius in tertia, & per famam publicã, quæ per plures testes probatur. hoc autem dubium non plenè probaret *a* vt extra de succesſio. ab intesta. ca. cum dilectus. Imò certe & quantum ad hoc sola fama sufficeret, quia ius, & natura æquipollent. vt ff. de conditio. institu. l. conditiones. & l. filius. & not. C. de confes. l. 1. sicut ergo in his, quę sunt de necesſitate naturæ, vt mors: sola fama plenè probat *b* vt not. ff. de testi. l. testium fides. §. eiusdem quoque principis. & C. sol. ma. l. siquidem. sic & in his quæ iuris necesſitate facienda incumbunt: sed missio est huiusmodi, ergo, &c. In talibus nempè quę alicui de iuris necesſitate incumbunt, multum facilis est iuris præsumptio. vnde ibi omnis patientia operatur consensum. vt ff. si serui. ven. l. si à te. & C. de acquir. poss. l. minus. & accidit bene, quod not. ff. de acquir. poss. l. fundi. † & quis potest præsertim, vbi agitur de pœna euitanda, rationabiliter dubitare missionẽ sufficienter esse, pbatam per vnum testem, & per famam, & per alium testem dicentem se fuisse ad ostium capituli, & dum exibant audiuisse à canonicis quòd constituerant domin. Ioan. de Monteferrando, & Adam poleti instructores: & per alium testem, qui dicit finaliter hoc audiuisse, & per incumbentem scribentem necesſitatem mittendi, & per effectum facti realiter subsecuti. de quo loquitur lex, C. de adulte. l. si qui adulteri. certe nemo. vt C. de rei vendi. l. iudicia certa. sed dictum Adæ poleti nititur pars aduersa tollere, dicens, quòd interrogatione ei facta respondit, quòd non fuerunt missi ab electoribus, &c. Sed certe, si quis seriem dicti eius diligenter attendat, hoc noluit dicere. Immò aperte dicit, quod missi fuerunt instructores per electores domini P. & Io. sed non miserunt à seipsis. Sed requisiti per ipsum domin. Ioan. & quod certos mitterent, hoc expresè dicit in secunda interrogatione ei facta super primo articulo. Quod ergo postea dicit in alia interrogatione, quod non fuerunt missi ab electoribus, debet intelligi ab electoribus missionem præuenientibus, sed requisiti miserunt: & propter contrarietatem tollendam: vt extra de test. cap. cum tur. & hoc patenter demonstrat eius responsio, de qua pars aduersa gloriatur. cum enim primus in prima, & in secunda interrogatione dixisset instructores ab electoribus domini Ioan. missos: postea in alia interrogatione dixit, quod fuerunt missi pro instructoribus ad curiam intra tempus, sed non ab electoribus ipsius domin. Pet. Sed quia hęc adiectio, Sed non ab electoribus, &c. videbatur prius dicto per eum esse contraria, statim subiunxit, quod tantum ad requisitionem suam in capit. fa-
7 ctam. vt supra proxim. ar. † facta ac si manifestè dicat, considerata serie totius dicti sui, quæ debet considerari. vt ff. de hære. institu. l. qui non militabat. §. Lucio. de te. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de le. 1. l. si seruus plurium. §. vltimo. quia missi fuerunt ab electoribus non in missione præuenientibus, sed requisitis. dictum autem alterius deponentis qui erat ad ostium, &c. nisi pars aduersa tolleret dicens, quod erat familiaris, dom. Ioan. de Monteferra. Sed ad hoc respondetur, quod hoc non tollit, quin in fauorem aliorum oppositorum deponere potuerit. Præterea, cùm de pecuniario commodo domini sui non agatur. Non obst. talis familiaritas ar. ff. ad l. Cor. de fal. de eo. & l. si pater. & not. ff. de testam. l. qui testamento. Arguitur enim hic de publico interesse. Et hoc modo debet intelligi, quod not. Innoc. extra de testa. ca. in literis. ad id, quod dicit pars aduersa, quod non est positum nec probatum, quod dictus G. fuit de mittentibus, quare dicitur eum excludendum: facilis responsio est, quia probatum est sufficienter, quod electores domini P. miserunt instructores, & dictus do. G. fuit de electoribus eius, ergo & de ipso videtur facta probatio, ac si singulariter, & principaliter de eo probatum foret: vt ff. de leg. 3. l. si chorus. & de vsu & ha. l. si ita. præsertim cum sit eadem ratio comprehẽsorum sub illo indefinito sermone: vt ff. de leg. 2. l. si pluribus. in princi. & not. per Ioan. Monach. extra de elect. c. vt circa. & per domin. Dyn. de reg. iur. in prin.
8 ¶ † Præterea dato, quod dictus domin. G. tempore missionis instructorum non fuisset in ca. ipse per hoc non excluderet facta sufficienti missioni per socios, & collectores suos: quia actus missionis non incumbit singulis, vt singulis, sed singulis, vt vniuersis, siue de vniuersitate aliqua existentibus, puta de toto capitulo, quando electio est in concordia: vel de parte certa, quando in discordia: quæ pars, etsi esset minor, tamen eo quod dicit quantum quod respectu totius vniuersitatem quandam constituit: vt ff. de leg. 1.
9 l. si quis à filio. §. fina. ¶ † In actibus autem huiusmodi refertur ad omnes, quod fit per maiorem partem: vt ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & ad muni. l. quod maior. C. de decu. l. nominationum forma. Ad secundum, quod dicitur, quod non venerunt sufficienter instructi: respondetur saltem per hoc, quod electus portauit omnia ad vtilitatem communem, ergo videntur sufficienter veniſſe, vt ff. de verbor. signific. l. quos nos hostes. §. locuples. & de dam. infe. l. si ita. Et si præter, & contra communem vsum aliquid contingit, puta quia electus renuuciauit, & omnia exportauit, hoc non est instructoribus vel eos mittentibus imputandum, ar. ff. de contrahen. empt. & vend. l. fistulas. §. vlti. Secuti enim sunt communem morem, & consuetudinem. vt ff. de ędil. edict. l. quod si nobis. §. quia si assidua & l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. Non ob. quod dicitur, quod sequens casus non liberat à præcedenti culpa per legem. ff. loca. & conduc. videamus. §. 1. quia verum est à præcedenti culpa in faciendo commissa, secus in non faciendo: vt ff. de impen. in re. don. fa. l. & in totum. Vel verius non liberat à culpa contra pactum expresè commissa, ab alia liberat. vt ff. ad l. Rho. de iactu. l. fin. & ibi nota.
10 ¶ † Ad id, quod dicit pars aduersa, quod non fuerunt missi per instrumentum, hoc est, de eorum missione non fuit facta scriptura. Respondetur non esse necesse, quia casus sunt speciales, in quibus scriptura requiritur, qui notantur. C. de pac. l. pactum, quod bona fide. de quorum numero iste non est. Et regula est

in contrarium: vt ff. de pignor. l. contrahitur. & C. de fide instru. l. in exercendis. & not. Arch. in prima constitutione. 6. lib. Præterea, si esset necessaria, præsumeretur affuisse, quia actus est extraiudicialis, vt dictum
11 est supra. ¶ Et dato, quod excludantur oppositores, quia non est seruata per eos constitutio cupientes, admittentur per viam denunciationis: vt extrà de accu. c. veniens. §. prælatorum. Et hęc fuit opinio omnium qui gloss. seruauerunt. c. cupientes, vt not. per Bart. in d. c. cupientes. §. cæterum. versic. opponentes, vel opponentium, &c. super verbo simili pœna plectenda. & ibi per Ioan. Mo. Archid. & Ioan. Andr. & idem, si per modum ordinariæ accusationis. Non obseruãtia enim constitutionis repellit ab oppositione, & exceptione, sed à denunciatione, & accusatione non. Vndè debemus esse contenti pœnis lege comprehensis: vt ff. de verbo. oblig. l. si stipulatio. & maritus exclusus à potestate accusandi iure mariti, accusare potest iure extranei: vt C. de adulter. l. iure mariti. Et filius exclusus ab vnde liberi, venire potest ad successionem patris per vnde agnati. ff. de succes. edi. l. 1. §. sed videndum. & pro hoc facit regula iuris: quoties duplici. Et hoc expressè dicit text. l. ei, qui alio iure venit, quàm eo, quod amisit, non nocet id, per quod perdidit, sed prodest id, quod habet: vt ff. de bon. lib. l. si filius. in fin. primi responsi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Probaret. *Non est plenè probare: sic censeo restituendum.*

b ¶ Plene probat. *Adde quod contrarium Alex. respondit in consi. 25. vol. 4. Corne. in consi. 10. vol. 1. sed Oldrado adstipulatur præter ea, quæ ipse allegat, Gloss. in c. quoniam frequenter. §. sinautem de carnali. vt lit. non conte. ibiq; Feli. & Abb. Spec. de noto. cri. §. Fama. col. 2. vbi etiam Doctor. in addi. Bart. in l. Genero. de ijs, qui not. infa. in l. 2. §. si dubitetur. Quemadmo. testa. aperi. & in d. l. si quidem. vbi Ioan. quoque Fab. In suo breuia, Idem Barto. in tract. testimo. §. Mortuum. & in l. Quoties. C. de naufr. lib. 10. vbi Ang. Item & Alex. sibi non constans. Bald. in l. fin. de ijs, qui not. inf. Et in c. 1. §. fin. Qui feu. dare poss. in vsi. feu. Lanfran. in c. Quoniam contra. in ver. Testium depositiones. col. pen. de proba. Papien. in for. lib. quo petitur hæredi. ex testamento in ver. Possidebat. Ias. in l. cum ea. propesi. C. de transs. Alcia in tract. Præsumpt. Reg. 1. Præsumpt. 44. in fin. Cor. sibi aduersaus in consi. 96. col. 2. volum. 4. Alex. in con. 4. col. 3. vol. 2. 172. vol. 6. 27. vol. 7. Butrig. in rop. l. Quod te. nu. 48. col. 13. Si cer. pe. Alex. in l. is potest. col. pen. de acquir. hære. vbi habetur etiam, quid si duæ famiæ contrariæ vigeant?*

De constitu. & de verbo. sig.

SVMMARIVM.

1 *Licet constitutio Ecclesiæ habeat, quòd vacante Ecclesiæ præpositus gerat vicem Archiepiscopi: ex hoc tamen præpositura non dicitur habere curam animarum: nec extrauagans, execrabilis. in ea locum habet. & nume. seq.*

CONSILIVM CII.

a FACTVM tale est. Statutũ est in ecclesia Tarracone. per Archiepiscopum, & capitulum, quod vacante sede præpositus, quicunque fuerit vel absens *a* extrà prouinciam, aut prouinciam quandocunq; exierit, incontinenti Camerarius eiusdem Ecclesiæ gerat vices Archiepiscopi in temporalibus, & spiritualibus, sicut ipse præpositus gerebat. Si autem Camerarius mortuus fuerit, aut absens à diœcesi, aut diœcesim quandocunque exiuerit, Archidiaconus maior gerat vices Archiepiscopi, sicut dicti præpositus, vel Camerarius. Si autem Ar-
b chidiaconus fuerit mortuus, vel absens à diœcesi *b* quandocunque exiuerit, sacrista gerat vices Archiepiscopi, sicut dicti præpositus, Camerarius, vel Archiepiscopus gerebant. Modò quęritur: vtrum qlibet prędictorum dicatur, vel censeatur ratione sui beneficij habere curam animarum propter prædicta: prout cura intelligitur in casu constitutionis. execrabilis. nuper editæ contra obtinentes nunc pluralitatem dignitatum, vel aliorum beneficiorum, quæ non possunt simul teneri absq; dispensatione? Et an ex hoc eorum dignitatib. imminere dicatur cura animarum.
1 † Et certè videtur dicendum, quod talia beneficia curata non sint: quia licet possit eis cura accedere, non tamen competit, nisi extrinsecus adueniat: & nõ debet aliquid tale dici ex eo, quod contingere posset, sed ex eo, quod est: vt ff. de in litem iu. l. 1. & de fideius. l. vlt. & de fideicommis. lib. l. 4. §. 1. quia de rebus sic se habentibus loquimur: vt not. ff. de condi. ob causam da. l. quod seruus. Præterea cum cura ad dignitatem episcopalem pertineat, & ad Episcopum, vt ad sponsum, & administratorem, videtur, quòd etiam dignitate vacante, cura, inquantum dicitur ius, ipsi dignitati inhæreat, & ab ea sit inseparabilis, sicut incorporalia regulariter: vt ff. pro socio. l. 3. in princip. & ibi not. & de pecu. l. quis ergo casus, sicut iura incorporalia iacente hæreditate manent penes eam: vt ff. de acquir. poss. l. cum hæredes. & confessoria pro seruitutibus debitis prædijs hæreditarijs sola aditione cõpetit hæredi: vt ff. de pe. hæred. l. non tantum. §. fina. Exercitium verò curæ, quia factum dicitur penes dignitatem iacentem esse non potest: vt in d. l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. ff si quis testamento liber esse iussus fuerit. l. 1. §. Scęuola. Et ideo illud transit ad propositum, de quo est sermo, & ex hoc solo non potest curatus dici, sicut nec proconsul dicitur, quia ad tempus consulatum obtinet præside defuncto, imò propriè surrogatus dicitur: vt ff. de tuto. & cu. da. ab his. l. 1. C. de offi. eius qui vicem alterius iudicis obtinet. l. 2. Ex temporali verò exercitio curæ, iure penes alterum remanente, non debet censeri beneficium curatum: vt apparet per hanc nouam cõstitutionem, execrabilis. inquantum loquitur de vicario temporali.
2 ¶ † Nec est nouum penes vnum esse ius vsusfructus, & penes alium facultatẽ fructuum percipiendorum, vt ff. de iure do. l. si vsusfructus. & solu. matr. l. vsufructu. cum si. Et ideo habito respectu ad ius dicitur vicens gerens alterius: vt extra de rescrip. c. eam te. & ibi de hoc per Inno. & Compo. & pro hoc. ff. communi diui. l. communi di. §. cum de vsufructu. in fin. & ibi not. Et ex his probabiliter videtur posse concludi, quòd talia beneficia sub constitutione non cadunt.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Absens. *Adde & melius dic forte, vices gerat Archiepiscopi, vel si præpositus fuerit absens, &c.*

b ¶ A diœcesi. *Adde & dic tu melius, aut diœcesim quandocunque, &c.*

De electio. & de verb. signi.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio. c. quorundam. §. circa. de elect. lib. 6. non habet locũ in monacho electo ad abbatiam proprij monasterij.*

CON-

CONSILIVM CIII.

1 QVÆSTIO est, an c. quorundam. §. circa. extra de elect. libr. 6. quod dicit electionem factam à minori parte inter nõ mendicantes nullũ prorsus ius tribuere electo, locũ habeat in monacho electo ad Abbatiam proprij monasterij. Et videtur, quod locum habeat in eo duntaxat, qui ad administrationem, vel prælaturam alterius monasterij eligitur, & non proprij. Et hoc quadrupliciter oñditur. ¶ Primò sic: Quale est principium legis, seu constitutionis, talis est tota lex, seu constitutio: vt ff. de iur. & fac. ign. l. regula. §. vlt. quia à primordio tituli posterior formatur euentus: vt C. de impo. lucra. descri. l. 1. in pe. responso. li. 10. & ar. ff. de leg. 2. l. cum filius. §. hæres. Sed principium dictæ constitutionis, ex quo disponere incipit: quod est ibi. Volentes ergo, &c. loquitur de electis ad prælaturam extra ordinem suum. ergo de talibus electis extra ordinem tota constitutio debet intelligi. ¶ † Secundò hoc probat præ-
2 fatio, *a* seu proœmium ipsius constitutionis: quoniam ex ipsa patenter mens legislatoris colligitur: vt ff. de hære. instit. l. vlt. & de adi. & transfe. leg. l. alumnæ. §. vlt. sed in præfatione dicitur: quod intendit prouidere contra eos, qui extra administrationem proprij ordinis solium conscendere moliuntur: ergo de intentione conditoris canonis non fuit aliquid innouare circa electos in proprio monasterio. Et sic remanẽt in iure antiquo: vt C. de appel. l. præcipimus, & de temotio in proprio, quam transitus ad alienum. Ad alienum autem est postulatio. Sed in proprio est electio: vt extra de renunc. post translationem. & ibi no. per Innocent. & de postu. prælat. ca. vlti. & ibi similiter no. per eundem. licèt hodie videatur etiam in alieno eum eligi posse: vt extra de elect. c. nullus. libr. 6. vbi
3 notat. per Archidia. ¶ † Tertiò hoc idem probat decursus constitutionis quorundam: quę tam in prima quam in vltima sui parte loquitur de his, qui suorum superiorum obtento consensu eliguntur: per quod apparet, quod loquitur de his, qui eliguntur ex tra suum monasterium, & superiorem habent. Qui enim in Abbates monasterij proprij eliguntur, prius talem superiorem, à quo licentiam consentiendi requirant, non dicuntur habere. igitur de primis, id est, de his, qui extra suum monasterium eliguntur, lex loqui intendit. ar. optimum. ff. de flumi. l. 1. §. non autem omne. & de admi. tut. l. ita autem. circa princ.
4 ¶ † Quartò hoc denotat copulatiua dictio quoq; quæ est in §. circa religiosus, cuius natura est præcedentium, & omnium eorum accedentium, repetitionem inducere: vt ff. de le. 3. l. in repetendis. de fundo instr. leg. l. sæpè. §. Caio. Cùm igitur ante illum. §. circa religiosos. semper locutus fuerit conditor canonis de electis ad prælaturas extra administrationem proprij ordinis: dicendo postea: circa quoq; alios, debet etiam intelligi: videlicet extra administrationem proprij ordinis. aliter (contra quoque) vim repetitionis non haberet. Et pro hoc in instit. ad l. Aquil. §. Ex hoc tamen capite. ibi, nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno rogante hanc l. tulit, contentam fuisse, quod prima parte hoc verbo vsa est, &c. qui §. hoc
5 ar. & superiora comprobat. ¶ † Quintò, & vltimò
b mens legislatoris lex est, *b* & non verba. vt ff. de legib. & senatusconsl. l. scire leges. & not. eodem tit. l. contra leg. & l. fraus, & C. eodem tit. l. non dubium. sed mens conditoris illius decretalis fuit plus arctare mendicantes, quàm non mendicantes: quod apparet: quia mendicantes in discordia eligi non possunt. Non mendicantes autem possunt: dummodo nõ à minori parte. sed mendicantibus legem non imposuit, cùm eliguntur in proprijs monasterijs: ergo nec non mendicantibus intelligitur lex imposita, alioquin contra legislatoris mentem plus arctati essent non mendicantes: quod est absurdum. & hoc bene probatur extra de elec. indemnitatibus. §. si quà verò, ibi. videtur poni speciale in electa in abbatissam proprij monasterij à minori parte, vt non teneat ipso iure. in monasterijs ergò virorum videtur ius commune in contrarium. vt ff. de leg. & se. consul. l. ius
6 singulare, & ad muni. l. 1. † Non obst. responsio ad ea, quæ possent induci pro contraria parte: illud scilicet verbum ad prælationes quaslibet: quod est in §. circa: quia illud distributiuum quaslibet distribuit inter administrationes eiusdem ordinis tantum, quę plures esse possunt: & non respicit administrationem alterius ordinis. ar. pro hoc. ff. de leg. 3. l. quæsitum. §. in eum. & de ali. & ci. leg. l. à filio. §. fin. Verba domini Card. manu scripta sunt, quæ sequuntur. Contrarium tenent omnes. Et ipse etiam dixit mihi, quod tenebat contrarium. immò hoc tenet Archidi. & Ioan. Mo. Sed Ioan. Andreas tenet contrarium. & pro eo facit, quod licét in princip. & in §. 1. dicat de administratione extra proprium ordinem, tamẽ adiecit verbum quaslibet: per quod videtur sensisse tam de suo monasterio, quàm de extraneo.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Præfatio. *Adde quòd ex præfatione declaratur intentio, & causa finalis, & quod præfamur, in dispositione repetere præsumimur. Zab. consil. 132. & 147. Imo. consil. 128. Roman. consi. 16. 65. & 90. Alexand. consi. 7. in 2. volum. Iaf. consi. 221. col. 6. vol. 2. Marsil. consi. 19. nume. 5. volum. 1. Dec. in l. 1. in 1. col. si cert. pet. Lap. alleg. 101. col. 7. ver. circa secundum.*

b ¶ Lex est. *Adde quod à mente legis non est recedendum, & si non est eadem cum verborum figura, imo & si verbæ sint contraria. Marsil. in l. sed sciendum. col. 2. numero 6. Adl. Pompo. de Parrici. Et mens colligitur ex ratione, estque idem mens, & ratio. Ang. consil. 344. Marinus in 1. col. Atque verba sunt ad mentem redigenda, non è conuerso. Idem consi. 221. prop fien. Nec propter nimiam subtilitatem debemus fraudare mentem legis. Castrens. consil. 336. Præsens casus modicam. Iaf. consi. 206. colum. 5. ver. solum ergo. in 2. part. & realitatem, ac mentem legis sequi conuenit, non verbis pertinaciter insistere. l. Benignius. de legi. Nec dicitur casus omissus à lege, qui saltem in genere consideratus, & ratione, ac mente comprehensus fuit. Ang. consil. 389. Totum demum statutum. Videatur autem vltra hæc omnia Bald. in dict. l. Non dubium. de legi.*

De censibus & exactio.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint iustæ causæ, vt Papa possit petere charitatiuum subsidium tanquam dominus temporalis, vel tanquam princeps illud imponens. & num. sequent.*

CONSILIVM CXXII.

CIRCA propositam quæstionem: in qua dominus noster Papa Ioan. 22. petit sibi charitatiuum subsidium impẽdi, & per subditos moderatam collationẽ fieri pro emptione Castri de Variaco: est considerandus dominus noster altero de duobus modis. Vno modo, vt simplex

dominus comitatus, seu terræ Venesini præ alijs dominis nihil habens. Et alio modo, vt summus princeps, & dominorum dominus præ alijs multas prærogatiuas habens. Siquidem primo modo consideretur, videtur, quod liceat ei tale subsidium petere.
1 † Constat enim quod ratione publicæ vtilitatis de communi subsidium peti potest, & collatio implorari: iuxta illud: Refectio ei, &c. idcircò de communi fit quia vsum, vtilitatemq; communem habet: vt ff. ne quid in loco pu. l. 2. §. viarum. & alibi. nulla enim ratione debent ab hoc, quod in commune omnibus profuturum est seiungi: vt C. de colla. fundorum patri. & emphyt. l. 1. li. 11. quasi patenter hæc iura concludant: sicut quod cedit in honorem, vel commodum priuati, debet eius impendijs expediri: vt C. de sta. & ima. l. vt virtutum. & ff. de adul. l. si postulaue-
2 rit. circa princ. & C. de ero. mili. anno. l. vlt. † Sic quod cedit in honorem, & commodum publicum, debet publicis sumptibus subleuari: vt in hoc æqua sit vtriusq; conditio, vt ff. de fideicom. l. mortuo. ff. qui. ex cau. ma. l. item ait prætor. in princ. iuncta l. ergo. §. vlt. eod. tit. & C. vt nemo ad suum patri. susci. calo. vel ru. l. 1. lib. 11. sed in emptione castri de variaco publica versatur vtilitas: ergo & de publico, siue communi fiet collatio. Quod autem publica versetur vti-
3 litas, probatur. ¶ † Primò ex grauis, & duri, & potentis vicini elongatione. arg. ff. de contrahen. empt. & vendi. l. quod sæpè. §. vltim. & de leg. 2. l. si cui fundum. & quod not. ff. sol. mat. l. 1. in 2. responso. Et hic est casus. l. dicentis: qui fortè consortibus suis grauis, ac molestus existat, &c. vt C. de agri. & man. domini-
4 cis, vel fisc. l. vlt. §. vlt. † Secundò: quia facilius poterit hostibus resisti. Hinc est: quòd per talem securitatem omnes compelluntur in faciendis, vel reficiendis vallis ciuitatis: vt C. de Immun. nemini concedẽn. l. 2. libro 10. & ibi not. & de priuileg. domus Augustæ. l. absit. & de oper. publicis. l. ad portus. & l. om-
5 nes prouinciarum rectores. ¶ † Tertiò: quia honor domini honor est subditi. Nam vniuersis redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur: vt C. de aduo. diuer. iu. l. restituendę. Honor autem domini est, quantò quis maioribus, & melioribus præest: vt in Authent. de defen. ci. §. 1. Si igitur honor domini est honor Vasalli, & in hoc vertitur honor: ergò & commodum, quod etiam in honore æstimatur: vt
6 ff. si quis omissa causa testament. l. Iuli. ¶ † Quartò vertitur publica vtilitas: quia quantò erunt plures tales habiles, subditi facilius ea quę incumbent, one-
a ra supportabunt: *a* vt C. de commer. & merca l. 1. de exact. tri. l. autores. de priuil. domus augustæ. l. 2. libro 12. & vtrobique not. Cùm igitur multiplex pateat publica vtilitas: manifestum est secundum præmissam regulam multiplici iure probatam publicè posse: immò debere collationem exposci, & ex parte subditorum obsequiosè præstari. & hic est casus legis dicentis cum omnes in commune (si necessitas exegerit) conueniat vtilitatibus publicis obedire, & subuentionem sine dignitatis priuilegio celebrare. C. de
7 nauibus non excusandis. l. 1. in fin. libro 11. † Si verò secundo modo consideretur dominus noster Papa: scilicet vt summus princeps: planum est, quòd tale subsidium potest petere, & inuitis subditis indicere: vt C. superindi. l. 1. lib. 10. Et in hoc nullum priuilegium prodest iuxta legem dicentem. Nulla igitur domus, vel sacri patrimonij, vel emphyteotici iure, vel hominibus priuatorum. (Etiamsi priuilegium aliquod habere doceatur) ab hac necessitate seiũcta fit: quæ iam non extraordinarium (vt hactenus) Sed nobis facientibus canonicum nomen accepit. C. de
8 superindic. l. prima, libr. 10. † Per quæ etiam patet responsio ad priuilegia illorumde comitatu Venesini: nedum quia solutione talis iuris priuilegiantis, vt comitis Tholosani: de quo gl. mentionem facit. C. de comitibus, qui prouinc. regunt in rub. in iure consolidato superiora quæ ipse causam habeat priuilegium videtur esse finitum: vt ff. de pig. l. lex vectigali. & de in diem adiect. l. 6. §. sed & Marcellus. Per quæ pater, non obstantib. obiectis, & propositis per illos de comitatu, domini nostri Papæ intentionem, & petitionem fundatam esse de iure communi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Supportabunt. *Adde Bertran. consi. 133. viso processu causæ agitatæ. vol. 2. num. 6. in 1. par.*

De consuetu. & de fide instru.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo reddit instrumentũ insufficiens, quod aliàs de iure communi esset sufficiens. & num. seq.*

CONSILIVM CV.

VIDETVR dicendum pater sanctę, quòd is, de quo quæritur, impediatur à promotione non ex virtute consuetudinis. sed quia constat eum illegitimum, nec sufficienter apparet eum legitimum: quia consuetudo detrahit in
1 strumento. † Quod sic probatur. regulariter quod potest in vnum oppositorum, potest etiam in reliquũ: vt de ac. hær. l. is, qui hæres, in princip. & l. is potest. sed consuetudo facit instrumentum, quod non est aliàs de iure communi sufficiens ad probandum, esse sufficiens: vt extrà de fide instrument. cap. cum dile-
a ctus. fin. 1. *a* ergò, &c. † Præterea expressum est,
2 quod propter consuetudinem eligibilis de iure communi fit ineligibilis: vt extrà de cle. coniug. cap. cum olim. & ibi nota. Et qui est habilis ad contrahendum matrimonium de iure, fit inhabilis per consuetudinem: vt extrà de cog. spirituali. cap. super eo. Ergò videtur, quod consuetudo possit facere insufficientem probationem legitimationis istius, licet aliàs sit
3 sui natura sufficiens. † In talibus enim locorum consuetudo attenditur: vt C. de testam. l. vltima. circa medium. & potissimè in promotionibus, & quæ circa eas sunt: ff. de dec. l. non tantùm. §. vltimò. Præterea attendatur: quia hæc consuetudo tendit ad decisionem: ergò, &c. vt ff. de euic. l. fundus. & ff. de administ. tuto. l. fine hærede. §. Lucius.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Fina. i. *Adde quod vult dicere. §. fi. & ibi gloss. l. in vers. approbata.*

De excep. de reiudi. & de ver. signi.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad clem. vt calumnijs. de reiudi. quòd non habeat locum in vnica sententia lata diffinitiua, sed in tribus, etiamsi pronuncietur super desertione appellationis. cum num. seq.*
2 *Sententia appellatio simplex diffinitiuam propriè comprehendit.*
3 *Sententia illa est diffinitiua, cuius contraria diffinitiua esset, & è conuerso.*
4 *Et de verbis vniuersalibus: vt nullatenus.*

CON-

CONSILIVM CVI.

QVOD litera executoria, quæ in causa castri Caroli petitur, relaxari non debeat, ostenditur sic: Constat, quod exceptio nullitatis sentētię, de cuius executione agitur, executionem impedit, & retardat: vt C. si ex falsis inst. l. vlt. de iu. l. si prætor. §. Marcellus. & ff. de re iudica. l. si cum nulla, secundum vnum intellectum. Quia eius, quod nullum est, nullus debet esse effectus: vt ff. de leg. 2. 1 cum pater. §. curatoris. & ibi not. ¶ † Sed ad hoc obijcit pars aduersa ex decretali cle. extra de sent. & de re iud. vt calumnijs. in Concilio Vienen. vbi dicitur, quod post tres sentētias latas in petitorio, seu possessorio is, qui succumbit, ad agēdum de nullitate ipsarum, vel alicuius earum, nullatenus admittatur, donec huiusmodi sententiæ plenarię fuerint executioni mandatę. † Et verè non ob. hoc, quia illa decretalis 2 post latas tres sententias diffinitiuas loquitur, quod apparet ex vi vocabuli sententias, quod anthonomasticè diffinitiuam demonstrat: a vt ff. de re iud. l. quod iusit. & C. de sen. & interlo. om. iu. §. post sentētiam. Et ex eo, quod ibi dicitur: super petitorio, vel possessorio: super quorum vtroq; sententiam latam constat diffinitiuam esse. De lata super petitorio constat. De lata super possessorio, not. C. si de mobēta. pos. fuerit ap. l. 1. & hoc etiam apparet ex vicinitate scripturæ: quia in eadē decretali in §. 1. expressè loquitur de sen- 3 tentijs diffinitiuis. † Constat autem, quod sententia, qua pronunciatur appellationē esse desertam, non est diffinitiua, quia eius contraria non est diffinitiua: vt not. per Car. & Io. Mo. in c. cupientes. Et sic dict. c. ad propositum non accedit. sed nō ratio mouens canonis conditorē. Ratio enim fuit, quia in negocio tanta maturitate digesto, quod trina sit diffinitiua sententia diffinitum, non est verisimile errorem, vel circunuentionem aliquam interueniisse, iuxta legem dicentem: nemini venit in dubiū, quod repetita prælectio probauit. hoc satis est validum, satisq; famosum. C. de emen. iu. co. in secunda eius editione. circa fin. constitutionis. & ff. ve. l. si mulier. & C. de diuor. & re. l. dubium non est. quo not. in aut. de ap. & infra quæ tem- b pora. circa pri. b col. 4. quæ omnia cessant in casu proposito. nunquā enim, nisi semel per dom. Iac. de columna cognitum fuit de iustitia causæ huius, de cuius executione nunc agitur. Et sic cessant tam verba capituli: vt calumnijs. quam ratio. † Et si dicatur: imò 4 ratio fuit, vt litigantium calumniæ reprimantur: vt dicit prin. decr. Respondetur: verum est, sed nulla potest ibi præsumi calumnia, vbi incontinenti exactis principalis causæ se prompta nullitatis offert proba- c tio. c Et hic est casus expressus, qui quæstionem decidit. C. quando prouocare non est necesse. l. 1. & extra de restit. spol. c. literas. in pen. responso. ibi. & proba- 5 tiones offeruntur incontinenti paratę, &c. † Et si dicatur tex. c. vt calumnijs. dicit, vt nullatenus admittatur. Respondetur: verum est in casu in constitutione nec cōprehenso, sed noster casus, nec in sententia, nec in verbis comprehēditur: vt ostensum est supra, ergo, &c. Et hic est casus. ff. de le. 1. l. si ancillas. in fi. Prętereа dato, quod casus noster esset in constitutione illa comprehensus, adhuc ille sermo vniuersalis, nullatenus admittatur: Deberet ciuiliter intelligi, scilicet, quod saluę essent exceptiones, quarum probatio esset in promptu, & altiorē indaginē non requireret. sicut habetur. ff. vt in pos. leg. l. si is, à quo. in princ. ad exhiben. l. 3. §. ibidem. ad Tre. l. ille, à quo. §. si de testamen to. & no. C. de edi. diui Adri. tol. l. 2. Et quod talis vniuersalis sermo aliorum iurium determinationē re- e cipiat, probatur expressè. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. deniq;. & ibi not. in glo. scilicet tali, &c. ff. de peti. hęre. l. & non tantum. §. quod si peremptoriè. & ibi no. in glo. nimis largè locutus est, &c. Sic itaq; cessantibus verbis, & ratione nouæ constitutionis, & calumnijs, standum est antiquis iuribus: scilicet, quod retenta litera executoria procedatur ad cognitionem nullitatis, cuius prompta exactis principalis causæ offertur probatio, quæ omnem calumniæ præsumptionem excludit. & hic est casus expressus. C. quando prouo. non est necesse. l. 1. quæ lex bene videatur: quia decidit quæstionem. & pro hac decisione facit. C. de edic. diu. Adri. tol. l. 2. cum glo. posita ibi, statim vult eam probare filius, & tunc non, &c. ad idem faciunt leges in eadem gl. allegatę per Archiepiscopum Tarrachon. & pro hoc videtur optimè facere: quia, quando probationes sunt in promptu, & offeruntur, non videtur esse iudicatum: imò negari potest esse iudicatum. ad quod. l. post iudicatā. cum ibi no. per glo. f not. super verbo subesse possit. C. de transac. *f*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Demonstrat. *Adde quod probatur ex Rub. C. de sententijs, & interlo. omnium iud. Dictio enim, & ponitur inter diuersa: vt est Glo. in c. Quærelam. de Simon. Et pro hoc Castren. in d. l. Quod verò. in princip. & in Rubr. ff. de re iudi. & ibi Ripa in 2. col. dat duas limitationes. videlicet vt procedat strictè, & quod secus sit in fauorabilibus. Adijcit, & tertiam limitationem, quando exempli gratia in aliqua parte statuti mentio fit simplex de sententia, deinde in eod. cap. exprimitur alibi de sententia definitiua. Sed quia hanc disputat, eò me refero. Et addo pro opin. Oldra. Diaz in reg. 662.*

b ¶ Circa. *Vult allegare Glo. in ver. Plenissimè. reddentem huiusmodi rationem. Quicquid enim consilij moderatione perficitur, non consueuit pœnitudinis rubore perfundi, sed perpetua firmitate durare.*

c ¶ Probatio. *Hinc dicitur negationem non debere attendi, vbi in promptu sunt euidentes probationes in contrarium. Et paria esse, quod debitum sit liquidum, vel quod breuiter possit liquidari absq; longiore indagine. Alexand. in l. quidam. col. penul. ff. si certum peta.*

d ¶ Nullatenus. *De dictione Nullatenus vide Iaſ. in conſ. 7. col. 1. vol. 1. dicentem: quod inficit actum ipso iure: vt vol. Glo. singularis in auth. si qua mulier. C. ad S. C. Vell.*

e ¶ Iurium. *Sermo vniuersalis aliorum iurium determinationem accipit. Et in hoc vide Soc. fall. 229. præsertim in limitat. 32.*

f ¶ C. de transact. *Bar. hoc ipsum tenet in constit. ad reprimen. in ver. summariè. col. 3. in fi. & 4. in prin. extenditq;, vt impediatur etiam executio, quando opponitur sententiam non mereri executionē, nisi quatenus quis facere potest, & similia. Adde Panorm. in consil. 55. vol. 2. & Castr. in consil. 320. Alex. in consil. 219. alias est 76. vol. 2. Soc. in fal. 121. vbi duas addit limitationes præter hanc Oldradi. Prima est, quando nullitas ex defectu iurisdictionis causatur. Altera, cùm nullitas pendet ex dispositione iuris naturalis, quam vltimam limitationem Socynus promit ex consil. infra 112. & 4. Ad hæc Marsil. consil. 116. & 64. vol. 1. Adde sing. consil. Alexand. quod est 225. volum. 6. item adde Marsil. sing. 187.*

De testamentis, & extraord. C. ad Treb. de Ic. & fideicom.

SVMMARIVM.

1 *Statutū minuens bonorū subsidiū valet, quando minus re-*

linquitur: secus si plus. Etsi valeat, non debet extendi ad quartam trebellianicam, etiamsi filius sit ingratus. cum num. seq. vsque ad num. 6.

6 *Item prælegata non veniunt in restitutionem, inquantum sunt verè legata.*

7 *Item res alienatæ computantur in quartam.*

8 *Item hæres non potest in vna re quartam deducere regulariter.*

9 *Item cautio de non veniendo contra diuisionem non præiudicat fideicommissario vniuersali.*

CONSILIVM CVII.

CIRCA ius Municipale, siue consuetudinem Alesti duo quæri possunt. *a* Primum an teneat. † Secundum an dato, quod teneat, in casu nostro vendicet sibi locum. & licet circa primum probabiles rationes suadere videantur ipsum ius Municipale, siue consuetudinem non tenere: quia debitum bonorum subsidium in honorem sanguinis tribuitur: vt ff. de suc. edicto. l. 1. §. largius, & iura sanguinis nullo iure ciuili tolli possunt: vt ff. de reg. iur. l. iura sanguinis. & filius proximus agnatus est patri: vt ff. de suis & legi. hære. l. filius. & ius agnationis non potest pacto tolli. ff. de pac. l. ius agnationis. ergo nec lege municipali, quæ non est, nisi quædam ciuium conuentio: vt ff. de leg. l. de quibus. & l. sed ea. † Præterea successio patris, & maximè debitum bonorum subsidium debetur filio de iure naturæ: vt ff. vnde liberi. l. scripto hæredi. de bonis damnatorum. l. cum ratio. Iura autem naturalia immutabilia sunt: vt instit. de iure naturali, gent. & ciui. §. sed naturalia. Nec ea ciuilis ratio corrumpere potest: vt instit. de legi. agn. tute. §. fin. Et debitum dicitur filio non ingrato: vt C. de codi. l. vltim. & de impo. luc. des. l. 1. & ideo eo filius etiam per peccatum inobedientiæ non priuatur: vt in authen. de hære. & fal. §. si quis autem non implens. ¶ † In contrarium magis tamen videtur: *b* quia licet iure naturæ successio patris filio deferatur ab intestato: tamen & iure naturæ nihil est, quod magis naturali æquitati conueniat, quam voluntatē domini volentis res suas in alium quemcunq; transferri ratam habere, vt instit. de rerum di. §. per traditionem, & ff. si à parent. quis fuerit ma. l. non vsque adeò. & C. de sacr. sanct. eccles. l. 1. Vnde non reperitur iure naturæ, quod contra testamētum patris filium prætereuntis, vel etiam indebitè exhæredantis aliquod auxilium proditum sit. Cum enim ius dicēdi nullum ratione præteritionis detur solum existenti in potestate: vt ff. de lib. & posthu. l. si filius, qui in potestate. & de iniusto, ru. & irri. testamento. l. posthumi per virilem. §. ex his apparet. & patria potestas sit solum de iure ciuili: vt ff. de rei vend. l. 1. & instit. de patria pote. §. 1. apparet, quod ius dicendi nullum ratione præteritionis non erat ante ius ciuile. Item cum exhæredatus ritè ad successionem patris venire non posit, nisi per querelam: vt ff. de bo. poss. contra tab. l. si post mortem. §. exhæredati. Querela autem inofficiosi fit de iure ciuili. ff. de inoffic. testamen. l. filio. §. vltim. & ibi no. de vulg. & pupil. sub. l. ex duobus. §. fin. & ibi similiter not. apparet, quod ante ius ciuile nulla erat via rumpendi dispositionem defuncti, & via similiter petendi supplementum est à iure ciuili: vt C. de inoffic. testamen. l. omnimodo. Ante igitur ius ciuile licebat cuilibet ciui Romano de bonis suis pro voto disponere, vt in l. fal. primo capite continebatur: vt ff. ad l. fal. l. 1. *in princip.* Si igitur hæc omnia à iure ciuili sunt, alio iure tolli possunt, vt præallegato §. vltim. instit. de le. agn. tu. ¶ † Circa secundum vero, an sicet in hoc casu nostro dictum ius municipale vendicet sibi locum: inquantum de deductione quartæ trebellianicæ quæritur: Dicendum est, absque dubio quod locum non habet: quia cum ius municipale patenter iuri communi contradicat, non est producendum ad consequentias: vt ff. de legi. & senat. consul. l. quod vero. & l. cum non ratione. & ff. de re iudic. l. quæ propter necessitatem. & extra eod. tit. c. quæ à iure. lib. 6. Cum ergo statutum de debito bonorum subsidio loquatur, ad quartam Trebellianicam non trahetur. Quoniam constat ea esse diuersa tam inductionis tempore, quàm inducendi ratione, separatorum igitur separata est ratio, & ex ratione iudicium: vt C. de do. inter vir. & vxor. l. si maritus. ff. ad carbo. l. de bonis, in princ. & cum in solo debito bonorum subsidio ius municipale loquatur, melius est verbis edicti subseruire, vt ff. de exer. l. 1. §. si is, qui nauem, & benigniorem sententiam sequi: vt ff. de re iu. l. ea, quæ in partes. §. 1. & non nisi eatenus est à veteri iure discedendum quatenus nouum priori contrarium prohibitum reperitur: vt C. de ap. l. præcipimus. de test. l. sancimus. ff. de adi. & transf. le. l. alumnæ. §. qui filias, & in auth. de admi. offi. in sacris ap. in fin. † Sed an saltem indebito bonorum subsidio ius municipale in hoc casu vendicet sibi locum? Adhuc videtur dicendum, quod non: quia si quis verba statuti diligenter aduertat, videtur loqui in eo, qui à principio filio relinquit minus debito bonorum subsidio. casus autē noster est de eo, qui plus relinquit, puta medietatem bonorum, sed de restituendo rogauit, hæc autem constat esse diuersa. ar. eorum, quæ dicuntur de hærede occisi necem defuncti vendicāte: quia reis iniquitate præsidis absolutis non tenetur appellare, sed si appellauit: tenetur prosequi. vt colligitur ex solu. duarū legum. C. de his, qui. vt indi. l. minoribus. & ff. ad Silleia. l. propter veneni. §. fina. & ibi nota. & potest esse diuersitatis ratio: quia in patre à toto principio minus debito bonorum subsidio relinquente quicquid vltra petitur, contra expressam voluntatem petitur: vt ff. de neg. gest. qui aliena. §. libertos. in eo autem, qui in toto, vel maiori parte debito bonorum subsidio instituit, & de restituendo rogat, licet omnis deductio videatur esse cōtra tacitam voluntatem rogantis: vt ff. ad l. fal. l. Titia. nō tamen expressè eam prohibuit. Et in his inter tacitam & expressam prohibitionem multum refert: vt in auth. de hære. & fal. §. si verò expressum. Quare ex prędictis videtur, quod deductioni duarum quartarum, seu tertiæ, & quartæ hoc casu ius municipale non obuiet. ¶ † Circa secundam quæstionem ex themate elicitam: qua quæritur, an prælegata veniant in restitutione: *Primo* inuestigandum esset, an talis subtitutio reciproca habeat in se fideicommissariam. Et licet de hoc apud multos fuerit hæsitatio: tamen in casu nostro, vbi duplex fuit substitutio: vna pupillaris ætatis tempore limitata, & altera post ipsum tempus extensa: puta, quia dixit: Si decesserit infra pupillarem ætatem, vel postea quandocunque, &c. Dubium non videtur, quin pro tempore post pupillarem ætatē fideicommissariam contineat. Verbū enim substituo commune est ad vtrantque scilicet directam, & fideicommissariam aptum: vt ff. de vulg. & pu. sub. l. iam hoc iure. & C. de instit. & substit. l. generaliter. & de impu. & alijs substit. l. pręcibus. arg. ff. de condi. & demon. l. pater Seuerinam. §. conditionum. & de hoc, id est, de tali substitutione reciproca, quod in omnem casum substituisse videatur, dicitur. ff. de vulg. & pup. sub. l. qui plures. Prætā in

suppositio ergo, quod dicta substitutio in se fideicommissum contineat, videtur dicendum, quod prælega-

ta in fideicommisso non veniant, quoniam licet iure institutionis relinquantur, constat ea esse legata: vt C. de hær. instit. l. quoties. nisi cum ageretur de exclusione querelæ inoffic. test. vt in auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoque capitulum. & ff. ad Treb. l. si quis priore. Legata autem in restitutione fideicomm. non veniunt, cum quis rogatur restituere portionem hereditariam: vt ff. ad Treb. l. Marcellus. §. quidam liberis, vel hæreditatem: vt ff. de lega. 3. l. Titius. sed cum omnis substitutio sit secundaria institutio: vt ff. de vulg. & pup. subst. l. 1. in prin. is, cui restitutio fit, ex virtute substitutionis factæ de eo vocatus videtur ad id, quod institutio virtute institutionis deferebat, & sic ad hæreditatem: vt ff. ad l. fal. l. in ratione. 1. §. fi filio. ibi subducta persona pupillari reuocandi sunt ad intellectum substitutionis, &c. Si ergo per substitutionem videtur hæreditas restitui iussa, & in hoc prælegata non veniunt, vt supra, ergo, &c. Et hoc intelligo de prælegatis, in quantum iure legati capiuntur, secus in eo, quod hæreditario iure capitur: vt ff. ad Trebell. l. in fideicommissaria. §. vltimo. ¶ † Ad tertiam quæstionem, qua quæritur, an res alienatæ computari debeant in quartam: dicendum est breuiter, quod sic: vt ff. ad Trebell. l. Marcellus. §. res, quæ. & si pro multo minori vendidit, quàm valerent, habebitur respectus ad verum pretium, non ad id, quo distractæ sunt, quia in hoc vertitur lata culpa, de qua hæres fideicommissario tenetur: vt ff. ad Trebell. l. mulier. §. sed etenim. ¶ † Ad quartam quæstionem, qua quæritur, si agatur contra emptores ad rerum restitutionem: an ipsi emptores possint opponere de restitutione duarum quartarum, vel vnius ex persona fratris rogati: Dicendum videtur, quod emptori competat exceptio, quæ & venditori competere poterat: vt ff. de contrahen. emption. & vend. l. dolia. §. 1. & C. de euic. l. emptor. Superest ergo solum quærere, an scriptus hæres possit quartam sibi in vna re deducere. Et in hoc est communis opin. glo. quod non possit: vt ff. ad l. Fal. l. Plautius, & l. in quantitate. §. vltimo. & plenè not. C. ad l. fal. l. 2. Doctoris autem mei dom. Dyn. opin. erat, quod ex pluribus rebus diuersis legatarijs relictis non in vna re pro omnibus falcidia eligi poterat, & sic loquuntur leges allegatæ. Ex pluribus verò rebus plusquam omnibus legatis posset Falcidia eligi: vt ff. ad l. Falc. si ex pluribus. & secundum hoc in casu nostro competeret exceptio emptoribus, quasi in rebus alienatis excepta Falcidia: sed gloss. quæ est in l. Marcellus. §. res, quæ. innuit, quod non competat, nisi hoc velit fideicommissarius, & hoc in quarta Trebellianica, & Falcidia iure institutionis debita. In debito verò bonorum subsidio, c in quo filius quasi creditor patris censetur: vt C. de codicillis. l. vltima. Multi alij dicunt scientes, quod exceptio emptoribus competat: arg. rem, ff. de distra. pigno. l. creditores. & innuitur, si restè intelligatur, in auth. de restit. & ea, quæ parit. §. quamobrem. ¶ † Ad quintam quæstionẽ, qua quæritur: an cautio de non veniendo contra diuisionem rei singularis præiudicet, quantum ad fideicommissariam vniuersalem: Dicendum videtur, quod quicquid sit de diuisione vniuersitatis, & cautione de non veniendo contra (an per hoc præiudicetur fideicommissario vniuersali) de quo habetur. ff. de verbor. obligat. l. qui Romæ. §. duo fratres. C. de pactis. l. 1. & ff. de lega. 2. l. cum pater. §. hæreditates. 2. tamen in casu propositæ quęstionis dubium non videtur: quia per diuisionem rei, & cautionem circa eam præstitam non debet fideicommissario vniuersali præiudicari: & pro hoc. ff. ad Trebellianum. l. Paulus respondit, de his, quibus vt indi. l. rescriptum, &

10 quorum legata, l. 1. §. si duæ. ¶ † Ad sextam quæstionem, qua quæritur, an protestatio facta per dictum P. &c. videtur dicendum, quod fideicommissarius vniuersalis per adeptionem talis possessionis ante restitutam hæreditatem re, vel verbo incideret in pœnam legis. C. de legibus. non dubium. talis protestatio, cui factum ipsum contradicit, eum modicum iuuaret: vt ff. locati & conduc. l. cum plures. §. locator. & extra de constitut. cap. cum M. Ferrarien. Verum cum Glossatores teneant fideicommissarium vniuersalem esse contradictorem legitimum hærede petente missionem ex edicto diui Adria. C. de edicto diui Adria. tol. l. vltim. non est vsquequaque certum, quod pœna legis non dubium locum habeat: quia si locum haberet, nullo modo esset legitimus contradictor. Et cum in quæstione proponatur, quod fideicommissarius ignorabat hæredem possessionem domus accepisse, & probabiliter poterat ignorare, cum adhuc corpus defuncti non esset traditum ecclesiae sticæ sepulturę, satis videtur excusatus à pœna legis. e argumen. ff. de his, qui not. infam. l. genero. & ad l. si quis in graui. §. si quis ignorans. vi bo. rap. l. 2. §. 11 Publicanus. & C. de tabul. l. generali. ¶ † Ad septimam quæstionem, qua quæritur, posito quod per diuisionem rerum singularium, & cautionem de non veniendo contra, &c. videtur dicendum, quod cum in rebus diuisis is, cui res per diuisionem obtingit, partem habeat à seipso, vt hæres partem à cohærede diuisionis iure: vt not. ff. fami. erc. l. si familiæ. eam partem, quam habet, vt hęres, sibi computet in quartam. Eam verò, quam habet à cohærede diuisionis iure, non computet, quasi illam haberet ab extraneo sibi quæsitam non titulo lucratiuo, sed eius permutationis iure, quæ in diuisione latet: vt ff. de lega. 2. cum pater. §. hæreditatem. 2. & fam. er. l. si filia. §. si pater. & pro hoc. ff. de dote præle. l. cum quis vxori. §. nam & si quis ad nullum. in fin. & de hoc tangitur. ff. de verbor. obligat. l. qui Romæ. §. duo fra- 12 tres. ¶ † Ad octauam quæstionem, & vltimam dicendum videtur, quod dicta vxor precium rerum dotalium possit retinere, quia nec pecunia succedit loco rei. ff. de pe. hæredi. l. si & rem, & precium. de leg 2. l. Imperator. & l. seq. & de tali commutatione loquitur. l. ff. de iure do. l. ita constante. & in eam causam, siue pro ea constat res subiacentes fideicommisso posse obligari. imò & pro eius solutione distrahi: vt in authent. de restitut. fideicommis. §. nobis. colum. 9. & est signata. C. ad Trebell. authent. contra rogatos. & ibi not.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quæri possunt. *Adde quod huius cons. Bertran. meminit in cons. 127. Non puto. col. 6. num. 18. in 3. par. ibi vide, plura enim allegat.*

b ¶ Magis tamẽ videtur. *Adde & iunge hic, quæ dicuntur cons. 135. & cons. 205. Communis opi. est cum Oldr. vt statutum possit non solum minuere, sed etiam tollere legitimam. Faciunt quæ in 101. Alleg. Lapi habentur, col. 3. & 4. Maximè si de sola diminutione loquamur. Et vbi subsit causa, quod est de mente Ioan. de Ana. cons. 4.*

c ¶ Subsidio. *Adde quod licet in vna re eligere bonorũ subsidium. Quod intellige, nisi totum eligat in re meliori, vel alteri legata, aut spiritualiter obligata, & breuiter arbitrio boni viri, id est, iudicis. Alex. & Ias. in l. Marcellus. §. Res, quæ in fi. ad senatusc. Treb. vide Bertran. consil. vlt. col. 1. in 1. par. Aret. consil. 155. in fi.*

d ¶ Iuuaret. *Adde quod hoc adeo verũ est, vt protestatio contraria facto non attendatur, quod etiam si quis præmittat malam protestationem, & deinde faciat bonum opus,*

talis

talis protestatio præmissa nihil nocet. sententia est Christi in parabola de duobus filijs, Matth. 21. Anch. consil. 50. in princ.

c ¶ A pœna legis. *Adde hic deci. in l. 1. col. 6. C. de past.*

De condit. appos. & de lib. obla. & de restitutione in integrum. Extraor. C. de instit. & sub. & restit. sub condi. fac.

SVMMARIVM.

1 *Conditio apposita instituto à testatore censetur repetita in substituto: sed quando testator prohibuit additionem, & facit mentionem possessionis, non censetur venire contra hæres solo animo adeundo: & etiam si solo animo videretur contrauenire adeundo, tamen transferendo ius sibi competens in suum hæredem non censetur venire contra voluntatem testantis. & num. seq. vsque ad nume. 5.*

Item libellus procedit, in quo minor dicit sententiam nullam, & si qua sit, petit restitutionem in integrum, modo in libello adducat causam: aliàs nō procedit libellus, quo ad restitutionem in integ.

CONSILIVM CVIII.

ITIVS veniens ad mortem, condidit testamentum, & post multa legata relicta sic dixit: Cætera alia bona, mobilia & immobilia, relinquo G. fratri meo, & ipsum hæredem instituo sub tali cõditione, quod ipse teneat, & possideat dicta bona omnibus diebus vitæ suæ, & habeat inde vsumfructum. Et non possit dicta bona vendere, nec alienare in perpetuum, nec partem ipsorum. Veruntamen si habuerit filium legitimum obitus sui tempore, volo, & concedo, quod possit ea dare illi, & dimittere, & facere omnes voluntates suas: adijciens, quod dictus G. non succedat, nec possideat dicta bona, nec partem ipsorum, nec possit habere nec recipere possessionem ipsorum, donec dicta legata sint completa, &c. quæ in testamento meo continentur, per executores testamenti ipsius, quibus liberam concedo omnimodam potestatem, &c. Si verò dictus G. receperit possessionem dictorũ bonorum, & fortiaret dictos executores, nec contentauerit, vt tangere, vel tangi faceret in prædictis bonis, seu redditibus eorum, donec præmissa completa fuerint, remouео, atque reuoco, & cassо illum G. hæredẽ à successione dictorum bonorum, & in tali casu nil sibi dimitto: & si contra prædicta venerit, vel aliquod prædictorum (vt præmittitur) facio, & substituo hæredem nepotem meum, ita videlicet, quod dicti executores mei compleant, & compleri faciant vniuersa, & singula in prædicto testamento contenta: antequam recipiat possessionem hæreditatis prædictæ. Nec in dicta bona dictus G. succesſerit in forma superius contenta de dicto G. Et si fortè dictus G. prænominatus hæres contra prædicta venerit vllo modo, nil sibi dimitto, nec possit de bonis meis aliquid petere, seu habere. Et in hoc casu prefata bona in pias causas distribuenda per executores præfati testamenti dimisit.

¶ Ex isto themate eliciuntur tres quæstiones: Primò, vtrùm conditio pœnalis apposita in instituto veniente contra voluntatem testatoris, in substituto repetita videatur per verba in substitutione contenta: ita videlicet, quod dicatur executores, &c. vsque ad fin.

¶ Secundò, si intelligatur repetita: an antequam executores compleuerint voluntatem defuncti, solo animo aditio videatur prohibita: ita videlicet, quod si animo solum adeat, intelligatur substitutus hæreditate testatoris priuatus. ¶ Tertiò, cum contenta in testamento completa non fuerint, necaliter per substitutum bona defuncti apprehensa, an substitutus priuatus censeatur, vel priuari debeat hæreditate sibi relicta: cum in testamento suo ius sibi in præfata hæreditate competens ipse substitutus fratri suo relinquat. ¶ Quartò, ex alia parte quæritur: si sententia sit lata contra minorem, & minor dicat eam nullam, adijciens in libello, & si qua sit, peto me restitui aduersus eam. An talis libellus sit admittendus? Et est dubium, quia est alternatiua, seu conditionalis petitio, nec exprimitur causa, quare restitutio postulatur. ¶ † Circa primam quæstionem, & si de repetitione tacita circa eundem gradum, & diuersas leges loquatur, vt de primo habetur. ff. de leg. 3. in l. repetendis. de fun. instruc. & instru. leg. l. Seia. §. Caio. de adi. & transfe. leg. l. legatum sub condit. datum. & de condi. & demon. l. auia. & l. libertis. De secundo habetur. ff. de leg. 1. l. licet Imperator. & l. cui seruo. §. vltimo. & l. quid ergo. & ibi not. & de leg. 2. l. si Titio. §. Iulianus. & l. cum pater. §. ab instituto. & C. ad Treb. l. non iustam. In casu tamen præsenti superfluum videtur, de huius tacita repetitione tractare, quia testator clarè voluntatem suam expresit, dum dixit: ita videlicet, quod dicti executores compleant, & compleri faciant: vt ff. de vsufr. le. l. generali. §. fi. & de leg. 3. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. Attendendum est tamen, quod licet testator id, de quo quæritur, conditionem vocauerit: conditio tamẽ proprie non est, sed onus quoddam prohibitæ alienationis per institutum, vel prohibitio adipiscendæ possessionis ante certum tempus, puta ante legata soluta: vt ff. de manumiſ. test. l. Mæuia. ¶ † Circa secundam quæstionem videretur dicendum, quod aditio etiam solo animo prohibita videatur. Prohibuit enim tam instituto, quam substituto successionem ante legata persoluta. Et successio, quæ idem est, quod aditio fit solo animo, vt instit. de hære. quali. & diffe. §. pe. & fi. & ff. de acqui. hære. pro hærede. ¶ Sed in contrarium verius videtur rationibus infrascriptis. Primò, propter vitandam perplexitatem, quæ actum inutilem reddit: vt ff. de condit. instit. l. Titius. & de leg. 1. l. si quis à filio. 1. & 2. responso. quæ in dubio vitanda est: vt ff. de reb. dub. l. quoties. & de verb. oblig. l. quoties. Perplexitas autem, & inutilitas sic declaratur: legata efficaciter non valent, nisi hæreditate adita, & executores se executionis officio immiscere nõ possunt, nisi post aditam hæreditatem, quia ex aditione pendent omnia in testamento ascripta: vt C. de fideicommiſſ. l. eam, quam. ff. de testa. tu. l. si nemo hæreditatem. de test. manu. l. testamento manumiſ. de bo. li. l. 3. §. vt patronus. Si ergo intelligeretur etiam solius animi aditio impedita ante soluta legata per executores. & legata per executores solui non possent, nisi prius hæreditate adita: de necessitate sequeretur, quod ista duo quasi perplexa se mutuo impedirent: vt not. ff. de testa. tuto. l. si nemo. & C. eodem titulo. l. 1. nisi fortè diceretur, quod etiam ante aditam hæreditatem executores se de facto executionis officio immiscerent, & legata nondum efficaciter debita persoluerent, vt ff. de conditio. instit. l. mulier. §. si quis hæreditate. Secundò, propter ipsius testatoris voluntatem, quæ ex prohibitionis voluntate colligitur: licet enim successionem prohibuerit: hoc tamen fecit solum propter vitandum impedimẽtum, quod poterit mitti officio executoris ex apprehensione possessi-

possessionis hæreditariæ. In hoc ergò non debet attendi verborum proprietas: sed magis testatoris intentio, & prohibendi ratio: vt ff. de leg. 3. l. cum filio. & de vsu. & hab. l. si habitatio. in versi. sed sic relictus. Nec est hic intellectus à iure extraneus, quoniam succesio vltimum effectum suum non hét, nisi post hęre ditatem aditam, & rerum hæreditariarum possessionem apprehensam: vt ff. de crimine expil. hære. l. 2. & not. C. de legib. l. non dubium. Tertiò propter pœnæ impositionem. Cùm enim pœna sit imposita soli adeptioni possessionis: vt ibi, dum dixit testator. si verò dictus G. receperit possessionem dictorum bonorum, &c. id duntaxat videtur in prohibitione venire, quod est in pœnam deductum. argum. sumpto ab effectu. ff. de reg. iu. l. cuius effectus. C. de summa trinitat. & fide cathol. l. 3. ibi igitur, si clericus erat, &c. & not. ff. de regul. iuris. l. nullus videtur dolo facere.

3 ¶ † Circa tertiam quæstionem videtur dicendum: quod per tale delictum, de quo fit mentio in quæstione, dictus substitutus censeri non debeat priuatus hæreditate sibi relicta: quia sola animi destinatio non videtur esse prohibita: sed possessionis apprehensio (vt dictum est in superiori quæstione) & in tali relicto nõ deprehenditur aliquis actus illicitus in substituto: vt C. de iure deli. si auia. Nec obstat si dicatur, quod etiam succesio, quæ ex sola aditione contingit, prohibita est, quia ex verbis adiunctis, & circa institutum prolatis: dum dixit testator. adijciens, quod dictus G. non succedat, &c. postea subdit possideat, &c. quæ primi verbi significatio ad solam possessionis ademptionem arctat, vt ff. de verb. sign. l. si contingit fundum. & de fund. instruct. & instru. leg. l. cum delationis. cum fundum. Et idem dicendum est de verbis prolatis circà substitutum, quem voluit plus grauari, quàm institutum, vt apparet, dum in substitutione dixit, in forma superius contenta, &c. Et dato quod aditio solo animo esset impedita per testatorem: adhuc hæres in relinquendo ius, quod in præfata hæreditate habet, non videtur aliquid illicitum commisisse: quia videtur solum reliquisse ius, quod habet in re, vel pro re, vt ff. de legat. 1. l. serui electione. §. primo & vltimo. l. senatus. §. fin. & l. apud Iulianum. §. si Titius. & not. de leg. 2. Meuius. §. penultim. Illud autem ius non erat aditio, nec hæreditas, sed ius adeundi ipsam hæreditatem. Hoc autem ius aut non erat transmisibile: & tunc nõ teneret relictum: vt ff. de vsufructu. leg. l. Sticho testamento. Aut erat

4 transmisibile, & teneret, vt probant ll. superius alleg. † Superest ergò videre, an tale ius sit transmisibile. & videtur, quod non: quia hæreditatem non aditam quis regulariter non transmittit: vt C. de catollen. l. 1. §. in nouisimo. sed fortè cum huiusmodi aditio institutione existente, puta licet aditio fuit vsque in diem solutorum legatorum dilata: vt C. quando dies leg. ce. ex his verbis. & ibi not. si per alterius effectum, & fortè negligentiam non exequentium, vel à testatore procedente dilata, dici posset non improbabiliter ius adeundi transmisibile esse. argum. legum. ff. de acquir. hæred. l. venter. ad fill. l. si quis in

5 graui. §. eleganter. ad Carbo. scriptus hæres. & de bo. poss. contra tab. l. illud. §. fina. & l. sequent. ¶ † Ad vltimam quæstionem, qua quæritur ex alia parte, an sententia lata, &c. Breuiter est dicendum: quod respectu alternatiuæ, de qua in quæstione fit mentio, talis libellus non reprobaretur, imò sic formatur in text. extrà de in integ. restitut. capitulo constitutus. & ibi not. per Innocent. eo verò respectu, quo petitur restitutio sine adiectione alicuius causæ, videtur libellus non procedere: quia in libello est causa exprimenda. vt C. de edict. di. Adria. tol. l. vltima. ibi. arbitrium requiratur, vt causa, &c. & nota. ff. de eden. l. 1. in princip. & maxime in restitutione in integrum: in qua non auditur quis incoloratè desiderans: id est, sine expresione causæ. ff. de minor. l. minor autem magistratus. non enim sequitur. lata est sententia contra minorem: ergo debet ei restitutio indulgeri:

a a quia posibile est eum vsum esse iure maioris, & exigente iusticia sententiam latam contra eum, & sic non restitueretur, vt C. de integ. restit. minor. l. vltim. & de fideiussor. l. inter eos. §. cum inter. quare cùm libellus sit syllogismus legistarum, non est bonus, nisi comprehendat id, ex quo de necesitate sequatur intentio petitoris.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Indulgeri. *Ad corroborationem simul, & declarationem huius vltimæ conclusionis circa minorem petentem se restitui, dic, quòd minori, vt restitutionem consequi posit, tria sunt probanda. Aetas, minor. Læsio. Et quòd hæc dolo aduersarij, vel nimia sui facilitate sibi contigerit. l. verùm. §. sciendum. de mino. Alcia. Reg. 1. præsump. 42. in fin. 4. colum. Ias. in l. Nam & postea. §. si minor. de iureiurand. Alciatus tamen in d. Præsumptione extendit, ac declarat, vt minor restituatur, etiamsi ex verisimili ignorantia læsus fuerit, non dolo aduersarij, vel facilitate sui. Atque hoc non ex edicto de minoribus: sed ex clausula generali: Si qua mihi iusta causa videbitur. Ad hæc, vt scias petere restitutionem, nota, quòd minor vtcunque læsus, si dicat se circumscriptum fuisse, rectè concludit in libello restitutionis in integrum. Bald. in l. fin. per illum text. C. de in integrum restitutione mino. Aret. Institut. de actionibus. §. 1. col. mihi 4. versi. Ex his infertur. In casu etiam minor obtinet non constito aliter de læsione, videlicet quando compromisit in arbitrum. l. si minor 25. annis filiofamil. §. Minores. de mino. Et est ratio secundum Glos. 2. & Docto. quia per huiusmodi compromissum amittit beneficium appellandi. l. 1. C. de arbit. Corn. consi. 178. colum. 2. volum. 3. Io. Nico. in addit. ad d. Alciati Præsumptionem numer. 6.*

De decimis, & de priuileg.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium si concedat Papa religiosis, quòd possint percipere decimas noualium, sicut antiquas habent, tunc habetur respectus ad illas antiquas, quas percipiebant, & sic illas, sicut istas possidere possunt absq; pœna cle. 1. de decim. & num. 2.*

CONSILIVM CIX.

1 NICOLAVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei dilectis filijs Abbati, & conuentui Cluniacen. &c. † Cùm à vobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam rigor æquitatis, quam ordo rationis postulat, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitũ perducatur effectum: ea propter dilecti in domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu ad instan. fe. re. Gregor. Papæ 9. prædecessoris nostri vobis fratribus vestris auctoritate præsentium indulgemus, vt infrà parochias vestras pro ea portione, qua veteres decimas ibi habetis, atque percipitis, de noualibus redactis nouiter ad culturam, quæ, à tempore, quo non extat memoria, fuerunt exculta, decimas percipere valeatis. Rationabilis dubitatio non videtur: quin priuilegium datum religiosis personis à Papa super decimis sit causa legitima ea percipiendi: quoniam l.

priuata est, vt 4. dist. priuileg. & extra de decimis. suggestum. & c. ex parte. & c. ad audientiam. & c. dudũ. cum si. Cùm ergò monachi Cluniac. habeant ex priuilegio supradicto ius percipiendi decimas noualium per parochias suas pro ea portione, qua veteres percipiunt, manifestũ est, quod cùm non excedant terminos priuilegij, non incidunt in pœnam. c. extrà de decimis. religiosi. in consi. Vienneñ. quod loquitur de religiosis sibi appropriantibus decimas ad eos ex cau
2 sa legitima non spectantes. † Nam iustè possidet, qui autoritate prætoris possidet. vt ff. de acquir. poss. l. iustè, & de religio. & sumpt. fu. l. & si quis. circa prin. multo fortius qui auctoritate principis. ar. C. de do. inter vi. & vx. l. pe. de his qui veniam ęta. imp. l. 1. & de diuer. of. & appari. iudi. l. probatorias. imò no. infamię subit, qui tale rescriptum, seu priuilegium stultè interpretari voluerit, & sacrilegij quodammodo crimen contrahit. vt C. de leg. & constit. l. 2. & de diuer. rescrip. l. sacrilegij. Solum illud supereſt pro quanta portione debeant percipere decimas noualium. Et ad hoc est dicendũ, quod aut in antiquis decimis percipiebant plusquam dimidiam, vt quia integrè eas percipiebant, vel tres partes, vel huiusmodi. Et tunc erunt contenti dimidia noualium, aut minus dimidia. Et sic erunt contenti illa portione, quam percipiebant in antiquis. vt extra de decim. c. statuto. li. 6. & not. per Innocent. extrà de priuilegijs. c. antepen.

De do. & de dote post diuor. resti.

SVMMARIVM.

2 *Pater si filio cõtrahenti matrimonium, vel eius vxori det certũ quid propter nuptias, & ille filius habeat filiam, & illud ei donet, licet non potuerit, tamen filia debet id habere, & ea mortua succedit sibi mater, & non auus. cum numer. sequent.*

CONSILIVM CX.

1 PRO † examinatione veritatis circa thema propositum est attẽdendum: quòd donatio propter nuptias à parte mariti collata in vxorem, vel in ipsum filium conuertenda, tamen in ipsam, & donatio propter nuptias sunt paris efficacię, & virtutis. vt C. de col. l. vt liberis Et nõ dicitur simplex donatio, sed ob cãm donatio: vt in Aut. de trien. & se. §. illud quoq; col. 3. Et ideo sicut dos, sic & ꝓpter nuptias donatio absedit de bonis patris cõstituentis. vt ff. de coll. do. l. vlt. & de coll. bon. l. filium emancipatum. Et si filij extant ex matrimonio, debent in tali donatione propter nuptias succedere. & hic est casus, C. de coll. l. illam. §. talem. sed cùm hic extaret filia, successura erat in donatione prædicta. Donatio ergo, quæ fuit in ipsam collata, non fuit, nisi quædam præuentio successionis futuræ. vt ff. ad l. fal. cum quo de peculio. §. vltimò. & si à paren. quis sue. manu. l. 1. §. si parens. Donatio itaque in filiam facta, aut nulla fuit, sed mortuo patre in ea filia succedit. Aut si aliqua fuit, quasi de re aduẽtitia, & quæ iam de bonis aui recesserat fuit celebrata, & sic auo nihil quæri potuit, nisi solus vsusfruct. proprietate apud neptem remanente, in qua postea ea mortua mater succedit, nisi obuiarent verba in donatione appositа. videlicet. illa verba. ita tamen, quod si dicta Gui. &c. Quæ verba verè non ob. quia si ponamus eam donatariam fuisse causa mortis, ille non fuit modus sufficiens ad substituendum ei, sed debuit fieri per stipulationem illius, qui substituebatur: vt ff. de donat. causa mort. l. si cui. & l. inter mortis. & ff. de leg. 2. l. vt hæredibus.
2 ¶ † Nec potest dici, quod teneat fideicommissum ab ipsa, tanquam donataria causa mortis, relictum. secundum l. ff. de leg. 2. cum pater. §. eorum. & nota. C. de donat. causa mortis. l. 1. quia pater istius neptis filiusfam. erat, qui non potest testari, etiam in aduentitijs, & etiam patre consentiente: vt C. qui te. fapo. l. pe. & not. ff. ad Treb. l. 1. §. in filij. Et sic per consequens nec legare, nec fideicommissum relinquere: vt ff. de leg. 3. l. 1. in fin. 2. responso. Tenere ergò potuit donatio in ipsam facta, & tamen, quia grauamen est impositum, non tenuit: quia vnius potestatem habebat consensu patris: alterius verò non: vt ff. de leg. 1. l. 2. & ibi not. & de donat. causa mort. l. Thais. §. 1. & ibi similiter nota. ¶ Prętera attendendum est, quod consensu patris nõ potuit roborare id, q̃ in suũ com-
a modum cedebat, *a* sicut in restitutione q̃ in filię donatione iniungebatur in euentũ, si decederet sine liberis. ar. ff. de autor. tu. l. 1. & l. q̃ dicitur. & ad l. Cor. de fal. l. si quis legatum. & l. de eo. & l. filius. & in multis. ll. illius tituli. onere iniuncto ergò habito pro non apposito manet ipsa donatio penes filiam rata, & firma. argu. ff. de condi. & demonst. l. si quis eum. & ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. 1. in princ. 2. responso. & de lib. leg. l. is qui duos. in 1. responso. Et si quid iuris habuisset pater in proprietate rei donatæ reuera, ipse, dum consensit, vt donaret, amisit. Quia qui alij consensit, ipse sua iura perdit. vt C. de admi. tut. l. cum quidam. Ex prædictis itaq; manifestè apparet, quod siuè donatio non tenuerit, siue tenuerit, vt videtur de iure, dicta filia proprietatè habuit in bonis, & ei defunctæ potuit mater ab intestato succedere, non obstante grauamine, quod ei dicitur esse impositum. Illud verò, quod contra procesfum dicitur de minori ætate matris, &c. tollitur per l. C. de procuratoribus, non eo minus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Cedebat. *Vide Roman. consi. 515.*

De testamentis. extraord. C. ad l. Falcidiam.

SVMMARIVM.

1 *Si quis leget ad pias causas, & aliter ità quòd leget vltra omnia bona sua centum libras, ista centum libræ debent detrahi de omnibus legatis, quia non est ista falcidia.*

CONSILIVM CXI.

QVIDAM condidit testamentum, in quo multa legata fecit tam ad pias causas, quam ad alias, sic, quod plus legauit centum libras, quam valeret hæreditas sua. Quæritur an dictę centum libræ, in quibus testator excesit, detrahentur communiter legatis pijs, & non pijs. aut de
1 quibus detrahentur. ¶ † Dico breuiter, quod illæ centum libræ, in quibus testator excesit patrimonium suum, de omnibus bonis communiter detrahentur, & hęc per l. ff. ad l. fal. l. si post missionem. & l. in quantitate. §. vl. & ff. de mili. test. l. si non composita. in ver. quid ergo si consumant, &c. Nec ob. quod l. falcidia in legatis ad pias causas locum non habet, quia hęc non est propriè falcidia: sed declaratio legati pro tali excessu ab initio inaniter relicti: *a* vt ff. ad Treb. l. 1. §. is, qui quadraginta,

ADDI-

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Relicti. *Adde videndam Ioan. Andreæ ad Speculatorem apostillam in §. 1. col. 7. in ver. in Auth. similiter. de testa.*

De rescriptis, & de priuil.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod omnium beneficiorum vacantium vsque ad decennium per annum fructus debeantur fabricæ: vacauit in fine decennij beneficium, quæritur, an fructus debeantur fabricæ. & concluditur, quòd sic, licet fructus percipiantur post decennium. cum num. seq.*

CONSILIVM CXII.

STATVTVM factum fuit in Ecclesia Valentina, cuius clausula sic se habet. Proinde duximus ordinandum, quod redditus omnes, & prouentus parochialium ecclesiarum quōlibet vacantium in ciuitate, & diœcesi Valentina, & beneficiorum capituli, &c. à Kalendis Maij instantibus vsque ad 10. annos sequentes continuè completos cedant, & conuertantur in vsus, & sumptus necessarios fabricæ dictæ sedis in primo duntaxat anno. Vltrà verò 10. annos præsens statutum nolumus perdurare: imò liberè, & plenè prouentus, redditusq; ecclesiarum, & beneficiorum capituli (vt supra diximus) redeant, & accrescant nouorum rectorum, canonicorū, & prælatorum vsibus: sicut prius antè hoc statutum. & hæc insurgit quæstio. quædam Præpositura vacauit in dicta Ecclesia Valentina 15. Kalendas Aprilis in fin. anni 10. antedicti: & ita in sequentibus Kalendis Maij fuerunt completi prædicti 10. anni, fructus, & redditus ipsius proposituræ pro maiori parte colliguntur, & percipiuntur post lapsum decennij & præ dictas Kal. Maij. Vndè quia vacauit præpositura intra decennium, sed fructus pcipiuntur vltra decennium. Quæritur, an isti fructus pro rata temporis, an in totum, vel in nullo fabricæ dictæ Ecclesiæ debeantur?

1 ¶ † Ad istam quæstionem videtur dicendum: quod fructus, de quibus quæritur, debeantur in totum fabricę, vt sic sufficiat beneficium intra decennium vacauisse, licet fructus post decennium percipiantur: sicut quantum ad acquirendum patri sufficit in filio stipulante stipulationem conceptam durante patria potestate, licet post eam finitam conditio obligationis aduenerit. ff. de verbor. obliga. l. si filius. & de stipul. seruo. l. vltima. Et hoc ex verbis statuti apparet, dum dicit: quod omnes fructus, & redditus, &c. Cū enim fructus considerari debeant non solum eo tempore, quo percipiuntur, sed quo curantur, & totius anni vnus sit fructus. vt ff. sol. matr. l. diuortio. §. non solum. & §. fina. & non diceretur percipere omnes, si ex eis pars aliqua attribueretur alteri. ff. de verbo. sig-

2 nific. l. rectè dicimus. in secundo responso. ¶ † Et quia cum significatio sumitur ex vniuerso, si pars oratio-nis est falsa, totam orationem falsam efficit. ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum. Et hoc etiam aliter indicat ipsum statutum: quia loquitur de beneficijs vacantibus intra decem annos: & sic est tempus appositum soli vacationi, & non curatur, quando cunque percipiantur fructus. & hoc optimè probat. ff. de contrahen. empt. & vendi. l. qui fundum. secundum intellectum Ioan. Andr. & ad hoc C. de posthu. hære. instit. l. vlt. & hoc etiam videntur sentire Doct. extra de rescrip. c. si propter. vbi dicunt: quod gratia facta de fructib. primi anni beneficiorum vacantium infra quinquennium debet intelligi de quinquennio integro: quia fauorabilis est talis gratia. ar. ff. de minor. l. 3. §. minorem. & de statu liberorum. l. cum hæres. §. Stichus. si igitur de integro debet intelligi, quacunque die temporis vacet beneficium, priuilegium, & constitutio de fructibus primi anni vendicat sibi

3 locum. vt ff. de succ. edic. l. 1. §. quod diximus. † Nec obst. quod consueuit dici de fructibus, qui recipiuntur vltimo anno matrimonij, qui diuiduntur pro rata constantis, & soluti matrimonij: quia illa diuisio fit, eo quod fructus dotis propter onera matrimonij debeantur: vt ff. de adimen. & transferen. leg. l. alumnæ. §. ab hæredibus. Hic autem fructus sunt deputati certo vsui, qui tempore non finitur. & sic l. diuortio. ff. so. mat. quæ de huiusmodi diuisione loquitur ad propositum non accedit. Nec credo curandum de distinctione temporis, quæ fit in 10. col. in rub. hic finitur. l. deinde incipiunt consuetudines regni. §. penultim. quia in nostro proposito non vendicat sibi locum.

De solutionibus, & de testamentis, extra. C. familiæ ercis. vel communi diui.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ supplementum non potest ex singulis rebus detrahi. cum sequent. numer.*

CONSILIVM CXIII.

1 QVÆSTIO, † Qua quæritur, an supplementum legitimæ sit ex rebus singulis detrahendum dubitationem habet, quoniam in quarta falcidia apud antiquos dubitatio fuit. vt ff. ad legem falci. l. plurib. & ad Trebel. l. si legatus. §. multum. & not. C. ad legem fal. l. 2. Sed quicquid in alijs deductionibus dicatur, in ea tamen de qua dicitur, dico supplementum faciendum esse ex substan-

a tia testatoris. *a* Circa tamen modum deductionis, seu supplementi substantia faciendi, verti debet arbitrium boni viri. & hæc est mens l. si rectè intelligatur. C. de inoffic. testa. l. sancimus. Licet enim infra dicat: supplementum fieri ex substantia, & ex rebus testatoris: in prin. tamen dixit: quod & si in testamento non adijciatur, viri boni arbitratu repleri filio attamen ipso iure inesse eandem repletionem. quod per verbum eandē notetur, quia repetere videtur repletio-

2 nem viri boni arbitrio faciendam. ¶ † Vir autem bonus nequaquam arbitratur, quod in singulis rebus supplementum habeatur propter vitandam commu nionem, quæ materiam discordiarum pàrere consueuit: vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. & de rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt. l. neque. §. vltim. imò ei qui maiorem partem habet puta scripto hærediin dubio deberet electio deferri: vt C. quā do. & quibus quarta pars debetur. l. 2. circa princ. lib. 10. & de metatis. l. 2. lib. 12. & de don. l. sancimus. §. ne autem. ff. de acqui. rerum do. l. quicquid in fecto ar-

3 gento. §. vltim. ¶ † Et potissimè in casu de quo nunc agitur coram arbitris, & arbitratorib. qui habent dirimere omnes controuersias inter fratres. Et sic habent respicere non solùm supplementum, quod petitur, sed etiam discordiam tollere ex supplemento, quæ si in singularis rebus fieret sequeretur. & hoc voluit dicere C. familiæ erciscundæ l. filium. & ideò

posita est in titulo illo. intendit enim ibi instruere iudicem, qui de diuisione cognoscit, non qui deductionem duntaxat attendit, aliàs posita esset in titulo ad Trebellia. & ideò multum est attendenda, quia officium iudicis diuidentis instruitur, vt coaptetur voluntati testatoris. Et sic illa lex non obuiat opinioni communi, quæ deductionem quærit, quia illa non deductionem, sed diuisionem considerat, sicut & hoc debent arbitri facere: quia omnem debent inter fratres controuersiam terminare, & sic haberet iudicium sequi testatoris: qui in pecunia certa instituit, & non eum à rerum communione exclusit. Duo enim tali institutione fecit, scilicet à communione exclusionem, & in certa quantitate institutionem: vt ff. de legatis. 2. l. cùm filius. §. cum inter. & ar. ff. de manu. test. l. si quis ita scripserit. Et sic in hoc omitto disputationem legum. ff. de legat. 1. l. amplius. §. vlt. & de peculio legato. l. si peculium. cum similibus.

ADDITIO ANTIQVA.

a ¶ Ex substantia testatoris. *Nunquid de substantia testatoris debeat fieri suppletio legitimæ, & an quis possit dicere, volo rem non pecuniam vide quòd eleganter consulendo tenuit Phil. Corn. in consil. 26. incip. in hac consultatione. in 3. volumin. & de quibus rebus debeat fieri supplementum legitimæ latè tradit idem Phil. Corn. in consil. 148. incip. circa primum. in 4. volum. & in consil. 190. incip. pro decisione. in 2. volum.*

De donat. & de testam. extra. C. de acquir. poss.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum faciens si dixit se donare inter viuos, donatio reuocari non potest.*

2 *Et constituens se nomine alterius possidere transfert possessionem.*

CONSILIVM CXIIII.

2 FACTVM est tale. *a* Quædam mulier condidit testamentum, & sibi hęredem vniuersalem instituit Ioan. & in fine testamenti adiecit: hoc testamentum meum valere volo iure testamenti, aut codicillorum, aut donationis inter viuos, quam nunc facio, &c. Ioanni prędenti stipulanti, & respondenti. Et do tibi auctoritatem, vt possis apprehendere possessionem bonorum meorum, & exnunc, prout ex tunc dicta mulier se constituit possidere interim nomine dicti Ioan. Processu temporis dicta mulier donatione inter viuos donauit omnia bona sua quibusdam alijs, quibus possessionem tradidit actualiter, & eam tenuerunt, & possederunt. Qua muliere mortua quæritur quis melius ius habet
1 in bonis prædictis. ¶ † In quæstione prædicta videtur, quod potior sit prioris donatarij conditio dupliciter respectu. Primus est, quod donatio in eum collata fuit inter viuos, pura, & irreuocabilis, vt in testamento continetur, & ministerio donatoris in donatarium fuit translata possessio: vt ff. de acq. poss. l. quod meo. & de rei vendi. l. quædam mulier. est ergo potior omnibus alijs postea traditionem assecutis, vt C. de rei vend. l. quotiens. ff. de act. empt. & vendi. l. si ea
2 res. §. vltim. & not ff. de public. l. si res. §. fin. ¶ † Circa quod est attendendum, quod vera donatio inter viuos potest etiam in testamento fieri: vt colligitur ex cõiunctione duarum legum. ff. de assignatio. liber. l. 1. §. si assignare. & l. si assignare. & not. ff. de testament. hæredes palam. §. vltim. & si talis donatio fiat, & dicatur, quod irreuocabilis sit ex causa mortis
a naturam donationis inter viuos assumit, & non poterit reuocari. ff. de donatione causa mortis. l. vbi ita
b donatur. *b* Et dicitur tunc quis, non tam causa mortis donare, quàm moriens. vt ff. de donat. cau. mort. l. Seiæ. §. fina. Nec dicat aliquis per illa verba, per quæ constituit donans se nomine donatarij possidere possessionem non esse translatam: quia tunc demum, & semper (nisi aliud impediat) illa verba possessionem transferunt, cùm proferantur ab eo, qui tempore prolationis possidet: aliàs secus. vt ff. de acquir. poss.
c sess. l. quamuis. §. si conductor. c ¶ † Iuxta hoc etiam est attendendum, quod illis verbis, per quæ do-
3 natrix donatarij se nomine possidere constituit, nulla dies, nulla conditio est adiecta: ergò pure debent illa verba intelligi: vt ff. de legat. 2. l. omnia. ff. de reg. iur. l. in omnibus, sed apprehensio corporalis, quę facit detentionem: vt not. ff. de acqui. poss. l. 1. in quarto responso. videtur habuisse diem post mortem donatricis, quæ dies, & si desiderat petitionem, non tamen suspendit obligationem, nec præsentem soliditatem eius, cui adijcitur: vt ff. de verborum significa. l. cedere diem. & de verborum obligatio. centesimis, in princip. Potissime, cum dies adiecta talis est, quam certum est futuram esse: vt ff. de conditio. indebit. l. nam & si cùm moriar. & de nouation. l. si pupillus. §. qui sub conditione. & hoc locum habet in contractibus, in quibus actiones possunt incipere ab hæredibus, & contra hæredes: vt C. de contrahenda & committenda. stipulat. l. scrupulosam, & institu. & substitu. l. libus stipulationibus. §. post mortem. in quo istud attendatur, quod titulus. C. vt ab hærede, & contra hę-
d redes actiones incipiant: *d* non dicit obligationes, sed actiones, vt det intelligere, quod obligatio statim nascitur, licet actio, quæ per exactionem fit, in tempus differatur. vt ibi not. per Azonem in summa eodem titu. Sic dico, quod per adiectionem mortis donatricis translatio possessionis, quæ pura videtur nõ suspenditur, licet effectus translatæ possessionis, qui per apprehensionem habetur, differatur: & possumus dicere illud legale: non conditione, sed mora suspenditur: non potest enim conditio non existere, vt ff. de condit. & demonstrat. l. hæres meus in primo responso. & in dubio debet intelligi purè translata, vt de iure dona. l. sed nisi hoc euidenter. Et pro ista parte facit. ff. qui poti. in pignor. hab. l. potior. & l. qui balneum. in princip. §. primo, & §. sed & si
4 hæres. † Secundus respectus est: quia dato, quod in primum donatarium non esset translatum dominium, promisit tamen donatrix contra ipsam donationem nunquam facere vel venire sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum suorum: quæ quidem promissio, si contra fecerit, commissa est ad interesse: quod est tacitè in omnibus obligationibus facti, & quæ in non faciendo consistunt: vt ff. de iudi. si quis ab alio. §. vltimo. & de verbor. obligat. l. 2. §. fina. cum duabus ll. se. & l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. Et per consequens bona omnia sunt hypothecata quasi existente conditione debiti, id est, interesse tacitè promissi. vt ff. de pignor. l. gregem. §. si sub conditione. Et sic in omnem euentum videtur, quod primus donatarius ius habet in rebus, de quibus si quas recuperet per hypothecariam, eis incumbet vsque ad satisfactionem integri interesse, quod est quantum res ipsæ valent. & sic per indirectum consequeretur intentum suum primus donatarius.

ADDI-

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Adde & iunge hic consil.127.& 160. vbi quid iuris si iuramentum apponatur in testamento.*

b ¶ Vbi ita donatur. *Adde quod & hoc præsertim verum est, quoties iuramentum apponitur. Aret. in consil.74. colum.2. ver. Primaratio. Materia est in l. si alienam. §. Marcellus. & in d.l. vbi ita donatur. de dona. causa mor. Facit pro opin. Oldrad. quia nuncupatio contrahentium, siue disponentium non immutat substantiam rei: item nec multiplicatio verborum. l. Pediculis. §. Labeo. de aur. & arg. lega. Notatur infra in consil.139. in secundo quæsito. Vnde & si quis ditissimus legauerit suæ paupertatis dimidiam intelligetur de semisse. Bar. in l. Lucius. §. Hæredum. ff. ad senat. Treb. Bal. in Rub. C. de verb. sign. Crem. sin. 23. Quia tamen satis disputatur hæc quæstio. vide Ale. in l. Quæ dotis. 14. col. fol. ma. Iaſ. in consil. 5. & in seq. vol. 3. Dec. in consil. 305. vol. 2. Roma in consil. 171. vbi communem opi. dicit esse contra Oldradum. ficq; in testamento donari non posse. vide eundem in consil. 293. in prin.*

c ¶ Si conductor. *Adde, & dic, quod hæc clausula constituti transfert rerum possessionẽ, vt no. Alciat. Magister meus in l. Alienatum. in glo. 1. de verb. sign. Et si libet addiscere, quo rectiore modo talis clausula extendatur, pete Bart. in l. interdum. in fi. prin. de acquir. poss. videq; insuper eundem in repet. l. 3. col. 3. C. de pign. vbi de virtute huius clausulæ tractat. Soc. fall. 118. sciendum tamen, quod contra Oldradum hic tenet Alex. post Bar. & Bal. in l. 1. §. si vir. col. 3. de acquir. poss. Rom. consil. 171. Et hæc iungenda sunt inferius, consil. 139.*

d ¶ Incipiant. *Adde & Not. declaratam Rub. C. vt ab hæreds. & contra hære. actio. incip.*

De verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Super his verbis sine strepitu, de plano, & figura iudicij. Et de dictione quasi. & num. seq.*

CONSILIVM CXV.

1 a IN iudicio † est considerare triplicis a consideration is actus: quidam procedunt à iudice, quidam à parte, & quidam pariter ab vtroque. Et omnes isti, si duntaxat solemnitatem respiciant, & eorum omissio cognitionem iustitiæ non impediat, per prædicta verba videntur esse remissa. Nec in iudicio necessario obseruantur. Et ne res exemplis egeat: iudicem pro tribunali sedere, sententiam necessario de scripti recitatione proferre, ad audiendam sententiam partes peremptoriè citari, qui actus à iudice causantur, per prima verba videntur esse remissa: vt ff. de accu. l. Leuia. de quæstionibus. l. vnius facinoris. & l. vltim. & de officio. procon. & lega. l. ne quicquam. §. de plano. quis ordo in bon. poss. seruetur. l. 2. §. dies. & de adul. l. miles. §. sexaginta. Frustratoriæ verò exceptiones, & friuolæ appellationes per secunda verba summota videntur. Hæc enim per quoddam quasi conuitium perstrepere examini consueuerunt, & tarditatem mittere veritati: vt C. de adult. l. adulterium. de inoffic. testa. l. si quis in suo. de consor. eiusdem lit. l. 1. de studijs libera. vrbis Romæ. l. 1. & cultum iustitia perdit, quam in silentio iudicij obstrepentium turba confundit: vt 1. quæst. 4. in loco. libellum vero iudici, vel parti coram iudice in scriptis offerri, vel litis contestationem fieri per vltima verba absq; dubio remittuntur, Iudicium enim est actus trium personarum, iudicis, actoris, & rei: vt extra de verb. signif. c. forus. & C. de asser. tollen. l. 2. in fin. Figura autem cuiuscunque rei est ipsius rei apparens facies: vt ff. de actionibus, & oblig. l. non figura. Illi ergo actus per verba huiusmodi remittuntur, quæ perficiuntur per illas tres personas, quæ ad constructionem recti iudicij requiruntur, & solemnitatem tantum respiciunt, non negocij veritatem, vt apparet in exemplis, quæ superius sunt expressa. & hoc voluit notare. l. C. de latina liber. l. 1. §. simili quoque modo. vbi dicit: & quasi iudicij figuram, &c. vt illud (quasi) fit
2 diminutionis nota. † Non enim ibi erat vera figura iudicij, quia non erant nisi duæ personæ in iudicio, scilicet iudex, & dominus serui eum cõfitens filium, vel nominans, vnde mero iure non præiudicaret: vt ff. de confes. l. certum. §. si quis absente. sed ex dispensatione illius. l. fauore libertatis præiudicat. Ex prædictis ergo apparet, quod quantum ad id, de quo quæritur, planum, & strepitus non opponuntur, quia non idem, sed diuersa respiciunt. Si ergo prædicta ad constitutionem sub stilo debito reducantur, videtur iuri satisfieri, & debitæ causarum prolixitati succurritur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

2 a ¶ Triplicis. *Adde de virtute horum verborum: de plano, sine strepitu & figura iudicij, Bart. latè disserit in constit. ad reprimen. Rom. in consil. 20. & in consil. 211. 209. 297. Iaſ. consil. 162. in 4. volum. Et quid si dicatur: Committimus causam vt in ea, terminis non seruatis, sed sola facti veritate inspecta procedatur: Rota Decis. 33. in nouis Rom. sing. 783. Iaſ. in l. certi condictio. §. nummos. col. 7. si certa. Bertran. consil. 110. spectabilis vir. colum. 1. volu. 3. Idem Iaſ. consil. 72. in fin. vol. 1. Et quid si detur potestas procedendi de facto Bar. consil. 82. Punctus quod. Marsil. sing. 486. & 494.*

De exception. & de verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Articulus concernens ius, & substantiã alicuius iuris principalis dicitur de iure partus, sed si concernit ius alterius dicitur impugnatiuus. & num. seq.*

CONSILIVM CXVI.

a TITIVS impetrauit *a* 15. die Februarij Ecclesiam sancti Petri, tanquam vacantem de iure, & de facto per mortem proprij Rectoris. Sempronius impetrauit eandem Ecclesiam decimoquinto die mensis Martij. Orta est inter impetrantes contentio, & dat Sempronius secundo impetrans, per cuius appellationem causa est, in curia, talem articulum. Item ponit, & probare intendit, quod Ioan. quondam Rector sancti Petri decessit post 15. diem Februarij, & ante 15. diem Martij, &c. Titius primus impetrans dicit hunc articulum non admittendum, quia prima pars eius est impugnatiua, & ex appellatione non descendit. Quæritur, quid iuris? Et quod articulus, de quo quæritur, sit impugnatiuus, & per consequens, admitti non debeat,
1 cum ex appellatione non descendat: † Sic probatur: omnis ille articulus censetur impugnatiuus, qui per se tantum consideratus ius alterius impugnat, vel alicui alteri articulo in iudicio iam producto adiunctus hoc idem operatur: sic flumen dicitur nauigabile,

gabile, vel quod nauigabile fit per adiunctionem alterius. vt ff. de aqua pluu. arcenda. l. si autem plures. §. vltimo. & de fiumi. l. quo minus. sed articulus, de quo quęritur, est talis, quia adiunctus gratię Titij impugnat ipsam gratiam, quasi per obreptionem: imò quasi super beneficio adhuc viuentis impetratam. Habet enim articulus duas partes. Primã scilicet, quod Ioan. Rector sancti Petri decesit post. 15. die Februarij, quæ pars concludit, quod gratia Titij fuit super beneficio viuentis, eo quod præcedit dictam diem in data. Secunda pars articuli dicit, quod dictus Rector decesit, ante 15. diem Martij, & absq; dubio hæc pars est de iure dantis: quia sufficienter ponit impetratio-
2 nem per se factam de vacante beneficio. † Cum ergo primam partem articuli dat, in ius alienum immittit, & sic dicitur impugnare: & hoc non licet. arg. ff. si serui. vend. l. sicuti. §. Aristo. & cum quantum ad defensionem iuris sufficiat vltima pars articuli, apparet, quod prima est simpliciter nociua, & sic non admittenda: vt ff. de aqua pluui. arcen. l. 1. §. idem ait. &
3 §. denique. † Et cum quantum ad fundationem proprij iuris tantũ consequatur ex vltima clausula, quantum etiam ex prima, apparet, quod prima in alterius perniciem est data, & sic impugnatiua, & non admittenda. arg. ff. de leg. præstan. contra tabu. bono. possesso. pe. l. virilis. §. si adierit. Obrependo enim, & de iure suo dando tacitè transit ad impugnationem alterius. contra. l. C. qui legitimã personam. l. momentaneæ. & extra de exceptionibus. c. cum inter priorem. in fine. Illi enim articuli dicuntur propriè de iure alicuius esse, qui sunt de substantialibus, & essentialibus iuris illius, ex quibus ipsum ius creatur, sicut materiatum ex materia. argumen. ff. de contrahenda emptio. & vendit. l. pacta conuenta. sed amotio prio-
4 ris in gradu nõ est huiusmodi. † Non enim est ius secundi ex amotione primi, sicut ex substantia, vel ex materia. arg. ff. de militari testamen. l. quærebatur. §. vltimo. & de coniugen. cum emanci. lib. l. 1. §. nunc videamus. in ver. nec quod nepotibus. & ff. de pecu. l. eo tempore. §. vlt. & not. ff. de acquirenda possessione. l. qui absenti. §. vlt. & de lo. pu. fruen. l. vnica. in prin. in glo. hoc est casus, &c. Vltimo hoc videtur in iure expressum de duobus filijs impuberibus, quorum vnus dicit se filium, alter etiam se esse filium: qui enim dicit se filium, ius suum tantum defendit: qui autem dicit se filium, ius alterius tangit. Et ideo concludit lex, quod iste talis status controuersiam non patitur, sed facit, vt hæc leguntur. ff. ad Corbonian. l. 3. §. si duo, qui. & eius ratio, & motus bene attendatur. Ex prædictis itaque apparet, quod ille articulus, tanquam impugnatiuus ex toto debet cadere, cum ex appellatione non descendat, & sic sententiauit dominus Ber. Rolandi in palatio Apostolico. Oldrad.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

2 ¶ Impetrauit. *Adde Ioan. Andr. in additio. Speculat. de teste. §. Nunc videndum. in 1. additio. quæ magna est, in quinta.*

De constitutione, & de priuil.

SVMMARIVM.

1 *Studentes Romæ habent priuilegium percipiendi fructus beneficiorum suorum, & eos percipiunt, non obstante statuto ecclesiæ, quod per annum debeat facere residentiam: quia illud statutum tollitur per clausulas generales, non obstantibus quibuscunq;. cum num. seq.*

CONSILIVM CXVII.

BONÆ memorię dominus Bonifacius Papa VIII. concesit priuilegium studentibus in vrbe, in quo inter alia continetur. Vt autem Doctores, & scholares prædicti eo liberius intendere valeant studio, ac proficere in eodem, quo maioris fuerint gratiæ fauore muniti: ipsis auctoritate Apostolica concedimus: vt dum huiusmodi studio docendo, vel audiendo insistent, fructus redditus, & prouentus omnium beneficiorum suorum cum cura, vel sine cura, etiam si eorum aliqua personatus, vel dignitates existent, cum ea possint integritate percipere (quotidianis distributionibus duntaxat exceptis) cum qua illos perciperent: si in ecclesijs, in quibus illa obtinent personaliter residerent, & ad residendum in eis minimè tenentur: nec ad id à quoquam valeant coarctari, non obstantibus quibuscunq; statutis, & consuetudinibus contrarijs dictarum ecclesiarum iuramento confirmatione sedis Apostolicæ, vel quacunq; firmitate alia roboratis: etiam si de illis obseruandis per se, vel per Procuratores suos præstitissent forsitan iuramentum, &c. Vnde cum dicatur dominus P. Canonicus Lingonen. in vrbe causa studendi permansisse per id tempus, quo residentia requiritur in Ecclesia Lingon. prolucrandis fructib. grosis totius anni. Opponitur eidem domino P. per capitulum, quod dictos fructus habere non debet rationibus infrascriptis. Primò, quia statutũ, & consuetudo sunt in Ecclesia Lingonen. quod nullus canonicus Lingonen. potest facere stagium suum in scholis: nisi primo fecerit residentiam personalem. Item, nisi fit promotus in sacris. Item, nisi primò petierit licentiam à capitulo memorato. Item, nisi quolibet anno significauit stagium suum in studio generali feciisse. Item, quia in prædicto priuilegio non est inserta illa clausula non obstante si primam non fecerit residentiam personalem, nec sit constitutus in sacris, nec petierit licẽtiam à capitulo, nec ipse capitulo significauit stagium suum feciisse in studio generali, vnde dicit, capitulum se non teneri de fructi-
1 bus præbendæ suæ respondere eidem. ¶ † Quæritur, quid iuris attento themate proposito. Credo de iure fructus beneficij Lingonen. per id tempus, quo dictus dominus P. studuit in vrbe, sibi deberi ex vigore indulgentiæ. Nullum enim dubium, quin Romanus Pontifex possit singulares cuiuscunque Ecclesię consuetudines tollere, si vult. ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus. C. de vsu. l. eos. ne filius pro parte. auth. omnes peregrini. C. de furtis, & seruo cor. authent. nauigia. & extra de constitut. c. 1. lib. 6. Hoc autem expressè sustulit per illa verba: Non obstantibus quibuscunq; statutis, &c. extra de elect. c. quia sæpe. & c. cum non
2 deceat. ¶ † Nõ obstat, quod de statuto primę residentiæ specialem mentionem *a* non fecit, quia generalis clausula, quantũ ad comprehensa sub ipsa, sic singula complectitur, ac si essent specialiter enumerata: vt ff. de leg. 3. si chorus. in prin. C. de quadrien. præscript. l. 2. & de præscript. 30. vel 40. annorum. l. omnes nocendi. Et hoc indicat verbum vniuersale quibuscunque: *b* vt ff. de hæredibus instituendis. l. hoc articulo. & C. de pact. l. si creditores. & ibi not. Et quia voluit tales studẽtes cum ea integritate percipere, cum qua perciperent, si personaliter residerent, & eos pro residentibus voluit haberi: vt ff. quibus ex cau. maio. l. Iulianus. §. vlt. & de re milita. l. pen. in fi. vbi hoc sa-
3 tis est expressum. † Et attẽdatur benè, quod ista indulgentia non est restringenda, quia non est data personæ, sed causæ: vt ff. de iur. immuni. l. semper. §. item nau-

Regularij. imò talis indulgentia est amplianda: vt extra de verb. sign. c. olim. & ff. de const. prin. l. vlt. Et pro ista parte facit. c. extra de rescri. si propter tua debita, lib. 6. secundũ intellectum Ioan. And. sed Archid. contra c cuius opin. si vera esset, ad propositum non accederet, quia ibi loquitur de fructibus certam personã, vel certum vsum respicientibus, quibus statim in vacatione beneficij quæsitum est ius in fructibus: vt ff. de acquir. hære. l. filium emancipatum. hic autem do. Pe. se facit habilẽ ad capiendum fructus in absentia tali, antequam aliquis ius haberet in huiusmodi fructuum perceptione. & pro hoc. C. de iu. & fac. ign. l. 2. cum ibi not. & pro hoc etiam. ff. de verb. obl. l. stipulatus sim mihi à proculo. d

a ¶ Mentionem. *Adde clausula non obst. quando requirat specialem legis, cui derogatur, expressionem: habemus remissiuè per Ale. in l. acta. §. fi. de re iu. Barb. in cons. 55. col. 13. vol. 2. Quod cons. incipit: Sapienter scribit Psal. Dec. in consil. 269. col. 5. in fin. vol. 2. Iaf. cons. 227. col. 12. vol. 2. Vide Crot. in repet. c. 1. col. 8. & deinceps. de constit. infra consil. 247. & 322. iunctis, quæ ibi apposui.*

b ¶ Quibuscunque. *Adde quod quicunque pronomen est terminus vniuersalis. Et circa huius pronominis vim, ac significatum: puta cum datur facultas legitimandi quoscunq; spurios, vel cum feudum acquiritur pro se, & quibuscunque hæredibus: vide Iaf. in consil. 125. col. fi. vol. 4. Glos. in cle. 1. in ver. Quibuscunque de iudi. Oldradum ipsum infra in cons. 322. & quæ ibi notaui.*

c ¶ Contra. *Adde tu dic: Quamuis Arch. contra, sed & si huius opi. vera esset, ad propositum tamen non accederet.*

d ¶ Proculo. *Adde Boerij Decis. 17. in 1. par.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

De præbendis, & de verb. sign.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium si quis impetrat vsque ad certam summam in summa non computantur distributiones quotidianæ. & num. seq.*

CONSILIVM CXVIII.

EX virtute gratiæ in forma communi pauperi clerico factæ, in qua est illa clausula. Cæterum districtius inhibemus, vt ei de ecclesiastico beneficio, cuius redditus, & prouentus annui 30. librarum summam non excedent, valeat prouideri, &c. Prouisum est in quadam Ecclesia, in qua est certus canonicorum numerus, & distinctio præbẽdarum, & certi redditus in communi, ex quibus singulis horis præstantur quotidianæ distributiones, quas nullus percipit, nisi præbendatus, & vnusquisque præbendatus soluit decimam & capitulum de communi. Et si decima vniuscuiusq; præbendæ pro se attendatur, est infra quantitatem in literis gratiæ comprehensam. Si verò fiat coniunctio quotidianarum distributionum, etiam quæ vnumquenque canonicum contingunt, cum præbendis cuiuslibet, excedet vnaquæque summam in literis comprehensam. Est ergo in quæstione, an debeat fieri coniunctio, an cuiusque per se consideratione habita censeri debeat præbendam talem, de qua agitur, esse infra summam in literis gratiæ comprehensam?

1 ¶ † Et videtur, quod coniunctio fieri non debeat, quia dominus Papa prouidere voluit de beneficio, cuius redditus, &c. Quotidianæ autem distributiones nõ augent corpus prębendæ, sed propter operam personæ debentur. arg. ff. si mensor falsum mõdũ dixerit. l. 1. secundo respõso, & ff. pro socio. l. cum duobus. §. si inchoanda. ibi pretium enim operæ est, &c. Et sic cum debeatur ratione operæ personæ, nullam communionẽ habet cum re ipsa, sed personam tantum respicit: vt ff. de vsu. & habi. l. vsus aquæ. & de ser. rusti. prædio. l. prætoris. & ibi not. & de alimen. & cib. leg. l. Mela. §. vlti.

2 ¶ † Secundò, aptitudo acquisitionis non auget prætium rei, & hoc est quod in iure scribitur, quod seruo alicuius instituto hærede, non per hoc est dominus locupletior, nec seruus maioris æstimationis, quã prius: vt ff. ad legem fal. l. prętia. ibi, sed nec hæredem post mortem, &c. Et redditur ratio in text. quia multis causis accidere potest ne iussu nostro adeat. ac si apertè dicat, quod illud, quod potest acquiri, & non acquiri, ante realem, & actualem acquisitionem quenquam locupletiorem non reddit, quia multa accidere possunt, vt illud non capiat: vt ff. de acquire. re. dom. l. naturalem. §. 1. in tertio responso. talis autem est perceptio quotidianarum distributionum, quæ ex euentu dependet. Et quia factum hominis requirunt, cum ipso corpore præbendæ communionem non habent, quæ sine facto alicuius hominis percipitur. ar. ff. de serui. rusti.

3 prædio. l. foramen. in 1. & 2. responso. ¶ † Tertiò, videtur tex. expressus, quia cum perceptio quotidianarum distributionum pendeat, & ex incerto fortunæ exitum habeat, Et diuidatur per singulos dies, & per singulas horas, quibus aliàs deseruiret, non est inter seipsas, nec de ipsis ad corpus præbendæ aliqua facienda consunctio: vt C. de dona. l. sancimus. §. si

4 quis autem tale. ¶ † Quartò, ea, quæ sunt generum diuersorum, & vnaquæque per se imperfecta, inuicem non coniunguntur, vt aliquod perfectum faciant. Et ideo, qui est 62. ann. & tres liberos habet incolumes, à muneribus ciuilibus non excusatur, quia vnaquęque excusatio per se est insufficiens, & imperfectæ excusationes communionem non faciunt: vt ff. de va. & excu. mu. l. 1. §. vltimo. vbi not. & de excus. tu. l. Spadonem. §. qui iura. & not. 23. disti. c. quadruplam. Constat autem redditus, qui percipiuntur, ex corpore beneficij, & debentur vnicuiq; absenti, & perceptio quotidianarum distributionũ sunt in diuerso genere, & diuersa natura. Et quod de vno dicitur, de altero dictum non videtur, vt extra de cle. non resi. de cætero. & cap. licet. non ergo est inter ea

5 communicatio facienda. ¶ † Quinto, vt ex duobus diuersis constituatur vnum corpus, necesse est vnionem fieri eadem materia mediante. Vnde brachium adiunctum statuæ per applumbaturam non constituit vnum corpus cum ea, sed si per ferruminationem adiungatur, vnum corpus constituit: vt ff. de rei vendi. l. in rem actio. §. item quæcunque. Nunc autem ita est, quod perceptio quotidianarum distributionum, & fructuum, corporis prębendę non concurrunt in personam eiusdem, nisi hominis opera mediante, quæ in vno requiritur, in alio non: ergo oportet, quod non fit coniunctio, & concursus vtriusque eadem materia mediante, quia si hoc esset, necessariò esset in vtroque: sed hoc est falsum, ergo, &c.

6 ¶ † Sextò, ad hoc, vt beneficium non cadat sub gratia, oportet, quod beneficium excedat summã secundum taxationem decimæ ipsum beneficium recipientis. Et hoc est, quod litera dicit, cuius redditus & prouentus, &c. quæ verba notant relationem substantiæ secundum illud, quod soluitur per totum capitulum, non afficiunt prębendam alicuius in specie, quia non respiciunt certum corpus: vt ff. de iud. l. si fideicommissum,

missum. §. tractatum. nec quod debet vniuersitas, debent singuli: vt ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. sicut municipium. §. 1. ¶ † Quomodo ergo potest dici præbendam, de qua agitur, quæ est corpus per se subsistens, excedere summam in literis taxatam secundum taxationem decimæ, cum decimam respiciens non excedit summam 20. librarum? Certè hoc dici potest, scilicet per respectum ad ipsam decimam, quam debet totum capitulum: sed iste respectus haberi non debet, vt probant iura superius allegata. ergo, &c. Ex prædictis itaq; liquido apparet, & nulla, quantum ad præsentem casum, coniunctio est inter quotidianas distributiones, & corpus præbendæ, de qua agitur: vnde dici potest, quod separatorum separata est ratio: vt C. de donat. l. si maritus. & pro hoc facit. ff. de iurisdictione omnium iudi. l. si idem cum eodem. in princ. cum sim. sed est argum, contra. ff. de leg. præstan. contra tab. bono. possess. pe. l. virilis. §. si quis ex liberis.

De testamen. milit. c. cùm omnes. & relat.

SVMMARIVM.

1 *Si testamentum perfectum quidam fecit, deinde aliud scripsit in papyro, etiam coram duobus testibus, & misit pro notario, & antequam veniret notarius, mortuus est, primum non est per hoc reuocatum. & num. seq.*

CONSILIVM CXIX.

ITIVS condidit testamentum in scriptis, in quo quædam legata fecit, & postremò sibi hæredem instituit beatam Virginem Mariam, de ordine Augustinorum, de ciuitate Biterrensi, & fecit executores, deditq; eis potestatem recipiendi bona sua, & soluendi debita, & legata, &c. & hoc fuit factum anno Domini, 1304. de mense Septembri. processu temporis mortuo testatore dicti executores Augustiniani beatę Mariæ de Biterris hæredes petunt se mitti in possessionem bonorum dicti quondam testatoris per iudicem ordinarium, ostendentes & exhibentes dictum testamentum nõ cancellatum, non vitiatum, &c. Ad quæ se opponunt quidam de capitulo Biterren. qui dicunt testamentum condidisse, siue vltimam voluntatem sine scriptis, in quo dicebat sibi hæredes instituisse pauperes Christi de Biterris, quare petunt dicta bona eis tradi asserendo vltimam voluntatem priori derogatiuam. Ad quorum fidem faciendam produxerunt quædam acta in papyro scripta, continentia depositiones duorum testium, quorum vnus deposuit, quod dictus testator anno Domini, 1310. de mense Augusto tentus in infirmitate, qua decessit apud Malausanam existens, fecit vocari ipsum, & alium testem, & ibidem fecit scribi per quendam suum clericum omnia sua mobilia: & fecit quædam certa legata. & quod in alijs bonis suis instituebat pauperes Christi de Biterris. Et quod rogauit ipsum testem, & alium, quod dictam ordinationem facerent scribi per aliquem notarium, & ea scripta vocarentur testes in eius præsentia, & omnia in formam publicam redigerentur, & sic ipse, & alius testis recesserunt, & postea nihil aliud factum fuit. Postmodum dictus infirmus se fecit portari ad Carpentoracte, vbi sequenti die decessit. idem dicit in effe-
2 ctu secundus testis. † Modò quæritur, quid iuris? & videtur, quod primum testamentum sit sublatum, quia vltima voluntas seruanda est. *in authent. de nuptijs. §. disponat. C. de sacrosanct. eccles.* l. 1. quæ notest vsque ad extremum vitæ exitum mutari: vt ff. de legat. 1. l. si mihi, & tibi. §. in legatis. cum similibus. & pro hac parte facit. ff. de testamento mili. l. diuus Adrianus. ¶ Sed contrarium credo dicendum in casu
a nostro: *a* quia non potest dici de iure per testes probatum esse testamentum, si probata est quædam pręuia dispositio ad testandum, seu quædam nuda verborum enunciatio, & in testamẽtum postea redigenda. Sicut enim scriptura, quam habet iudex ante formare, deinde in libellum redigere, non est sententia: sed quædam pręuia dispositio ad sententiam: vt C. de
b sententijs ex periculo *b* recitan. l. 2. ita neque hoc dici potest testamẽtum, sed quædam præordinatio prięuata in testamentum, postea redigenda. & procedit hæc argumẽtatio de sententia ad testamentum, quia & testamentum sententia dicitur: vt C. qui testamenta face. possunt. l. hac consultissima. §. at cum humana. & argu. ff. de manumis. l. seruus hac lege. & cum disponeret testator solemnes testes adhibere, & scripturam publicam per notarium redigi facere, antequam hæc impleta, nihil est actum, quod subsistat, ar. C. de fid. instrumen. l. contractus. & magis dicit testamentum cæpisse facere, imò magis parauisse facere, quam fecisse: vt ff. de testamentis. l. si is, qui testamentum. & talis probatio, vt tollatur testamentum solemne in scriptis redactum, quod præcedit, admitti non debet, etiam si in secundo, quod per tales testes probatur, nominatus esset Imperator: vt C. de testamen. l. voluntas. & est casus in quæstione ista expressus. ff. de testamentis ex ea scriptura. & de leg. §.
c l. fideicommissa. §. 1. & ibi not. *c* † Non obst. c. cum
2 esses. & c. relatum. extra de testamen. quia ibi constabat saltem per duos testamentum factum, hic autem non, sed paratum fieri, vt probatum est supra. Præterea ibi non præcedebat aliquod solemne testamentum, de cuius rescisione ageretur, hic sic. & colligitur hæc solutio. C. de testam. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. iuncto §. vltimo. eiusdem l. & in authent. de testam. imperfe. §. 1. vnde sumpta est authen. hæc inter liberos. & ex hoc patet solutio ad §. ex im-
3 perfecto. & ad l. vlt. C. fam. ercis. cum sim. † Præterea attendatur, quod in testamento primo solemni, & perfecto, est similiter causa pia, quia instituta est beata Virgo, vt in authen. de eccles. tit. §. si quis autem vnum sanctorũ. Vnde cessat omne priuilegium, quod dici posset deberi dispositioni secundæ propter causam piam. & hic est casus in authent. de sanct. Episc. §. sed hoc præsenti. in fin. collatio. 9. Et ita credo ego Oldradus de Laude de iure tenendum, in cuius rei testimonium sigillum meum duxi præsentibus ap-
d ponendum. *d*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In casu nostro. *Communis est hæc opin. Oldra. teste Iaso. in cons. 155. vol. 4.*

b ¶ Periculo. *Adde quod breuiculo dici potest.*

c ¶ Et ibi not. *Adde Anch. cons. 339. An essentia. Barb. consil. 32. col. 9. in 1. par.*

d ¶ Apponendum. *Vide Dec. tenentem cum hac decisione Oldra. in c. 1. col. 4. de fid. instru. vbi alios quoq; tenentes pro hac opin. allegat. Vide insuper Fran. Cur. cum hac similiter opi. transeuntem, & allegantem alios concordantes, atq; dicentem, quod Oldr. hic mirabiliter loquitur in repe. l. Admonendi. col. 34. nu. 123. ver. Quartò per id. ff. de iureiu. Adde Io. An. in addi. ad Spe. de instr. edit. §. compendiose. ver. quid si prius. Ias. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. col. 4. C. de testa. idem cons. 155. vol. 4.* De iu-

De iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *In relaxatione iuramenti de non petendis vſuris eſt pars vocanda, quando agitur, vt tollatur contractus vſurarius, alias ſecus, & num. ſeq.*

CONSILIVM CXX.

AD duplicem finem peti poteſt relaxari iuramentum ſuper vſurario contractu interpoſitum. Ad vnum ſcilicet vt per hoc ipſum obligatio, quæ contracta erat, vel contracta dicebatur ſuper vſuris, ex toto tollatur: & tunc locum habet partis vocatio: ſolemnis examinatio: & compulſio creditoris ad relaxandum iuramentum: cum 2 conſtabit de veritate vſurarij contractus. ¶ † Ad ſecundum effectum peti poteſt: non ad debitum vſurarium per hoc tollendum, ſed ad habilitandum perſonam, vt non obſtante ſacramento poſsit detegere 3 fraudem contractus. & hic ille ordo non requiritur *a* quia de grandi præiudicio creditoris non agitur: remanet enim omne ius ſibi ſaluum ad debitum defendum: immo ille ordo hic locum habere non poſſet. Non enim poſſet cogi creditor relaxare ſacramentum, niſi conſtet prius debitum vſurarium, quod conſtare non poteſt obſtante iuramento, quod impedit debitorem fraudem detegere, niſi prius illud, quantum ad hoc tollatur & ideo ibi ille ordo locum non habet. potiſsimè vbi abſens eſt creditor, qui ſuper hoc moueri non poteſt. & ſine ordine tali iſtud poteſt decenter concedi: quia iuri partis non detrahitur. Sicut dicitur de liberto, qui petit veniam à præ-
tore, vt poſsit patronũ vocare in ius. & de filio emancipato qui petit diſcerni bo. poſ. cauſa litis agnoſcendæ. i. ſibi dari licentiam, vt poſsit proponere quæri-
moniam inofficioſi teſtamenti contra teſtamentum patris. vt C. de teſta. l. 2.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Non requiritur. *Adde quod contrarium conſulit Bertran. in conſ. 114. par. 2. Dicitq; videri verius, & magis communiter teneri, vt in quacunque relaxatione iuramenti pars, quæ inde lædi poteſt citetur: Alioquin relaxatio eſt nulla. Vide autem Ioan. And. omnino, qui loquitur egregiè in addi. Spec. ſuper rub. de iureiu. ad fi. & iunge hic conſil. infra 186. Adde Ale. conſi. 222. nu. 8. vol. 2. qui dicit faciendam eſſe relaxationem iuramenti cauſa cognita. item adde Soc. in conſil. 50. in cauſa nobilium comitum de Anguiſolis. col. 4. vol. 1. vbi dicit ſi iuramenta plura fuerint, faciendas eſſe totidem relaxationes. Et decidit ibidem, quid iuris, cum partes egerunt, ne relaxatio peteretur. In hac ipſa materia adde eundem Bertr. in conſil. 186. eadem par. 2. Rotam in anti. Deciſ. 767. vbi caſus ſingularis ponitur, videlicet, quòd iuramentum relaxari poteſt ad effectum agendi, ſed non ad effectum probandi. Laurentium Rodulphum in tractatu de vſur. quæſtione 125.*

De feudis, & de verborum ſignificatione.

SVMMARIVM.

1 *Recognoſcens ſe tenere caſtrum in feudum ab aliquo videtur recognoſcere territorium, & iuriſdictionem territorij, & ſi concedat quis feudum hoc modo, ſicut genitor meus tibi contulit, ita ego concedo: ſi eſt neceſſe oſtendere conceſſionem. Et de perceptione regalium ratione caſtri. & nu. ſeq.*

CONSILIVM CXXI.

AD † primam quæſtionem, qua quæritur, vtrũ miles recognoſcens caſtrum in feudum ab altero videatur hoc ipſo recognoſcere & territorium. Videtur primo dicendũ, quod ſic. quia caſtrum & territorium quoddam totum conſtituunt intra certos fines. vt ff. de verb. ſignifi. l. pupillus. §. territorium. Non ergo debet hoc totum diuerſo iure cenſeri. vt ff. de vſucap. l. eum, qui ædes. ne huius totius pars libera, & pars alterius ſubancillari cenſeantur. vt ff. de excep. rei iu. l. iudica. circa princ. 2 & de lib. cauſa. l. duob. ¶ † Secundò territorium caſtri ſubiacet caſtro. ar. ff. ad municip. l. qui ex vico. C. de epiſcop. & cler. l. nulli. & ff. de iud. l. inſulæ. cum ſi. Qui ergò recognoſcit caſtrum, videtur recognoſcere id omne, quod ſubiacet caſtro. vt ff. de adopt. l. ſi pater, & ar. C. de pec. eius qui liber. merue. in l. 1. reſpon 3 ſo 1. ¶ † Tertio acceſſorium ſequitur principale. vt *a* a ff. commod. l. ſi vt certo. §. vſque adeò. & de inſtitor. l. cuicunque. §. pe. & ff. man. §. idemq; Papinianus. ſed territorium habet ſe ad caſtrum per modum acceſſorij ad principale: quod apparet: quia qui præficitur vni, præficitur & alteri. 16. q. 5. ſi quis epiſcoporum. & 4 c. poſſeſsio territorij. ergo, &c. ¶ † Quartò cõſtat territorium caſtri immediatè ipſi caſtro coniunctũ: nec aliquid in medio eſſe, quod eorum immedietatem impediat: totum enim eidem domino ſeruit. ar. ff. de ſer. ru. præd. l. qui ſella. §. vlti. Si ſic, ergo recognito principali, vt caſtro, & connexum ſiue coniunctum, vt territorium recognitum eſſe videtur, vt ff. de act. empt. & vend. l. creditor. §. vlt. & de leg. 3. l. prędijs. §. 5 balneas. §. pen. & §. fi. ¶ † Quinto hoc idem apparet ſic. imperator commiſit vrbem præfecto vrbis: de territorio (quod appareat) nihil dicens, & tamen lex arguit, quod etiam territorium præfecto vrbis videatur eſſe commiſſum. vt hæc leguntur. ff. de offic. præfe. vrbis. l. 1. §. inimico. Et Epiſcopus dicitur eſſe ciuitatis Epiſcopus, & tamen eſt diœceſis. vt extra de relig. domi. c. de xœnodochijs. & 16. quæſt. 5. ſi quis epi-
6 ſcoporum. & q. 6. omnes. ¶ † Sextò videtur caſus. ff. ſi ſer. vend. l. ſi teſtatrix. §. 1. In contrarium videtur verius. ſcilicet quod recognoſcendo caſtrum non propter hoc recognoſcat & territorium: diuerſa enim ſunt nomina, ex quo ſequitur eorum diuerſitas in ſubſtantia. C. de codic. l. ſi idem codicilli. ergo facta mentione de vno in recognitione non per hoc intelligitur facta de altero, quod nominatum non eſt, vt ff. de leg. 3. l. Lucius. §. collegio. ar. ff. de ver. ob. l. quic 7 quid aſtringendæ. ¶ † Secundò in expoſitione vocabulorum attendendus eſt vſus, & conſuetudo loquẽdi. vt ff. de leg. 3. l. legatus. §. vlt. & l. nummis. de verb. ſignifi. l. anniculus. & de teſtam. manu. l. ſi ita fuerit. & extra de ſponſa. c. ex literis. ſed ſic eſt, quod in communi modo loquendi caſtrum appellatur, quod murotenus cingitur: territorium vero quod extra, ergo ſub recognitione vnius alterum non comprehendi-
8 tur, vt ff. de verb. ſignif. l. 2. & l. vt Alphenus. ¶ † Tertiò ſicut ſe habet territorium caſtri ad caſtrum, ſic diœceſis ad ciuitatem: ſed ſic eſt, quod ſub appellatione ciuitatis non continetur diœceſis in actibus potiſsimè odioſis reſtringendis: vt in reſcriptis ad lites ad beneficia. vt extra de reſc. c. Rodul. & extra de prę-
9 ben. quamuis. §. quanquam. li. 6. ergo, etc. ¶ † Quartò in actibus denotantibus translationem iuris de vno in alterum, acceſſorium non omnino principali cohærens, ſed ab eo diuiſibile translato principali in translationem non venit. vt ff. de contrahen. emp. & vendi. l. quoties. & de pecu. leg. l. antepen. & de fun.

instruc. & instru. leg. l. 2. §. 1. de sup. leg. l. vlt. sed territorium castri ad castrum non solum est diuisibile, sed diuisum pariete medio. vt ff. commu. prædi. l. si quis duas. §. 1. & de leg. 1. l. quod in rerum. §. si quis post testamentum, & vnum ab altero loco & qualitate secernitur. vt C. de præd. & alijs reb. mino. l. si prædium.
10 si sic, ergo, &c. ¶ † Quintò, quomodo dicitur vnum ab altero contineri, cum de eorum quolibet per se à iure communi, vt de diuersis, diuersa iura tradantur? vt probatur. C. si curia. relic. ciuit. rus habita. malu. l. vnica. lib. 10. & 21. q. 1. c. Clericus ab instanti. & ibi no-
11 ta. ¶ † Sextò, videtur expressum 63. dist. Ludouicus. & ibi tangitur ista quæstio per gloss. & pro hoc facit text. C. de bon. vac. l. si quando. vbi adiacentia rei donatæ non cedunt in donationem, vel concessionem, nisi dictum sit integro statu, vel cum omni iure suo, &c. vt ibi dicitur. licet gloss. contrarium innuat. & pro hoc etiam facit, quia qui vendit prædium, & excipit fontem, non videtur excipere solum, quod est circa fontem, nisi expressè dicat. vt ff. de ser. rustico. prædi. l. qui duo. secundo responso. Et sub appellatione fluminis non continetur ripa fluminis. vt ff. de flumin. l. 1. §. in flumine. Et hanc partem credo validioribus rationibus inniti: nisi obseruantia, vel communis loquendi modus, vel actus aliquis exterior in-
12 terpretationem aliam induxisset. ¶ † Ad secundam
b quæstionem, *b* qua quæritur, an facta concessione alicuius iuris in feudum per hæc verba: quia sicut venerandę memorię genitor noster fideli nostro feudum concesit, ita & nos concedimus, &c. necesse habeat Vasallus, ad hoc vt secunda concessio valeat, ostendere primam? Dico breuiter, quod non: & hoc per l. ff. de dona. l. ex hac scriptura. vt C. eod. ti. l. si donare. & ibi soluitur contrarium per gloss. de Auth. si quis in aliquo. C. de eden. & C. de fal. causa adiect. le. l. 1. de e-
13 pisc. & cler. l. 1. & extra de ver. si. c. abbate. ¶ † Neq; enim causa, quę profertur per illa verba: quia sicut venerandæ memoriæ, &c. supra vitiat id, de quo agitur, etiam si vera non esset: vt ff. de conditio. & demonst. l. demonstratio. §. quod autem iure. & instit. de leg. §. huic proxima. Nisi fortè esset talis causa, qua non subsistente concedens non esset alias concessurus. Sed hoc debet probari per eum, qui dicit concedentem aliàs concessurũ non fuisse: vt expressè habetur. ff. de
c conditio. & demonstrat. l. cum tale. §. falsam. *c* Et potissimè in casu nostro, vbi considerata conditio notabilis concedentis. & eius, cui facta est concessio, & vtriusq; consuetudo liberalitatis ampliationem, seu concessæ amplæ libertatis præsumptionem inducit. ar. ff. de donatio. l. filius famil. & ff. de iudic. sed & si susceperit. §. 1. in secundo responso. ff. de vsu, & habi. l. plenum. §. æquitij. de aur. & argent. leg. l. Titia. §. vltim. de ali. & cib. leg. l. penult. & de act. & ob. l. vltim.
14 in fin. ¶ † Ad tertiam quæstionem, qua quæritur, vtrum per illa verba: notandum tamen, quod in his omnibus, &c. comes videatur habere regalia in sancto Ioan. & Bonofonte, & alijs locis, de quibus specialiter iam cautum erat quod Lugdunens. Ecclesiæ liberæ remanerent. Dico breuiter, quod nõ: quia per p̃cedentia verba, in quib. cautum erat, quod liberæ remanerent, regalia viderentur comiti esse denegata. vt ff. de euictio. l. penult. ff. de verborum signific. qui vt nomine. nusquam enim per illa verba sequentia generalia: notandum tamen, quod in his omnibus, &c. videtur regalia concessisse in his locis, in quibus iam ademerat per expressionem illius verbi: liberæ remanserunt, &c. vt hic expressè legitur. ff. ad Treb. l. si quis priore. in fin. secundum vnum intellectum. Debet itaque ille generalis sermo: notandum, quod in his omnibus, &c, recipere distinctionem ex his, quæ superius exprimuntur, vt ea non excludat, de quibus in contrarium specialiter est expressum, vt C. famil. ercis. l. quoties. & ff. de legat. 2. l. cum ita legatur. §. qui plures. Circa quod illud etiam considerandum est, quod illa verba: notandum tamen, quod in his omnibus, &c. posita fuerunt in fauorem Ecclesiæ Lugdunen. vt tenor verborum indicat. Cùm ergo expressa fuerit ad excipiendum de iure, quod videatur in comitem transire: nusquam dici potest, quod videãtur ius comitis auxisse in specialiter exceptis: vt ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. & ff. de vulga. & pupil. subst. it. l. ex facto. 1. & de adimen. & transfer. leg. l. le-
15 gata inutiliter. & ad Trebel. l. deducta. §. pen. ¶ † Super eo vero, quod clarius quæritur, an recognoscendo, & fatendo, quod iurisdictio, & superioritas competat in castro, & incolis castri, videatur fundata intentio comitis etiam ad superioritatem, & iurisdictionem in territorio. Breuiter videtur, quod sic: quia omne id, quod recipit, vel includit principale, recipit & includit omne id, quod pendet ab illo: vt probatur. C. de codic. l. 1. ff. de iniust. rup. & irri. testam. l. nam & si sub conditione. §. pen. de testam. tut. l. si hæreditas. §. qui filium. ibi. & cum confirmatum sit testamentum, sed iurisdictio in territorio pendet ex iurisdictione in castro, quasi ex capite: sicut aqua, quæ ex castello ducitur, ex castello pendet. vt ff. de aqua quoti. & æstiua. l. 1. §. ait prætor. & §. quo ex castello, &
16 sequent. ergo, &c. ¶ † Secundò iurisdictio castri, & territorij in se vna est incorporalis, & per cõsequens indiuisibilis: vt ff. de verborum obligatio. l. stipulationes non diuiduntur. in princip. ad l. Falcid. l. 1. §. si vsusfructus. de ser. rusti. prædi. vna est via. ergo recognitio castri, & confessio iurisdictionis in ipsonó debet dici recognitio circa partem recognitionis, sed potius circa ipsam totam tam in castro, quam in territorio: vt ff. quemad. serui. amit. l. si stillicidij. §. vlt. & si seruit. vindi. l. si eo loco. §. vltim. si sic, ergo, etc.
17 ¶ † Tertio iurisdictio castri apta est comprehendere iurisdictionem. vt no. Innoc. extra de iure patro. c. ex literis. qui ergo effuso sermone castrum recognoscit, totam iurisdictionem recognouisse videtur. Sicut dicitur de patre dotante: vt C. de dot. promiss. & nuda pollicita. l. vlt. ff. de interro. action. l. siue. §. qui interrogatus. & de vino. tri. & oleo leg. l. quidam hæredem.
18 ¶ † Quarto constat, quod recognitio est actus præscriptionis interruptionem inducens: vt C. de præscripti. 30. vel 40. an. l. cum notissimi. §. sed & si quis. sed actus interruptionem inducens non solum affinet id, quod interruptionem inducit, sed omne, quod pendet ab illo: vt C. de anna. excep. l. vltim. & est cassus in d. §. sed & si quis. vbi text. de recognitione loquitur, sed iurisdictio territorij pendet ex castro, ergo. ¶ Quinto & vltimo, videtur casus. ff. de ofti. præfect. vrb. l. 1. §. initio. & ad hoc ff. de iurisdict. om. iud. l. vlti. & de capti. & postli. reuer. l. postliminij reuersis. ibi, antequam in præsidia perducatur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Principale. *Adde etiamsi accessorium sit dignius. §. si tamen alienam. instit. de rerum diuis. Et declara accessorium tunc suum principale sequi, cùm sine eo stare non potest, estq; omnino cohærens, nec diuisibile, Alex. in l. 3. §. fina. colum. penultim. numer. 24. & ibi Docto. in addit. de acquir. poss.*

b ¶ Quæstionem. *Adde in hac secunda quæst. vide Ias. in lectu. l. Admonendi col. 8. de iureiurand. eundem in repet. ipsius legis. col. 12.*

c ¶ Falsam. *Adde & iunge hic addita per Io. Andr. ad Spec. de feud. in fine principij. in ver. instrumentum.*

De ele-

De electione.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum si citatur ad certum diem ad electionem, minor pars non potest terminum prorogare.*

CONSILIVM CXVII.

CITATO capitulo cuiusdam Ecclesiæ cathedralis ad certum diem pro celebranda electione pastoris per præsentes, qui citari poterant, in termino præfixo reperti sunt 27. canonici, quorum verò 14. prorogationi contradicentes ad electionem processerunt. Postea electores prorogantes dicentes se prorogasse vltra terminũ iuris abbreuiarunt eundem primis eligentibus in abbreuiatione huiusmodi 1 non votis. † Modò quæritur, vtrum prorogatio tenuerit, & si tenuit, an abbreuiatio tenuerit, & an his duobus actibus nõ obstantibus debeat celebrata electio prævalere? Et dicendum est, quod prorogatio, quæ extenditur in diem, quo ad prorogãtes, eo quod ius eligendi apud prorogantes futurum non est, non tenet. vt ff. de iurisd. omn. iud. l. eum, qui iudicare. §. vlt. ff. de arbit. l. si cum dies. §. si intra diem. ff. de pen. l. vlt. cum si. & secundum hoc prorogatio, quæ non tenuit ipso iure, electionem impedire non potuit: quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum: vt ff. de verb. oblig. l. si dari. & de leg. 1. l. si seruus legatus. §. si seruus. extra de elec. c. auditis, & in reg. iur. non præstat, lib. 6. & per consequens abbreuiatio nullius fuisset effectus, quia sublata prorogatione abbreuiatio locum habere non potest, ar. ff. rerum amo. l. si concubinam. in secundo responso. Præterea abbreuiatio non inuenisset rem integram, sed secuta fuisset prouisionem iam factam, & sic non valuisset, extra de elect. c. auditis. Si verò prorogatio facta in diem, quæ est intra tempus ad eligendum datum, adhuc videtur, quod prorogatio nõ tenuerit, quia quod requiritur in termini præfixione à principio, hoc requiritur in eiusdem prorogatione ex post facto, arg. ff. loca. & condu. l. quia certum. ff. de præca. & no. in simili per Innoc. extra de empt. & ven. c. cum dilecti. sed in præfixione termini à princ. requiritur saltem maior pars capituli: vt ff. quod cuiusque vni. no. l. nulli. C. de decu. l. nominationum. nisi esset aliquis inter eos, qui de consuetudine hoc haberet. vt not. per Inno. & Compost. extra de elect. c. cum nobis olim. ergo & in prorogatione debet maior pars consentire. sed in casu nostro non fuit, ergo, &c. † Præterea totum capitulum statuit diem certam: non ergo potuit postea pars capituli illud decretum tollere, siue rescindere. vt extra de his quæ fi. à ma. parte capi. c. 1. & 65. distinct. c. 3. & 4. Præterea præfixio prima facta per totum capitulum est loco cuiusdam decreti decurionum. ar. ff. de arbit. l. qualem. §. vlt. decretũ autem decurionum rescindi non potest, nisi rescisio tendat ad publicam vtilitatem: vt ff. de decret. decur. l. quod semel. sed hæc rescisio prioris decreti, quæ inducebatur per prorogationem diei, non tendebat ad publicam vtilitatem. imò damnum diutinum inducebat, quod ex diutina vacatione consurgit: vt l. distinct. c. postquam extra de elect. c. ne pro defectu. ca. quam sit. eo. tit. lib. 6. Et sic non tenuit, quia in rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas, vt discedatur ab eo, quod æquum visum fuit, vt ff. de const. pri. l. vl. † Præterea in pari potior est conditio prohibentis: vt ff. ne quid in lo. pub. fiat. l. 2. §. hoc interdictum ff. si ser. ven. l. an in ius. & communi di. l. Sabinus, sed in casu nostro 13. erant volentes mutare diem statutum: & 14. volentes mutationem prohibere: & sic prohibentium melior debet esse conditio. Ex prædictis itaque manifestè apparet, quod prorogatione, & abbreuiatione, de quibus suprà dictum est, nullum habentibus effectum, de iure remanet secunda electio facta in termino abbreuiato non facta in tempore legitimè statuto, seu præfixo: & per consequens, cum facta fuerit dudum post primam non cassatam, nulla est, aut annullanda, per c. quod sicut. extra de elect.

De successione ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Mater instituta à filio potest agere ad supplementum legitimæ: licèt sorores filij sint præteritæ, & num. seq.*

CONSILIVM CXXIII.

1 a QVIDAM † Pontius nullos habens descendentes *a* relictis tribus sororibus, & filia cuiusdam sororis præmortuæ, & matre sua superstitibus, diem clausit extremum suo condito testamento, in quo filiam sororis præmortuæ hæredem vniuersalem instituit: matri autem iure institutionis centum reliquit, & sorores omnes tam mortuæ, quàm viuentes erant vtrinque coniunctæ, nunc adita hæreditate per neptem, conqueritur mater, dicens se nõ habere legitimam ex illis contentam, quare petit sibi suppleri legitimam per l. omnimodo. l. sancimus. §. prælationem. quæ. ll. sunt. C. de inoffi. testa. dicẽs, quod legitima sua est tertia pars bonorum omnium dicti Petri filij sui. ¶ Ex aduerso verò dicitur, quod non debet habere, nisi dimidiam partem illius partis, quam esset habitura ab intestato, per authen. de Triente, & semisse. §. 1. Nam ab intestato successissent vna cum matre dictæ tres sorores, & dicta neptis, & sic essent quinque: quare mater non habuisset, nisi quintam partem ab intestato: debet ergo ha-
2 bere semissem quintæ, & non plus. † Modò quæritur, quid iuris? atque quòd mater, de qua quæritur, possit petere supplementum legitimæ: id est, tertiæ omnium bonorum, non obstante superexistentia sororum testatoris: Probatur rationibus infra scriptis. ¶ Et primò, quoties aliquis alium aptitudinaliter per prælationem excludit, vel cum eo concurrendo portionem minuit, locum habet exclusio, vel minutio, quoties excludens vel minuens rem habiturus est, à qua excluditur pars, & aliàs non: vt ff. ad Tertul. l. siuè ingenua. §. sed si quis. sed hæ sorores nihil sibi vendicare possunt: vt ff. de inoffic. testam. l. 1. & C. eo. tit. l. fratres. ergò nec alterius. i. matris portionem minuunt: vt ff. de bono poss. contra tabu. l. si pòst mortem. §. liberi. Secundò, contrariorum eadem est disciplina: vt ff. de leg. 3. l. vlt. §. eod. & de vulg. & pupil. substi. l. & si contra tabu. sed eligens decedere intestatus, videtur vocasse omnes, quos scit successuros ab intestato: vt ff. de iur. codicil. l. si quis cùm testamentum. l. conficiuntur. in princ. & de leg. 1. l. ab exhæredati. in fi. 1. responso. econtra in eligente testari, inter quos naturalis est pugna: vt ff. de re. iu. ius nostrũ. Omnes videntur excluſi, qui non reperiuntur vocati: sed constat, quod excluſus à dispositione testantis, vt puta per exhæredationem ritè, & rectè factam: non minuit legitimam partẽ alterius, imò auget: vt expressè habetur in Auth. de nup. §. soluto. ibi, si quis enim ex eis ingratus vide-

tus videtur, &c. ergò excluſus per conditum teſtamentum, vt ſunt ſorores, de quibus nulla mentio in teſtamento facta eſt, non minuit portionem legiti-
3 mam matris, ſed magis augebunt. † Tertiò, hoc videmus regulare eſſe in omnibus ſimilibus: quia paria ſunt, cùm agitur de ſucceſsione deferenda, vel portione delata augenda, vel minuenda, aliquos nõ ſubeſſe, vel tales ſubeſſe, qui admitti non poſſunt: expreſsè habetur in inſti. de ſuc. lib. §. ſed noſtra. ibi: ſi verò teſtamentũ quidé fecerunt, &c. ff. de bo. li. l. cõi liberto. & de contra tab. l. 1. §. filium. Sed hic ſorores teſtatoris ſunt tales, qui admitti non poſſunt, vt dictum eſt ſuprà, ergò quantum ad id, de quo agitur, perindè eſt, ac ſi non ſupereſſent. ar. ff. de leg. tut. l. in teſtamento. & ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. & quid ſi tan-
4 tum in mortis filij caſum. ¶ † Quartò, quandocunq; aliquorum occurrat excluſio, ſi agatur de legitima portione non excluſi, excluſorũ portio accreſcit non excluſo, ſicut ſcribitur de parte habente filios naturales tantum, & decedente ab inteſtato: quia quarta pars totius aſsis erit venientium ab inteſtato. Non venientium verò erit naturalium filiorum, ſi ſe voluerint in curiam deputare. ſed ſi quibuſdam nolentibus vnus ſolus ſe curiæ deputet, aliorum portio iſti ſe deputanti accreſcit, & ſolus habebit nominationẽ venientium, quæ eſt legitima portio talium naturalium filiorum in ſucceſsione patris inteſtati: vt in Auth. qui. mo. na. effic. ſui. §. ſi quis autem legitimos. & §. ſi verò ille quidem. colla. 7. per quem tex. videtur noſtra quæſtio terminata. Accedit etiam ad hoc. ff. de inoff. teſtamen. l. qui repudiantis. l. ſi proponas. §. vlt. Non obſt. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. in eod. tit. quia ibi erat ſpecies querelæ, quæ tale ius accreſcendi impedit: vt ff. de bo. lib. l. ſi neceſſe. §. ſi deportatus. 2. reſponſo. Non ob. quod communiter dicitur, quod ad excludendum aliquem à querela, vel ſuppleméto ſufficit, quod habeat tertiam eius, quod habiturus erat ab inteſtato: vt inſtit. de inoffic. teſta. §. vlt. quia verum eſt in omnib. exiſtentibus paribus. Vnde ſicut in ſucceſsione ab inteſtato, ſi ſorores eſſent aliqua ratione excluſæ, mater habuiſſet totam, & ſic triens fuiſſet eius legitima. ſic & in modo ſuccedendi, de quo agitur, cùm excluſæ ſint ſorores, nec diceretur habere, niſi tertiam eius, quod habitura eſſet ab inteſtato, teſtatoris ſororibus ſic excluſis, vti viſę ſunt: & ſic non vitiatur illa regula, ſed verificatur
b ex toto. Et ita credo de iure tenendum. *b*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Deſcendentes. *Adde Barto. in l. pater filium in 4. col. ff. de inoffi. teſta.*

b ¶ Tenendum. *Hæc opin. Oldr. quod matris legitima ſit tertia totius aſsis, quamuis ſorores adſint, communis eſt ſecundum Alex. in l. ſi pluribus. §. pen. in fin. de leg. 1.*

De foro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens in regno Angliæ exiſtens in curia Romana ad regem Angliæ per regis literas non debet remitti. et numer. ſequent.*

CONSILIVM CXXIIII.

a 1 QVOD remiſsio, *a* quæ ex parte regis † Anglię de perſona Petri de Freſcobaldis de Florentia corã Mareſchallo Romanæ curiæ fieri non debeat, nec detentio ipſius, probatur clarè rationib. infraſcriptis. Primò ratione perſonæ petentium, quę legitimæ non ſunt: & ſiuè ciuiliter, ſiuè criminaliter agatur, ante omnia de perſonis conſtare oportet: vt C. de procurat. l. ſed in initio. ff. de iure do. l. quidam. & de mune. & hono. l. reſcrip. §. ſi quis accuſatorem. Et ideo communiter dicitur: ſi legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus. extrà de accu. c. 1.
2 † Non ob. ſi dicatur emanaſſe literas regis: quia in hoc caſu ſufficientes nõ ſunt. vt ff. ad turp. l. ab acculatio ne. §. nunciatores. de cuſt. & exhi. reo. l. diuus. 2. & C. de accu. l. ſinguli. Sed dato, quod appareret perſona ſufficiens, adhuc remiſsio fieri non debet multiplici ratione. Primò, quia remiſsio fieri non debet, niſi cum iudex per literas publicas requiritur, vt remittat: vt in Authent. vt nulli iudi. §. ſi verò quis comprehenſorum. literæ autem regis in hoc caſu non ſunt publicæ, ſed priuatæ, nec in hoc caſu ipſe eſt iudex, ſed pars. Et ideo ad eum remiſsio fieri non debet: quia abolita eſt pro iniqua ſententia, vt quis detur ſuis creditoribus lacerandus, de qua ſcribit gloſſ. C. qui
3 bon. cede. poſſ. l. 1. † Et ſpecialiſsimum eſt in Romano pontifice, & imperatore, qui de cauſis ad Eccleſiam, vel imperium pertinentibus cognoſcunt. *b* vt ff.
b de his, quæ in teſta. delen. l. proxim. & alijs cognoſcendas committunt: vt C. ſi aduer. fiſcum. l. 2. & vbi cauſæ fiſcales. l. ad fiſcum. imò ſecundum dom. Innocent. in eis honeſtum eſt, quod eligant arbitros, arg. 11. quæſtio. 1. ſi clericus. & 3. quæſtio. §. quia ſuſpecti, & not. plenè per Innocent. extra de verbor. ſignific. c. ex parte. Ergo aliud in rege: quia ſimile priuilegiũ, &c. vt ff. ad municip. l. ſimile. & ff. de poſtul. l. 1. §. de quo. & de tutel. l. tutor. §. tutores. & poteſt colligi not. per Innoc. extra de fide inſtru. capitulo cùm P. Tabellio.
4 ¶ † Secundò remiſsio locum non habet, niſi coram iudice remittente aliqualiter conſtet de crimine, nõ per ſolum dictum petentis remiſsionem argumento ff. de pub. & vec. l. interdum. in ſecundo reſponſo. ibi. & aut vxorem corrupiſſe, &c. ſed hic nullo modo conſtat: imò nec aliqua præcedit infamia, niſi ortum habuerit à ſubditis remiſsionem petentis: ergò, &c.
¶ Tertiò remiſsio, vt cognoſcatur, non fit de maiori tribunali ad minus, ſed econtra: vt in Authen. de apc & extra quę tempora. circa princ. & ff. quibus excauin poſſ. ea. l. ad cognitionem. & de appel. l. ad principem. ſed conſtat, quòd Romana curia maior eſt omc nium curiarum mundi: ergo, &c. *c* ¶ † Quartò con-
5 ſuetudo vrbis Romæ lex eſt. vt inſtit. de ſatiſ. §. vlt. & ff. de leg. & ſenatuſconſ. l. de quibus. conſuetudinem ſemper fuit in curia Romana, vt nunquam remittat, licet iſte caſus ſæpè, & ſæpè acciderit. Seruare ergo eam pro lege debet dominus Mareſchallus, cuĩ maiorum ſuorum exempla præiudicant: vt C. de coarcta. l. ſi coarctalis. lib. 12.

ADDITIO RAINALDI Corſi.

a ¶ Remiſsio. *Adde & in materia remiſsionis vide Boer. in Deci. 29. in 1. par. Et dic, quod regula ex totius Italiæ conſuetudine in criminalib. non fieret. Mayſi. conſi. 99. nu. 21. & in l. 1. nu. 123. C. de rap. virg. nec non in prac. crim. §. Opportunè. nu. 35. Milleus quoq; de vno regno ad aliud non fieri dicit, & hoc quotidiè videri in Francia & regnis vicinis Mill. in Practica crim. in gloſs. in ver. mihi Præpoſitus. nu. 73. fol. 48. Quem tamen vide. Oldr. idem non nihil attigit huc pertinens ſupra conſ. 89.*

b ¶ Cognoſcunt. *Adde quod hoc ſequitur Dec. in l. Quæ iuriſdictioni in prin. de iuriſ. om. iud. ſtatuens reg. quòd in cauſa propria nullus idoneus eſt iudex, etſi ſit dominus in loco: Et allegans hoc conſi. quod in hoc facit, dum limitat eam reg. in Pontifice, & Cæſare.*

c ¶ Ergo

c ¶ Ergo, &c. *Adde & vide quæ ſcripſimus in indagationibus iuris, lib 3. c. vlt.*

De teſtamen. & de verb. ſign. Extraor. C. de impu. & alijs ſub.

SVMMARIVM.

1 *Pater quando ſubſtituit filijs ſuis impuberibus per verbum commune, ſcilicet ſubſtituo, ſi deceſſerit ſine hærede ex corpore ſuo procreato, & adijcit, quod in illo caſu ſubſtitutum ſibi hæredem inſtituit, tunc, ſi filij decedant infra pubertatem, ſubſtitutio eſt directa, & excluditur mater propter verbum inſtituo, quod eſt directum. & num ſeq.*
3 *Et de verbis obliquis, & directis. & num. 4.*

CONSILIVM CXXV.

1 IN† propoſito themate, videlicet, an ſubſtitutione hoc modo facta. Et eiſdē filijs meis, & hęredibus ſubſtituo Stephanū, fratrem meum, ſi ipſe, vel ipſa decederent ſine hærede ex proprio corpore, & legitimo matrimonio procreato. Et in illo caſu dictum fratrem meum vniuerſalē hæredem a mihi ſubſtituo, &c. ¶ Videtur poſſe dici, *a* quod ipſis filijs in pupillari ętate defunctis Stephanus ad omnia bona ipſorum pupillorū abſq; deductione aliqua per matrē facienda, quæ eſt in medio, debeat admitti. Cū enim in ſubſtitutione prædicta poſitū ſit verbū commune habens ſe ad obliquā & directā ſubſtitutionē, ſcilicet ſubſtituo: vt C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. §. cum autē. & not. in l. præcibus. in fi. glo. ſecus dicerem, &c. ac demum in eadem teſtatoris diſpoſitione circa idem ſequatur verbū directum, ſcilicet, inſtituo, videtur, quod dicta ſubſtitutio cenſenda ſit potius directa, quam obliqua. ar. C. de hær. inſti. l. fi. & extra de te. c. fi pater. lib. 6. Quę quidē decretalis videtur caſus præſentis quæſtionis, nedū quia (vt prædixi) teſtator in eadem diſpoſitione circa idem ſubijciēdo verbum directum videtur ſatis animum ſuum declaraſſe, in quo intellectu accipi debeat præcedens æquiuocum, ſiue commune verbum, pro quo eſt arg. ff. de leg. 3. l.
2 pater. §. filiam. & C. de fideic. l. ſi frater. † Nec obſt. ſi dicatur, quod potius cenſeri debet dicta ſubſtitutio fideic. ſiue obliqua, vt omni tempore valeat. ar. ff. de reb. du. l. quoties. & de re. iu. l. quoties. quam directa, quæ tantum infra pupillarem ætatem valeret: vt ff. de vul. & pup. ſubſti. l. verbū. & l. in pupillari. quod etiam ſentire videtur glo. in præall. l. præcibus. circa medium gl. prædictæ, rationem dicti ſui ſubijciens, quam prædixi. Et quia ſi non valet, vt directa poſt pubertatem, ergo nec antea. Item, quia vna eſt, ſed non directa, ergo fideicommiſſaria pro toto tempore, &c. nam dico, quod hæ rationes non procedunt, eſt enim notanda differentia inter verba obliqua, vt volo, rogo, mando, & ſimilia: vt C. de leg. l. 2. & in inſti. de fideic. hær. & verba directa, vt eſto, vel ſis hęres, & ſimilia, & verba communia, vt eſt verbum ſubſtituo. Et poſſet poni exemplū de verbo communi per id, quod habetur in d. c. ſi pater. extra de teſta. lib. 6. videlicet talis moriatur tali. Nam ſi quidem per verba obliqua ſit facta ſubſtitutio, ſemper eſt fideicōmiſſaria: & pro hoc. ff. ad Treb. l. nam quod. §. fi. & l. cogi. & l. ex facto. in prin. de vulg. & pub. ſubſti. l. cohæres. §. cum filiæ.
3 † Nec talis ſubſtitutio à pagano facta vllo modo trahi poteſt ad directam. ar. ff. de fideicom. lib. l. anto. & ita etiam not. in glo. prædicta. Si verò ſubſtitutio verbis directis ſit concepta, tunc videtur ſtandum eſſe præalle. l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pup. ſubſti. vt directa non obliquetur, niſi fortè ex priuilegio teſtantis: vt C. de vul. & pub. ſubſt. l. centurio. vel fauore libertatis: vt ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo. & l. thais. in prin. in quibus caſibus poſſet intelligi dict. c. ſi pater. ver. quanquam, &c. Sed ſi per verbū commune ſit facta ſubſtitutio, tunc videtur, quod vſque ad pubertatem ſit directa, & poſt efficiatur fideicommiſſaria, vt ſic eo tempore, quo poteſt ſit directa, & quando non poteſt, ſit fideicom. & hoc modo ſemper valebit: nec enim abſurdū eſt, aut inſolitū, quod diuerſis temporibus eadē diſpoſitio diuerſos importet effectus, ſeu diuerſimodè accipiatur, aut quod ſub vna verborū conceptione diuerſæ ſubſtitutiones cōprehendantur. ar. ff. de hær. inſti. l. 3. §. fi. & in ſæpe alleg. l. præcibus. & ff. de arbi. l. Celſus. de acqui. hære. l. illud. Et patet manifeſtè in compendioſa ſubſtitutione, ſicut etiam alias videmus, quod verbū à teſtatore prolatū vno tempore, vnam ſignificationem retinet, & poſtmodo aliam aſſumit: vt ff. de condi. & demon.
4 l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. † Et quod verbum prędictum ſubſtituo directam fideicommiſſariam poſsit importare, optimè facit. l. ff. ad Trebell. Sceuola. ſic etiam videtur intelligere glo. in d. l. præcibus. ſæpe alleg. licet voluerit notare differentiam inter ſubſtitutionem, quæ verbo communi fit temporibus pupillaris ætatis, & pubertatis expreſsis, quæ ſi tunc duæ ſint ſubſtitutiones, & ſubſtitutionē, quæ eodem verbo fit temporibus prędictis, non ſpecificatis. tamen quantum ad effectum inter prædicta nulla differentia videtur, nec vllo iure comprobatur: imò ſatis dici poteſt, quod in verbis ſubſtitutionis in themate propoſitis duo tempora ſub compendio complectuntur. Et pro hoc. l. ſuperius alleg. & ar. ff. quib. mo. vſufru. amit. l. ſicut. in prin. ¶ Ex præmiſsis itaque videtur concludi, quod cum verba in ſubſtitutione prędicta poſita etiam ex ſui natura ad directam ſubſtitutionem poſsint trahi, & in dubio interpretatio facienda ſit, vt ſubſtitutio ſit potius directa, quàm obliqua, ac mens teſtatoris non repugnet, ſed potius confirmet, excluſa matre ſubſtitutus in omnibus bonis ſit admittendus, ad quod facit ff. de le. 1. ab omnibus. in princ,

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Videtur poſſe dici. *Adde & vide quæ notaui ſuprà in conſ. 99. quoniam Oldr. ſibi nō conſtare allegatur. Et illud conſ. acceptatur cōmuniter hoc reprobato, ſicut Rota cenſuit Neapolitana teſte Afflicto in Deciſ. 367.*

De Procur. de confeſsis, & de condi. appo. & de verbo. ſign.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Procuratoris non nocet domino. & pluribus nume. ſequent.*
2 *Et de relatiuo quis vel qui.*

CONSILIVM CXXVI.

1 NATVRA† cuiuſque mandati eſt comprehendere non expreſſa, ſed expreſsis connexa: vt ff. de admini. tut. l. ita autem. §. ſi tutor. & l. tres tutores. circa mediū. ibi, niſi ſi quę talia ſunt, quę vel conſummationē cœptorū deſiderant,

vel ita coniuncta sunt, vt separari non debuerint. & de neg. l. eum actum. Et hæc annexitas interdum est ex parte ante, interdum ex parte post. & de vtrisque semper est idem iudicium, vt licet in mandato expressa non sint, semper tamen connexa intelligantur. De primis habetur. ff. de iurisd. om. iu. l. 2. de proc. l. ad rem. & l. ad legatum. communia prædiorum. l. refectionis, & de iti. actuq; priua. l. veteres. De secundis habetur. ff. de procu. l. qui procuratores dat. & de serui. rusti. prædio. l. 3. §. vlt. Et ideo, qui talia agit, dicitur iuxta mandatum agere, & est idem, ac si intra fines mandati ageret: vt ff. iu. sol. l. iam tamẽ. §. in hoc. Et ideo habens mandatum ad eligendum potest postulare, quia est ei proximum: vt extra de elect. c. in causis. & de renun. c. post translationem. Sed iste actus confessionum est coniunctus, & connexus ei, qui in mandato includitur, vt pote præambulum ad expeditionem mandati: vt ff. commu. diui. l. arbor. §. de vestibulo. ergo necesse est dicere sub mandato inclu-
2 di, & sic per Procuratorẽ talem posse expediri. ¶ † Secundo, quia quando sunt duo talia, quorum vnum de necessitate alterum, vt sui præambulum, præsupponit, statim, vno posito & alterum positum intelligitur: vt ff. de acqui. hær. l. illud. & l. nec. §. vlt. Sed expeditio mandati, quantum ad id, de quo quæritur, sequi non poterat, nisi constaret eum citatum ab homine, &c. ergo illud constare tanquã necessarium præambulum, non dicitur à mandato extraneum, sed in eo quadam iurisdictione inclusum, quasi incidens in expeditione mandati, sicut cognitio status, cum incidit in aliam causam expeditur per iudicẽ pedaneum, qui alias de causa status cognitionem non habet: vt C. de iudi. l. quoties. de ordi. iudi. l. 1. & arbiter. & delegatus de causa restitutionis cognoscit, cum in notionem suam incidit: vt C. vbi, & apud quos in inte. resti. pe. l. vlt. extra de in inte. restit. c. causa. & ibi no. Et Procurator petit restit. in inte. cum incidit in causam, absque speciali mandato: vt in præalleg. c. causa. cum tamen alias requiratur speciale mandatum: vt ff. de mino. l. si illud. §. si talis. Et iudex cognoscit, an sua sit iurisdictio: vt ff. de iudi. l. si quis ex aliena, & si quis in ius vo. non ierit. l. 2. Et præses prouinciæ, in qua quis vocatur ad munus, cognoscit, an vocatus incola sit in eadem prouincia, in qua vocatur: vt ff. ad muni. l. de iure in princ. Et hæc omnia contingunt, quia quæ incumbunt, aliter expediri non possunt: & quia talia incidentia non sunt omnino extranea ab his, in quæ necessario incidunt, sed ex illis oriuntur, & eis coniuncta sunt: vt C. de temp. & repa. ap. l. per hanc. & ff. de fun. instru. & instru. leg. l. cum delanionis. §. asinam. in ver. quod si enim. ibi, deinceps in infinitum proximus quibusque proxima capitula præcedunt, &c. Et sunt verba Ber. super præalleg. c. causa. extra de in inte. restitut. sed hæc omnia occurrunt in proposito ergo, &c. Nec est extraneũ arguere à iurisdictione iudicis ad mandatum procuratoris. sic enim æquiparat Compo. extra de restit. c. pastoralis. dum quærit, an acta per iudicem, cuius est reuocata
3 iurisdictio, teneant. ¶ † Tertiò confessioni administratoris statur, per quam detegitur rem eius alienationi subesse, cum alias ex sui natura, & iure communi non subsit, vt si tutor confiteatur rem debitã à patre pupilli: & tunc alienare poterit sine decreto, vt probatur ex cõiunctione legum. ff. de reb. eo. qui sub tu. vel cu. sunt l. magis puto. §. si pupil. & de admi. tu. l. quoties. §. sicut autem. Sic dico, quod confessioni
a Procuratoris statur, *a* qui quam detegitur rem intra fines mandati esse. Et per cõsequens subesse eius alienationi per deductionem in iudicium: vt ff. de iure deli. l. ait prætor. Sic & scriptus hæres datus tutor adeundo semetipsum tutorẽ facit, vel tute. suæ viam aperit: vt ff. de test. tut. l. tutores non ab hærede.
4 ¶ † Quartò, intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi. ff. de le. 3. l. cum filio. & extra de verb. sign. c. intelligentia. Aduertamus igitur causam, quare constituens talem procuratorem constituit, & certe vt vitaret pœnam contumaciæ. ar. ff. de neg. ge. l. 1. Et sic videtur eum constituisse talem, quod per huius constitutionem non fiat deterior conditio actorum: vt ff. ex quibus cau. in poss. ea. l. 2. §. defendi. Et per hoc videtur constituisse eum ad recipiendum probationes, in quibus probetur eum citatum ab homine, vel à iure, alias non videretur sufficienter defendi, eo quod actorem compelleret ad duo iudicia, qui deberet posse per vnum: vt ar. ff. de mino. 25. annis, cui fideicommissum. Sed sic est, videlicet quod persona erat habilis super hoc probationem recipere, puta per probationem citationis, & in hanc partem in iudicio faciebat, quod per tres personas requiritur: vt C. de asser. tol. vl. in fi. ergo impunibile. ar. in authent. de his, qui ingre. ad appe. §. pen. & not. super. l. 2. C. de iura. calum. & si punibile: ergo, &c. Præterea si datus est ad dissolutionem huius dubietatis, scilicet, an constituens sit citatus ab homine, vel à iure, quod nemo sani capitis potest negare, vnde in eius faciem posset produci citatio: ergo datus est ad interrogationes, & & responsiones, quæ possunt in huiusmodi ambiguitatis dissolutione contingere: vt ff. de procu. l. non solum, in princ. si sic habemus propositum, scilicet,
5 quod eius defensioni standum est. ¶ † Quintò, approbatio firmat iudicium: vt ff. de procur. l. licet. etiam tacita: vt ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus. Sed hic est secura illa tacita per hoc, quod non contradixit, cum contradicendi potestatem haberet: vt ff. de adopt. l. in adopt. ff. ad Macc. l. filius. furti aduer. nau. cau. stab. l. 1. §. vlt. de re iud. l. sæpe. & not. in l. Gaius de pign. act. Item quia taciturnitas non stetit in finibus taciturnitatis, sed habuit aliquid, quod est indicatiuum consensus sicut soluere aduocatis procuratoribus, &c. ar. ff. de inof. test. l. vlt. ad Macedo. l. sed Iulianus. §. pen. in fin. C. de condit. inde. l. debitum in 2. responso. ff. de euic. l. quidam ex parte. ff. de tute. l. si filius. rem ra. ha. l. Paulus. & ff. de diuor. & repu. l. vlt. cum si. ergo & si procuratorium non esset sufficiens iudicium tamen conualuisset per ratihabitionem sal-
6 tem tacitam, vt est dictum. ¶ † In contrarium relati-
b uum quem, & quod *b* adiectum in certo corpori facit conditionem: vt ff. de aur. & arg. leg. l. quintus. & de leg. 3. l. ea tamen adiectio. & de leg. 1. l. si ficut. §. 1. & ibi not. ergo cum dicitur ad omnes causas, in quibus constiterit, &c. hæc verba vim conditionis habent, id est, si constiterit. Sed omne, quod pendet ex conditione de necessitate præsupponit impletionem conditionis: vt ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. §. vlt. sed hoc mandatum ex conditione pendet, vt dictum est, ergo necesse est prius conditionẽ extare, quam mandatarius ad impletionem mandati accedat, sed si in casu proposito procuratoris confessio valeret ex virtute mandati, iam mãdatum haberet effectum, & duceretur in actum ante conditionem impletam, sed hoc est inconueniens, & falsum, ergo & primum.
7 ¶ † Secundò, qui innititur iuri in se ab altero proceden-
ti illius iuris ampliandi potestatem non habet: vt ff. de le. 2. l. cum ita legatum. §. 1. & de leg. 3. l. nomen debitoris. §. 1. sed procurator est huiusmodi, quia innititur mandato, & domino procedenti, ergo in eius potestate non est, quid in mandato claudatur: sed hoc cesset, si eius confessioni staretur: vt ar. ff. de reb. eorum, qui sub tu. vel cura. sunt. l. magis puto. §. si pupillus, de transact. l. cum hi. 3. §. si cum his, & ff. de tu-

& cur.

&cur.da.ab his.l.ſcire oportet.§.1.& de iura.calum. l.2.§.hoc etiam. & probatur bene hoc argumen.ff.ſi quis in frau.pat. l.1.§.vtrum autem. in ver.quid ſi in lite.& in frau. cre. l.3. in princ. ¶ † Tertio, condiſ tiones expreſsæ plus ſuſpendunt,quàm tacitæ,id eſt, quæ ſui natura inſunt etiam non appoſitæ: vt ff. de condit.& demon. l. conditiones extrinſecus. & not. ff. de pact. l. item, quia conuentiones. circa princip. ſed adminiſtrator, cuius poteſtas ex tacita conditione pendet, tacitam conditionem non implet, vt adminiſtrationi ſuæ viam aperiat,ſed datur alius ad implendum: vt ff. de teſta. tut. l. ſi hæreditas. & not. in eod. titu. l. ſi nemo. Ergo multò fortius expreſſum non implebit, ſed per illa verba, in quibus conſiteſ rit, &c. expreſſa conditio videtur adiecta, vt oſtenſum eſt in prima ratione,ergo eius implendi poteſtas procuratori non competit, ſed iuris impletio ab al9 tero expectatur. ¶ † Quartò,quoties mandatum certum eſt, à forma recedi non debet, vt textualiter legitur. ff. mandati. ſuper eo. & l. diligenter: ſed forma mandati non habet ad confitendum,ergo & confiteri non poterit, cum nec de ipſo cogitaſſe videtur, de quo, ſiue cui loquebatur: vt argumen. ff. de ſena. l.2. Et ſi dicatur, quod licet hoc in mandato non ſit, eſt tamen mandato proximum. Dico, quod proxima non ſunt eadem cum his, quæ propriæ ſunt, & in eandem obligationem,vel actionem non veniunt: vt ff. de fur. l. inficiando. in princ. & mandatum ſuper vno ad aliud tale non extenditur. Vnde iuſſus adire non habet poteſtatem bon. poſſ. petendi: vt ff. de acquir.hæred. l. ſi quis mihi bona. §.iuſſum. in ver.ſed 10 quid ſi mandauit ſecundum intellectum glo. † Quintò,iſta duo confeſsio & ſententia æquiparantur:vt ff. de re iudic. l. poſt rem iudicatam, ſed ſententia, qua pronunciatur eum, qui non eſt procurator, eſſe procuratorem, non præiudicat domino.argum.ff.de teſta.tu.l.iure noſtro. in 2. reſponſo. & ff. de collu. deregen. l. cum non iuſto. & not. per Compo. extra de reſcrip. c. ex literis. ſi non obeſſet domino ſententia: ergo nec cõfeſsio à paritate actuum arguendo, vt arguit lex. ff. ſolu. matr. ſi ſocer. in ſecundo reſponſo. cum multis ſim. Hæc dicta ſunt diſputationis gratia: decidat ſanctitas veſtra, quæ omnia habet in ſcrinio pectoris ſui, quid ſit iuris.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Statur. *De hoc articulo, vide infra conſ.263. col.2.*
b ¶ Quem & quod. *De relatiuo quis,vel qui,vide Bart. & alios .in l.Stichum, qui meus erit. de leg.1. Bart.in l.1. C. de ſum. Trin. Dec. col.261.col.2. ver. His tamen non obſt. parte 2. ſuprà conſ.73. col.2.*

De iureiurando,& de teſtamentis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator promittens,& iurans aliud non facere teſtamentum, poteſt illud mutare, ſi teſtator filios,& filias pro virili hæredes in teſtamento inſtitueret.*

CONSILIVM CXXVII.

a VISO inſtrumento pacti initi, a & ſtipulatione vallati per B. de S. Fœlicio cum R. & B. notario recipiente nomine, & vice G. futuræ vxoris dicti R. & intellecta q.qua quæritur,an dictus B. poſsit cõtra formam dicti pacti iurati 1 teſtari,ita quod teſtamẽtum teneat. † Breuiter videtur de iure ciuili dicendũ quod teſtamentum contra formã dicti pacti factum valebit, quia pactum ipſum, tanquam contra bonos mores, initum non tenuit, quia ſiue excipiatur negatiuè, vt quis non ſuccedat, ſiue affirmatiuè,vt ſuccedat, iura cenſent tale pactum non tenere. & de primo probatur. C. de colla. l. pactum. de inofficio. teſtament. l. ſi quando. §. 1. ff. de ſuis & legit. hære. l. vlt. de ſecundo probatur. C. de pac. l.pactũ quod dotali. & de tranſa.l.cum donationis. de pac. conuen. tam ſuper dote. l. hæreditas. de inuti.ſtipu.ex eo.ff.de verb.obl. l. ſtipulatio hoc modo. Si ſic conſtat iuramentum non validaſſe pactum: vt C.de legi.& conſtit. l. non dubium. ff. de pac.l.iuriſgen.§.& generaliter. & de le.1.l.ſi quis inquilinos. §.vl. & C.de nup.auth.quod eis. & not.in d.l.pactum quod dotali.C.de pac.nec renunciatio in inſtrumento contenta ad hoc aliquid operatur: vt C.de pa.do.l. conuenire. & ar.ff.pro ſoc.l.cum duobus.§.idem reſpondit ſocietatẽ. Et certi & determinati ſunt modi, quibus quis fit,vel eſt inteſtabilis: qui habentur inſti. quibus nõ eſt permiſ.fa.teſtamentum per totum. ſed ille non eſt de illis,ergo,&c. ar. l. patre. ff. de his,qui 2 ſunt ſui, vel alien. iu. † Præterea qua ratione pactum alicui factum de nõ vendendo rem ſuam alteri,etiam ſi eſſet iuramento firmatum, nõ poſſet impedire venditionem,& dominij translationẽ: vt ff.de pact.l.nemo.& C.de cond.ob cauſam datorum.l.ea. & ibi no. ergo multo fortius impedire non potuit ſoliditatem condendi teſtamenti,ſi id fieri contingat. ar. ff. communia prædi.l.vlt.& de hære.inſt.l.illa inſtitutio.iuramẽtum enim in ſpiritualibus interpoſitũ impedit effectum eius,quod fit contra illud: ſicut dicimus nõ tenere receptionem canonici contra numerum iuratum,ſed in temporalibus ſecus:vt extra de pręb.c.dilecto.& ibi not.per Inno.& hanc q. tetigit glo.13.q.2. vltima voluntas. Canoniſtæ verò dicunt de æquitate tale pactum propter iuramentũ ſeruandum,ar.extra de iureiu.c.cum contingat.& extra eod.tit.licet,li.6. & de pact.c.quamuis.& ar. eorum, quæ not. Arch.in c.1. de ſepul.lib.6. in glo.no.verba. Et ex his multi canoniſtæ dicerent teſtamentũ non tenere. ſic no. Spe. in tit. de inſtru. æditio. §. compendioſè. in ver. quid ſi quis iurauerit non contrauenire, & etiam poteſt colligi per ſcripta & per Hoſt. in ſumma de ſepul.§.an 3 licitum. in ver. quid ſi quis eligat. † Sed ſalua eorum reuerentia,quicquid de viribus pacti loquantur,non poſſunt dicere teſtamentum non tenere, vt ex ſuperioribus clarè patet,quia non reperitur in iure,quod periturus ſimpliciter ſit inteſtabilis: niſi forte quis dicere vellet, quod veniens contra pactum iuratum ſit infamis: vt C.de tranſact.l.ſi quis maior, & not.ff. de his, qui not. infa. l.Lucius. vt per hoc non poſsit eſſe teſtis in teſtamento, nec per conſequens teſtari: vt ff.de teſta. l.is,cui. & l.cum l. Vnde breuiter canoniſtæ tenerent teſtamentum non tenere legiſtæ verò dicerent, quod ſic, vnde conſilium meum eſſet,quod is, de quo quæritur, conderet teſtamentum, in quo filios, & filias omnes pro virili hæredes inſtitueret. Et hæc diſpoſitio eſſet conformis pacto, iuramento, & iuri communi, & omnem aliam reputo periculo non carere.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Pacti initi. *Iunge hic conſ. ſupra 114. & infra 160.*

De iud. de ele. & de maio. & obed.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus hoſpitalis Hieroſolymitani ex cauſa poteſt deponere*

ponere magistrum suum, maximè si confœderationem faciat cum inimicis fidei Christianæ, & potest alium eligere, quia maior est conuentus ipso magistro, & nume. sequent.

CONSILIVM CXXVIII.

QVONIAM ad inuestigationem efficaciæ cuiuslibet actus ex ordine prius est de facientis potestate perquirendum: vt ff. de confir. tu. l. naturali. §. si quęratur. & de test. l. si quęramus. Primò videndum est de potestate conuentus S. Io. Hierosolymitani respectu Magistri, an scilicet cęteris legitimè actis, tam ex ordine, quàm ex causa potuerit conuentus deponere magistrũ? Verũ quia qui veritatem causarum conijciunt, nõ facile ad culpam veniunt, si veritatẽ facti examinent in authent. vt defuncti, seu funera. in princ. colla. 5. & ex diuersitate factorum separatio iuris inducitur: vt C. si vnus ex pluri. app. l. 1. Aliqua, quæ facti sunt partim ex regula, partim ex antiquis obseruantijs ordinis, & sedis etiam Apostolicæ patientia, & appellatione communi descendentia permittunt, vt eis tanquã ex fundamento veri facti sufficientius, & clarius argui possit ad propositam quæst. & illa quidem sunt hæc. ¶ In primis quidem in regula hospitalariorum continetur, quod conuentus de omnibus causis pertinentibus ad res, vel ad personas possit reddere verum iudicium in suis capitulis, vel cõgregationibus eorum. Item statutis, & consuetudinibus eorum comprehenditur, quod magister debet iurare seruare statuta, & consuetudines, & regulam conuentus. Item quod deliberata, & ordinata per conuentum inuiolabiliter obseruabit. Item in pluribus capitulis conuentus taxauit potestatem magistri circa familiam, & expensas, ita quod non est sibi licitum excedere illam taxationem, nisi de voluntate conuentus: ita quod conuentus potest augere, & diminuere potestatem siue officium magistri, prout sibi videtur expedire. Item cauetur in eisdem, quod si magister faciat aliquod præceptum contra ius, & non velit reuocare, conuentus potest illud reuocare, & corrigere. Item conuentus ex consuetudine potest delinquentes punire, & pœnam iuxta qualitatem delicti imponere. Item si aliquis frater conqueratur de magistro, conuentus faciat ius inter magistrum, & conquerentem de eo. Item magister non potest recedere à conuentu sine licentia petita, & obtenta. Item contigit in quibusdam magistris ipsius domus, quod cum essent absentes absque licentia cõuentus, citabantur per conuentum, vt infra certum tempus eis præfixum deberent reuerti, vna cum comminatione tali, quod nisi reuerterentur, ipse conuentus ad electionem alterius magistri procederet, & ad depositionem, seu priuatione eorum. quidam magistri dubitantes de statu suo obediebant mandatis conuentus. Item accidit in dicta domo, quod quidam magister cum dubitaret de priuatione propter quædam quæ commiserat, renunciauit officio suo in manibus conuentus, quã resignatione facta, & recepta conuentus elegit alium in magistrum, cuius electio fuit reputata legitima. Item quicquid indistinctè facit conuentus, vel maior pars, illud debet obseruari per omnes, ac etiam per magistrum. Item magister non habet plus de prærogatiua, quam alius quiuis frater, nec in capitulo, nec in mensa, quantum ad vocem. Item solus conuentus ordinat, & disponit de negocijs domus sub nomine conuentus, & habet iurisdictionem in magistrum, sicut in quemliberalium fratrem. Item magister seruare debet statuta, & ordinamenta conuentus. Item magister, vt in pluribus, vocatur custos & seruus pauperum. Item sola electione facta de magistro per conuentum ipse magister consequitur administrationem, & suæ electionis confirmationem absque alterius auctoritate. Item ea, quæ in ordine committuntur per aliquem officialem, auctoritate conuentus puniuntur, & reparantur. Item in deliberatione habenda super quibuscunque negocijs domus, quilibet frater ad hoc vocatus dicit, quod sibi videtur, ac etiam magister, & tunc conuentus deliberat, & secundum illa consilia ordinat, & disponit, prout sibi videtur expedire: quæ ordinatio etiam per magistrum obseruari debet, imò etiam inuito magistro, & contradicente maior pars conuentus potest ordinare, & disponere, & magister tenetur illud obseruare. Item, si magister, vel aliquis Balliuus faciat clamorem, vel velit accusare aliquem fratrem, venit ad conuentum, & conuentus facit, sicut videtur sibi expedire. Item, si tractetur, quod aliquis frater fiat miles, magister hoc non potest absque licentia conuentus, vel saltem maioris partis ipsius. Item in pluribus capitulis generalibus cõuentus ordinauit, & disposuit circa officium magistri, & circa suam familiam. Item, si magister, vel aliquis balliuus, in officio præcipiat alicui fratri, quod sibi non videatur faciendum, Et ille frater petat super hoc verum iudicium conuentus, ille frater non tenetur sibi obedire, imò expectat iudicium conuentus, & illud obseruat. Item cum solus magister bullaret literas, quæ mittebantur, conuentus istud reuocauit, statuens, vt etiam de bulla conuentus bullarentur. † Ex prędictis itaque manifestè ostenditur, & probatur, quod conuentus habet potestatem deponendi magistrum. & primò sic: in regula eorum continetur, quod conuentus de omnibus causis pertinentibus, &c. quę verba latè patent, & iudicii comprehendunt, aptum tamen personis talibus. ff. de sta. homi. l. 1. de var. & extraord. cogni. l. cognitionum. & quia nulla fit personarum distinctio, sub tali effuso sermone magni, & parui, ac etiam ipse magister comprehenditur. instit. de iure natu. §. plebiscitum. ff. de his, qui notan. infa. l. 2. in princ. vbi appellatione exercitus continetur dux, & omnis ille, qui præest. ff. de verb. sign. l. familiæ. ff. de testa. tut. l. tutor incertus. §. 1. C. de digni. l. ius senatorum. lib. 12. extra de verb. sign. c. cum clerici. † Cesset ergo distinctio hominis, vbi non est distinctio legis: vt ff. de leg. præstan. contratab. bo. pos. l. 1. §. & generali. & de offic. præti. l. 3. & confirmatur bene hoc argum. extra de simo. c. vlt. quod etiam confirmatur sic: Quia, ex quo conuentus poterat reddere iudicium de omni re, & persona, & quicquid est in magistro, vt magister, est res, vt puta magisterium, vel persona, vt puta Titius, ergo cõuentus separationem talis, vel altari personæ poterit facere. † Sicut dicimus, quod actio mixta nõ facit membrum distinctum per se, sed est realis, quando competit pro rebus, & personalis, quando contra personam: vt not. instit. de act. §. 1. in glo. §. quædam. ar. C. de accu. l. qui de crimine. de repu. hære. l. vlt. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso circa fin. Et si dicatur, ergo inferior priuabit superiorem. Respondeo, non est verum, quia totus conuentus penes quem est potestas totius ordinis, superior est magistro, sicut apparet ex multis actibus superius descriptis, de quibus infra dicetur. Vnde interdum capitulum iudicat de decano, & eum corrigit, & punit, quia iurisdictio in tali casu est penes capitulum, quod est maius quolibet de capitulo, etiam maiore quolibet singulari: vt extra de offic. ordi. c. irrefragabili. §. excelsus. & ibi de hoc per Innocen. & glo. expresse per

Inno.

Inno. extrà de præb. c. cùm non ignores. Sic videmus expreſsè, quod pares curiæ iudicant de cauſa domini: quia quantum ad hoc ſuperiores ſunt ſui: vt in col. 10. cauſa feudi apud pares curiæ. c. 1. & de lege Con. circa princ. de prohi feu. alie. per Fede. §. præterea. ¶ † Circa quod etiam attendendum eſt, quòd quicquid habet magiſter in ordine, non habet per viam translatæ poteſtatis in ipſum, & ablatæ à conuentu, ſed per viam nudi miniſterij, & ſimplicis commiſsionis, iure penes conuentum remanente, vt ſtatim patebit, & eprout Richardus de Sancto Victo. in quodam libello nobis, declarauit. Sic etiam alias aliquando cauſa eſt penes vnum, & exercitium penes alium. vt extra de offic. ordinarij c. inter cætera. & ius vtendi & fruendi, qui eſt vſusfructus penes vnum, & vtendi commoditas penes alium. ff. de iur. doti. l. ſi vſusfructus. & ſoluto matrimonio. l. vſufructu. ſic aliquando iuriſdictio, & poteſtas eſt penes vnum, & exercitium penes alium. vt ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio. l. 1. circa finem. de iuriſdict. omn. iudic. l. ſolet. & not. extra de decim. quamuis. & ſi ſic, conſtat eum poſſe reuocari per conuentum, extra de ſtatu mo. cap. 2. & c. cum ad monaſterium. §. tales. de confirma. vtil. vel inutilita. ca. porrecta. † Quòd autem nudum miniſterium ſibi videatur eſſe conceſſum, apparet, quia ſine alicuius ſuperioris cõfirmatione, vel aliquo, quod confirmationis loco habeatur, adminiſtrat, quod nõ poſſet, ſi verum titulum haberet, quia talem adminiſtrationem intitulatam, qualiſcunque ſit perſona eccleſiaſtica, non adipiſcitur, etiamſi ſit ſimplex Canonicus, ſine confirmatione, vel aliquo, quod habeatur loco confirmationis, vt expreſsè notauit Innocent. Hoſtien. Ber. & Compo. extra de elec. c. tranſmiſſam. circa princ. & c. vlt. in gloſſ. quæ cadit ſuper verbo adminiſtrat: & plene traditur extra de præbend. c. eum qui. §. inſuper. libr. 6. & ibi not. Archi. † Nec propter hoc poteſt dici, quod habeat hoc de conſuetudine. ſcilicet, quod ſine adminiſtratione adminiſtret, & cenſeatur habere titulum, quaſi conſuetudo det titulũ, ſicut dat iuriſdictionem. C. de eman. li. l. 1. quia talis conſuetudo eſt de iure reprobata: vt extra de conſue. c. cum venerabilis. & not. Inn. in d. c. tranſmiſſam. Et ſi aliqui ordines hoc habeant, quòd ſine confirmatione hoc poſſunt, non eſt ex conſuetudine, ſed ex priuilegio ſedis apoſtolicæ, vt not. Comp. extra de conſue. cum venerabilis. Non ergo conſetudo fuit ratio, quare magiſter adminiſtret ſine cõfirmatione, quia cum ſit reprobata de iure, non eſt veriſimile, quòd Eccleſia Romana eam toleraſſet tanto tempore. ſed fuit ratio, quia habet nudam adminiſtrationem, non intitulatam, quæ poteſt per illum reuocari, qui conceſsit, per iura ſupra allegata & præſertim ex cauſa, & volente, & conſentiente magiſtro, vt fuit in caſu noſtro. nam cum frater Falco magiſter quõdam pluries fuiſſet requiſitus à conuentu, vt ad conuẽtum rediret, & cum commination̄e, quòd alias ad alterius magiſtri electionem procederet, reſpondit præſentibus procuratoribus conuentus ſponte, quòd nolebat eſſe magiſter eorum, & facerent magiſtrum, quem vellent. quæ verba, ex quo adminiſtrationem habent ex ſola electione conuentus, nec pendet aliundè, operantur de iure plenam renunciationem. nam iuri mihi acquiſito per electionem ſolam poſſum renunciare abſque ſuperioris auctoritate, vt not. extra de elect. cap. cum inter Canonicos. in gloſſ. ſed in veritate, &c. & de tranſlat. prælat. cap. inter corporalia. ibi, ſicut autem etiam nomen cuſtodis, quo ſe appellat, & ſic per ſedem Apoſtolicam nuncupatur cuſtos pauperum, vt probatur expreſsè ff. de inſtit. l. ſed & ſi Pupillus. §. ſed ſi alias. ibi, cum hic magiſter cuſtodis ſit loco, &c. & ſi dicatur, immò vocatur magiſter, dico, quòd hoc etiam ſonat nudum miniſterium, & quandam maiorem iniũctam ſolicitudinem in agendis, vt ff. de verb. ſignifica. l. quibus. præcipua. argument. quia ex ipſo nomine colligimus, quid eius importet officium. vt C. de offic. præfect. vr. l. 1. ff. de offic. quæſto. l. 1. ff. de adult. l. inter liberos. §. 1. item argum. quia cuſtos in iure ſumitur pro eo, qui nudum habet miniſterium: non autem aliquam dignitatem, vt no. extra de offic. cuſto. ca. 1. & ex his ſequitur concluſio manifeſta, vt cum ex ſolo conuentu, & à nullo alio ei cura, & officium huiuſmodi iniungatur, indè eis fiat curæ priuatio, vt in Authen. de defen. ciui. §. non habente. col. 3. Sic & magiſtratus antiqui à populo creabantur, & in manu populi ſicut ſuperioris renunciabant. ff. de ori. iu. l. 2. §. ſed cum placuiſſet, quod non potuiſſet fieri, niſi populus fuiſſet ſuperior, vt not. ff. de offic. præſi. l. legatus. extra de renunc. c. admonet. & iterum legitur populum Romanum ante translatam poteſtatem in principem exegiſſe, ideſt, expuliſſe reges, quos ſibi creauerant, nec reperitur fuiſſe reprobatum iure. in d. l. 2. de orig. iur. §. exactis demum regibus. Et ſi dicatur, ergò erit dare collegium ſine ſuperiori, & ſine capite, reſpondetur, quod non eſt de eſſe collegij habere prælatũ, nec hoc dicitur. ff. quod cuiuſque vni. no. l. 2. vbi ponũntur eſſentialia vniuerſitatis. & hæc fuit opin. Innoc. in c. cum non ignores. de præben. Et poteſt colligi ex notatis per eum extra de iure pat. c. poſtulaſti. & de exceſ. prẽla. c. dilecta. ſed talia collegia ceſſante exemptione habent ordinarium pro capite, exempti verò papam. ¶ † Secundò ſic arguitur. nullus inferior ſuperiori legem imponit, quia nõ habet imperium par in parem: multo minus minor in maiorem. ff. ad Trebell. l. ille, à quo. §. tempeſtiuum. de arbi. l. nam & magiſtratus. extra de maior. & obe. c. cum inferior. & Eſaiæ 10. ſcribitur. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur contra eum, qui trahit eam? & leguntur hæc. 21. di. c. inferior. adeo quod non poteſt conſuetudo in contrarium introduci, niſi fortè in notoriis, in quibus in noſtro caſu non fuit proceſſum, vt not. per Inno. & Hoſt. extra de offi. ordi. c. irrefragabili. §. pen. & tangitur per eoſdem extra de app. c. dilectis. & niſi in regularibus, vt infra dicetur: ſecundũ ſtatuta ordinis, & conſuetudines, conuentus facit ordinationes, & ſtatuta, quæ magiſter in ingreſſu ſeruare iurat. ergo apparet, quod conuentus eſt ſuperior ex eo, quod ei legem dat, aut ſaltem per tale ſacramentum in omnibus ordini ſe generaliter ſubmittit, quo caſu etiam ſuperior iudicatur ab inferiore. ff. de iuriſd. om. iud. l. eſt receptum. 11. q. 1. peruenit. ¶ † Tertiò ſic arguitur, conuentus poteſt augere, & diminuere poteſtatem magiſtri, prout ſibi videtur expedire, vt ſupra oſtenſum eſt, ex quo ſic arguitur. Duæ ſunt regulæ, vna qua cauetur, quod qui poteſt totum tollere, poteſt minuere. ff. de pac. l. iuriſgen. §. adeò. ff. de in litem iur. l. videamus. §. iurare, & econtra qui poteſt minuere, poteſt & totum tollere ſi hoc materia requirat. † Per iteratas enim minutiones conſtat ſæpè ad nihilum deueniri. hinc eſt, quod ſub verbo minus continetur nihil, vt ff. de ver. ſig. l. verbum amplius. & l. minus. Et minus tribui dicitur, cum nihil tribuitur. ff. de fide inſtr. l. amiſsi. ff. de tribu. l. illud. §. minus. & hoc expreſsè apparet in eo, quod ſcribitur in iure: expenſæ neceſſariæ dotem minuunt ipſo iure, & tamen ſi tantum ſit impenſum, quantum eſt fundus dotalis, etiam perimit. Nam tunc fundus dotalis eſſe deſinit. ff. de impenſ. in rebus do. fac. l. quod

12 dicitur.ff.de iure do.l.si is.§.vlt. † Et hanc significationem denotant illa verba in statuto comprehensa, prout sibi videbitur expedire, quæ verba latum habent significatum, videbitur, idest, videri poterit. ff. de sta.li.l. Labeo.Item verbum videbitur exponitur. idest,videri debet.ff. de fideicom.lib. l. Thais ancilla. §.soror. Hic autem fraterFalco quondam magister ex multis negligentijs, dilapidationibus, & enormibus criminibus, & vt non taceatur propter confœderationem factam, cum hostibus fidei Christianæ, qui omnem honorem excludunt, vt C. vbi senato. vel cla.l.1. de curio. & sta. l. per id tempus, de lucris aduo.l.3.non solum videri potuit conuentui esse amouendum.sed etiam videri debuit. & sic quod factum est,alias fieri potuit in virtute statuti ordinis approbati per sedem Apostolicam. arg.ff. de hæred.instit.l. asse.de legat.2.vnum ex familia. §. si de falcidia. & de manumiss. vindi.l. si pater.& est expressum.11.q.3.nemo contemnat.& not. per Archid.extra de constitut. c.vt animarum.li.6.Ista autem consequentia, quòd si conuentus potest diminuere ex causis,secundũ quod videtur expedire, & quandocunq; quod ex causa sufficienti contingẽte in totum possit tollere, sic potest probari. Ex quo non proponitur de parte certa, vel quota: & sic omnes partes stant vniformiter,& tracta tur de causis tangentibus totalem potestatem magistri: quia sunt sufficientes ad eius dispositionem: ergo qua ratione minuet vnam partem, eadem ratione & sic totum potest tollere. Vnde si vir leget vxori illam partem, in qua solebant habitare: quia pars illa discerni non potest,omnes partes veniunt.alias diceremus quod nihil veniet, quod habeat partem,sed omnes partes venient propter hoc,quod statutum est. ff.de leg.2.si lego tibi vinum, intelligitur de vino primi anni prẽteriti,quia cum alias tempus prẽteritum fuisset vniformiter spectaremus totum tempus,& sic esset processus in infinitum, vt ff. de vino,tri. & oleo leg.l.vetus. & l.se.si intelligitur.de ver.ob.l.eum,qui Kalendas.& hoc probatur per consequentiam logicorum. Nam quando ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis, consequentia est bona, vt probari potest.C.vnde legi.l.pen.de in integ.resti. l.vlt.in gloss. Modò detur oppositum consequentis: non potest tollere. ergo sequitur nec minuere. Et q; hoc sit verum probatur secundum Theologos, quia peccata venialia non possunt charitatem tollere,ideo non possunt minuere: Idem dicitur de pœna damnatorum: sicut potentia creata illam pœnam tollere nõ potest, ita nec ipsam minuere: quia si poneres, quod posset minuere,finaliter deueniretur ad annulationẽ totius. Etsi dicatur, non potest tollere, ergo nec minuere, nõ hoc sequitur,quia paterfamilias totum patrimonium non potest legatis exhaurire,quin seruetur quarta filijs,& tamen potest minuere vsq; ad legitimam. & idem opponitur de debitore qui alienat in frau.cre.Respondeo ista contraria habent locũ, quando potestas minuendi est limitata tempore, nec alias & tractatur de re finibili,& terminabili, sicut in casu nostro semper sequitur, si non potest tollere in totũ, ergo nec minuere. Et econtra si potest minuere,ergo in totum tollere. Vnde si opponamus, quod paterfamilias habeat filios ingratos, quia modo cessat limitatio diminutionis patrimonij,sicut potest diminuere, ita in totum exhaurire: vt not.C,de inoffic. do. l.qui
13 totas. & l. 1. † Sic dicimus quòd expensæ necessariæ minuunt dotem ipso iure: sed quia minutio non est de iure limitata,ideo sicut possunt diminuere, ita in totum tollere. ff. de iure dotium. l. si is.§.quod dicitur. & ideo dicit lex, quòd nõ passim permittendum sit tutori res pupillares diminuere, ne sic veniatur ad consumptionẽ totius patrimonij. ff. de reb. eorũ. qui sub tu. vel cu. sunt.l.magis.§.non passim. Sicut etiam maritus nõ potest minuere res dotales,ne mulier remaneat indotata, quasi diceret, concessa diminutione deueniretur ad erogationem totius, vt not. instit.quib. alie.li.§.item lex Iulia.sicut dicitur,quòd diminutio capitis accipitur pro degradatione, & abrogatione totius status.ff.de ca.dimi.l.fi. extra de accu.c. qualiter. ibi dicitur diminutionẽ capitis, idest, degradationẽ,&c. Et hoc maximè, quia ista potestas, de cuius diminutione tractatur, habet originem, & dependet à potestate ipsius conuentus. ar. ff. de neg. ge.l.diuortio.de priui.credi.l.2.ff.de iud.l. iudicium
14 soluitur. ¶ † Quarto arguitur sic.Superioris est priè inferiorum errata corrigere,hinc est quòd appel lationes,in quibus agitur de correctione prioris sententiæ,vt ff. de app. l.1.in princ.de minori. l. præfecti non fiunt ad minorem, neque ad parem. vt in d.l §.si quis in app. & in Auth.de app. & intra quæ tempora. §.illo videlicet.col.4.ff.de min. l. minor autem.cum ergo conuentus excessus magistri corrigat, vt supra dictum est,quare,&c. quam superioritatem etiam demonstrant iteratæ citationes factæ per conuentum de magistris se absentãtib.à conuentu,quòd redeant ad conuentum sub commination depositionis, nisi redirent, quæ comminatio non procedit, nisi abeo, qui habet potestatem infligendi pœnam commina-tam.ff.de custo.& exhi.reo. l. si quis.& de iure pa.l. 2.responso.de offic.præfect.vrb.l.1.§. Sempronius. & renunciatio facta in manibus conuentus per eum, qui dubitat se deponi, quę non potest fieri nisi in manus superioris,vt suprà dictum est, & non cuiuscunq; superioris,sed talis,qui habeat potestatem remouendi. extra de translat.præla.c.inter corporalia, & notaliter. Nam eadem potestas posset recipere resignationem, & posset deponere ex causa,vt ibi no. & ff.de offic.præsi.l.legatus. ¶ † Quintò arguitur sic.qui iudicat de alio contentiose,superior est ei,de quo iudicat: ff. de iurisd.omn.iud.l.vlt.& l.est receptum.ff. de tutor.& curato.da.ab his.l.1. in fi.& l. ius dandi. in vlt. responso.C.qui da.tu.possunt.l.neque, quia vt supra dictum est, non habet imperium par in parẽ, nec minor in maiorem. Vnde scriptũ est. Tu quis es,qui iudicas seruum alienum? domino enim suo stat,aut cadit. quasi diceret,non est propriè iudicium,nisi superioris in inferiorem suum.sed conuentus facit ius de magistro, aliquo fratre de eo quærimoniam proponente, vt apparet ex superius narratis in facto. ergo superior ei, de quo ius dicit. hoc etiã probatur, quia magister non potest de conuentu, recedere,nisi petita licentia, & obtenta à conuentu. licentiam nanque dare est propriè superioris, vt ff. de remi. l. officium in 2.responso.C.de commeatu.l.1.& de decu.l. si quis
16 decurio.lib.10. ¶ † Sextò videtur casus secundum intellectum Gof. extra de appel.ca.quia nos. & ibi not. expressè de hac quæstione per Innoc. & Hosti. in terminis nostris. scilicet de magistro templi, & hospitalis,nec quenquam decipiat argumentatio tracta à superioribus secularium clericorum ad habentes superioritates aliquas inter regulares, quorum facili & leui causa fit amotio, & in quibus facile amotionis consuetudo inducitur, & inducta seruatur,extra de app. c.cum speciali. in fi.de accu.c.qualiter.2.in fi. & de fimo.ca.per tuas. & præsertim in hospitalib.vbi magistri hospitalium propriè magistri nõ sunt,& titulum non habent,sed nudam administrationem,& temporalium duntaxat,nõ spiritualium, quia cum sint laici,illa in eis cadere non possunt,vt ℣. de elect.c.sacros. & c. Massana. de præscrip. c. causam quæ. nec per eorum mor-

tum mortem, vel amotionem inducitur vacatio, quia non est priuatio, vbi non præcessit habitus. ff. de verbor. oblig. l. decem. de condi. & demon. Titio. nec constitutio cupientes in eis locum habet: vt nota. de magistro templi, & hospitalis Bart. & omnes gloss. in d. ca. cupientes. ex quo patet solutio ad omnia argumenta, quæ possunt induci de habentibus spirituale iurisdictionem, seu prælaturam, quia spiritualia facilius construuntur, quam destruantur: temporalia verò econtra. extra de translat. prælat. c. inter cor poralia. ¶ Ex prædictis itaque manifestè patet, quod potestas conuentus cæteris concurrentibus se ad tanquam magistri, imò magis custodis, & administratoris simplicis secularis, & laici, ordinationibus, & statutis conuentus ex toto suppositi depositionem extenditur: imò quòd plus est, supposito, quod conuentus non habuit potestatẽ deponendi magistrum, & quod magister habuit titulum, vel dignitatem, tamen ex confœderatione, quam fecit cum inimicis fidei christianæ, ius, & dignitatem, si quam habuit, amisit ipso iure, cum hoc fecerit contra sacramentũ, & professionem suam, & in præiudiciũ totius ordinis, vt C. de dignoit. l. quoties. in fi. & ibi not. in glo. Sic etiam, quando aliquis incurrit infamiam ipso facto de iure, amittit ipso iure dignitatem, vt d. l. quoties. Et per consequens indistinctè concluditur cæteris legitimè concurrentibus, quod conuentus alium in magistrum potuerit eligere. addito argumento, quia vsufructuarius, qui non defendit seruum eo casu, quo tenebatur defendere, amittit ius suum ipso iure. ff. si ex noxa. causa aga. l. si cum vsufructuario. Ex tali vero potestate penes conuentum residente propter nonnullos excessus illicitos, & dilapidationem, & crimina enormia, quæ ob reuerentiam sanctitatis vestræ, & sedis Apostolicæ, ac etiam ob honorem totius ordinis suscitentur, & quia ea creduntur esse notoria, ac etiam sanctitatem vestram per certos inquisitores per vos Rhodum super hoc spiritualiter nuper destinatos esse creditur informatam, & de quibus procuratores conuentus parati sunt facere plenam fidem, ipsum fratrem Falconem quondam magistrum domus hospitalis conuentus sancti Ioan. Hierosolimitani legitimo processu contra eum seruato deposuit à cura, & solicitudine ordinis, & ex magisterio sibi incũbentib. ritè amouit, seu administrationem sibi concessam per eosdem idem conuentus reuocauit, & interdixit eidem. Quibus legitimè sic peractis idem conuentus fratrem Mauritium ritè, & concorditer, ac nemine discrepante virum vtique prudentem, prouidum, & toti ordini necessarium in magistrũ dictę domus elegit, & assumpsit, administrationẽ totius ordinis, & ea q̃ magistris solita sunt competere, cõmittẽtes eidem.

De locato, & conducto. & de emptione & vend. & de verb. sign.

SVMMARIVM.

Archidiaconus, quando vẽdit fructus sui archidiaconatus, vel locat illud, quod consueuit sibi dari in suo iucundo aduentu, non cedit emptori, vel conductori.

CONSILIVM CXXIX.

IN quæstione † qua quæritur: an illud, quod solitum est præstari Archidiacono de Campinia in Ecclesia Leodiensi in suo iucundo aduentu: veniat ad locationem fructuum archidiaconatus, de quo loquitur instrumentum exhibitum: dico, quod non: quia solum illud venit, quod debetur archidiaconatui: vt verba instrumenti ostendunt ibi: dum dicit: ratione archidiaconatus sui, &c. illud autem, de quo quæritur, non debetur archidiaconatui, sed magis personę archidiaconi. ar. ff. si quid in frau. pa. l. 1. §. pe. & hoc probatur sic. quicquid maritus seruum dotalem manumittens consequitur ex bonis liberti, restituit vxori: beneficium tamen quod in eum libertus contulit, in restitutione non venit: vt ff. sol. matr. 1. si verò. §. item quicquid. & pro hoc. ff. ad Trebell. l. debitor. §. fi. & verba contractus sunt referenda ad ea, quę certam formam erogationis annuæ habent, non incertam liberalitatis voluntatem. Vt scribuntur hæc verba in tex. ff. de annu. leg. l. Seio amico. §. medico. & multum refert inter præstationem, quæ debetur ratione ingressus: & aliam, quæ actum ingrediendi non respicit, vt colligitur ex solutione duarum legum, quæ inuicem contradicere videntur. ff. de vsufru. le. l. quæro. & de leg. 3. his verbis. §. alumno. & ibi no.

De procura. de senten. & re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum sicut morte constituentis procuratorẽ finitur, sic morte substituentis post litem contestatam, & nu. 2.*

4 *Item de duobus priuilegijs concessis à iure procuratori post litem à se contestatam.*

Item quando duo sunt constituti procuratores simpliciter, si vnus tantum altero non resistente prosequitur causam, valet per eum factum, maximè, si ille, qui constituit, non opponat, sed alter.

8 *Item appellatio facta per non procuratorem, potest ratificari per dominum infra 10. dies à tempore scientiæ, & nu. m. 12.*

13 *Et interlocutoria potest impugnari vel iustificari ex nouiter productis, si parti non potest aliquid imputari de oppositione ante sententiam.*

CONSILIVM CXXX.

OMISSA prolixitate facti, nisi quantum ad præsentem pertinet quæstionem, sciendum est, quod ratione cuiusdam contractus solenniter celebrati inter monasterium Censen. ex parte vna, & monasterium vallis magnæ ex altera super ecclesia de palatio, ad cuius resciſsionem monasterium Censen. contra fidem propriam, iuramentum, & confirmationem sedis apostolicæ subsecutam intendit, monasterio vallis magnæ volente illud, sicut debet, tenaciter obseruare, ortæ materiam quæstionis, & ad Romanam curiam deducta frater Deodatus procurator monasterij Censensis habens mandatum ad sustituendum, & reuocandum substitutum, substituit magistrum R. de Setia transferens in eum totaliter vices suas qui. R. mandatum assumens contestatus est litem datis articulis, & ad partes remisione decreta dictus magister. R. sic per contestationem dominus litis factus substituit, & constituit præfatum fratrem Deodatum procuratorem, qui mandatum assumens ad partes iuit, & prosecutus est remisionem. & tandem causa completa, & ad curiam remissa frater Deodatus ad aliquos actus processit, paucos tamen, dicto magistro. R. præsente, & dicente, quòd nolebat interesse prosecutioni causæ, & cum nouus procurator vallis magnæ. i. alius à primo, cum quo actum fuerat primum litigium, diceret processum nullum monasterij, dicens, quòd procurator Censensis excesserat fines mandati ei dati, mortuus

tuus est dictus R. & in iudicio nullitatis homini processum est cum dicto fratre Deodato vtente duobus procuratorijs: vno, quod habebat à dicto R. iam mortuo, de quo supra habita est mentio. & altero, quod habuit ab abbate solo sine conuentu, quod cõceptum fuit in consil. Viennensi. Pro parte vero monasterij vallis magnæ processum est in huiusmodi nullitate per fratrem G. qui habuit sufficientissimum mandatum, qui & postea in ipsa causa apud acta substituit magistros Pland. & quòd. de trebijs simpliciter, non dicto quemlibet insolidum. Et tandem causa super nullitate in relationib. posita, & super ea diutius disputato, dñs auditor tam ante relationes, quam post cum dicto N.° processit ad multos actus, licet faceret ad cautelam citationes fieri per audientiã de Abbate, & conuentu vallis magnæ. Et tandem dedit dicto N. terminum ad dicendum contra attestationes principalis causæ saluo iure nullitatis. Et hic dictus Nic. sentiens se grauatum, eo quod primus articulus nullitatis, tanquam præiudicialis, & plenè discussus terminari debebat, appellauit, & cã commissa fuit dom. Vitali de furno Card. & cùm deberet pronunciare exigente iustitia, & tollere grauamen, quod intulerat primus auditor, oppositum fuit, quòd appellatio interposita per N. non valebat, quia cùm haberet magistrũ P. de laude consocium, & collegam, nec esset dictum, quod quilibet eorum esset procurator insolidũ, vnus sine alio nequiuerat appellare per c. extra de procur. si duo. lib. 6. Et ex hoc motus domin. Cardi. pronunciauit contra partem monasterij vallis magnæ dicẽs appellationem non tenuisse, & condemnauit dictum N. tanquam procuratorem monasterij vallis magnæ in expensis, à qua sententia fuit per aliũ monachum procuratorem legitimum vallis magnæ legitimè appellatum. & tunc est vobis causa tam nullitatis, quam appellationis commissa, & coram vobis hæc omnia producta sunt. Et vltra producta est quædam ratificatio Abbatis, & conuentus vallis magnæ, per quam ratificauit appellationem per dictum N. interpositam,
2 & omnia acta tata cum eodem. † Modo ex prædictis quæritur, an sententia lata per do. Vitalem sit aliqua, vel nulla? vel si aliqua, an æqua, vel iniqua? & an ratificatio possit aliquid ratificationi appellationis prædictæ prodesse? & quod sententia domini Vitalis sit ipso iure nulla, apparet: quia acta est cum fratre Deodato, qui procurator non est, quod sic ostenditur, quia aut dicemus eum procuratorem ex virtute mandati, quod habet ex Abbate solo. & quod solus Abbas sine conuentu constituat procuratorem, hoc esse non potest, quia sine cõuentu facere nequit. vt extra de procurat. c. 1. & de rescrip. c. edoceri. & not. extra de iudic. causam quæ. Aut dicemus eum procuratorem ex virtute primi mandati, quod habuit ab Abbate, & conuentu, & hoc esse non potest, quia potestatem totaliter transtulit in R. qui factus fuit dominus litis per contestationem, & sic reuocari non potuit. vt ex-
2 tra de procurat. c. is, qui procurator. li. 6. † Nam potestas, quę datur procuratori ad substituendum, substitutione facta finita est, nisi in procuratorio addatur, & reuocandi, &c. ex tunc enim reuocare potest ante litem conte. sicut & dominus poterat, quia ipsa clausula reuocandi, &c. facit eum parem domino, quo ad hoc, ita quod sicut dominus ante litem cont. reuocare poterat, sic & procurator, qui habet potestatem reuocandi, quod facere non posset, si specialiter illam potestatem non haberet, vt in iuribus præalleg. Post verò litem contest. substitutum non potest substituens reuocare, quia dominus hoc non posset, & in hoc non est melior potestas procuratoris substituentis, quam domini, qui procuratorem constitutum re-

uocare non potest post contestationem, per procuratorem factam. vt ff. de procura. l. post litem. & l. seq. Præterea non apparet, quod R. fuit per fratrem Deodatum expressè reuocatus, quod fuit necesse, vt reuocatus diceretur, quia de forma mandati dati fratri Deodato per monasterium consen. fuit, quod posset substituere, & reuocare, & vbi forma data est ad aliquem actum, illa debet exprimi in dicendo, vt no. Innocent. extra de consuet. cap. 2. in gloss. 2, & sic non sufficit reuocatio procuratoris substituentis. Nec simile est in eo, vt in vero domino, qui tacitè procurarem reuocare potest, vt in ca. si quem. libr. 6. extra de procurat. & in alijs iuribus de tacita reuocatione loquentibus, quia domino certa forma data non est ab homine, nec à iure, quæ quo ad ipsum fit omninò exprimenda, sicut exprimi debet per procuratorem, cui à iure data est forma reuocandi, quæ tenaciter est seruanda, vt in capit. cum dilecta. extra de rescript. & in dicendo exprimenda, vt supra dictum est. Aut dicemus eum procuratorem ex virtute potestatis translatę per R. & hoc esse non potest duplici ratione. Vna, quia translata fuit in eum respectu certorum locorum, ad quæ fiebat remissio, sicut dicitur de legan te tesseram frumentariam, quia ad certum locum respectum habuisse videtur. & ideo alibi non præstabitur. ff. de iudic. l. sed & si susceperit. §. primo. & de
2 excusa. tutor. l. iure peritos. in fin. 1. respons. † Etsi in dicto procuratorio aliqua verba generalia videantur, arctationem tamen recipiunt ex designatione præcedentis loci. vt C. de transact. l. si de certa. & ff. de arbitr. l. si cum dies. §. plenum. Alia ratione non possumus eum dicere procuratorem ex virtute potestatis translatæ per R. in ipsum, quia substitutus procurator ex virtute substitutionis alium substituere nequit, quia talia non egrediuntur personam. ff. de condit. & demonstrat. l. qui hæredi. & instit. de stipu. ser. §. sed cum factum. ergo debet dicere, quod tanquam dominus litis effectus per litis contest. constituerit & sic alia potestas, & alterius naturæ ab illa, quam prius habebat, vt expressè colligitur. ff. ad l. Falcid. l. si à me tibi. Si enim est noua potestas, & altera à priore, sequitur, quod finitum sit tale mandatum mandatore, id est, R. defuncto, vt instit. man. §. rectè. C. mandat. l. mandatum. ff. mand. l. inter causas. in princip. & de leg. 2. l. cum pater. §. nemo. cum si. non obst. quod R. erat litem contestatus, hoc enim bene fecit eum dominum litis, & instantiæ, vt ff. de doli exceptione. l. si procurator. in tantum quòd potest alium procuratorem substituere. vt C. de procurato. l. procuratoribus. & mandatum ipsius, qui litem contestatus est, non finitur morte constituentis. vt C. de procurat. l. nulla. sed si virtute contestationis substituat alium, non est dubium, quod mortę ipsius substituentis finitur mandatum, siue substitutio. nec enim efficatius operatur, nec tenacius inhæret, vel diutius perseuerat mandatum, quod manat à procuratore, qui est factus per contestationem dominus, non rei, sed solius instantiæ, & non verè, sed sola iuris dispositione, quam illud, quod emanat à vero domino. sed constat quod si dominus rei post litem per seipsum contestatam procuratorem constituisset, & deinde quandocunque decederet, finiretur mandatum, quia nihil arbitramur interesse, vtrum ab initio, à lite iam cœpta lis transitum faciat ad procuratorem, sicut ergo finiretur, si constitutus esset ante litem contestat. & moreretur dominus ante litem per procuratorem de quo constat contestatam, vt ff. de iurisdictio. omnium iudic. l. & quia si.
3 † Etsi constituatur post litem per dominum contest. vt verificetur regula. C. de procur. nihil arbitramur &

mur. & secundum Io. quæ opi. hodie approbatur. extra de procu. c. 1. & ibi not. secundū Io. And. solus ergo actus contestationis dat ipsi cōtestanti duo priuilegia, scilicet procuratorē substituendi, & mandatum sibi iunctum, & etiam post mortē mandatoris exequendi: vt C. de procu. l. neq. in fi. & l. nulla. sed neutrum istorum transit ad eum, qui mandatum habet ab eo, siue qui ab eo substituitur, quia nō transiret ad eum, qui nō constitueretur à vero rei domino etiam post litem conte. † Et si dicatur, ad quem reuertetur ista potestas in casu nostro? respondeo ad verū rei dominum, id est, ad monasterium, vnde originaliter emanauit. Sicut dicitur, quod defuncto subdelegato, cui primus delegatus cōmisit totaliter vices suas, ex quo aliqualiter vsus est iurisdictione sibi cōmissa, iurisdictiō non reuertetur ad subdelegantē, sed ad fontem: vt extra de offi. dele. c. quamuis. li. 6. Et si in subdelegato non reuertitur ad subdelegantē, sed ad fontem, multo fortius procuratore substituto lite contestata per ipsum nō reuertitur potestas ad substituentem, quia facilius, & citius abdicat à se omnem potestatem procuratoris substituēdo, quam delegans subdelegando: vt colligitur benè extra de procurat. c. is, qui à procuratore. † Non obst. c. duo. extra de procu. lib. 6. quoniam ibi loquitur in pluribus procuratoribus, & socijs collegis insolidum simul datis cum clausula, quod non sit melior conditio occupantis: tunc enim si occupantem ipsum, qui virtute occupationis præferebatur alteri contra voluntatem constituentis impediri, vel infirmari contingat, absq; dubio alter procedit in causa, non virtute alicuius potestatis regredientis in ipsum, imò suæ propriæ, quam semper habuit, sed ligatam per pręoccupationem alterius: vt ff. de auto. tuto. l. & si in pluribus. & ibi not. extra de rescript. pastoralis. sed in casu nostro non sic. & colligitur ratio diuersitatis ex text. C. de cadu. tollen. l. 1. §. vbi autem legatarij. iuncto §. seq. qui incipit: Si verò non omnes. Non obst. si dicatur: quod frater Deodatus videatur, ex quo causa fuit ad curiam remissa, reuocasse magistrum R. quia reuocationi magistri R. non consensit, imo in iudicio protestabatur, & dicebat, quod volebat causam ducere, & cùm contestatus esset litem, ab eo inuito non poterat reuocari: vt ff. de procura. l. post litem. & l. quæ omnia. & extra de procur. c. quamuis procurator. Præterea frater Deodatus non habuit animum reuocandi, sed vtendi potestate, quam habebat in se translatam, & credebat, & dicebat per substitutionem de se factam per R. quod apparet, quia semper vtebatur, & hodie vtitur instrumento illius substitutionis. Vnde ex coniecturis apparet, quod reuocare volebat, & ideo reuocatio non est facta: vt extra de procurat. c. si quem ab ea forma. Præterea cum secundum quod dicit pars aduersa, omnis potestas R. translata esset in fratrem Deodatum, non erat aliquid apud R. quod per præsentiam fratris Deodati reuocaretur: & per hoc quod causam viuente R. in vno vel duobus terminis tractauit: non enim potest reuocari, sicut nec tolli, quod non est: vt ff. de iniust. rup. & irri. test. l. nam & si. ff. de condi. & de. l. si Titio. † Et sic breuiter concludendo ad istud. 1. dubium dicendū est sententiā, & quicquid actum est cum fratre Deodato nullum esse, & nihil valere de iure, quia inniti non potest mandato dato ab Abbate, qui solus hoc facere non potuit, nec potest inniti mandato dato ab Abbate, & Conuentu, quia potestatem illam transtulit in R. qui ex eo, & eius virtute litem contestatus fuit, nō potest inniti in eum translatę per R. potestati, quia localis fuit, & dato quod generalis extincta fuit, & est post mortem R. constituentis, nec inniti potest potestati per eum,

vt dicunt, tacitè reuocatæ: quia hoc ab initio R. fieri non potuit, nec reuocare voluit, nec penes eum R. erat, quod reuocari posset. Et sic omni consideratione reperitur frater Deodatus sine mandato, & quicquid actum est actum cum persona minus legitima
8 ipso iure nullum est. ¶ † Ad secundum dubium, dato sine præiudicio, quod sententia domini Vitalis fuerit aliqua, videtur manifestè dicendum, quod fuerit iniqua propter cuius declarationem attendēdum est, quod licet apud antiquos Doct. fuit quæstio, an ex pluribus simpliciter datis quilibet videatur insolidum datus, veritas tamen videtur fuisse & esse quod quilibet videatur datus insolidum ad similitudinem tutorum, & curatorum, & executorum, vltimarum voluntatum, & curatorum, qui dantur bonis, vt ff. de admi. tut. l. de test. §. 1. extra de testa. c. religiosus. lib. 6. & ff. de cura. bo. dan. l. curatore. §. si plures. Et probatur expressè in procuratore. ff. mandati. creditor mandatorem. §. duobus. & ff. de procu. l. qui proprio. §. fin. & licet opi. Azo. videatur in contrarium fuisse, hanc tamen opin. ius canonicū approbasse videtur, extra de proc. nō iniustè. & ibi no. in gl. B. quæ incipit: Sic ergo patet, in fi. & no. clarè in Spe. de proc. §. ratione, auth. formæ in ver. quid, si duo vel plures. & per Inn. & Host. in eo. tit. c. in nostra. §. ergo si duo. qui dixit de duobus procuratoribus simul datis, non adiecto insolidum, vnum sine altero non debere admitti ad exceptionem illam fecit procuratorium, scilicet, vt possit opponi tam per partem, quam per iudicem, de quibus exceptionibus habetur. ff. de prob. l. in exce. ff. de dam. infe. l. inter quos. §. alieno nomine, non autem mandatum debilitauit, quo minus videatur ad vtrunq; procuratoriū directū insolidum, sicut dicitur de milite, muliere, & similib. qui & si ad executionē mandati admitti non debeant, eis tamen admissis, quod cum eis agitur, bene tenet. ff. de proc. l. filius familiâs. §. veterani. & C. eod. tit. ita demum, sicut est etiam videre, quod ad causam criminalē admitti procurator nō debet ad plenam defensionem. ff. de pub. iud. l. pen. §. ad crimen. Et propterea Papa dicit, nec procuratorem eius in causa possemus recipere criminali: extra de accu. c. veniens. tamen si admissus sit, iudicium cum eo actum tenet: vt C. de adul. quamuis. & not. extra de iud. c. iuris esse ambiguum. li. 6. & videmus in seruo. qui ad supplicandum admitti non debet, & tamen si admissus rescriptū reportauit, tenet: vt C. de preci. impe. offe. l. vniuersis. non debet quęri, quid admitti debuerit. Sed quid si iudex parte consentiente admiserit? vt ff. de ædi. edic. l. quod si nolit. §. in factum. & dato, quod vnus sine altero non debet admitti, & quod factum cum vno, cùm posset rationabiliter impugnari, hoc haberet locum in eo, qui constituit, hoc potente, in cuius fauorem inductum videtur, quod vnus sine altero non admittatur, quasi de vno tantum confisus non fuerit: vt ff. de exerci. l. 1. §. si plures. & de institut. sed & si pupillus. §. si plures. & hanc rationem reddit Innoc. & Hostien. post eum extra de procur. c. in nostra. Alter autem, in cuius fauorem hoc dictum non est, hoc petere, vel negare non potest. argu. bonum ff. de iure do. l. si res. §. similiter. & not. ff. de do. l. eleganter. in prin. in glo. mag. Et potissimè ex quo in personam talis procuratoris, & per eum in personam domini illatum est grauamen, admitti debuit ad petendum releuamē grauaminis per interpositionem appellationis. arg. C. si per vim, vel alio modo. l. 1. &
9 ff. de cuic. l. minor. §. 1. cum ibi not. † Non obstat, quod dicit pars aduersa talē procuratorē admissum non esse pro eo, quod semper fiebant citationes in audientia, quia fiebant ad abundantē cautelam, non

ex neceſsitate, & omnes termini, & proceſſus fundabantur in perſonam N. procuratoris, imò nec fieri debeant citationes per audientiam, quia dum conſtaret auditori & notorium eſſet P. de laude, & N. procuratores eſſe prędentes in curia, ac per hoc conſtabat ei legitimam perſonam in curia eſſe ſaltem ambos ſimul iunctos, citatio per audientiam locum non habuit, quæ tenet vicem citationis per edicta, & qui citandi modus habet locum in ſubſidium prinsipalis, vel procuratore non inuento, vt in extrauag. decre. rem non nouam, quæ fuit Bonifac. VI. & nota. per Innoc. extra de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. cap. ſi
10 aduerſarius. † Non obſt. quod all. per aduerſam partem, quod ſpeciale eſt in cauſa electionis, & huiuſmodi, quod iudex poſsit vnum ex pluribus procuratoribus non inſolidum datis eligere: vt in prædalleg. c. ſi duo. §. ſanè. Et ſic dicunt in cæteris eſſe contra ius commune, quia bene fateor eſſe ſpeciale in cauſis electionis, & huiuſmodi, quod iudex etiam parte inuita, & procuratoribus ſimul ad cauſam venientibus, & neutro alteri deferenti, licet cauſam occupare volente, vnum prædeligere poſsit, quia regulariter eſſe non poteſt, cum procurator à iudice non procedat, ſed à parte: vt not. per Innoc. extra de procu. c. in noſtra. ſed nequaquã ibi dicitur eſſe ſpeciale, quod ſi ex duobus procuratoribus non inſolidum ſimul datis vno ceſſante alter veniat, vt proſequatur, quod actum eſt cum tali teneat, & ideo ad propoſitum non accedit.
11 † Non obſt. ſimiliter, quod allegatur de iudice delegato, & arbitro. ff. de re iudi. l. duo ex tribus. & ff. de arb. l. Pædius. §. 1. quia vendicat ſibi locum in perſonis, in quibus, & ex quibus totius negocij deciſio, & veritatis inquiſitio pendet. Et ideo vnus ſine altero negocium decidere non poteſt, vel in cauſa procedere, eo quod per ampliores homines perfectiſsimè veritas reuelatur: vt C. de fideicom. l. vlt. Et integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur: vt extra de offic. dele. c. prudentiam, circa prin. Procuratores autem tales non ſunt, & ideo argum. ad propoſitum non accedit. Et ſic expeditum eſt ſecundum dubium, per quod apparet ſententiam domini Vitalis Cardinalis ſalua ſui reuerẽtia fuiſſe iniquam, & eſſe. Et pro Deo attendatis vos domine Car. quod dominus Vitalis non reputauit N. fuiſſe, & eſſe ſufficientem procuratorem monaſterij vallis magnæ, & tamen cõdemnauit eum, vt procuratorem vallis magnæ in expenſis. Et ſic videtur fuiſſe contrarius. ff. quando app. ſit. l. ſi procuratorio. §. 1. & C. de mune. patrimo. l. profeſsio. li. 10. Item ex dicta condemnatione expenſarum apparet, quod monaſterium vallis magnæ fuit grauatum, & propter hoc bene appellatum, quia ſicut videtur, & colligere potuiſtis ex iuribus, & rationibus ſupra dictis, & ſubſequentibus, & diſcuſsionibus iurium factis, tam coram vobis, quam coram domino Vitali, & ex facto dato, & probato coram vtroque, apparet, quod monaſterium vallis magnæ iuſtam cauſam habuit, & rationabilẽ defendendi appellationem, & alia facta per N. coram domino auditore, & in tali caſu non cadit de iure condemnatio expenſarum, vt legitur extra de pœn. c. calumnia & de dolo, & contu. c. fin. & ibi per Innoc. & alios plenius per Specul. de expen. §. nunc de expenſis. ver. in
12 hoc autem. & §. nunc videndũ. circa princ. ¶ † Nunc tranſeamus ad tertium punctum, ſiue dubium, quod eſt de ratihabitione, circa hoc dicẽdum videtur, quod dato quod appellatio interpoſita per N. non tenuiſſet: confirmatur tamen per ratihabitionem ſecutam, & nunc in iudicio productam: vt ff. de appel. reci. l. 1. & ff. de iudi. l. licet. Non obſt. quod opponitur, quod rata debet haberi infra decendium, per l. ff. rem rat. h. l. bonorum, quia ſicut ad appellandum currit tempus ſolũ à tempore ſcientiæ: vt C. quomodo, & quando iu. l. ab eo. & de liberali cauſa. l. 4. ita & haberi debet rata intra decem dies, ex quo dominus ſcit appellationem interpoſitam, vel grauamẽ illatum, vt prolatum ex coniunctione duarum legum. ff. de acquirẽdo. l. ſi quis alicui. in fi. & C. de cura. furio. l. fin. §. tali. & ſic not. Compo. in c. ſtatuimus. extra de elec. in glo. qualiter probationes, &c. ſed Innoc. videtur notare contrarium. extra de elec. c. auditis. & quod not. extra de appel. c. appellanti. 2. reſponſo. in elem.
13 † Non obſt. quod dicit pars aduerſa interlocutoriam non poſſe iuſtificari, vel impugnari ex nouis per nota. per Innoc. extra de nou. oper. nuncia. c. ſignificanti-bus. quia ex nouis, in quibus poteſt litigatori culpa aſcribi: quia in iudicio non appoſuit illud, locum habet: ſed in nouiter ortis, in quibus nulla culpa poteſt litiganti aſcribi, non vendicat ſibi locum, quia in talibus nullus lapſus tẽporis nullus terminus viam præcludit: vt ff. quod cum eo, qui in alie. pote. eſt. l. ſi filius. extra de offi. deleg. c. inſinuante. & no. per Com. poſt. extra de elect. c. quod ſicut. Et potiſsimè, quando orta nouiter talia ſunt, quæ retro recurrunt, & præterita effectum ſuum extendunt, qualis eſt ratihabitio: vt ff. de pign. l. ſi fundum. §. 1. ff. de ſol. l. cum decem. §. 1. & ff. de iudi. l. licet. & C. ad Maced. l. fin. cum ſim. Item à veſtra memoria non recedat, quod quædam interrogationes datæ ſunt coram domino Onofrio auditore cauſæ per N. nec poſſunt impediri per rationes partis aduerſæ, quo minus fiant, quæ pars aduerſa dicit, quod iſta noua ſunt, & appellatio ex nouis extra acta iuſtificari non poteſt. & verè non poſſunt impediri, quia iſta non ſunt noua extra acta, ſed acta, & actitata coram domino N. & coram domino Vitali, & etiam petita, licet non redacta in ſcriptis, & quæ licet per ſcripturam actoris probari non poſſint, tamen probari poſſunt per alias legitimas probationes: vt not. per Innoc. extra de proba. c. quoniam contra falſam. in fin. & inter legitimas probationes interrogatio, & confeſsio annumeratur. ¶ Ex prædictis itaque manifeſtè concluditur, quod ſententia lata domini Vitalis pronunciari debet nulla propter defectum poteſtatis fratris Deo dati, quæ nulla fuit. Et dato ſine præiudicio, quod eſſet aliqua, pronunciari debet iniqua propter inſufficientiã N. procuratoris ad appellãdum, & ad remiſsionem iudicis, & partis, & ratihabitionem nouiter ſubſecutam. cætera ſuppleat veſtra paternitas reuerenda.

De teſtamen. & de verbor. ſignificat. Extra. ord. C. de impu. & alijs ſubſtitut. & ad Trebellian. & fam. herciſcundæ.

SVMMARIVM.

1. *Subſtitutio fideicõmiſſaria licet expiret mortuo fideicommiſſario, viuente hærede, tamen ſi teſtator inſtituit ſuliam ſuam, & eius hæredes ex corpore ſuo procreatos, venit no ſolum eius hæres vniuerſalis, ſed alij filij ipſius hæredis. & num. ſeq.*

CONSILIVM CXXXI.

QVIDAM habens tres filias, & duos filios, legauit cuilibet filiarum 50. libras iure inſtitutionis, quas cuilibet in dotem conſtituerat: vnum verò ex filijs vniuerſalem hæredem inſtituit, & ſubſtituit

stituit sub hac forma. Si verò prædictum Ioan. hæredem meum vniuersalem per me institutum sine hærede ex suo corpore legitimo procreato mori contingat, eidem B. filiam meam, & eius hæredes ab ea legitime ex suo corpore procreatos substituo. deincta B. substituta relictis pluribus filijs. sed vno substituto hærede vniuersali, qui vniuersalis hæres dictæ B. postea mortuus est superstite sibi filio, qui filius similiter mortuus est, nullo descendente relicto, sed superstitibus patruis, siue filijs quondam dictæ B. Modo hæres vniuersalis primi testatoris, scilicet Ioannes, qui adhuc viuit, sed filios non habet, quæritur, an valeat dicta substitutio, vel sit caduca: cùm prę mortua sit dicta B. soror sua sibi substituta, & eius hæres vniuersalis, & filius hæredis, licet adhuc viuant alij filij dictæ sororis suæ sibi substitutæ. Et si dicatur substitutionem tenere, quæritur de quanta parte bonorum Ioannes potest disponere. Item quis habeat portare onera debitorum, & legatorum primi testatoris. ¶† Ad primam quæstionem *a* videtur dicendum, quòd cum substitutio fuerit fideicommissaria, & per hoc extinctum sit fideicommissum in persona morientium fideicommissi conditione pendente, siue de vniuersali, siue de singulari fideicommisso loquamur: vt C. de fideicom. si in personam. de cadu. tol. l. 1. §. fin autem sub conditione. ff. de leg. 2. l. miles. §. 1. & l. vnum ex familia. §. rogo. in fi. de ali. & cib. le. l. quæro. de leg. 2. l. cum pater. §. hæreditatem, infrà de vul. & pup. substi. l. qui plures. & no. C. de his qui ante aper. tab. l. 1. tamen in personam filiorũ viuentium ex B. qui vocati videntur per illa verba: & eius hæreredes ab ipsa legitimè ex suo corpore procreatos, &c. vt ff. ad Treb. l. ex facto. §. vlt. extinctum non est fideicommissum, sed eius conditione stante, & grauato sine liberis moriente locus erit restitutioni legitimæ quartæ, & quartæ trebellianicæ secundum opinio. communem: vt C. ad l. fal. quanquam. vbi no. ff. de inof. test. l. Papinianus. §. si quis impubes & in aut. de hęre. & fal. §. si quis autem non implẽs, & hoc casu fructus medio tempori percepti non imputantur in legitimam, cuius detractio fit ex ipsis rebus hæreditarijs: vt C. de inof. test. l. sancimus. Nec in trebellianicam: *b* vt C. ad trebel. l. 1. l. iubemus §. 1. aliàs communiter imputentur iudicio testatoris: vt ff. ad treb. ex facto §. si hæres. & no. in d. l. Papinianus. §. si conditioni. Et per hoc patet responsio ad secundam quæstionem. ¶† Ad tertiã verò de onere æris alieni, & legatorum dicendum videtur, quod onus æris alieni pro rata retentorum, & restituendorum bonorum vtrunq; respiciat, quoniam & legitimam minuit: vt ff. de inof. test. l. Papinianus. ad treb. l. 1. De onere verò legatorum videtur dicendum, quod illud non minuat legitimam: vt C. de inof. test. l. quoniam. in primis, nec trebellianicam, hoc casu, præsertim nunc si sit in residuo, quod sufficiat ad legata: vt C. ad treb. l. vlt. & no. in eo. ti. l. 2. & ff. eo. tit. l. 1. §. vlt. & ibi not.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ad primam quæstionem. *Vide in hac prima quæstione Bertran. in consil. 272. Ponitur in facto. col. 3. volu. 3. qui pro se Oldr. hic, & alios alijs in locis allegat. Vide etiam Iaso. qui multa accumulat, in consil. 142. colu. 9. ver. duodecimo pro parte dominæ Luciæ vol. 2. Item Dec. cons. 480. col. 3. vers. venio ad secundum dubium volu. 4. Vide rursus eundem Bertran. in consil. 145. Ponitur in facto, quòd dudum. col. 2. volu. 1.*

b ¶ Nec in trebellianicam. *De hoc vide Alexan. in l. quod de bonis. §. Quod auus. Ad l. falc.*

De dona. inter vir. & vx. & de pac. & de iureiur. & de testa. Extraor. de fideicommissis.

SVMMARIVM.

1 *Pater, si tempore, quo dotat filiam, vult, quòd si illa moriatur sine liberis, reuertatur ad suos propinquos: ex tali pacto oritur actio propinquioribus, ita vt non possit tolli, nisi per stipulationem. & nu. seq.*

2 *Pactum de futura successione licet non teneat, tamen firmatur iuramento: & de verbis, dico me contentam, & pacatam. & nu. 9.*

3 *An pater possit dimittere in testamento filiæ suæ dotatæ, & renuncianti hæreditati paternæ aliquid cum grauamine restitutionis ipsius & dotis receptæ.*

CONSILIVM CXXXII.

TITIVS habens filiam B. nomine fecit illi donationem tempore nuptiarum sub forma, quæ sequitur. Ego Titius dono tibi filiæ meæ B. pro parte, & legitima tua omnium bonorum meorum, & eorum, quæ fuerunt matris tuæ, & Gul. aui tui 1200. morabatinos boni auri: quos quidem 1200. morabatinos tu iam dicta filia mea teneas, atque possideas toto tempore vitæ tuæ cum marito, cum infante, & in obitu tuo facias de me dietate voluntatem tuam. & alteram medietatem infantibus ex te, & viro tuo procreatis dimittere teneaaris. Si verò infantes vobis defuerint, vel infra an. 14. obierint (quod Deus auertat) ipsa medietas infantibus assignata mihi, vel meis propinquioribus reuertatur. Et post vnum annum dicta B. præfato Titio patri suo absolutionem fecit sub hac forma. Ego B. confiteor vobis domino Titio patri meo, quod de bonis vestris, & quæ fuerunt quondam matris meæ, & Gul. aui mei, dedistis mihi pro dote tempore nuptiarum 1200. morabatinos boni auri. Quia igitur pro eis pagata sum, & contenta de parte, ac legitima mea omnium nostrorum bonorum, & matris quondam meæ absoluo, diffinio, & remitto vobis, & vestris perpetuò bona paterna, & materna, & aliorum meorum mobilia & immobilia: ita quod in ipsis bonis paternis ego, & mei non possimus quidquam petere de cætero ratione partis, vel legitimę meæ, nec pro supplemento legitimæ, nec ratione legati, nec aliqua alia ratione, imò per me, & alios meos facio vobis, ac vestris finem perpetuum, & pactum de non petendo amodo quidquam de bonis paternis, & maternis, & auitis. Denique renuncians beneficio minoris ætatis, & restitutionis officio, & omni alij iuri communi, & speciali, quo minor potest iuuari, iuro per Deum, & hæc sancta Euangelia corporaliter à me tacta, quod contra dictam confessionem, & absolutionem, diffinitionem, & remissionem nunquam veniam per me, vel interpositam personam, aliquo iure, vel ratione, modo, causa, &c. & cuncta omnia supradicta, & singula rata, & firma semper habebo, & inuiolabiliter obseruabo. Et post hæc dictus Titius in suo vltimo testamento dimisit præfatę filiæ suæ iure institutionis bona quædã mobilia adijciens in testamento suo hæc, quæ sequutur. quæ bona prædicta legata, quæ dictæ B. facio, dimitto sibi iure institutionis pro legatis matris quondam suæ, & Gul. aui sui. Et in his, quæ

quæ ſibi dimitto modo,& cum illis, quę ſibi dedi tempore nuptiarum ſuarum, ipſam mihi hæredem inſtituo. Ita quod ſi dicta B. filia mea deceſſerit ſine liberis legitimis, totum illud, quod ſibi dimitto modo, reuertatur Luciæ filiæ meæ,vel hæredibus ipſius Lucię.&c. Quia in propoſito themate de triplici ſcriptura mentio habetur. De prima videlicet,qua pater donans filiæ dixit: ergo Titius dono tibi B.filię meę,&c. Et de ſecunda,qua filia poſt dicti temporis lapſum remiſsionem, & abſolutionem fecit per hæc verba: Ego B. confiteor vobis Titio patri meo, &c. Et tertia, qua pater condidit teſtamentum,& filiæ quædam legauit,& poſt hæc ſubiecit hæc verba, quæ omnia prędicta legata, &c. & quia ex iſtis tribus ſcripturis tota vis queſtionis dependet,de his agamus per ordinem.

1 † Et primò de prima: vtrum ſcilicet ex pacto ibidem appoſito, ſcilicet mihi vel meis propinquioribus reuertatur, &c. orta ſit actio proximioribus patris, & videtur quod nō: quia pater dotans filiam, & aliquid ſuper eius redditione ſimplici pacto conueniens, nec ſibi, nec alteri actionem quærit: vt C. de iure do. l. auia.& hęc eſt differentia inter patrem,& extraneum: quia extraneus incontinenti paciſcens quærit ſibi actionem præſcriptis verbis, quod non facit pater: vt ibidem not. C. de rei vxoriæ actione.l.1.§.accedit. & §.extraneum. ſed in contrarium videtur veritas, ſcilicet, quod ex dicto pacto orta ſit quædam actio præſcrip.ver. vt C. de dona.l.legem.& eſt caſus.C.de donat. quæ ſub modo. l. quoties. Nec obſt. l. auia. quia hic non loquimur de patre pro filia dotem dante, ſed de patre ipſi filiæ rectè donante, quæ multum differunt: vt apertè colligitur ff.de lega.2. l.cum pater. §. pater certam. & §. pater filiæ mancipia. vbi eſt caſus iſtius dubitationis,ſecundum quod legebat do.Dyn. Et dato quod de dote loqueremur, fortè refert, vtrū pactum dotis reſpiciens reſtitutionē præcedat dationem dotis, an ſequatur. ſiquidem præcedat, & tunc pactum appoſitum actionem inducit: vt ff.de pac.do. l.cum dos. circa princ. ibi, quanquam vt initio dotis dandæ,&c.quod verbum dandæ notat dationem futuram, aut poſt dotem datam, quo caſu, cum ex ipſa datione orta ſit actio iuris communis patri,& filię: vt ff. ſol. mat. l.2. actio ipſa nouari non potuit, niſi per ſtipulationem, quia nudum pactum regulariter non nouat, ſed ſola ſtipulatio: vt inſtit. quibus mo. tollitur obl. §. præterea.ſed vbi prędit,non habet neceſſe nouare, quia non præcedit aliqua obligatio, quæ nouetur: vt ff. de noua. l. quoties. §. ſed quid ſi ſub conditione. Sic & refert, vtrum tempus adijciatur ipſi ſubſtantiæ legati, an legato perfecto adijciatur ſolutio, quia in primo caſu dies incertus conditionem facit, in ſecundo non. & ideo in primo caſu impedit tranſmiſsionem: in ſecundo non impedit tranſmiſſionem,ſed ſuſpendit ſolutionem, vt colligitur ex ſolutione duarum legum, quæ ſimul contradicere videntur.ff.de leg.1.l.ſi cui.& de teſt. manu.l.ſi ita ſcriptum fuerit,quæ videntur cōtradicere legi.C.quando di.le.ce.l.ex his verbis. & ibi de hoc not. & hoc de prima ſcriptura, & ad quæſtionem petitam ex ea ſuf-

2 ficiant. ¶ † Nunc autem de ſecunda dicamus: circa quam notandum eſt, quod licet pactum circa futuram ſucceſsionem non teneat: vt C. de pact. l. pactum quod dotali. & de colla. l. pactum quod dotali. iure tamen canonico, ſi iuramentum interuenit, omnino ſeruandum eſt, *a* vt extra de pact. c.quamuis

a pactum. lib. 6. & etiam iure ciuili poteſt aliquid dari à patre filio, vt in legitimam computetur: vt ff. ſi à parentibus quis fuerit manumiſſus. l. 1. §. ſi parens. & ad l. fal. l. cum quæſtio. de pecu. §. vlt. ſed cum hic interuenerit iuramentum,non eſt quæſtio, quia neceſſe habet ei ſtari. Et notentur verba remiſsionis ipſius,in qua dicitur: quia igitur pagata ſum, & contenta de parte,& legitima omnium bonorum veſtrorum,&c. per quæ verba ſeipſam alienam reddidit ab vlteriori,ſeu maiori legitima, ſiue petēdo, ſiue etiam retinendo: quia dixit contenta, &c. vt habetur expreſſe.ff.de hære.inſti.l.qui volebat. & in authent. vt cum de appell. cog. §. hoc autem diſpoſuimus. col.5. Nec obſt. verba illa,ita quod in ipſis bonis, &c. quia poſita ſunt ad declarandum,non ad minuendum. Et ideò præcedentium ſignificatum non minuent: vt ff. de fun. inſtru.& inſtru.le. l.quæſitum. §.pen. & l. ſi mancipia.& de aur.& arge. le.l.pediculis.§.Labeo. & pro hoc.ff.ad Treb.l.deducta.§.pen. & ſic,cum per dictam ſcripturam ſe iam redderet alienam ab ampliori legitima, ſiue petendo, ſiue retinendo conſtat, quod iuramentum tam à petendo, quàm à retinen-

3 do repellit eam. ¶ † Nec obſtat, quod in confeſsione mentionem nō fecit de mille & 200. Morabatinis auri, & quia de pacto redditionis ſexcentorum Morabatinorum auri mentionem non fecit, quia benè fecit mentionem de datione facta,ſeu donatione in eandem collata tempore nuptiarum: Et ſic videtur feciſſe mentionem de omni eo, quod continebatur in eaſtit.de le.Aquil. §.hoc tamen capite. ff.de coniungen. vt ff.de teſta. tu.l.ſi hæreditas.§. qui filium. & hoc etiam inducit virtus ſubintellectæ repetitionis: vt incum eman.li.1.2.de pac.l. item,quia conuentiones.§.

4 vl. & hæc de ſecunda ſcriptura ſufficiant. † Nunc autem de tertia dicamus: circa quam videndum eſt, an teſtator videatur filiam inſtituiſſe etiā in rebus, quas ſibi dedit tempore nuptiarum, vt ſic eas habeat virtute inſtitutionis, non ex virtute in eam collatæ dotionis per illa verba in teſtamento prolata. Et in his,quæ ſibi dimitto modò,& cum illis, quæ ſibi dedi tempore nuptiarum ſuarum, ipſam mihi hæredem inſtituo,&c.Et videtur dicendum,quod ſicut ex illorum virtute verborum,& cum illis, &c. quæ coniunctionem rerum indubitatam inducunt: vt ff. de vſufru. leg. l.illi cum illo. & de leg.1. l. Titiæ textores. §. pe. imò videtur ibi geminatū coniunctionis ſignum: Sunt enim ibi duæ monoſyllabæ, ſcilicet &, & cum: quarum vnaquæque coniunctionem facit. De prima probatur.ff.de hære.inſtit. l.ſi ita quis hæredem. De ſecunda probatur.ff.de verb.ſign. l. triplici. & ſic ſuperueniente titulo fortiori inſtitutionis euacuatur primus,ſcilicet donationis, quæ irreuocabiliter non tenebat.vt dictum eſt ſupra,& pro hoc.ff.de hære.inſtit. l. ſeruus alienus. qui fideicommiſsis, & ff. ad l. fal. l. fundum.& pro hoc optimè facit.ff.de dote prę-leg. l. qui ita legat. Et ſi iure inſtitutionis habet in fideicommiſſariam reſtitutionem veniunt per illa verba,ita quod ſi prędicta filia mea,&c. vt id veniat in reſtitutionem, quod deductum eſt in inſtitutionē.arg. C. de impube. & alijs ſubſtit. l. 1. & id videatur tempore inſtitutionis datum, quod cum adimi potuerit, non eſt ademptum, ſed potius in reſtitutione deductum, vt ff.de leg.3. l.1.§. ſciendum.& ſecundum hoc, cum ſit locus fideicommiſſ. quo grauata eſt.filia, fiet reſtitutio omnium hæredibus Luciæ deducta legitima & Trebellianica, ſecundum ea, quæ notantur. ff. de inoffic.teſt.l.Papinianus.§. meminiſſe.in fin.& C. ad l.fal. l.quanquam. ſed circa hoc eſt attendendum, quod ſexcenti Morabatini remanebunt penes filiam pro dotali ſumma omnium vna cum vſufructu ſexcentorum vſque ad exiſtentem conditionē fideicommiſsi, quia à iurata taxatione legitimæ non eſt receſſum: de qua taxatione loquitur l.ff.de op. lib. l. ſi ita

5 ſtipulatio. † Nec eſt receſſum à virtute illorum verborum, quibus cum iuramento dixit, ſe contentam eſſe

esse pro omni legitima: ergo manet iterum illorum verborum effectus: vt ff. de adi. & transfer. leg. l. alumnæ. §. qui filias. & sic ratione legitimæ etiã hoc casu non plus habebit, quàm prius habitura esset, si res filiæ donatę non fuissent in institutionem deductę, & lebi donatę eidem in testamento. relicta autem iure institutionis venient in restitutionẽ Trebellianica deducta. nec est locus quærere, an in dote fieri posset fideicommissaria substitutio: quia non de dote, sed donatione quærimus, vt dictũ est supra, sed etsi de hoc quæritur licet videretur aliquib. substitutionẽ huiusmodi non tenere in dote, eo quòd in huiusmodi substitutione nonveniunt bona alia, quam quę à fideicommittente obueniunt: vt ff. de vulg. & pupil. sub. l. cohæredes. §. cum filiæ. & dos non videtur venire à patre fideicommittente, eo quòd dudum tempore dotis datæ de bonis eius absessit: vt ff. de col. dot. l. vl. & tamẽ verum est eam tenere, in quantum dos excedit legitimam: vt ff. de le. 2. l. vlt. §. filiæ. Si vero iure institutionis per supradicta non habet, sed remanet, vt prius, quęstio plana est. scilicet quod sexcenti morabatini in restitutionem veniunt per actionem præscriptis verbis, propter l. in donatione appositam, de qua supradictum est. q. enim non transfertur, iure pristino peti potest: vt ff. de vsu. l. si stipulatus. §. vlt. & legata venient in restitutionem ex virtute fideicõmissi iuncti, & forte nulla deductio fiet. quia filia, licet illa legata iure institutionis percipiat, nec testamentum per querelam expugnet: vt in Auth. vt cum de appell. cog. §. aliud quoq; capit. tamen vera legataria est: vt de hær. insti. l. quoties. & no. extra de test. Raynut. & legatario facultas deductionis non datur: vt ff. ad l. Falc. l. lex Falcidia si interueniat. §. vlt. & not. C. commu. de leg. le. 2. Et sic in summa non refert multum, vtrùm pecunia donata tempore nuptiarum veniat in institutionẽ, vel nõ: quia & si in institutionem veniat, institutioni subiacet, & legitima non augetur vltra taxationẽ iuratam.

6 † Et hoc videtur esse de mente testatoris, qui parantissimè curauit etiam alia filiæ in testamento relicta debere restitui hæredibus Luciæ, quibus etiam restitutio fieret secundum legẽ in donatione appositam. & pro tali coniecturata voluntate facit. ff. de testam. manu. l. si quis locuples. & de hæredi. instit. l. Lucius. & ad Trebel. l. hæredes. §. cum ita.

ADDITIO ANTIQVA.

a Seruandum est. *Nunquid pactum super futura successio ne valeat: & an firmetur iuramento? vide, quod eleganter consuluit d. Alex. in consi. 28. inci. ponderatis verbis. in 3. volu. & domi. Phi. Dec. in consi. 220. incip. in causa in 2. parte cons. & Bal. l. licet inter priuatos. C. de pac. & in l. fin. C. de pac. aduerte tamen quòd pactum factum de futura successione mortui, valet: vt voluit Bart. in l. 1. C. eo. & nunquid pactum de non succedendo firmetur iuramento, tradit idem Decius in consil. 31. incip. & pro tenui. in prima parte consiliorum. & d. Guido. Papa in q. 350. inci. vtrum renunciatio.*

De feudis, & confes. & de verb. significa.

CONSILIVM CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Recognoscens se tenere quicquid tenet in castro ab episcopo excepta certa domo, non per hoc videtur cognoscere feudum ab episcopo, nec dare sibi proprietatem, quam habet, quia illa exceptio non firmat regulam in omnibus generaliter, & confessio generalis hoc casu non nocet. & numer. sequent.*

FACTVM tale est. Dominus S. dominus Vticen. facit quandam recognitionem Episcopo Vticen. per hæc verba. recognosco à Vticen. episcopo, quicquid habeo in ciuitate Vticen. vel aliquis pro me, & teneo pro te, exceptis domibus, quæ sunt in loco, qui vocatur viguaria. Nunc quæritur an per recognitionẽ huiusmodi censeatur recognouisse se tenere in feudum à domino Episcopo iurisdictionem, quam habet in hominibus habitantibus in ciuitate Vticen. ita quod per hoc fuerit dicto episcopo, vel eius episcopis ius feudale in iurisdictione Vticen. acquisitum? Et videtur dicendum, quod sic, quia qui omne dicit, nihil excipit. Vnde cum verbum (quidquid) sit vniuersale, videtur dicendum, quod nedum alia, quæ dictus S. habet in ciuitate Vticen. sed etiam & iurisdictionem videatur tenere ab eo. Sed in contrarium videtur dicendum, videlicet quod per huiusmodi recognitionem non censeatur dictus dominus Vticen. tenere in feudum iurisdictionem, quam habet in hominibus habitantibus in ciuitate Vticensi, & hoc rationibus infrascrip.

1 ¶ † Primò, quia prout iure cauetur, cùm quis habens penum in locis pluribus legat penum indefinite, seu generaliter, & excipit vinum, quod Romæ habet: per exceptionem huiusmodi restringitur generalitas, vt censeatur legasse tantum penum, quod habet in ciuitate Romana. & ff. de penu legata. l. nam quod in fi. & sic præcedentia per subsequentia restringuntur, vt ibi nota. sic ergo est dicendum in quæstione prędicta. Nam licet dominus Vticen. generaliter recognouerit, quidquid habet in ciuitate Vticen. excipiẽdo domos, quæ sunt in loco vocato viguaria, censetur generalitas restricta ad res corporales, cùm domus sint res corporales. Vnde cum iurisdictio sit res incorporalis, quia tangi non potest. vt instit. de rebus corporal. & incorporalibus. §. incorporales. dici non potest iurisdictionem, quam dominus S. habet in hominibus dictæ ciuitatis, in dicta recognitione veniisse, seu comprehensam fuisse. Hæc ratio non videtur multum concludere, quia non est de natura exceptionis arctare generalitatem præcedentem, nisi in exceptuatis, imò in alijs confirmat: vt ff. de fundo instructo, & instrumento legato. l. quæsitum. §. idem respondit domo instructa. in Authentic. de non alienandis, aut permutan. rebus Eccles. §. vt autem

2 lex. & not. ff. de regul. iur. l. 1. in fina. gloss. † Non ob. l. nam quod. §. vltimo. quia illud non ita ibidem disponitur ex virtute exceptionis arctantis, sed propter obscuritatem locutionis quo casu debetur semper, quod est minimum: vt ff. de leg. I. apud Iulianum. §. socio. & de leg. minimis. & notatur in d. §. 3. nam quod. Si enim illud esset virtute exceptionis arctantis, arctatum fuisset legatum penoris præcedentis, quod sui natura comprehendit quæ sunt in esu, & potu. vt in eodem tit. l. 3. in princip. sed solum ad ea, quæ in potu consistunt, quia solum vinum excepit, sicut fit alibi. ff. de vi. tri. & oleo leg. l. vltimo. quod tamen ibi non dicitur, sed solum de arctatione loci dicit, quia circa illud tantùm locutionis obscuritas

3 vertebatur. † Item alia ratione, quia dicta recognitio fuit generalis, & generalitas parit obscuritatem: vt ff. de iur. fisc. l. ita fidei. & ff. communia prædio. l. in tractandis. cum si. constat autem de iure, quod in obscuris, seu ambiguis quod minus est censetur legatum, seu recognitum: vt ff. de reg. iur. l. semper in obscuris. cum igitur iurisdictio, maximè illa, quæ habet merum, & mixtum imperium, sit plus, quam sint


prędia vrbana, & rustica, non censetur per dicta verba generalia dictus dominus S. Vticens. iurisdictionem suam in hominibus habitantibus Vticę recognouisse. Sed rationem istam multum impugnat, quod obscuritas à recognoscente processit. Et ideò contra eum interpretationem recipit. vt ff. de contra. empt. & vend. l. si in emp. in prin. & no. ff. de pac. l. veteri. & expressè colligitur per gl. in præal. l. in tradendis. C. communia prę. Item alia ratione, quia dictus domin. Vticen. recognitionẽ faciendo prædictam recognouit, quod habebat iurisdictionem in ciuitate Vticen. constat aũt, quod iurisdictio exercetur in hominibus ipsius ciuitatis, non autem in ipsa ciuitate, sicut sunt homines in ipsa ciuitate, licet exerceatur in his, quæ sunt intra ciuitatem ipsam, sicut sunt homines in ipsa ciuitate habitantes, & propterea recognoscens, quidquid habet in ciuitate prædicta, non censetur recognouisse iurisdictionem, quę in ipsis hominibus exercetur. arg. ff. de leg. 3. ciuibus. Hæc ratio videtur tolli
4 per l. ff. præ. l. 4. † Item alia ratione, quia recognitionem talem faciendo, per quam recognitionem recognouit ab Episcopo Vticens. quicquid habebat in ciuitate Vticens. non adijciendo causam in ipsa recognitione, constat de iure recognitionem prædictam non valere, dictum'q; dominum Vticen. talem recognitionem faciendo nihil egisse, & eundem Episcopum per ipsam recognitionẽ nihil acquisiuisse, cum talis recognitio, seu confessio fuerit indiscreta, per quam dominium, seu ius acquiri non potuit episcopo memorato, vt C. de iur. & fac. ignor. l. cum falsa. & ff. de proba. l. cùm de indebito. §. fi. cum si. Hæc vi-
5 detur mihi fortis ratio. † Et addo, quia aut ista recognitio inducitur ad feudum per eam tunc inducẽdum, siue constituẽdum, aut ad probandum dudum constitutum. Primo casu nihil valet. certus est enim modus constituendi feudum, puta per inuestituram, vt in 10. collat. qualiter feudum acquir. non autem hæc fit per simplicem recognitionem, vt C. de li. causa. l. liber. & l. parentes. & l. interrogata. Et hæc fuit opin. Odofre. in lectura. C. de pac. l. traditionibus. Secundo casu similiter nihil valet, quia fuit totaliter incerta re & genere. Et sic non affert præiudicium aliquod, vt ff. de confes. l. certum in princ. Præterea non habuit causam, quod est necesse, vt aliquod robur habeat, vt probatum est per leges allega. in ratione, & est casus. C. de Apoca. publi. l. 1. libr. 10. quibus rationib. potest dici recognitionem prædictam non tribuere ius dicto Episcopo in iurisdictione, quam habet dictus dominus Vticens. in hominibus ciuitatis Vticen. Non obst. quòd facta fuit generaliter, & qui omne dicit, nihil excipit, vel excludit, quia illud habet veritatem, cum post verba generalia nihil subsequitur, quod præcedentia restringat, sicut fuit in recognitione prædicta, vt superiùs est probatũ, & cum generalis obligatio ex causa sufficienti ad obligandũ procedit, & causa sufficiens ad obligandum, seu ius in re constituendum præcedit, & exprimitur, quod in recognitionem factum non fuit. & propterea est inualida. quare ex ea non fuit dicto episcopo, vel eius episcopis ius aliquod, potissimè in iurisdictione prædicta, acquisitum.

De testamentis. extraordi. C. ad Trebellianum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius vniuersalis, et filius hæres, si non conficiunt inuentarium, tenentur satisfacere legatarijs, et creditoribus, non detracta Trebellianica, nec legitima. & numer. sequent.*

CONSILIVM CXXXIIII.

1 a 

SATIS † credo consonum rei, quod scriptus hæres a rogatus de restituendo vniuersum in diem, vel sub conditione, sponte adiens per omissionem inuentarij priuetur deductione Trebellianicę, & hanc rem ex omni casu etiam iniunctæ restitutionis conditione existente, vel die adueniente, mansurus est hæres saltem pro parte retenta, & pro ea parte creditoribus obligatus. vt C. ad Treb. l. 1. & etiam legatarijs in casu in eod. tit. l. 2. & ff. eo. tit. l. 1. §. fi. & quia sicut hæres priuatus fingularib. legatis per subtractionem rerum hæreditarium posset falcidiam inducere, ita & iste Trebellianicã. Cum enim fructus medio tempore ex rebus hæreditarijs percepti debeant imputari in quartam. vt ff. ad Tre. l. mulier. §. si hæres. & sic hæres subtrahendo res hæreditarias, quarum fortè fructus ad quartam sufficerent, induceret deductionem Trebellianicæ, quæ ali-
2 às locum non haberet. † Præterea scriptus hæres dicitur obligatus fideicommissario vniuersali ad reddendum rationem de bonis hæreditarijs: obligetur ergo legi inuentarij, vt facilior sit redditio rationis, & hoc legitur ff. de condi. & demonst. l. cum tale. §. 1. & per hoc etiam bene facit æquiparatio fingularium, & vniuersalium fideicommissorum, vt ff. si quis ob. cau. te. l. finium. §. 1. & de adimen. leg. l. 3. §. 1. Et tamen vt dictum est supra mansurus sit nomine, & re hæres, & saltem pro parte in partiario hærede ex inuentarij
3 locum habet. vt C. de iu. delib. l. vltima. §. 1. † Sed an filius per omissionem inuentarij perdat legitimam licet inuitus à glossatorum opinione recedam, tamen satis mihi videntur superius scriptæ rationes in contrarium cogere. Et ad hoc etiam multum mouet, quod legum latores volentes priuilegium legitimè demonstrare ipsam appellant, quasi æs alienum: vt ff. de inoffic. te. l. Papinia. §. si quis impubes. & de adop. l. si arrogator. §. 1. & not. ff. ad l. cor. de fal. l. si quis legatum. §. fi. sed æs alienum hæredi debitum omisso inuentario confusione extinguitur: vt C. de iure deli. l. vltim. §. in computatione. ergo & quasi æs alienum, vt legitima. Præterea tota lex vl. mixtim, & communiter videtur loqui in filio, & extraneo: vt in §. finautem dubijs. & §. sinuero postquam. ergo & sic intelligetur illa, quæ est in Auth. de hæred. & fal. quæ est facta ad adeundum: vt ibi dicitur in §. si verò non fecerit. & in eisdem psonis vendicat sibi locum: vt in Authen. de natu. fil. ante do. instru. natis. §. fin. Sed illa de hæred. & falci. condemnat hæredem ad dandum de suo proprio, si omittat confectionem inuentarij: ergo filium de debito bonorum subsidio.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Scriptus hæres. *Vide Bertran. in consi. 127. Non puto col. 6. num. 19. part. 3. qui refert hinc inde opiniones. Item Dec. in consi. 480. in vlt. col. num. 16. vol. 4. vbi inquit hanc Oldr. opi. videri magis communem, & subdit etiam id patere, nec à tali opi. esse in iudicando, consulendo ve recedẽdum, vide etiam Bar. in Authen. sed cum testator. in 3. col. nume. 12. C. ad leg. fal. & ibi Doct. in addi. Eundem Bar. in consi. 2. domino Ioanni Ardizini.*

De successionibus ab intestato. extraordi. autem, de hæred. quæ ab intest. & C. de coll.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd filia sit contenta certa parte, & vltrà non succedat, valet.*

Item dicit

Item dicit ibi, quòd etiam ab intestato non succedit, tunc nec potest petere collationem donationis fratris fieri. & numer. sequent.

CONSILIVM CXXXV.

FACTVM est tale. Quidam nomine G. habens filium & filiam: filiam in matrimonio collocauit, & dedit ei centum nomine dotis, processu temporis dictus G. dedit vxorem filio, & donauit ei donationem propter nuptias, & conferendo in eum vltimum iudicium mille libras post vitam suam, & ita attendere, & complere iurauit dictus G. ad sancta Dei Euangelia cum omnibus renunciationib. iuris. processu temporis dictus G. mortuus est nullo per eum condito testamẽto. modò venit dicta filia, & vult succedere ab intestato vna cum fratre sub æquis partibus in omnibus bonis, quæ dictus G. possidebat tempore mortis suæ, fratre dicente, quod nõ debet virtute cuiusdam statuti, quod pro lege seruatur in ciuitate, seu loco de Sinodrio, vnde erat dictus G. cuius statuti tenor talis est. Pater, qui maritat filiam suam, vel filias suas cum hæreditate oneris, vel honoris, vel hæreditatis eas cum onere, vel honore, postea non possunt illæ filiæ aliquid petere in bonis paternis, nisi pater eis dimiserit. Etsi pater habet magis vnum filium, & aliam filiam, quæ non sit maritata, & pater moritur intestatus, bona patris intestati remittuntur filio, & filiæ non maritatis, vel non hæreditatis æquis portionibus. Etsi moritur aliqua de maritatis filiabus, & hęreditatis à patre sine testamento, & hæredibus, bona eius reuertuntur communiter fratribus superstitibus patre iam mortuo. Et idẽ dicimus in matre, & eius bonis, &c. Item dicit dicta filia maritata, quod frater suus tenetur conferre in communi dictas mille libras, & ipsa dictas c. quas habuit pro dote, deinde diuidere omnia æquis partibus dicto fratre in contrarium asserente, quod non tenetur virtute alterius statuti, quod pro lege seruatur in Sinodrio, cuius tonor talis est. Dotes, vel hæreditates, vel propter nuptias donationes, vel sponsalitiæ largitas æquis passibus non ambulent, sed pro libito conferentium ex vtraq; vel ex vna sola valeant.† Quę ritur modo, quid iuris. *a* Pro fundamento dicendorum primò videndum est, an statutum, quo dotata filia à patris successione excluditur, nisi ei pater dimiserit, teneat? Et videtur dicendum, quòd sic per generaliratem regulæ positæ. ff. de iust. & iu. l. omnes populi. ff. commu. prædio. l. venditor. §. si constat. Etsi diceretur, est contra ius naturæ, quòd videtur filios ad successionem parentum vocare. ff. de bonis dam. l. cum ratio. & vnde liberi. l. scripto hæredi. Respondetur certam quotam filio deberi non est à iure naturæ, quòd apparet, quia variata: vt in Authen. de trien. & se. §. 1. & habetur hoc expresse in longobarda de successionibus l. pater familiam. & si hoc potest quancunque pacto inter priuatos inito induci, quod constat fieri posse, vt extra de pac. c. quamuis. libr. 6. ergo & l. municipali. vt C. de fideicommiss. l. vltim. in fi. quia & sic econtra regulariter esse: vt ff. de pac. l. non impossibile. Etsi ipsa filia in iure municipali à successione excluditur, frustra de collatione ei faciendą quæritur. Sicut enim non confert quis, nisi succedat, vt. ff. de col. do. l. pe. in fi. ita nec confertur eidem, nisi succedenti, eo quòd nulli alij, nisi succedenti, per alterius concursum irrogetur iniuria, vt ff. de coniug. cum emanci. li. l. 1. §. emancipatus. Et ex his patet solutio quæstionis.† Nec est necesse quærere, an datum filio propter nuptias veniat in collationem, quia & si esset vera donatio propter nuptias, certum est, quod veniret: vt C. de col. l. vt liberis, ibi nulla discretione intercedente, &c. Si verò collatum esset in supremum iudicium, vt hic, non conferretur: vt C. fami. hercis. l. filiæ. & no. C. de col. si donationes. sed hæc disceptatio cessat, quia non est persona, quę possit collationem petere, eo quòd impediente iure municipali (vt dictum est supra) cum fratre filia non succedit.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quid iuris. *Circa hanc quæstionem, nunquid legitima per statutum possit minui, vel tolli, iunge consi. suprà. 94. & 107. & quæ no. infra consi. 205. Tenetur cum Oldr. communiter, quòd sic. Vnde Maria. Soci. in c. si diligenti. col. 3. extra de foro compet. arguens à statuto ad pactum tenet valere quoq; pactum, si filius renunciet legitimæ. Non tamen valeret statutum, neq; renunciatio priuans filium, nè aleretur à patre, quoniam esset ab omni humanitate alienum, vt ibidem.*

De concessi. præben. & de rescrip. & de verborum significa.

SVMMARIVM.

1 *Tempus acceptationis currit, antequam expectans habeat literas expeditas.*
Et de virtute clausulæ anteferri. Et quod inhibitio non impedit ea, quæ sunt iuris, sed ea, quæ sunt facti, & de decreto irritante. & num. 2.
3 *Cum duo expectant præbendam, quam infra mensem duxerint acceptandam, secundus non potest in primo mense acceptare.*

CONSILIVM CXXXVI.

a QVOD ex productis, *a* & probatis plenè liqueat de iure do. G. de Baretho, ac per hoc debeat super præpositura Aduen. de qua agitur, tanquam reus, victoriam reportare, ostenditur sic. & quia tota ista quęstio in duas partes diuiditur. s. in ius partium, & obiectus. De iure partiũ prius est videndum, deinde obiectus poterunt facile
1 pertransiri. ¶ † Circa ius ergo domini G. est considerandum, quòd aliquando quis plenum, & merum ius habet, sed deficit probatio, vt ff. de testa. tu. l. duo sunt Titij. & superueniente probatione, & veritate apparente statur veritati, & cessat opin. ff. de æden. l. argentarius. §. vlti. de fur. l. quidam tabularum. 8. distin. c. veritate. In proposito itaq; attendendum est, quòd per literas domini nostri Ioan. Papæ 22. super venit probatio veritatis, & antiquæ gratiæ concessæ dicto G. per bo. me. dominum Clemen. sub data. 15. Kalend. Augusti pontificatus sui an. 8. cum decreto, quod decreuit irritum, & inane, si quid à quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari, & cum appositione mensis, & clausulæ anteferri: quòd autem litera prædicta domini Io. Papę de præfata gratia domini Clement. plenam probationem faciat de se, nisi aliter impugnetur, clarè patet, nec credo aliquõ probabiliter dubitare, vt C. de te. omnium. & extra de priuileg. c. si papa. & est hodie expressa constitutio Clementis extra de probatio. c. literis. Si autem de gratia domini Clementis Papæ appareat, sicut apparet, nulli dubium est dictum do. G. potius ius habere. habebat enim clausulam anteferri, quæ eum faciebat etiam prioribus tempore potiorem, vt C. qui
2 potio. in pig. ha. l. licet. † Et quamuis de virtute il-

lius clausulæ antiquitus fuerit dubitatio sicut not. Compo. extra de rescript. ca. causam, quæ. tamen hodie dubium non est tam ex forma iuris communis, quod prefert ex virtute clausulæ talem impetrantem omnibus, etiam auctoritate Apostolica expectantibus: vt extra de præbend. cap. quondam. lib. 6. quàm ex forma literæ expresse dicentis eum omnibus, præterquam auctoritate sua expectantibus, anteferri, quæ exceptio non esset bona, nisi de Apostolicis intelligeretur, quia omnis bona exceptio debet esse de regula, vt not. de re. iu. l. 1. & quia respectu aliorum hæc clausula etiam superuacua de iure communi apostolici alijs præferuntur, cessante etiam prærogatiua clausulæ. C. de aduoc. diuer. iudi. l. restituendæ & extra de præbend. capit. hi, qui. libro sexto. Cùm igitur tempore, quo decessit dominus C. de Linichone, iam dominus G. de Baretho haberet gratiam suam cum clausula anteferri, constat, quòd tunc secundum veritatem præferri debuit domino P. de Sinamor, qui expectabat de manibus domini Benedicti Papæ 12. & decretum appositum in gratia domini G. de Baretho ligauit manus cuiuslibet alterius, etiam ignorantis, vt extra de rescript. capitu. tibi, qui. de præbend. dudum. §. nos igitur. & cap. si postquam. & in cap. quia
3 cunctis. † Collatio itaque facta domino P. de Sinamutho, quam etiam per articulos partis diuersæ constat factam esse intra mensem à die mortis domini C. de Linichone, & sic intra mensem datum domino G. de Baretho, nulla fuit, quoniam tempus alterius pendebat, vt C. qui admit. ad bono. possess. possunt. l. vltim. ff. de lib. l. si filius. §. cum filius. & hoc operatur præfixio mensis, sicut olim not. Archidiac. extra de præbend. c. dudum. & hodie est expressum in decre. Clementis extra de concessione preben. cum ei, quem. in 2. responso. & decretum, & dictio interim, de qua habetur C. de dila. l. siue pars. & ff. de do. inter vir. & vxor. l. si & interim. in prin. & in c. mul-
4 tis iuribus. † Et illa verba scienter, vel ignoranter, quæ intentionem scribentis manifestè declarant, sicut habetur in c. quia cunctis. extra de concessio. preben. lib. 6. nec conualescere potuit per hoc, quòd do. G. de Baretho nō acceptauerit infra mensem sibi prefixum, quia cum nulla fuerit à principio (vt dictum est) ex postfacto conualescere non potest, vt ff. de liber. & posthum. l. si filius. & extra de præbend. si Clericus. & sic apparet, quòd collatio facta dom. P. nec à prin. nec ex postfacto aliquod ius illi tribuit. tempore ergo, quo prouisum fuit. dom. G. per executorem datum à do. Ioan. Papa. 22. res erat integra. & sic non obstan. temporis lapsu, ei potuit, & debuit prouideri. ar. ff. de iu. deliber. l. si quis suus hæres. de optio. leg. l. mancipiorum. & extra de præca. si tibi absenti. in fi. & not. per Archidiaco. eodem tit. cap. dudum. in fin.
5 gloss. quæ incipit. infrà eodem libr. &c. † Præterea per data, & confessata partis aduersæ apparet procuratorem domin. G. de eius mandato dictam præposituram acceptasse, nedum etiam, quia non debet ad negligentiam imputari, si non acceptasset, cum propter defectum probationis acceptatio fuisset infructuosa. ar. ff. quis ordo in bo. possess. seruetur. l. vltim. extra de elect. vt circa. ad fi. & principium cursus istius mensis, licet in literis Apostolicis contineatur à tempore noticiæ non incipiet statim cum do. G. sciuit, sed cum scientia per acceptationem vtilem, & efficacem ad prouisionem etiam consequendam exiuit in actum, quòd nusquam fuit propter defectum probationis ante literam domini nostri Papæ Ioan. & quod sic trahatur cursus temporis, etiam contra id, quod litera sonat, probant iura. ff. de iure do. l. tali facta stipulatione. de statu lib. l. 2. & l. si quis hæredi. & de conditio. & demonst. l. si in diem. in 1. & 2. respon-
so. Non obst. quod aduersarij dicunt nullum ius quæsitum esse domino G. per gratiam dom. Clem. dicentes, quòd ad ipsum dicta gratia non peruenit. per c. si tibi absenti. in princ. quia cùm ex litera do. Ioan. Papæ appareat petitionem fuisse oblatam domino Clepro dicta gratia impetranda: & extranea persona nunquam intelligenda sit in actu: vt ff. de verbor. oblig. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. credendum est in dubio dictam petitionem per dictum domin. G. esse oblatam, sicut & pactum in dubio intelligitur per eum appositum, in cuius fauorem cedit: vt ff. de contrahend. empt. & vend. l. cum manu fata. in secundo responso. & ibi not. si sic, fuit statim quæsitum ius dicto domino G. ex gratia ante dicta: quia cum gratia perficiatur vtriusque consensu, sufficit scripturam interuenire, etiam inter absentes, per quam de vtriusque consensu appareat: sicut est petitio, & subscriptio Papæ. vt ff. de actio. & obligat. §. consensu. & ibi not. de donat. l. qui mihi donatum. & C. de sacr. sanct. eccles.
6 l. illud. † Præterea nec expedit literas domini nostri Papæ Ioan. dicentis velle gratiam domini Clemen. à die videlicet. 15. Kalend. Augusti, qua concessa fuit, habere plenam roboris firmitatem, & illum effectum sortiri debere, quem haberet ab eadem die, si supradicta gratia concessa eidem domino G. sufficientes, & plenas Apostolicas literas habuisset, quod ergo habuerit, vel non habuerit, non est amplius disputandum: quia super hoc dominus Papa fingit, & contra fictionem legis animatæ, sicut nec inanimatæ, non est aliquid admittendum: vt ff. de adopt. l. his verbis. in
7 fin. & de rei vxo. actio. l. 1. circa princip. † Non obst. quod dicunt aduersarij literam domini nostri Ioannis Papæ obreptitiam esse, quia tacitum fuit de possessione dom. P. de Simiro, & de pendentia litis. primum quidem non obstat, quia litera domini Ioan. Papæ non est propriè gratia, sed probatio, & declaratio gratiæ antiquæ: vt ff. de test. l. hæredes palam. §. 1. de acquiren. rer. do. l. adeo. §. cùm quis. Et magis dicitur factum prædecessoris prosequi, quàm gratiam impartiri: vt extra de rescrip. super literis. 2. Non ob. secunda ratio, quia per inspectionem ipsius literæ apparet de lite Papam sciuisse, & mentionē fecisse, ibi, cùm dixit: & vna cum dignitate prædictæ Ecclesiæ aduen. super qua tunc litigabas, sicut adhuc litigas, &c. à liquidato itaque iure dicti dom. G. & manifestè ostenso quod dictus dominus P. nullum ius habet, conuertamus sermonem
8 ad obiectus. ¶ † Et constat dictum dominum P. ad obiectus aliquos admitti non debere, quia constat eius non interesse, & eum nullū ius in præposituram habere, quare eius articuli admitti non debent: vt ff. de bon. possess. secundum tabu. l. qui ex liberis. §. vltim. & ibi not. secundum intellectum Azo. & per Inn. extra de re. iu. c. cum Bertoldus. ad fin. immò fortè à tempore quo per literas domin. Inno. Papæ. innotuit præfato domino Papæ gratiam factam dom. G. incæpit esse intrusus: vt ff. de do. excep. l. 2. §. generaliter. & expressè. ff. depos. l. si quis in ficiatus. & de tributo. l. illud. §. si cuius. in versi. si tamen ignorans.
9 † Præterea articuli sui descendunt ex appellatione non sufficienter iurata, quia in iuramento deficit secundum se, quod iura videntur de necessitate requirere: vt in eodem. cap. vt circa. in c. is, qui contra certam. & in ca. procurator. Præterea obiectus ipsi sunt in appellatione minus sufficienter expressi, vt ex inspectione ipsius euidenter apparet. tres enim tantum sunt obiectus, de quibus in appellatione fit mentio, scilicet intrusio, & circa hunc aduertatur, quod dom. G. vtitur gratia à do. Cle. sibi concessa 15. Kal. Augu. pontificatus sui anno. 8, in appellatione autem, cum de intru-

de intrusione fit mentio, licet dicatur, quod intrusit se etiam ante creationẽ domini nostri Papę Ioan. non tamen dicitur, quod post tempus prædictum, scilicet diem 15. Kalen. Augusti. Et sic potuit esse ante gratiã, quod si fuisset, futuram gratiam non extinxisset. arg. ff. de condit. & demonstra. l. si Titio. & ff. manda. l. si mandauero. §. item cuius. Etiam si dicatur, quod ad minus inhabilitatem contraxisset: Respondetur, esto quod ita sit obiectus, remanet obscurus propter duplicitatem temporis, & effectus, qui secundum relationẽ ad diuersa potest esse diuersus, scilicet vel quæsiti iuris priuatio, vel inhabilitas ad quærendum: vt ff. de serui. vrb. præd. l. si seruitus. si autem sic, peccat in capitulum, vt circa. & sic omnes articuli super hoc fundati cadunt. ¶ † Secundus obiectus est de vocatione ad iudicium seculare, & in hoc similiter nõ datur, coram quo iudice, & ideo obscurus. Tertius est de obreptione, & ad hunc est suprà plenè responsum. quare cessantibus obiectibus ius dom. G. ex superioribus apparet liquidum, & manifestè concluditur repulsis articulis partis aduersæ pro ipso dom. G. debere diffinitiuam sententiam promulgari. Non obst. si dicatur, quod non apparet dom. G. inductum in possessionem ex collatione domini Episcopi à Trebaten. tanquam executoris: quia ad quærendum ius in re sufficit executoris collatio sine possessione, vt extra de concess. præben. lib. 6. Et cum hinc inde agatur petitorio, solum quærendum est, quis agentium potius in re ius habeat. proprietas enim ad se trahit possessionem: vt ff. de rei vend. l. officium. & extra de causa possess. & propriet. c. cum dilectus. † Non obstat, quod pars aduersa dicit, quod dominus G. se præpositum appellauit. Hoc enim non arguit intrusionem. cum enim facti sit, sicut & possessio, siue possessionis adeptio: vt ff. de acquir. possess. l. quemadmodum. & quibus ex cau. ma. l. denique. & extra de concess. præben. c. cum nostris. in summa possessionis non refert iusta, an iniusta sit: vt ff. de acquir. poss. l. 3. §. ex contrario. nec nudis verbis committitur, vt extra de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. c. 1. pro hoc bene facit C. de probatio. l. non epistolis. & l. non nudis. & ff. de proba. l. neque professio. & ff. de ædi. edic. l. bouem. §. 1. in fi. de verbo. signific. l. si fugitiuus. nec sola denominatio facit, & probat aliquem municipem: vt ff. ad muni. l. vlt. §. pen. & probantur hæc per ea, quę notantur per omnes extra de elect. c. auaritiæ. lib. 6. † Non obst. quod dicitur pro parte aduersa, quod in litera domini Ioan. Papę non fuit facta mentio de inhibitione, quæ facta erat per auditorem: aut enim iste obiectus fit, quasi concessio literæ domini nostri Papæ fit contra inhibitionem auditoris, & hoc verum non est, quia inhibitio prohibet solum ea, quæ facti sunt, non ea, quæ iuris sunt, & de iure fiunt: vt ff. quod quisq; iur. in alium statuerit. l. vlt. & not. per Innocen. extra de præscriptio. c. veniens. Aut fit ad reddendum literam subreptitiam, & similiter etiam non procedit, quia, vt dictum est supra, non est noua gratia, sed probatio antiquæ. ar. bo. ff. de minor. l. 3. §. Scio. & si dicatur, imò est gratia, quia executores sunt ibi dati, qui prius non erant. Respondetur, quod hoc non facit eam nouam gratiam, sed est ius commune executoris prioris. C. de diuer. rescript. & pragma. sancti. l. 2. in responso. & extra de rescript. c. literis. imò si veritas fuisset nota per cancellariam, non habuisset executores, ex quo apparet, quod non est gratia.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

2 ¶ Ex productis, *Huic cons. & seq. adde Spe. de actio. & peti. col. pen. num. 28. versi. Item qui optat. & ibi Ioan. And. in addi. in versi. obtinebit.*

De concessione præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium si plures sunt expectantes, quod infra mensem quisque eorum duxerit acceptandum, & vacat beneficium, si sunt impares, quilibet habet vnũ mensem, itaq; primum habet primus, & secundus habet secundum, si primus primum non acceptat.*

CONSILIVM CXXXVII.

1 PLVRES sunt in eadem ecclesia expectantes cum clausula, quam infra mensem à die notę vacationis duxerint eorum quilibet acceptandã. † Modo quęritur, an eorum quilibet secundũ ordinem impetrantium, ac impetrationum suarum habeat integrum vnum mensem? An vnus tantũ mensis omnibus detur, vt post vnius mensis lapsum à tempore vacationis prębendę omnes expectantes intelligantur excluſi? Et primò videtur, quod vnus mensis tantum omnibus expectantibus detur: hoc enim dici suadet ecclesiarum periculosa & vitanda vacatio. ar. extra de elec. c. vt circa. de appella. oblatæ. & de concess. præben. c. nulla. §. 2. Secundò hoc probatur sic: Pater, & maritus ad accusationem adulterij quodam ordine admittuntur, vt primò maritus: secundò pater admittatur, quia maritus maiori iure, & propensiori dolore vindictam prosequitur. Et tamen in iure dicitur, quod si vterque negligit, vtriq; tempora cedunt: vt ff. ad l. Iul. de adul. l. 2. §. vlt. & l. seq. & l. si maritus peruenit. circa princip. Tertiò videtur casus extra de consuet. cum in tua. §. vlt. lib. 6. vbi tempus 20. dierum datur omnibus canonicis ad optandũ, & licet antiquiores secundũ ordinem optandi habeant potestatem, omnibus tamen simul, & vniformiter tempus currit. Quartò videtur hoc hodie decisum, quia determinatũ est, quod mensis ad acceptandum currit à tempore notæ vacationis, & tunc iuris fictione dicitur esse nota, cum in ecclesia notæ est de concess. præben. cum ei in Concilio Viennen. Ex quo sic arguitur: tu si diceres, quod quilibet expectantiũ haberet per se mensem integrum, secundo, & tertio expectanti non curreret tempus à die notæ vacationis, sed secundo à die exclusionis primi, & tertio à die exclusionis secundi, & sic de cæteris, & hoc videtur contra mentem illius decretalis. Quintò adhuc videtur casus pro hac parte, quia omnes vocati ad successionem impuberis ab intestato, ab eius successione impuberis decedentis repelluntur, si interim ei tutorem non petant, & non videntur tot anni dari, quot sunt secundum ordinem graduum ad successionem vocati: vt C. de legi. hær. l. sciant omnes. 2 ¶ † In contrarium scilicet, quod vnusquisque habeat suum mensem integrum, probatur sic: Primò quoties sunt aliqui ad aliquid secundum ordinem, & successionem vocati cum temporis limitatione, in cursu temporis non concurrunt, sed vnusquisque proprium tempus habet, siue illud tempus sit à lege præfixum, siue ab homine prefigendum. De primo probatur. ff. de bon. poss. l. si plures gradus. instit. de bon. poss. §. pen. & C. qui admit. ad bon. poss. possunt. l. vlt. De secundo probatur. ff. de iure deli. l. si plures gradus. & melius. ff. de acqui. hære. l. quamdiu. §. fi. sed sic est in proposito, quia plures sunt successiuè impetrantes, & secundum ordinem

sunt vocati. ergo, &c. Secundò probatur sic: ad actum exercendum tempus nõ currit, nisi cùm potest actus liberè exerceri: vt C. de anna. excep. l. 1. §. vlt. de iure delib. l. vlt. & l. donec tamen. ff. de stipu. seruo. l. si seruus hęreditarius. & de iu. l. 2. §. in omnibus. sed intra mensem datum primo non admittitur secundus iuxta illud legale, & sine dubio, qui sequentis gradus sunt, non admittuntur interim. cum enim præcedit alia possessio, qui sequitur, accipere non potest: vt ff. de bonis lib. l. si filius. §. cum filius. ergo, &c. Tertiò, qui contrarium sentiunt, & omnibus expectantibus eundem mẽsem cedere dicunt, secundum & tertium impetrantes, & sic de cæteris, ad actum nugatorium, & omnino superuacuũ cogunt cõtra legem. ff. man. l. 2. in 2. responso, de pact. iurisgent. §. dolo. & de leg. Quod verò acceptatio secundi intra mensem primi sit nugatoria, inutilis, & superuacua probatur sic: aut acceptauit simpliciter, aut sub conditione, si primus non acceptaret. Primo casu non valet, quia acceptauit beneficium non sibi debitum, sed alteri. ar. C. de edic. diui. Adria. tol. l. 1. ff. de leg. 2. l. si quis seruum. §.
3 circa. & de ven. inspi. l. 1. §. pen. † Secundo casu simpliciter est inutilis, quia acceptatio conditionem actum suspendentem non recipit, sicut optio serui. vt ff. de re. iur. l. actus legitimi. & extra de elec. c. in collationibus. lib. 6. & tetigit Inno. extra de rescrip. c. in nostra. si sic est, habetur propositum, videlicet, quod sero impetranti primus mensis non currit. Non obsi dicatur, quod intra mensem primi etiam secundus acceptare potest, & ita demum tenebit, si primus non acceptet. Hoc enim ostensum est falsum esse propter ineptitudinem formæ acceptationis. Sed dato, quod verum esset, adhuc non curreret secundo tempus ad eam acceptationẽ faciendam, cuius efficacia ex alieno penderet arbitrio. & hic est casus. ff. quis ordo in
4 bo. pos. seruetur. l. vlt. §. 1. † Quartò Papa pro secundo impetrante reseruauit beneficium nulli alij de iure debitum, & acceptationem huius beneficij alteri de iure nõ debiti mensem adiecit, sed pendente mense primi impetrantis nõ poterit secundus impetrans non dicere beneficium liberum vacans, & alteri de iure non debitum, vt extra de præben. c. si tibi absenti. lib. 6. ergo pendente mense primi secundo tempus non currit, nec prius dicitur præscriptum, quam debitum, contra l. ff. de vsuca. l. iuste. §. si cum apud hostes. in 2. responso. Quintò videtur expressum, matri, & alijs ad successionem filij ab intestato venientibus datur annus ad tutorem petendum, vt non excludantur à successione impuberis decedentis, vt prælleg. l. sciant. C. de legi. hære. Et tamen non videtur, quod tempus pariter omnibus currat, sed secundum ordinem capitum, vt prius matri, deinde alteri capiti, puta agnatis. Et ideo in iure scribitur, quod exclusa matre propter tutorem infra tempus debitum non petitum agnati vocantur, quod non esset, si tempus pa-
5 riter omnibus cederet: vt ff. ad Tertul. l. 2. §. vl. † Nec est mirum, quod etiam inter eos, qui sunt in eodem gradu, sed non ordine, vt auus & nepos in successione filij, qui sunt habito respectu ad defunctum in eodem gradu, quia in primo, sed non in ordine, quia auus in ordine ascẽdentium, pendente causa filiorum patris intentio adhuc pendet: vt ff. de hære. instit. l. pater filio. Si pendet, ei tempus currere non potest, quia quod pendet, nondum est, quasi si fit. ff. de reg. iur. l. is damnum dat. §. quod pendet. & hoc videtur
6 vere, & de iure tenendum. ¶ † Ad contraria patet responsio. Et primo ad primum, quod fundatur in periculo diuturnæ vacationis, quia non est verisimile, quando tot sunt expectantes, quod vacatio possit vltra semestre tempus extendi, quod est tempus canonicæ vacationis: vt extra de concess. præben. c. nulla, quia non est verisimile, quod Papa pro expectantibus grauet ecclesias: vt extra de rescript. c. mandatum. & c. Abbatem. Et ad ea, quæ frequenter accidunt iura adaptantur: vt in authen. vt ma. debitrices, & credi. circa princ. & ff. de legi. & sena. consul. l. nam ad ea. & l. seq. Præterea contra hoc inuentum est remedium commode. extra de elect. c. nemo. Et quod superior possit de fructibus ecclesiæ interim facere deseruiri:
7 vt extra de app. c. peruenit. ¶ † Ad secundum de l. si maritus. respondetur, quod inter patrem, & maritum non est ordo vocationis, sed prælationis, non enim vocati sunt secundum ordinem, vt prius vnus dicatur vocatus, quam alter, sed omnes pariter vocati sunt, quasi ad executionem criminis publici. Et ideo omnibus negligentibus currit tempus: est tamen inter eos ordo prælationis, quia si ad accusationem concurrant, alter puta maritus, præfertur alteri, ex maiori coniunctione, & minori fraude præsumpta: vt ff. de accu. l. si plures. & de collu. detegen. l. vlt. §. vl.
8 † Ad tertium de ca. in tua. Respondetur, quod ibi loquitur de eodem tempore eadem. l. pluribus statuto, vt vni, puta toti. c. quando vnum tantum corpus repręsentat: vt ff. de fideius. l. mortuo. Hic autem loquitur de diuersis temporibus diuersis impetrantibus, & vt omnino diuersis, & per diuersas concessio-
9 nes præfixis. ¶ † Ad quartum de c. cum ei quem. respondetur, quod ibi statuitur tempus, à quo mensis ei, cui currit, incipit cursum suum, quia à tempore notæ vacationis verè, vel præsumptiuè, sed nequaquã dicit, quod cuilibet nota sit, currat. Sed quod nõ currat, nisi à tempore notitiæ, vt etiam hæc forma literg Apostolicæ determinat, qualis debet esse noticia.
10 ¶ † Ad quintum de. l. sciant. respondetur, quod illa ad propositum nihil facit, quia licet dicat, quod omnibus ad successionem ab intestato venturis datus est annus ad petendum tutorem, non dicit, quod omnibus vnus tantum datus sit annus. Sed ar. vl. pro contraria parte adductum arguit, quod cuilibet gradui vnus annus detur. Præterea dictum est in l. si maritus. quod in tali facultate petendi tutorem non est ordo vocationis, sed prælationis duntaxat: vt ff. ad Tertul. l. 2. §. si forte. & ideo ad propositum non est dict. in hoc igitur videtur veritas remanere, vt vnusquisque expectantium habeat vnum mensem.

De testamen. & de successione ab intesta. extraord. C. de libe. præte. & de codicil. & ad Trebell. item vnde vi. & de collat. ff. de tute.

SVMMARIVM.

1 *Legata nõ debentur, si existens in potestate testatoris præteritur. & num. seq.*
3 *Item per confirmationem testamẽti, in quo nepos suus præteritur in codicillis factã hæredes instituti in testamento tenentur restituere hæreditatem per fideicommissum, retenta sibi Trebellianica. & num. 4.*
5 *Filius si prohibitus occupare aliquam rem in testamento patris nullo occupet non cadit in pœnam ibidem appositam, quia videtur facere bono animo, vt restituat.*
6 *Item datum à patre filio suo tempore emancipationis venit conferendum.*
7 *Item tutela data in codicillis intestamento non confirmatis valet.*

CON-

CONSILIVM CXXXVIII.

THEMA tale est. Durandus habens quatuor filios, inter quos P. quem emancipauerat, ex quo retenti & constituti nepotes in ipsius D. fuerant potestate, testamentum faciens eidem P. emancipato vltra illa, quæ sibi donauerat, certas res iure institutionis reliquit, quibus voluit esse contentum. Alioqui si de iure, vel de facto in iudicio, vel extra aliqua ratione, vel causa controuersiam moueret in bonis ipsius, ipsum à bonis omnibus vltra legitimam excludebat, & volebat Ioanni & G. filijs suis applicari. Item B. & C. filios suos in certis rebus hæredes instituit, quibus rebus pœna prædicta voluit esse contentos. Item C. filium suum in omnibus alijs hæredem instituit vniuersalem, de nepotibus ex P. nulla in testamento habita mentione. Item in eodem testamento vxori suæ, & alijs multa legata reliquit. tandem ad mortem veniens codicillos fecit, in quibus testamentum confirmans per hæc verba testamẽtum, quod ante hos codicillos condideram scriptum manu talis notarij, & omnia, quę in eo continentur, volo habere omnino perpetuã firmitatẽ. legauit etiam alia eidem vxori, & eam liberorum suorum tutricem dedit. mortuo testatore dictus P. auctoritate propria domus paternæ sibi nõ rectæ possessionem intrauit hærede vniuersali, & matre eius fructuaria existentibus in eadem. ¶ † Ex prędictis quæritur primò, vtrum posito fine præiudicio, quod propter præteritionem nepotum in potestate constitutorum testamẽtum sit nullum, quantum ad institutiones filiorum, saltem legata in testamẽto relicta valeant? ¶ † Secundò quęritur, nunquid per confirmationem factam de testamento in codicillis hęredes in testamento diuersimode instituti ad partes sibi relictas veniant iure fideicommissi, retenta per quemlibet de ipsis filijs, tanquam ab intestato hęredibus, Trebellianica portione? ¶ † Tertiò quæritur, vtrum P. prędictus, qui auctoritate propria possessionem domus, tanquam hæres intrauit cõtra prohibitionem testatoris, & legis, puniatur: vt licet forte a-liàs duas quartas posset habere, nunc propter pœnam in testamento appositam non possit habere, nisi quartam iure naturæ, vel propter pœnam l. si quis in tantam. debeat carere vtraq; præsertim cum intrauerit dictam domum filio hærede vniuersali, & matre eius fructuaria existentibus in eadem? ¶ Quartò quęritur, vtrum dato fine præiudicio, quod dictus P. possit habere duas quartas, vel vnam, cõferre debeat bona olim sibi in emancipatione donata per patrem. ¶ Quintò quæritur, vtrum tutela in codicillis testamento non confirmato data valeat? ¶ Ad primã quęstionem videretur plerisq; dicendũ, legata, de quibus quæritur, deberi ex beneficio auth. ex causa, & quia per præteritionem nepotis in potestate retenti præsumitur testamentum nullum, non videtur, quod legata vllo tempore ab institutione penderint, & sic per seipsa detecta nullitate subsistant, ex beneficio dictæ auth. argum. ff. de iniusto, rup. & irri. fac. testa. l. nam, & si sub conditione. ibi, rumpendo autem, &c. Et hoc idem not. Azo in summa de inofficio. testam. Sed contrarium verius videtur, cõstat enim, quod iuxta antiquo, testamento nullo dicto per præteritionem existentis in potestate, res totaliter ad causam intestati reducitur. ff. de li. & post. l. vlt. neq; libertates, neq; legata debẽtur: vt ff. de iniusto, rup. & irri. testa. l. filio. neq; hæc iura corriguntur per auth. ex causa. in quantum de præteritione loquitur, debet enim intelligi de his, qui præteriti olim in rumpendo testamento, laborant, qualis erat emancipatus, qui petebat contra tab. vt ff. de bonorum possessio. contra tabulas. l. 1. Et præteritus à matre, vel linea materna, qui cum haberetur pro exhæredato: vt instit. de exhæreda. lib. §. mater. necesse habebat proponere quærelam: vt ff. de bonorum possessio. contra tabulas. l. post mortem. §. exhæredati. Et in eorum fauorem dictum est, quod causa legitima in præteritione non posita testamentum, quantum ad institutionem, est ipso iure nullum: & hi non laborant in petendo contra tabulas, vel proponendo quærelam. Sed in descendentibus per lineam masculinam in potestate constitutis præteritis nullum afferret commodum dicta authent. ex causa. quia omni tempore dicebant nullum testamentum sine imploratione alicuius extranei auxilij. Si ergo ex beneficio authenticæ tenerentur ad legata, ad quæ olim non tenebantur, vt ostensum est suprà, solum ad eorum incommodum esset authentica, & ad nullum commodum: hoc autem est contra mentem l. in authent. vt cum de appellatione cogno. §. si autem hęc omnia. vbi innuit authen. in fauorem filiorum factam. ergo locum habet in his duntaxat, in quibus institutio pro nulla habetur, & vltra iura antiqua nouum eis parit commodum, sed existens in potestate præteritus non est huiusmodi, ergo, &c. ¶ † Ad secundam quæstionem videretur fortasse aliquibus talem confirmationem non tenere, quasi non possit per codicillos testamentum confirmari: vt ff. de iu. codic. l. quod per manus. sed cõtrarium magis videtur, cum enim supponatur testamentum nullum propter prętericionem nepotis in potestate cõstituti, à toto principio nullum fuit: vt ff. de iniusto, rup. & irri. testa. l. posthumi per virilem. §. ex his. & de li. & post. l. si filius. & sic nunquam codicilli ab eo dependentiam habuerunt, vt in superiori quæstione dictum est. & sic tanquam per se subsistentes nullum vicium contraxerunt, vel contrahunt ex nullitate testamenti, ac per consequens nullius præteritione læduntur: vt ff. de iure codi. l. si quis cum testamentum. in 2. responso. & l. qui graui. & l. penul. Per confirmationem ergo Testamenti inutilis factam in Codicillis vtilibus, quę trahitur non solum ad legata in testamento relicta, sed etiam ad institutiones: vt ff. de lib. & posthu. l. posthumus. §. si paganus. & ad Trebel. l. si qui priore. ipsa institutio in codicillis facta videtur: vt ff. de hęre. instit. l. asse. & de condit. instit. l institutio talis. Siautem sic, constat ipsam ad fideicommissum trahi. a vt ff. ad Treb. l. Scæuola. & de le. 3. l. cum quis decedens. §. Seyam. & videtur apertè casus in tota ista quæst. 5 ff. de iure codi. l. 2. §. vlt. ¶ † Ad tertiam quæstionem videtur dicendum pœnam locum habere: vt C. de his, quæ pœnę nomine. l. vnica. Sed dicetur, cum prę-supponatur testamentum nullum, quomodo potest pœna tenere apposita in testamẽto, quod nullum est? vt ff. de his, quæ in testõ delen. l. proxi. Hoc tollitur per confirmationẽ factam, quæ sicut confirmauit testamentum, ita videtur pœnam, & omnia in ipso scripta (habilia tamẽ in talem confirmationem deduci) confirmasse: vt ff. de test. tutel. si hæreditas. §. qui filium. sed cum res sit in causa intestati, & omnes æqualiter ab intestato veniant, & sibi inuicem ex vi codicillorum restituant portiones eorũ cuilibet in testamento ascriptas ex notabili præsumptione credendum est P. non fuisse ingressum domum, vt sibi quicquam illicitè vsurpet, vel aliquid contra dispositionẽ testantis retineat, sed vt capiat, & restituat, vt tenetur: vt ff. pro so. l. merito. & de iniur. item apud Labeonem. §. si communem. & de seruo corrup. l. si quis 6 seruum, in 2. responso. ¶ † Ad quartam quæstionem videtur

videtur dicendum, quod data filio emancipationis tempore veniant conferenda tam iure codicis: vt C. de col. l. vt liberis in fi. quam authenticorum, per authen. ex testamento signatam super l. 1. eod. tit. Et si
b dicatur simplex donatio *b* est, quæ secundum Io. non confertur, vt ibidem not. respondetur non est, imò
c videtur in dubio datum ob causam. *c* scilicet, vt se patiatur emancipari, cum enim non possit emancipari inuitus, vt in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. generaliter. & C. de eman. lib. l. iubemus. quod ei datur tempore emancipationis, videtur datũ ob causam prædictam, vt scilicet patiatur se emancipari. arg. ff. de do. inter vir. & vxo. l. quæ causa. & extra de elect. c. officij. vel post emancipationem, cum tamen tempore emancipationis actum sit, vt detur. arg. ff. de sol. l. Modestinus. Secus autem in donatis simpliciter, & ex interuallo. Quod probatur tali ratione: Si pater, qui non compellitur filium emancipare: vt ff. de adopt. l. non potest. & vt eum emancipet, aliquid à filio recipit, cõputat sibi in legitimam: vt ff. si à parente quis fuerit manu. l. 1. §. si parens. Ergo & ècontra filius, quod recipit emancipationis tempore, vt patiatur se emancipari, computabit in legitimam. Si sic, ergo confertur: vt C. de col. l. illud. Item attendatur circa hoc, quod lex, vt liberis. loquitur etiam de datis ob causam, & inter illa enumerat data emancipationis tempore.
7 ¶ † Ad quintam & vltimam quæstionem videtur dicendum, quod non valet: vt ff. de testa. tute. l. 3. Sed magis videtur, quod teneat, quia hodie semper intelliguntur codicilli confirmati: vt institut. de codic. §. nõ tantum. & cum nullum factum sit testamentum, vel tale, quod pro nullo habetur, nihil desiderant codicilli, sed vicem testamenti exhibent: vt ff. de iure codi. l. ab intestato.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Fideicommissum. *Quia quod hic dicitur pertinet ad materiam clausulæ codicillaris, iunge hic, quæ not. infra in cons. 149. & 171. Et vide in tali materia Bar. in l. ex ea. §. 1. de testa. in l. Quia aut. si quis omissa. causa test. in l. Posthumus. §. fin. de iniusto, rup. & irrito testamento. in l. 1. de iu. codi. & in auth. ex causa. C. de lib. præte. Bald. in d. l. ex ea. & in d. aut. ex causa. Castr. in l. 1. in fi. C. de posthu. hæred. instit. Alex. quem omnino vide (explanat enim breuiter, & lucidè hanc materiam) in l. certi. C. de testamento milit. Et in cons. 26. vol. 1. Conclusio est, quod hæc clausula testamento inserta operatur, vt venientes ab intestato censeantur per fideicommissum grauati de restituendo hæredi scripto, quatenus ille ex testamento capere nõ possit eo quod inualidum sit testamentum. Et idem est de codicillis separatis à testamento.*

b ¶ Simplex donatio. *An donatio facta simpliciter filio emancipato debeat conferri, vide Bart. & Doct. in aut. Ex testamento. C. de coll. Communis opi. est cum Bar. vt conferatur: Teste Alexan. ibidem in additio. An verò donatio facta simpliciter filio, qui sit in potestate veniat conferenda, habes infra, consil. 151.*

c ¶ Datum ob causam. *Hæc etiam fuit opi. Nic. Ma. quem Bart. reprehendit tenens, quod donatio facta filio tempore emancipationis simplex fit, & ideo conferenda. in l. vt liberis, in fin. C. de coll. & ibi vide, quæ faciunt ad materiam, notata remissiuè in additio.*

De donation. de causa possess. & proprie. & de condi. appo. & de verb. sign. extraordi. C. de acqui. pos. & ff. de præscript. verbis.

SVMMARIVM.

1 *Donans bona sua alicui post eius obitum ex honesta causa intelligitur de bonis, quæ habebat tempore contractus, & non retractatur prætextu futuræ successionis: & si faciat ob mutuum commodum suum, & donatarij non est propriè donatio, sed honesta prouisio: & talis donatio seu prouisio ob honestam causam non indiget insinuatione, quare non est propriè donatio.*

5 *Et si donator se constituit possidere præcario nomine donatarij dicitur transferre in eum possessionem, & aduentiente conditione mortis vtraque possessio transfertur in donatarium, scilicet, ciuilis & naturalis, & inest conditio, si liberos non habeat donator, vel ante moriatur. cum num. seq.*

Item ad impediendam possessionem adipiscendam admittitur quilibet contradictor, qui censetur habere ius in re viuente defuncto, sed non obijcit de iure tertij à quo nullum ius habet.

13 *Dictamen sapientis quale debeat esse.*

CONSILIVM CXXXIX.

a AD habẽdam *a* aliqualem notitiam eorum, de quibus circa thema proponitur probabiliter dubitatur, plura examinanda occurrunt, & primò, an talis cõuentio tenuerit? Et videtur, quod non quasi fuerit de successione futura, & sic inualida: vt C. de pact. l. pactum, quod dotali, & l. vlt. & de pact. conuen. super do. l. hæreditas. ff. pro soc. l. cum duobus. §. idem respondet. de verb. ob. l. stipulatio hoc modo. cum sim. Sed contrarium videtur verius, quia bona sua, vel eorum partem potest quis alij donare post mortem, vel etiam promittere: vt C. vt actiones ab hærede, & contra hæredem incipiant. l. 1. instit. de inuti. stipul. §. post mortem. C. de do. l. si quis argentum. §. sed si quis vniuersitatis, & de bo. auto. iud. pos. l. hæreditarium. & not. in d. l. vl. C. de pact. & d. l. hæreditas. C. de pact. conuen. Nec dicitur pactum de successione futura, quia non promittitur, vt futura successio, quæ non potest deberi, nisi aut ex testamento, aut abintestato. Hæc autem bona debẽtur ex obligatione, statim effectum habentia quantum ad obligationem, licet differatur quantum ad exactionem seu ad executiouem. & pro hoc est argum. ff. ad Treb. l. mulier. §. vlt. & hoc intelligo, nisi apposita fuerit conditio non existentiæ liberorũ, & quia de vtroque potest contingere alterum alteri præcedere, quæ conuentionem conditionalem reddunt, & ideo obligationis natiuitatem suspendunt: vt ff. de cond. & demon. l. legata sub cond. & de verb. sign. l. cedere diem. sed quandocunque existit, retrotrahitur: vt ff. qui potio. in pign. ha. l. potior in pign. 2. respõso. & de peri. & commo. rei vendi. l. neçessa-
2 riò. §. 1. ¶ † Præterea cum verba conuentionis trahantur solum ad bona, quę contrahẽtium erant tempore contractus, ex verborum proprietate, & aduerbij nunc adiectione: vt ff. de aur. & argen. leg. l. si ita. & de serui. vrba. prædio. l. si seruitus. non est dubium successionem non inducere, & hæreditatem propriè non complecti, quæ & fieri, & augeri potest ex nouiter quærendis: vt ff. de separa. bono. l. si creditores, in fi. & C. arbit. tute. l. si defunctus. Talia autem verba debitè in testamento prolata, vt illi bona mea relinquo, benè inducerent institutionem: vt ff. de milit. testa. l. Diuus. ad Trebel. l. nam quod. §. vlt. & not. de hæredi. instit. l. his verbis. in princ. in auth. de hæred.
3 & fal. §. si verò nulla. ¶ † Secundum erit, in quam speciem contractus cadat? Et videtur, quod in donationis spe-

nis ſpeciem: quoniam ad conuentiones huiuſmodi
eſt nullo iure cogente decurſum. ergò, &c. ff. de reg.
b iur. l. donari. *b* & ſic eam etiam contrahentes appel-
lant. Vnde veriſimile eſt, quod ſic ſenſerint: vt ff. de
ſupel. lega. l. Labeo. Sed contrarium magis videtur.
ſcilicet quod cùm in conuentione huius vertitur con
c ſideratio mutui commodi, non ſit propriè donatio *c*
vt ff. de do. l. 1. & C. de pactis. l. licet. & ibi not. erit er-
go promiſsio quædam ob honeſtam cauſam facta, de
4 qua loquitur præal. l. 1. ff. de do. † Non ob. quod nul-
lo iure cogente concedatur, quia illa regula nō debet
intelligi poſitiuè, vt quidquid à principio nullo iure
cogente conceditur ſit donatio, quia ſecundum hoc
ſequeretur, quod venditio, & cæteri ferè contractus
eſſent donationes, quia ad eos ineundos regulariter
inuitus quis non compellitur. C. de act. & obl. l. licet.
de iure deli. l. nec emere. hoc autē eſt falſum. ergo, &c.
Sed debet intelligi priuatiuè, vt nihil ſit donatio, ꝙ
ex neceſsitate cauſetur. vt ff. de le. 2. l. vnum ex fami-
lia. §. ſed de facili. & de adimen. & transferen. lega. l.
rem legatam. Non ob. ſimiliter nuncupatio contra-
hentium, quia veritatem rei natura inſitam talis nun
cupatio non immutat: vt ff. de Caſtren. pec. l. ſi fortè.
d & not. ff. de præſcrip. verbis. inſulam. & loca. & cond.
l. ſi vna in prin. *d* ¶ † Tertium erit, quis ſit effectus
5 huius conuentionis? Ad hoc breuiter eſt dicendum,
quod cùm titulus, qui præſumitur, traditione ſecuta
ſit habilis ad dñium transferendū, & per conſequens
poſſeſsionem. vt ff. de acquir. poſſ. l. 3. §. genera poſſeſ-
ſionum. & cùm interuenerint verba poſſeſsionem
transferentia ſub conditione cauſali, & die, vt ſunt
illa per quæ conſtituit alter ſe alterius nomine præ-
cariò poſsidere: vt ff. de acquir. poſſeſſ. l. quod meo.
translata dicantur dominium, & poſſeſsio, ſub con-
ditione tamen: vt ff. de acquir. poſſeſ. l. qui abſenti. §.
1. de iure dona. l. dotis fructus. §. vlti. & exiſtente con-
6 ditione effectus eius retrò recurrit, vt dictum eſt ſu-
prà. arg. ff. de le. 1. l. ſeruum filij. ¶ † Quartum, quæ,
ſeu qualis poſſeſsio videatur translata cōditione exi-
ſtente? & videtur dicendum, quod omnis. ſcilicet ci-
uilis, & naturalis. cùm enim in inſtrumento dicatur,
quod volentes omnem poſſeſsionem trāsferre, illud
ſignum vniuerſale omnem non poteſt ſaluari in vna
tantum: vt ff. de leg. 3. l. Iuli. in princip. Et colligitur
ex ſolutione duarum legum, quæ ſibi contradicere
videntur. ff. de leg. 3. l. legatorum petitio. §. vlt. & l. in
cuius. §. pen. & ibi no. & hoc in præcario concedente,
vt ff. de præca. l. certè. §. is, qui. & hoc idem etiam con-
tingere poteſt in eo, qui prius poſsidens conſtituit ſe
alterius nomine præcariò poſsidere ex prima cauſa:
vt ff. de acquir. poſſ. l. interdum. & ibi not. vel ſaltem
in dubio ciuilem transfert naturali habita à præcario
concedente: vt ff. de præca. l. & habet. §. eum, qui. &
7 ibi nota. ¶ † Quintum, quando videatur conditio
exiſtere, vt videatur purificata conuentio? & eſt dicē-
dum, quod non poſt mortem, ſed cum quis eorum
altero ſuperſtite, vel liberis eius ad eum ſtatum mo-
rientis peruenerit, quod infallibiliter incipiat certū
eſſe, cùm venerit, & in actu moriendi exiſtens, liberis
non extantibus. Nec in hoc ſpectatur tempus, quod
erit poſt mortem, vt hæc probantur. ff. de legi. l. ab
omnibus. §. cùm quidam. de legat. 2. l. penultim. §.
Titio. & quando di. le. ce. l. vltim. vbi not. imò antici-
pat hæc exiſtentia conditionis actum moriendi, licet
vſque tunc dies protrahatur: vt ff. de condit. inſtit. l.
vlti. Habet enim iſta conuentio pro conditione hoc,
quod eſt liberos non exiſtere, mortem autem pro die:
vt ff. de verbor. obligat. l. in illa. & de condit. & de-
mon. l. Pupillus. §. Titio. & l. cum tale. §. Meuiæ. Tali
igitur conditione infallibiliter exiſtente, dudū ante
mortem retrò videtur dominium, & omnis poſſeſ-
8 ſio eſſe translata: vt probatum eſt ſuprà. ¶ † Sextò,
cùm iſta bona ſint feudalia, non videtur talem con-
uentionem tenuiſſe, quæ licet poſt mortem, aliena-
tionem tamen inducit, vt ff. de legat. 2. l. peto. §. fra-
tre. C. de ſecund. nupt. l. ſi quis prioris. §. 1. Sed ad hoc
breuiter reſpondetur, quod hoc poſſet dicere domi-
nus feudi: hæredes autem præſcripti non. & hic eſt
caſus. ff. fa. erciſcun. l. is conſequenter. §. 1. & ibi not.
Nec enim poteſt quis ſe iuuare ex iure tertij, à quo
nullum ius habet: vt ff. ſi ſer. vendit. l. loci corpus. §.
competit. & qui potiores in pignore habeantur. l. ſi
prior. §. ſi ſimpliciter. & not. ff. ſi ager vecti. vel em-
9 phit. pet. l. 2. ¶ † Septimum eſt, an is, de quo quæ-
ritur, ſit legitimus contradictor ad impediendum
miſsionem, quæ petitur ex edicto? Et videtur, quod
non: quia cùm defunctus ſaltem detinuerit res iſtas,
vel naturaliter poſſederit, in eas debet fieri miſsio:
quia etiam in petitione hæreditatis venirent: vt ff. de
petit. hære. l. & non tantum in princip. & ita nota. C.
de edi. diui Adrian. tol. l. vlti. Sed contrarium magis
videtur: cùm enim miſsio talis ſit iudicium poſſeſſo-
rium adipiſcendæ poſſeſsionis, legitimas exceptio-
nes admittit, quorum exitus facilis eſt, & altiorem
indaginem non exigit: vt ff. ad Carbo. l. 3. §. cauſæ. &
§. duæ. vt in poſſeſſ. leg. ſi is, à quo, ad exhib. l. 3. §. ibi,
& ad Treb. l. ex quo. §. ſi de teſtamento. & not. C. de
edi. diui. Adrian. tol. l. 2. illa autem quæ obijcitur eſt
huiuſmodi, ergò, &c. Præterea ſecundum opini. Azo.
legitimus contradictor cenſetur, qui habet titulum
viuente defuncto quæſitum: vt not. in præalleg. l. vl-
tim. C. de edict. diui Adrian. tol. ſed iſte eſt huiuſmo-
10 di, ergò, &c. † Etſi dicatur ille ſolus eſt legitimus
contradictor, qui tenet rem, alias non dicitur con-
tradictor, ſed competitor, de quo poteſt intelligi
ff. ad Trebellia. l. filiam fratribus. & C. de edict. diui
Adria. tol. l. 1. Reſpondeo, quod iſte contradictor non
ſolùm rem tenet, ſed & verè poſsidet, vel vtroq; mo-
do, vt oſtenſum eſt ſupra in quarto dubio. Vel ſaltem
ciuiliter, pro qua recuperanda daretur interdictum
e vnde vi. *e* vt ff. de vi & vi arm. l. 1. §. interdictum hoc.
11 in ver. ſiuè autem corpore, ſiuè animo, &c. ¶ † Circa
quod attendendum eſt, quod ſi qua poſſeſsio, puta
naturalis, erat penes decedentem, in cuius perſonā
extitit conditio conuentionis, illa erat præcaria: quæ
etſi poſſeſsio ſit, debilis tamen eſt: vt ff. communi di-
ui. l. communi diui. §. inter prædones. & de pupil. l.
quæcunque. §. interdum, & ſolubilis in morte rogan
tis præcario: quia & ipſum præcarium finitur. vt ff.
de præcar. l. cum præcario. §. vlti. Etſi dicatur, Hoc
præcarium non tenuit: quia in re propria rogantis,
vel conſtituentis ſe præcario poſsidere: & ideo non
tenuit: vt ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi de eo. §. vltimo. &
in regula iuris. neque depoſitum. & ff. depoſiti. l. qui
rem. Reſpondeo, quòd hæc omnia pendent ex con-
ditionis euentu, quæ exiſtens dudum fingit rem
exiſſe de bonis, ac per conſequens præcarium tenuiſ-
ſe, vt dictum eſt ſuprà. Prætercà dato, quod nulla eſ-
ſet fictio, ex tempore tamen extantis conditionis, id
eſt, cum infallibiliter incepit verum eſſe conſtituen-
tem ſe alterius nomine præcario poſsidere, ſine libe-
ris decedente altero ſuperſtite, vel liberis eius, & res
de bonis exiuit, & præcarium tenuit: quia quod ope-
raretur à principio purum, hoc operatur ex poſtfa-
cto per exiſtentiam conditionis purificatum: vt ff. de
12 hæredi. inſtitut. l. ſi ſolum. in fin. † Ad arg. cum di-
citur res etiam ſolum detentæ, vt depoſiti, venirent
in petitione hæreditatis, ergo & hoc poſſeſſorium.
Reſpondeo verum eſt, quod veniunt in hoc, & in il-
lud, id eſt, aptæ fiunt venire, ceſſante quolibet extrin-

seco accidenti, id est, nisi abstrahatur alterius iustiore petitione, quia tunc non: vt ff. depositi. l. bona fides. Et quis rectè considerans diceret scriptos hæredes admitti ad adipiscendum naturalem possessionem rei, quæ sua non est, & admitti ad defensionem suæ ciuilis in re propria, ne turbetur per naturalem, & alteri tribuenda? vt not. ff. de acquir. poss. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. Vndè etsi videatur talis in superficie competitor in effectu, tamẽ est proprię possessionis defensor. argum. ff. de nou. oper. nunciat. l. de Pupillo. §. fi. alias est sub l. quia in re præsenti. & de priu. cre. l. si Pupillus defendere. ¶ † Octauum est, an talis constitutio potuerit apponi ex dictamine sapientum habito respectu ad schedulã, quæ prius facta erat pro notarium? Et dicendum est, quòd dictamen *f* sapientis debet esse circa consolidationem contractus, salua manente substantia: vt not. ff. mand. l. si mandato Titij. §. vltimo. quòd habetur. ff. de institu. l. illa institutio. & sub verbo, &c. quo sæpè vsus est notarius, continetur, quòd est de natura illius contractus: vt ff. de liber. & posthum. l. Gallus. §. quidam rectè. de iureiuran. l. si duo patroni. §. inde. Et quod etiam de consuetudine consueuit apponi: vt ff. de ædil. edic. l. quòd si nolit. §. qui assidua. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. placuit. Nemo autem talem constitutionem dubitat esse de natura contractus, per quem quis intendit transferre dominium, & consuetum esse etiam apponi, eò quòd per ipsam mens contrahentium facilius, & efficacius assequatur finale intentum. argument. pro hoc. ff. de testam. manu. l. si quis locuples. C. communia de legat. prima circa medium. & ff. de legat. 3. l. quisquis. ¶ † Nonum est, quod iste contractus insinuatus non fuit. Sed de hoc non expedit multum loqui. quia cum ostensum sit supra quod non est donatio: sed ob causam honestam prouisio, legi insinuationis non subiacet: vt ff. de dona. l. Atilius. tantum enim quisquis verè recipere sperabat, quantum & erogabat, siue promittebat, vt ff. de legat. primo. l. ciuitatibus. §. vltimo. ¶ † Decimò, dubitari non conuenit de termino lapso, quia eius lapsu non obstante, ex quo res est integra, semper recipitur prompta probatio, puta per instrumentum. arg. ff. de optio. leg. manci. & extrà de præben. cap. si tibi absenti. lib. 6.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ad habendam. *Bertran. probat hoc consi. in consil. suo 113. nume. 4. vol. 2. Et pro declaratione eius, quod traditur hîc in tertio, quarto, & quinto dubio videatur omnino Deci. in consi. 247. per totum. parte 2. Alex. quoque probat hoc consi. in consi. suo. 28. in 3. vol. & in consi. 82. in 2. Iaſ. in l. stipulatio hoc modo. col 9. de verb. oblig. Materia examinatur in l. fi. C. de pact.*

b ¶ L. donari. *Not. declaratam l. Donari. ff. de re. iur.*

c ¶ Proprie donatio. *De hoc Bertran. agit in consil. 280. Ponitur in facto, quòd dudum anno videlicet Domini 1463 col. 6. ver. sed fortè vol. 2. Marsi. more suo plura congerens in consi. 106. col. 6 vol. 2.*

d ¶ L. si vna in princ. *Adde Bertran. in consil. 337. nume. 2. volumin. 3. vbi extendit hoc dictum ad Papam quoque, cuius nuncupatio rei veritatem non mutat. Et facit ad quæstionem, cùm donatur causa mortis expressa, sed tamen promittitur non reuocare: Censenda est enim talis donatio inter viuos: vt conclusum fuit suprà in consi. 114. Item adde Spec. de arbit. §. fi. col. 2. num. 7. ibi. Nam verborum Alexand. ad Bartol. in l. 1. versic. Et licet Bartol. C. de metrop. berito. libr. 11. Circà effectum clausulæ constituti videatur omnino. Iaſ. in consil. 147. in 2. dub. volu. 2. Bertran. consi. 137. col. 2. vol. 1.*

e ¶ Vnde vi. *Reijcitur opi. Oldr. à Rom. in consi. 139. & aliys, vt notaui supra in consil. 114.*

f ¶ Dictamen. *De hac clausula ad dictamen, siue consilium sapientis in instrumento apposita vide Bar. latè, ac magistraliter in l. illa institutio. de hæred. instit. Alexan. in l. Quicquid astringendæ. de verb. obl. in l. 3. Qui satisd. cog. ff. de pact. in l. ex ea. in prin. de verb. oblig. Et quid si conuentum sit, an præstetur cautio ad consiliũ sapientis, vide Iaſ. in l. sancimus. propè fin. C. de verb. sig. qui dicit communiter teneri, quòd sapiens non possit declarare, vt pignora, vel fideiussores præstentur: Nisi adiectum sit in conuentione, vt præstetur idonea, vel sufficiens cautio, aut eiusmodi verba sint prolata. Imò in cap. 1. col. 8. de consti. communiter (inquit) dicitur, quòd poterit sapiens facere apponi illa, quæ sunt de consuetudine.*

De verb. significa. & de cleric. non resi. & de rescript.

SVMMARIVM.

1 *Præstimonia multa habens & impetrans beneficium satis est quòd faciat mentionem eorum in genere, licèt nõ in specie. Et constitutio loquens de beneficijs habet locum in præstimonijs. Item in valore beneficij non computantur distributiones qnotidianæ. Distributiones quotidianæ in casu extrauagantis suscepti accrescunt Ecclesiæ seruientibus. cum num. seq.*

CONSILIVM CXL.

IN Ecclesia Calaguritana sunt quædam beneficia, quæ vocantur præstimonia. & hæc præstimonia de consuetudine ipsius Ecclesię non conferuntur nisi beneficiato in dicta Ecclesia. Item nullum requirunt seruitium personale, nec residentiam, immò fructus eorum datur absentibus, ac si in eis personaliter residerent. & hoc de consuetudine. Item fructus eorum nõ sufficerent ad sustentationem Clerici volentis ibidem residere. Item in dicta Ecclesia non est facta taxatio decimæ. Item consuetudo est in dicta Ecclesia, quod Clericus ipsius Ecclesię decedens post Kalendas Decembris fructus omnium præstimoniorum percipiat anno sequenti. Si vero ante Kalendas dicti mensis decesserit, nihil percipiet anno sequenti de fructibus ante dictis. Circa fructus dictorum præstimoniorum percipiendos, sic dubitatur. ¶ Primò in constitutione domini Ioan. Papæ. 22. quæ incipit, Suscepti regiminis, cauetur expresse, quod in ecclesijs, in quibus ex consuetudine, priuilegio, vel statuto fructus beneficiorum vacantium primi, vel secundi, aut alterius cuiuscunque anni defuncto debentur, in Ecclesijs, vel partibus, in quibus decimarum taxatio non est facta fructus. & ob ventiones huius tunc vacantes per medium diuidantur, quorum medietatem habeat defunctus, reliquam vero medietatem is, cui beneficium est concelsum. ¶ Secundò continetur in dicta constitutione, quod fructus, & obuentiones beneficij sic vacantis, quod in decima soluere consueuit, inter viuum & defunctum per medium diuidatur. Et hoc dubitatur sic. Cùm in dicta Ecclesia tàm annalia, quàm distributiones quotidianæ, & pictantiæ veniant in solutionem decimæ, videtur, quod sicut viuus percipit medietatem annalium, quæ pertinebant defuncto, sic & defunctus debeat percipere medietatem dictarum distributionum, & pictantiarum, quæ viuo pertinent seruienti. ¶ Tertiò ponatur, quod viuus, cui confertur tale beneficium, de cuius fructibus defunctus debet habe-

bet habere medietatem iuxta constitutionem prędictam, nolet residere in Ecclesia illo anno, & sic de distributionibus, & pictantiis nihil habeat secundum constitutionem Ecclesię. Quæritur, an defunctus, debeat habere medietatem suam, ac si viuus in Ecclesia resideret? ¶ Quartò, si mortuus medietatem illam habere debeat, quæritur, an alia medietas, quã haberet viuus, si in Ecclesia resideret, accrescat defuncto, vel debeat conuerti in mensam capituli Ecclesiæ ante dictæ? ¶ Alia quæstio erat talis. Quidam impetrauit in dicta Ecclesia canonicatum, & præbendam, & ipse est beneficiatus in alijs Ecclesijs cathedralibus: & habet præstimonia, & præstimoniales portiones in eis, & non fecit mentionem de eis singulariter, licèt illa præstimonia non sint annexa canonicatibus, nec dignitati, quam obtinet, immò per se sunt separata, & perpetua: sed fecit mentionẽ isto modo, non obstante hoc, & hoc, seu quod in Burgensi sacristia, ac in palentina ecclesijs canonicatus, & præbendas cum præstimonijs, & præstimonialibus portionibus, &c. Modò quæritur, an dicta expressio sit sufficiens, vel dicta gratia subreptitia sit censenda? † Ad primam 1 quæstionem, qua quæritur, an constitutio noua, sceptri regiminis, locum habeat in præstimonijs, de quibus fit mentio in quæstione. Videtur de iure dicendum, quod sic. Nemo enim negare potest tale præstimonium esse ecclesiasticum beneficium: beneficium enim constat ex etymologia nominis, vt in 10. col. lat. quibus mo. feu. amit. c. Obertus. ff. commoda. l. in commodato. §. sicut. & de seruis ex. l. seruus ea. l. 2 † Quòd autem sit ecclesiasticum apparet, quia solum ecclesiasticis personis confertur, idest, canonicis. arg. ff. de aur. & arg. leg. l. vestis. §. vestimenta. Et quia non est temporale, sed perpetuum, quod est de ecclesiastici beneficij natura. ar. ff. de adopt. l. quæsitum. & not. de cle. ægro. cap. ex parte. & not. per Comp. extra de elect. ca. statuimus. super verbo canonis. & probatur bene extra de re. cap. ad audientiam. Et ex his vide- 3 tur dicendum, quod constitutio locum habeat. † Et si dicatur, licèt sit beneficium, non est tale, quod sufficiat: respondetur, quòd paruum, & magnum regulariter in iure differentiam non inducunt, vt ff. de da. infe. l. si proprietarius. & si cui plusquam per l. fal. l. 1. §. cum dicitur. vt in poss. leg. l. quamuis minima. & de coniun. cum eman. li. l. 1. §. illud. & licèt per se non sufficiat, tamen alteri coniunctum poterit sufficere, vel alterum sufficiens facere, arg. ff. de aqua plu. ar. l. si autem plures. §. vltim. & de fluminib. l. quominus. & si dicatur, non requirit residentiam ex consuetudine? Respondetur, quod omne beneficium, quantumcunque modicum, de sui natura requirit residentiam extra de cle. non resid. c. conquerente. not. per Inn. in eod. tit. c. vlt. & ad hoc se retulit dominus noster Papa in constitutione sua prædicta, non ad id, q ex consuetudine, & per accidens est introductum. argum. in institu. de re. di. §. pauonum. & ff. de iustit. & iu. l. vltima. præterea si non requirit residentiam, si tamen perciperet, inuitare posset ad residentiam, sicut quis præmio prouocatur: vt C. in qui. causa. serui pro præmio accipiant liber. l. 1. & de offic. assess. l. 1. 4 ¶ † Ad secundam quæstionem videtur dicendum, quod ex mente dictæ constitutionis non debeatur medietas quotidianarum distributionum, & pictantiarum defuncto. cùm enim ante cõstitutionem non deberentur, & constitutio ædita sit ad minuendum tales præstationes, non operabitur contrarium eius, id est, non addetur. vt ff. de leg. 1. l. legata. de hæred. insti. l. ex facto infra de adi. & transfer. leg. l. legata. de condi. & demon. l. cum tale. §. vltim. Nec obst. verba, quæ videntur ar. inducere per l. ff. de lib. l. Aurelius. 5 §. testamento ita. ¶ † Ad tertiam quæstionem videtur dicendum, quod residere, vel non residere dum viuit, nihil eidem defuncto prodest, vt per hoc plus, vel minus percipiat. ar. ff. de hæred. inst. l. paterfa. Imò si viuens non vult residere, applicari debet Ecclesiæ, cui per residentiam vtilis esse noluit, vt C. de le. l. legatarius. & ff. de his, qui. vt indi. l. 3. §. amittere. cum sim. & sic per ea, quæ proximè dicta sunt, patet responsio ad quartam quæstionem: licet enim ius accrescendi partem respiciat, non personam: & ideo transferatur ad hæredem: vt ff. de suis, & leg. hære. l. si ex plurib. & de acqui. hære. l. qui ex plurib. & l. qui pater. cum si. tamen hoc ius accrescendi locum non habet. vt ff. quẽ ad. ser. amit. l. aquam. & cum (vt dictum est suprà) defunctus nullam portionem habeat, sibi nihil accrescere potest, sed accedit ecclesiæ, quæ seruitio defraudatur. ar. ff. de calum. l. generaliter. §. illud. & de iurepa. 6 l. diuus Vespasian. §. vlt. in fi. † Ad aliam quæstionem, quæ quinto loco proponitur, videtur aliquib. dicendum quod singulariter esset de singulis præstimonijs mentio facienda. Cùm enim sint beneficia (vt suprà dictum est) videtur singularis mentio faciẽda, vt not. extra de rescri. c. si proponente. & de præb. c. non potest. & c. si motu. li. 6. sed cum præsupponatur in themate, quod multa præstimonia etiam in eadem ecclesia possunt de consuetudine obtineri, fortè sunt censenda magis vnum, quam plura, ar. ff. arbo. fur. cæsarum. l. si gemma. Et magis quoddã commodum, siue stipendium canonico deputatũ, de quo potest loqui. C. de execu. rei iu. l. stipendia. & ff. de re. iu. l. commodis. Et cùm in istis secundum consuetudinem multitudo non sit canonibus inimica, non est in eis eadem ratio, quæ in beneficijs: vt extra de præben. c. quia in tantum & c. cum iam dudum. Et pro hoc aliqualiter facit, quòd no. Archid. in dict. c. non potest, vbi dicit, quòd duo beneficia, quæ ex dispensatione simul teneri possunt, habentur pro vno: & hoc verius videtur.

De successionib. ab intestato. extra. C. de cadu. coll.

SVMMARIVM.

1 *Testator si instituit hæredem cui si decederet sine prole legitima substituit alium: quo non existente substituit alium tertium, & viuo testatore mortuus est institutus relictis filijs: & etiam mortuus est secundus substitutus: & postea moriatur testator: illud testamẽtum est quasi caducum, & non veniunt filij instituti, nec tertius substitutus, sed venientes abintestato, cum plur. num. seq.*

CONSILIVM CXLI.

a THEMA tale est. *a* Dominus G. Leuionen. in suo patrimonio hæredem instituit R. nepotem suum, cui si decederet sine prole legitima, substituit dominum G. fratrem suum, patremqúe dicti R. hæredis instituti, si superuiueret: quo G. non superstite eidem R. in illo casu substituit domin. Delphinam vxorem R. neptem suam. viuo testatore mortuus est R. hęres institutus relictis legitimis, & naturalibus liberis: mortuus est etiam viuo testatore dictus G. substitutus: deindè mortuus est dictus G. testator: modo filij dicti R. hæredis instituti petunt hæreditatem, & dicta dom. Delphina petit hæreditatem. Quæritur quis habere debeat? & quomodo succedere, & pro quibus portionibus? Et vtrum ex testamento, vel ab intestato? Breuiter secundum thema propositum totum testamen-

tum reputo deficere, & veniẽtes ab intestato, qui sunt proximiores præfato testatori in gradu parentelæ, puto de iure admittendos. † Et primò hoc euidenter apparet ex dictæ institutionis, & prædictarum institutionum defectu. certum est enim præfatam institutionem deuenisse in causam quasi caduci: quia prędictus institutus viuo testatore decesit. & sic quantum ad eum non potuit institutio prædicta suum sortiri effectum: vt C. de cad. tol. l. vnica. §. & cum triplici. & ff. de leg. 2. l. pater, aliàs incipit Celsus. eadem ratione etiam prima substitutio facta de G. patre instituti prędicti, qui etiam mortuus est viuo testatore, inutilis reputatur. & etiam quia conditio in d. prima substitutione appositа defecit: quia prædictus institutus liberis relictis decesit, & sic prædicta substitutio subsistere non potuit, nec potest. ff. ad Treb. l. hæredibus. §. fin. & l. ex facto. §. si quis rogatus cum si. Tota ergo dubitatio præsentis quæstionis subsistit circa substitutionem secundo loco factam de domina Delphina nepte præfati testatoris: & absque dubio videtur dicendum ipsam subsistere non posse, imo vacuam remanere omni iure, & effectu & inanem. & hoc multiplici ratione. Primò, quia dicta secunda substitutio videtur continere vnam expressam conditionẽ consideratis verbis ipsius substitutionis secundæ: ac etiam prima substitutionis causi præcedentis. præfatus enim dominus testator substituit dominum G. fratrem suum nepoti suo prædicto, si superuixisset eidem: quo non superstite eidem nepoti tunc in illo casu substituit d. neptem suam. cùm ergo dict. G. fratri testatoris primo substitutus superstes fuerit, seu superuixerit præfato instituto: euidenter apparet dictæ substitutioni locum non esse: sicut dicimus alibi: quando testator apponit conditionem expressam in personam substituti substituendo, si sine liberis decesserit, quia liberis superstitibus vno, vel pluribus dicto instituto præmortuo substitutio deficit: nec sufficit dictum institutum liberos habuisse. ad hoc vt dicta substitutio deficiat, nisi eidem substitutio liberi superuixerint. ff. ad Trebelli l. ex facto. §. si quis autem. & de verborum significat. l. non est sine liberis. & ff. ad Trebel. l. hæredibus circa princ. & l. hæredes. §. cum ita. & C. de condit. inser. l. 1. cum sim. Secus tamen esset si testator sub tali conditione substituere: si institutus liberos non habuisset: quia hoc casu sufficeret, ad hoc quod substitutio prædicta deficeret, quòd prædictus institutus vnum, vel plures habuisset, quamuis instituto non superuixisset. Vnde hoc casu non sufficeret, ad hoc quod substitutio prædicta deficeret aliquo tempore liberos vnum vel plures habuisse. argument. ad hoc. C. quando dies lega. ce. l. cum vxor. vnde sufficit talem conditionem semel extare, quamuis non perseueret, quia semel ex-
b titit adimpleta: *b* vt ff. de fideicommiss. liber. l. rogo in fin. & argument. C. de instit. & substit. l. antepen. cum sim. propter quod in casu nostro cum præfatus primus substitutus superuixerit dicto instituto, vi-
2 detur dicta conditio substitutionis defeciisse. † Et sic per consequens præfata secunda substitutio facta de nepte viribus subsistere non posse, quare ex hoc capite videtur dictum testamentum redire ad causam intestati propter defectum conditionis supradictæ: pro quo optime facit. ff. vnde lib. l. si filiusfam. & satis est expressum. ff. de vulg. & pup. sub. l. qui habebat. cum sim. Item etiam ex alio capite videtur quod dicta secunda substitutio sit viribus vacuata. certum est enim secundum factum propositum, quod præfatus testator in prima voluit per existentiam liberorũ superstitum dicto instituto primam substitutionem euanescere, & sic fratrem suum primo substitutum in præmisso casu excludi per existentiam liberorum superstitum eidem instituto, si igitur à prima institutio ne dictus frater testatoris ex hac causa excluditur, & hoc capite, bene verisimile est prædictam cõditionem tacite esse repetitam in persona secundo loco substituta, ne videatur testator in dicta substitutione secunda prætuliisse dictam neptem suam liberis dicti instituti, qui eos prætulit dicto fratri in substitutione de eo facta, cùm non sit verisimile etiam plus voluisse in ris transferre ad secundo loco substitutã, quam primo dedit substituto. ff. de cond. & dem. l. Publius. §. Titia. iuncta l. ff. de hęred. instit. Lucius. circa fi. & ar. ff. de ali. & cib. leg. l. Libertus. §. ab hæredibus cum si-
3 mil. † Nec ob. si obijciatur, quia conditio prædicta dicit vltimæ substitutæ, ne grauetur dicta substituta multiplici onere substitutionum prædictarum, videtur impedire. ff. de hære. inst. l. sub conditione. & non obstante, quia ex coniectura mentis testantis, q quantum ad superstitionẽ dictam primam voluit eam deficere prędictam conditionem contra fratrem suum, coniecturamus verisimiliter voluisse, & fecisse in secunda substitutione, & repetisse tacite cõtra neptem suam. ex coniectura enim mentis testatoris facimus repetitionem, & eam tacite inducimus in persona substituti circa grauamina appositа in persona. instit. ff. de leg. 1. l. licet & de lega. 2. l. cùm pater. §. ab instituto. cum sim. Item ex alio capite dicta substituta impeditur, quia dicta sua substitutio secundum veritatem cum conditiones cõtineat (vt præmissum est) debet fideicommissaria reputari. C. de inst. & substit. l. generaliter in princ. & §. 1. & in l. precib. C. de imp. & alijs subst. & ff. de vulg. & pu. subst. l. centurio. cum
4 ibi not. † Cùm igitur per aliquem non sit aditа hæreditas ex testamento, nec adiri potuerit secundum thema propositum, cum præfati institutus, & substitutus mortui fuerint viuo testatore prædicto, non videtur hoc casu, quod dicta substituta admitti possit, cùm nõ adita hæreditate ex testamento per mortem prævenientem hæredem scriptum substitutiones fideicommissarię, si factę sint, subsistere non queant. ff. ad Trebel. l. si patroni filius. §. qui fideicommissis. & in eod. ti. l. ille, à quo. §. 1. & l. apud Iulia. §. Antistia. & hoc videtur no. gl. C. de fideicom. l. eam, quam. super verbo, in familia, ibi, cùm dicitur. sed si ipsa nunc adiret, &c. nec multum curo, si testator appositit illa verba, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, &c. quia illa verba se referunt ad solemnitatem testamenti, quia si testamentum deficit in solemnitate debita, & nõ potest valere vt testamentum, saltẽ valebit, vt codicillus. ff. de te. l. ex ea scriptura. §. 1. & de leg. 2. l. cum pater. §. filius matrem. & C. de codic. l. vl. cum sim. in casu autem nostro non deficit testamentum, seu institutio prædicta ibidem contenta prętextu defectus solemnitatis, sed alio iure, vt apparet per præmissa, quatenus, &c. & sic videtur no. gloss. C. de lib. præte. vel exhær. aut. ex causa. circa fin. gloss. ff. de
5 le. 3. l. 1. §. fi. cum l. seq. ¶ † Item, prout suprà dictum est, apparet præfatas conditiones contentas in dicta substitutione facta de nepte prædicta defeciisse, & sic dictam substitutionem iuxta voluntatem testatoris nullum potuisse sortiri effectum. vt supra est plenius allegatum, & per istum modum respondetur. C. de cad. toll. l. vnica. §. pro secundo. vbi admittitur substitutus in vulgari substitutione, quia nullam aliam conditionem continebat dicta substitutio extrinseca, nisi eam, quæ continetur, & venit ex natura substitutio. vulgaris. At in casu nostro aliæ conditiones extrinsecæ sunt, & intelliguntur appositæ, seu repetitæ in præfata vltima substitutione: quare eis deficientib. vel earum altera tota dicta vltima substitutio

nutio euanescit, vt dictum est. pro quo facit, quod no. & dicitur ff. de vul. & pu. sub. l. qui habebat. cum sua
5 glo. & suprà de acqui. hære. l. toties. cum sim. † Nec etiam illud est omittendum de liberis primi instituti, quin excludantur omnino à successione prædicta: ex testamento enim venire non possunt, quia quamuis de eis conditio sit appositа, per eorũ non existentiam, vel existentiam tempore mortis præfati instituti, quantum ad substitutiones prædictas, tamen ex verbis præfatis, seu ex mente dicti testatoris percipi potest, quod substitutio aliqua intelligatur facta, seu fideicommissum relictum liberis suprадictis, quamuis existentia dictorum liberorum aliud operetur, & substitutiones prædictas faciat deficere, ita quod ipsis dicto patri suo hæredi instituto hæredibus existentibus in casu, quo ipse pater hæres existere videatur, ex mente testantis eos prætulisse alijs substitutis, videtur quantum ad hoc, quod patri suo hæredi instituto succedant secundum commune votum parentum, non quod ad hoc dictus pater hæres institutus propter præfatam conditionem de non existentia liberorum sit astrictus iure fideicommissi ad aliquid relinquendum eidem: & sic intelligitur de leg. 1. l. si filiusfam. §. cum quis. adiuncta l. ff. de hære. instit. si quis ita hæres instituatur. cum ibi not. in eod. tit. ff. de vul. & pup. sub. l. Lucius. in glo. deficiente igitur patre librorum in institutione prædicta præfati liberi venire non poterunt ad dictam successionem, nec etiam præfata substituta, autoritate prædicti testamenti, sed proximiores abintestato prædicti testatoris, vt suprà declaratum est. pro quo facit. ff. de vulg. & pup. subst. l. lex Cornelia. in fi. & ff. de cap. & postl. reuer. l. quod si filius. si ratio dictarum legum attenditur. † Veruntamen dicta substituta, cum sit proximior ab intestato, & etiam eius sorores, quæ sunt in eodem gradu, exclusis liberis præfati instituti ad dictam hæreditatem admittentur: vt in auth. de hære. ab inte. §. reliquiæ. ibi, cum dicitur, nulli alij omnino personæ: vt not. C. de legi. hære. in auth. post fratres, fratrumq; filios. in glo.

rò posthumus, & posthuma: posthumũ vniuersalem hæredem instituit: & posthumam iussit vsque ad certam quantitatem dotari. Et subiunxit hęc verba substitutionis: & si fortè (quod absit) aliquem dictorum posthumorum (si contingeret esse duos, aut plures) mori contigerit in pupillari ætate, vel alias quandocunque sine hęrede de suo corpore legitimè procreato, superviuentem, seu superuiuentes, præmorienti, aut præmorientibus substituit. & si prædictos posthumos omnes decedere contigerit in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque sine hærede de suo corpore, vel de suis corporibus legitimè procreatis L. & G. sorores suas eisdem posthumis æquis portionibus substituit, testatore defuncto natus est posthumus, qui patris hæres fuit, & mortuus in pupillari ætate: quæritur, an substitutio vendicet sibi locum, & excludatur mater, an deducta sit successio ad
1 causam intestati? † Ex aliquibus videtur dicendum, a
2 quod substitutio locum habeat, vt quod testator disponit substituendo pluribus posthumis, hoc locum habeat & in vno. argum. ff. ad Treb. l. hæredes. §. cum ita. vi bo. rap. l. 2. §. homines coactos. & de neg. gest. l. 3. §. negocia. sicut & è contra, imò multò magis: vt ff. de assigna. lib. l. 1. §. item hoc dictum. & tales interpretationes sæpe leges faciunt, & coniecturas admittunt: vt ff. de lib. & posthu. l. si ita. de hære. instit. l. Clemens patronus. & de leg. 1. l. qui filiabus. §. 1.
¶ Sed contrarium videtur verius, quia substitutionem videtur concessisse testator solùm in casu, quo plures posthumi nascerentur: si ergo nascatur vnus tantùm, iste casus, quantum ad substitutionem, est omissus: relinquitur ergo dispositioni iuris communis: vt ff. de lib. & posthu. l. commodissimè. præsertim cùm agitur de odio, vt est exclusio matris à luctuosa filij hæreditate: vt ff. de vend. in poss. mitten. l. 1. §. sed & incertum. cum ergo sorores substitutæ non sint vocatæ, nisi in euentum, quò omnes posthumos decedere contigerit, &c. ergo illud signum vniuersale omnes, & pluralis sermo non possent secundum sui propriam significationem in vno saluari: vt colligitur ex solutione duarum legum, quæ simul contradicere videntur. ff. de le. 2. l. cum ita. §. qui plures. & in eod. tit. l. in cuius. §. eum, qui. & ibi not.
2 † Vnde dico matrem ex verborum proprietate non esse excusam, nec ex tacita coniectura excludendam, quia coniectura non admittitur contra matrem: vt C. de instit. sub condit. factis. l. vlt. & de impu. & alijs
b substit. l. precibus. & vtrobique not. b

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Videndum est cons. Alex. in 2. vol. 330. secundum ordinem 1. vol. Quod cons. incipit: Viso tit. quæstionis. vbi Alex. in 5. col. asserit præsens cons. Oldradi communi calculo Doctorum approbari. Soci. quoq; in hanc venit sententiam cons. 76. in fi. vol. 3. At magister meus Alciat. contrarium tenuit, de verb. signi. lib. 3. col. 18.*

b ¶ Extitit adimpleta. *Iaſ. secundum hanc doctrinam determinat casum in consil. 67. in prin. vol. 1. Et vltra Oldr. allegat Ioan. And. in additio. Spec. in titu. de testa. §. In primis circa fin. in vltima quæstione.*

De testam. & de suc. abintest. extraord. C. de impu. & alijs substit.

SVMMARIVM.

1 *Testator si instituit posthumum, vel posthumos suos nascituros, & substituat posthumis in plurali sorores suas: tunc si nascatur vnus tantum, & moriatur in pupillari, non venit substitutus, sed mater posthumi. & num. 2.*

CONSILIVM CLXII.

FACTVM tale est. Testator habens vxorem prægnantem, dixit: Si nascatur posthumus masculus, eum mihi vniuersalem hæredem instituo: idem si posthuma: si duo posthumi, æqualiter. Si ve-

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Videtur dicendum. *Vide Alexan. post alios remissiuè in l. 2. col. 10. versi. Item dum Bart. hic concludit de vulg. & pup.*

b ¶ Et vtrobique not. *Additio. Dec. hoc cons. Oldr. probat in suo cons. 245. in fin. vol. 2. Alciat. reprehendit asserens contrarium communiter teneri de verb. sign. lib. 3. col. 26.*

De rescript. & de. cap. duobus. eod. tit. lib. 6. & de verb. sign. & de concess. præben.

SVMMARIVM.

1 *Si Papa contulit eadem die duobus in eadem Ecclesia prębendas, non obstante quod aliqui Apostolica autoritate in eadem Ecclesia sint recepti, aut, vt recipiantur, insistant: gratia secundo præsentantis est omnino nulla. & num. seq.*

men non est locus fisco, nec venientibus ab intestato, nisi venientes ab intestato voluntatem defuncti probent. Sed ibi est ratio, quia ibi non potest dici testamentũ incisum, cum adhuc existat vnum integrum, & originale: vt ff. de bon. poss. secundum tab. l. 11. §. si quis in duobus. & quemadmo. testam. aperiantur. 7 l. antepenul. † Et ex his patet solutio, & concordia omnium Legum, & Doctorum de hac materia loquentium, & relato sermone ad thema nostrum apparet bona nõ deuolui ad fiscum, sed venientibus ab intestato deberi. illud etiam non omittitur, quod dicitur probatum esse, quod post cancellationem testamenti testator dixit, dum requireretur, quod faceret testamentum, quod volebat omnia bona sua esse neptis suæ, propter quod apparet quieuisse iram, si qua inter eos fuit: vt ff. de adi. & transs. le. l. 3. §. vlt. & l. seq. & de do. inter vir. & vxor. l. cum hic status. §. diuortium. Et fortè posset dici nouum testamentũ secundum canonistas: vt extra de testa. c. relatum, vel ad minus apparet fiscum non habere vltimam voluntatem defuncti. Vnde cum fungatur iure priuati: vt ff. de pe. hære. l. item veniunt. §. ait senatus. non debet ad bona admitti: vt ff. de his, qui. vt indi. l. cum quidam. in principio.

De offic. deleg. & de sent. excommu. & de testibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex remissionis potest absoluere testes ad cautelam, vt testificentur, si vt habet id commissione, aliàs secus. & num. sequent.*

CONSILIVM CXLV.

1 a QVÆRITVR, si testes sint excommunicati, vtrum absolutio eis concessa ad cautelam à iudicibus remisionis reddat hos habiles ad ferendum testimonium? ¶ † Respondeo: *a* Si concessa sit iudicibus potestas absoluendi ad cautelam, non est dubium, quod redduntur habiles, vt extra de testi. c. veniens. 2. in fi. Sed an, si non sit expresse concessa, possint absolui? videtur, quod sic. extra de app. c. ad præsentiam. & hoc tenet Archid. extra de sent. excom. c. solet. sed Innoc. & Host. notant contrarium, & Ioan. Mo. in c. solet. Item quæritur, vtrum de stilo Curiæ Romanæ sit concessus certus numerus testium super quolibet articulo propter ineffrenatam productionem testium? respondeo, hoc totũ stat in arbitrio iudicis recipientis, qui circa hoc habet cum magna cautela procedere, nec etiam in hoc potest bene certa meta dari: vt ff. de vsur. l. mora. & est expressum, ff. de test. l. 1. §. fi. licet decretalis de quadragenario numero faciat mentionem: vt extra de testi. causam quæ. & ibi not. per Innoc. & Hostien. 2 ¶ † Item quæritur, vtrum aliqui, qui detenti fuerint in carcere alicuius Episcopi, possint probare contra ipsum Episcopum? Respondeo: non recordor prohibitum, licet forte minoris per hoc sint fidei, & auctoritatis: vt in auth. de testi. §. si verò odiosus. 3 ¶ † Item quęritur, vtrum seruientes ipsius Episcopi expulsi de suo seruitio propter crimina, & excessus eorum sint recipiendi in testes? respondeo: Crimina, & excessus possunt esse causa repellendi, sed quod fuerint seruientes, & familiares, non. vt extra de accu. nulli. & 2. q. 6. cum pastoris. Item quæritur, vtrum laici, vtrum b bigami, vtrum mulieres: *b* respondeo, de his tribus videtur esse communis opin. quod si agatur de crimine, criminaliter testes esse non possunt: vt 2. q. 7. ver. in fi. & c. ipsi Apostoli. & c. testes. & 15. q. 3. ex eo. & c. 1. secus in inquisitione, quæ fit ex officio: vt extra de testi. c. quoniam. vel etiam si agatur de crimine ciuiliter, vt extra de testi. c. tam literis. Quidam etiam scripserunt, quod etiam si ageretur ciuiliter, puta ad amotionem villici à villicatione, tales non admitti debere ad ferendum testimonium, & hoc not. Ioan. 8 1. distin. presbyter. & Hug. 5. q. 6. quia iuxta. sed prima opin. videtur verior. ¶ † Item quæritur, vtrum 4 illi, qui habuerunt contentionem cum Episcopo? Respondeo: nec isti videntur repelli: vt instit. de excu. tu. §. item propter. & in auth. de testi. §. si verò odio- 5 sus. ¶ † Item quæritur, vtrum de genere illorum, qui denunciauerunt Episcopum, vel appellauerunt contra eum, ac etiam sibi adhærentium, debeant admitti in testes? Respondeo: nec isti repelluntur per ea, quæ not. C. de testi. l. parentes, & liberi. licet non sint tantæ fidei, sicut extranei. si enim sola amicitia detrahit in aliquo fidei testis: vt C. de testi. l. 2. §. 1. multo fortius consanguinitas: vt ff. de iniu. l. lex Cornelia. circa princ. 6 ¶ † Item quæritur, vtrum Episcopus ad sui defensionem, & ad probandum contrarium propositum per ipsum debeat habere maiorem fauorem in productione testium, quam accusator? Respondeo: Maior fauor videtur deberi accusato, quã accusatori: vt ff. de fer. & dila. l. vlt. accusator namque illaudabile genus intentionis assumit. 2. quæstio. 7. si quis Episcopus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Respondeo. *Adde & iunge hic, quod notatur infra consil. 278. ver. super tertio.*

b ¶ Vtrum mulieres. *Circa mulierem vide Alex. consil. col. 2. ver. circa quartum, vol. 1. enumerantem inter cætera Simoniam, Hæresim, ac læsæ maiestatis crimẽ, in quibus mulier admittitur. Vide etiam Hipp. de Marsil. consil. 18. Protector. antepen. col. & consil. 22. Gratia. & consil. 59. Diuino. col. fi. & consil. 101. illumina. col. 1. & consil. 130. Conditor. num. 34. Vide insuper Alcia. de præsumpt. Reg. 1. Præsumptio. 47. assignantẽ rationem, cur mulier non admittatur in foro canonico ad testimonium ferendũ in causis criminalibus. Propter scilicet eius inconstantiam. Item ibi vide, quomodo in subsidium admittatur, quãdo veritas aliter haberi non potest ex natura facti, siue criminis, cui verisimiliter habitu, & actu alij testes interuenire non potuerunt. Quæ declaratio notabilis est, & porrigitur ad omnes testes inhabiles: Fuit q. Ant. de But. in c. tertio loco. de probat. & consil. 24. incip. Quæstio hæc dubia: Quam sequuntur sunt plures relati in d. Præsumptione à Io. Nicol. Arelatano in additio. Et de hac ipsa quæstione, quando testes inhabiles in delictis admittantur, vide eosdem Alciat. & Ioan. Nicol. eadem reg. Præsumptione 39.*

De elect. & concess. præben.

SVMMARIVM.

1 *Papa si mandat prouideri alicui de beneficio spectante ad collationem Episcopi, & Capituli, &c. an debeatur sibi beneficium, cuius electio spectat ad eosdem. & num. seq.*

CONSILIVM CXLVI.

FACTVM est tale. De consuetudine Ecclesiæ Eduen. hactenus obseruata electio cantoris prædictę Ecclesię cantoris dignitas est in dicta Ecclesia ad Decanum, & capitulum eiusdem Ecclesiæ perti-

eadem die, qua nullus eorum in canonicum erat receptus. Nec secunda, quia angustia temporis nõ compatiebatur eos pro sui receptione insistere. arg. ff. de le. 1. l. si mihi, & tibi. §. si quis seruos. in fi. & de iure fisci. l. edicto. §. extat. in fine. & de damno infecto. l. hoc amplius. in secundo responso. Præterea cum ex duobus impetrantibus eadem die non appareat, quis primo impetrauerit, & Papa intellexerit, potest dici apparere sub illis verbis: vel, vt recipiantur, insistant: intellexisse de primo præsentante, quia fortè nondum impetrauerat, & oportet, quod in litera secundo præsentata expressè appareat, quod voluerit pro-
4 uidere vtrique, vt litera dicit. ¶ † Ad tertium, cùm dicitur, quod sola traditio possessionis inducit collationem: respondetur, quod hoc non videtur verum: sicut nec petitio operarum inducit inductionem earum, nisi prius inductæ sint: vt ff. de operis liber. l. si quis hac lege. §. iudicium. Non obst. quod not. Com. post. extra de elect. c. transmissam. vbi tenet, quod inuestitura facta ab eo, ad quem pertinet collatio, inducit collationem, quia illi duo actus, scilicet inuestitura, & collatio iuris sunt, & in re ius tribuunt, & ideo faciliorem functionem recipiunt, id est, facilius vnus vice alterius fungitur, quia in eodem genere sunt: vt ff. si cer. pet. l. 2. & ff. de bo. poss. l. sed cum patrono. hinc est, quod vna bonorũ possessio interdum in alteram etiam sibi oppositam conuertitur, quia in eodem genere sunt: vt ff. de bon. poss. secundum tab. l. 2. §. sub conditione. & de colla. dotis. l. filius emancipatus. & tamen petitio bonorum poss. non operatur aditionem, quæ fit etiam solo animo, eò quod nõ est eiusdem generis cum aditione: vt not. C. de iure deli. l. puberem. sic possessio cum sit facti, & in rei proprietate ius non tribuat, non est sub eodem genere cum collatione, & ideo eam, sicut inuestitura, operari non potest.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Vna & eadem die. *Credo legendum de Luca per similes speciales literas vna, & eadem die datas canonicatum, &c.*

b ¶ Alias omnino. *Aduerbium omnino importat ipso iure, & omnibus resecatis conditionibus, atque impedimentis. Probatur in §. fi. inst. de legi. agn. succ. Matthesil. sing. 112. Corset. in sing. in ver. omnino Bertran. in cons. 489. nu. 2. par. 2. & ea. par. cons. 77. num. 12. Rui. in Rub. de op. no. nun. col. 4. Importat etiam indistinctè. Alex. in l. 2. col. 10. ver. Item dom. Bart. hic concludit de vulg. & pup.*

De successionibus ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Si testator incîdit, vel cancellat testamentum, an sit locus fisco, vel venientibus ab intestato? distinguitur. & num. sequent.*

CONSILIVM CXLIIII.

1 CIRCA † materiam propositæ quæstionis, de qua not. C. de testamen. l. vestram. diuersi diuersa scripserunt, sed, vt veritas pateat, duo sunt membra præmittenda: in quorum decisione omnes consentiunt. deinde agetur de tertio, in cuius decisione diuersitas inter Doctores occcurrit: prima duo membra talia sunt, quod aut constat, quod per incisionem, cancellationem, vel reuocationem testamenti voluit paterfam. decedere intestatus: aut constat, quod noluit decedere intestatus, sed scriptos solum iudicauit indignos. Primo casu venient venientes ab intestato, & habebitur in effectu perinde, ac si nullum vnquam fuisset conditum testamentũ: vt C. de test. l. vestram. in 1. responso. ff. de test. l. ad testamentum. §. si signa. & ar. ff. de bo. poss. secundum tab. l. qui testamento. §. testamento. secundo casu absq; dubio locus est fisco: vt C. de his, qui. vt indi. l. hæreditas. qui tenebitur ad legata: vt ff. ad fil. l. cum fisco. si quis aliquem testari prohibuerit. l. 2. §. vlt. in tertio verò casu, vbi dubium est de mente testatoris reuocantis testamentum per incisionem, cancellationem, vel alium actum his similem
2 † dicendum est: quod aut actus rescisionem testamenti inducens vniformiter totũ respicit testamentum, id est, pariter hęredum institutionem, & legatorum ascriptionem: vt est simplex incisio, vel totius testamenti cancellatio, & hoc casu veniunt venientes ab intestato: vt ff. si tabulæ testamenti nullæ ex. l. 1. §. si hæres institutus. & in prælleg. l. vestram. in 1.
3 responso. † Nec enim potest dici locum esse fisco propter conseruationem legatorum, quæ pariter testator in cancellationem, vel incisionem inuoluit, sicut & institutionem: vt ff. de his, quæ in testamento delentur. l. 1. §. sed consulto. cum etiam sit facilior legatorum ademptio, quã institutionis. vt ff. de adimen. & transfe. le. ex parte. & talis deuolutio in fiscũ propter conseruationem legatorum repugnaret voluntati testatoris legata (vt apparet per actum ademptionem producentem) deberi nolentis: vt ff. de doli ex. l. apud Celsum. §. præterea. C. de fideicom. l. fideicommissa. cum sim. Si verò actus rescisionem inducens non respicit omnia in testamento ascripta, sed institutionem hæredum tantum: vt quia hæredum, vnius, vel plurium, nomina cancellauit reliquo testamento sano, & integro remanente: & tunc apparet, quod noluit totaliter intestatus decedere, sed legata voluit deberi per hoc, quod ea non cancellauit. ar. ff.
4 de mili. test. l. tribunus. §. vlt. † Nec potest esse locus venientibus ab intestato, quia legata non debentur secundum voluntatem testantis hæreditate ex testamento non adita. nam adita hæreditate legata incipiunt deberi, licet eis vt indignis, & extremam voluntatem defuncti non habentibus auferatur hęreditas: vt ff. de vul. & pub. sub. l. ex facto. §. nihil longius. & hoc modo loquitur. ff. de his, qui. vt indi. l. cum quidam. in 2. responso. Sed huic distinctione duæ ll. videntur obstare. ff. de his, qui. vt indig. l. cum tabulis. §. fi. & de his, quæ in testamento delentur. l. proximè. ibi: sententia autem Imperatoris Antonini Augusti, &c. in quarum qualibet erat actus pariter totum testamentum concernens, puta institutio, & tamen vi-
5 detur, quod locus est fisco. ¶ † Ad contraria respondetur, quod in nulla illarum legum stetit testator in finibus actus communis, id est, rescisionẽ primi testamenti pariter concernentis, sed processit ad alium actum, qui prioris casum ostendit: incîdit enim testamentum, & hoc non contentus nomen hæredis, vel hæredum induxit, ex cuius actus adiunctione patenter ostendit, quid mouit eum ad incidendum, quia hæredum odium, non legatariorum. & ideo, vt legata debeantur secundum testatoris voluntatem, locus est fisco, vt dictum est supra. Probatur hæc ratio. ff. de his, quæ in test. delentur. l. 2. & l. pen. vlt. responso. Nec hoc mirum est, quia sicut verbum sequens actat, & declarat præcedens: vt ff. de ver. sig. l. si cum tibi fundũ. & l. seruus. ita & actus sequens actum præcedentem: vt ff. de manu. testa. l. in testamento cen-
6 turio. §. vlt. † Sed adhuc instatur de l. vl. ff. de his, quæ in te. delen. vbi testamentum fuit cancellatum, & tamen

3 *Et clausula nō obstante posita in tali gratia non facit eam valere ad id, quod Papa velit ipsis ambobus prouidere: sed tollit subreptionem tantum, & de verbo omnino careat, quid significet. num. 2.*

4 *Item sola traditio possessionis non inducit collationem.*

CONSILIVM CXLIII.

THEMA tale est. Dominus B. Papa volens facere gratiam specialem I. contulit ei canonicatum, & præbendā in Ecclesia Ferrarien. si qua tunc vacabat: alioquin suæ collationi reseruauit eandem, cum vacauerit, eidem I. conferendam, certis sibi executoribus deputatis, quo I. nullam consecuto præbendam idem dominus B. Papa diem clausit extremum: cui succedens dominus Cle.
2 Papa Quintus in dicta Ferrarien. Ecclesia Benedicto de flo. & Archid. de luca vna, & eadem die *a* data per similes speciales literas canonicatum contulit, & præbendam cum clausula anteferri, & non obstantibus consuetis certis eis executoribus deputatis, qui B. priusquam A. literas suas C. Archipresbytero, & canonicis Ferrar. præsentauerit, ab ipsis in canonicum, & fratrem fuit receptus stallo sibi in choro, & loco in c. assignatis. Postea veniens ipse A. similiter suas literas præsentauit, qui A. ab ipsis antea hac protestatione præmissa, quod per receptionem, quam de ipso facere intendunt, nullum aliud ius, quàm quod haberet, intendebant conferre de nouo, simpliciter in canonicū est receptus cum assignatione stalli in choro, & loci in c. simili protestatione per quendā alium canonicum Ferrarien. præmissa, sicut de prædictis omnibus constat per literas Apostolicas, & publica instrumenta. post hæc vacauit Archipresbyteratus Ecclesiæ prædictæ, cui certa est præbenda annexa: ad quem dominus B. fuit per cap. electus, & per Episcopum confirmatus, in possessionem pacificam inductus: demum vacante præbenda quadam dictis I. & A. contendentibus se ius habere in ipsa pro vtraque parte diuersi sunt habiti processus, & concertationes multiplices hinc, & inde. Nunc quæritur, quis dictorum dominorum, an I. vel A. ius habeat in præbenda. clausulæ autem prædictorum rescriptorum sic se habent: seu si aliqui Apostolica, vel alia quamuis auctoritate, in eadem Ecclesia in canonicos sint recepti, vel, vt recipiantur, insistant: quibus omnibus, præterquam auctoritate nostra receptis, vel præbendas expectantibus, in eadem te in assecutione præ-
1 bendæ volumus anteferri, &c. † Pro declaratione dubiorum primò sciendum est, quod decretalis duobus, inquantum loquitur de simul impetrantibus, & præsentantibus, vel simul impetrantibus in diuersis temporibus præsentantibus, iubet in quolibet casuum prædictorum vnum carere impetratis omnino. Nec fundatur tantum super vitando grauamine Ecclesiarum, imò super quadam iuris impossibilitate, quæ de necessitate aut totam gratiam, aut saltem alteram partem gratiæ habet vitiare de iure. Decens enim est, quod in impetrationibus, qui prior est tempore, potior sit in iure: vt in reg. iur. qui prior est. & extra de rescript. c. tibi, qui. lib. 6. & hæc fuit opi. Host. qui non attendit prioritatem in præsentando, sed solum in impetrando: vt ipse no. extra de rescrip. c. Abbatem. Nunc autem, ex duobus impetrantibus vna die, si apparet, quis sit primus, ille præfertur: vt in c. duobus. in 1. responso. & fundatur valde benè. ff. de pign. l. si fundus. §. si duo. Si verò non apparet, quis prius impetrauerit, cum agatur de iure indiuisibili: canonicatus scilicet, & prębędæ, videtur nullum debere admitti de rigore iuris: vt ff. de reb. du. l. si fuerit. de test. tute. l. duo sunt Titij. verum quia constat omnino Papā saltem vni gratiam eius facere voluisse rectè statuit illum, tanquam priorem admittendum, qui prius præsentat: sic in dissolutione perplexæ obligationis is solum ad agendū admittitur, qui prius lit. contestatur, altero totaliter, & in perpetuum ab omni commodo actiuæ obligationis excluso: vt ff. de
2 verb. obl. l. si Titius. † Et hoc dicit tex. in c. duobus.
b pen. responso. dum dicit alias omnino *b* careat impetratis. idem est dicere habeatur totaliter pro non impetrante: sic exponuntur hæc verba. C. si contra ius, vel vtili. pu. l. & si legibus. cum igitur litera Papalis sit in quolibet impetrante loco tituli, seu gratia in litera contenta, titulo ad quādam fictionem nullitatis deducto, nunquā ex eo poterit beneficium obtinere: vt ff. de ac. re. do. l. nunquam. C. de rei ven. l. nullo. nec aliquo euentu potest reuiuiscere: vt de iniust. ru. & irri. test. l. si filius. & de mil. test. l. militis codicil. §. vlt. & extra de præben. c. quodam. & ideo benenot. Archid. quod si talis vltimo præsentans recipereturnon diceretur Apostolica auctoritate receptus. & per hoc apparet solutio ad id, quod opponitur de c. manadarum. & de his, quæ ibi not. quia si primus non prosequitur gratiam, secundus admittitur. ibi enim bulla literarū, seu gratiarū erat nulla ipso iure, eo quod illud ius inficit finem, id est, duorū impetrantium ad secutionem in eadem ecclesia propter ecclesiarū gravamen vitandū. dispositio verò c. duob. inficit. & ipso iure nullū fingit principium, id est, literam, seu gratiam secundò præsentantis, non solum propter vitandum ecclesiæ grauamen, sed propter quandam iuris impossibilitatem, & prolixitatē quandam vitandam, vt ostensum est supra. Præterea sicut in themate dicit B. non est exclusus sine ecclesiæ onere, & sui emolumenti perceptione: factus est enim Archipresbyter, & assecutus est præbendam: quod sufficit ad excludendum secundò præsentantem, etiam si solum onus ecclesiæ attenderetur: vt not. Compost. in eo impetrante, cui capitulum assignauit pensionem, vt
3 ipse not. in prælleg. c. mandatum. in 2. glo. ¶ † Ad secundum dubium, quod mouetur, videlicet quod clausulæ quantumcunq; generales in non obstantib. positæ ostendunt de intentione Papæ fuisse prouidere vtriq;. & ideo locum habet finis illius. c. duob. respondetur per intellectū illius versi. Dicit enim, quod oportet, quod in litera secundò impetrātis, & præsentantis expressè appareat, quod voluit prouidere vtrique. Hęc autē generalitas non obstantium non facit, solum enim hoc operatur, quod secunda litera nō dicatur obreptitia: vt extra de præscript. c. constitutus. & in eod. tit. c. cum aliquibus. lib. 6. & ibi not. per Io. Mo. & per Arch. ad esse tamen gratiæ *prioris* nihil faciunt, imò nec ad ipsius eiusdem *gratiæ*, in qua pronuntur, nisi quia remouēt obreptionis obstaculum: vt extra de præben. c. si dignitatem. *in concilio* Vien. cū igitur illa generalitas nihil aliud faciat, nisi quod tollit obreptionis obstaculū, quod obstare posset secundo huiusmodi literā præsentanti, non potest dici, quod per hoc appareat Papā voluisse prouidere vtrique. Præterea requiritur, quod expressè appareat: per talem autem effusum sermonem non potest dici fieri expressionem voluntatis, seu de prouidentis intentione apparere expressè: vt ff. de verb. obl. l. quid. quid astringendæ. de iniurijs. l. item apud Labeonē. §. ait prætor. cum si. Præterea verba non obstantium talia sunt, seu si aliqui Apostolica, vel alia quauis auctoritate in canonicos sint recepti, vel, vt recipiantur, insistant: prima pars istius clausulæ generalis nō potest comprehendere aliquam de impetrantibus eadem

pertinet,& pertinuit à temporibus retroactis,& à tan
tis,quod de contrario memoria non exiſtit. & quan-
docunque vacauit in Eccleſia prædicta cantoria dicti
Decanus, & capitulum ſemper elegerunt cantorem
ad cantoriam prædictam, & conſueuerunt vocari, ſi-
cut in electione Decani ad electionem cantoris cele-
brandam canonici abſentes: præſentes tamen in pro-
uincia de conſuetudine prædicta. ¶ Item ad dictam
electionem celebrandam proceditur per viam com-
promiſsi, per viam ſcrutinij, & per viam ſancti Spiri-
tus ſeruatis ſolemnitatibus, quæ ſeruantur in alijs e-
lectionibus. Item facta electione concorditer Deca-
nus aſsignat cantori electo ſtallum in choro,& locum
in cap. in locis, in quibus alius ſtare, nec ſedere con-
ſueuit, præterquam ipſe cantor. Item cantor Eccle-
ſiæ eduen. habet prærogatiuas ratione cantoriæ ſuæ.
ſcilicet ſuccentorem præſentare capitulo : canoni-
cum tamen eduen. Item ſcholas ciuitatis, & maio-
ris partis diœceſi eduen. conferre, clericos ponere
in choro Eccleſiæ non beneficiatos, de ſuis maleficijs
corrigere, & punire, & à choro eijcere, & ſimilia.
¶ Item electio cantoris de conſuetudine eccleſię edu-
en. approbata, & obſeruata, non præſentatur Epi-
ſcopo, vel Archiepiſcopo, non examinatur, non ſo-
lenniter confirmatur. de conſuetudine non exami-
natur: quia oportet, quod ſit canonicus eduen. ille
cantor, qui pro examinato habetur. dominus Papa
fecit gratiam primo de dignitate, ſeu perſonatu in
Eccleſia eduen. ſpectante ad collationem Epiſcopi,
& capituli eduen. communiter, vel diuiſim, non ex-
preſſo in litera gratiæ, ſi per electionem fiat. Domi-
nus autem Epiſcopus eduen. ſolus habet cõferre cer-
tas dignitates, & perſonatus Eccleſiæ eduen. exce-
ptis dignitatibus decanatus, & cantoriæ, in quibus
capitulum conſueuit eligere decanum, & cantorem,
prout ſuperiùs eſt expreſſum.Modò quæritur,vtrum
ſub dicta gratia contineatur dicta cantoria? & vide-
tur, quod non : cùm in dicta gratia de electione nul-
la mentio fiat. Econtra dicit impetrans, quod can-
toria continetur ſub gratia. nam quamuis eligatur:
prout dictum eſt: tamen perſona non examinatur,
nec confirmatur, ſed facta electione cantoris concor-
diter ſtatim per decanum inſtallatur de conſuetudi-
ne, vt dictum eſt ſuprà. ¶ † Super prædictis quęritur,
an dicta cantoria contineatur ſub gratia ſupradicta,
vel non? Circa præpoſitum thema non ocioſe atten-
dendum eſt, quod licèt Innocent. & Hoſtienſ. circa
aſſumptionem ſimpliciũ canonicorum diſſenſerint.
Innoc. dicente quod non eſt in eis neceſſario ſeruan-
da forma. cap. quia propter. extra de elect. ſed ſuffi-
cit de voluntate canonicorum apparere ſine obſer-
uantia formæ. extra de conceſ. præbend. c. ex parte.
& ibi not. per Inno. & Hoſt. contrarium aſſerente ex
mente.c.quia propter. & hoc per iura extra de præb.
dilecto. & de conceſ. præbend. c. literas. cuius opin.
videtur per iura noua, comprobari, vt extra de elect.
eſtatuimus.& c. vt circa. & c. quia contra Eccleſiam.
& in quolibet iſtorum not.per Archidia. de dignitati
bus.autem, vel perſonatibus apud eos non videtur
hæſitatio fuiſſe, quin deberet forma.c.quia propter.
exacta diligentia obſeruari, vt extra de elect.dudum.
2 † Cum igitur cantoria, de qua agitur in Eccleſia
eduen.habeatur, & numeretur inter dignitates, ſeu
perſonatus, ac per hoc talis cenſeri debeat, vt ff.de le-
gat.l.3.l. non aliter. §. vltim. & l. ſeruis vrbanis. in 2.
reſponſo. & not.per Innoc. extra de præb. c. de mul-
ta.manifeſtum eſt, quod creatio cantoris de iure cõ-
muni debet fieri per electionem ſolemnem. ſi ſic,non
cadit ſub literã impetrantis,vt extra de præb. ca.cum
illis.§.1.li.6.& arg.de offi.dele.c.deliberatione. † Se-
cundò dato quod de iure cõmuni non quis ad digni-
tatem,vel perſonatum per formam ſolennis ele.aſſu-
mi.præſupponitur conſuetudo neceſsitatis ad obſer-
uantiam formæ,quæ cum ſit rationabilis, & præſcri-
pta,tenet vim legis,vt ff.de leg.& ſe.conſul.l. de qui-
bus.& inſtit.de iure na. gen. & ci. §. & non inelegan-
ter.præſertim in electione.ff.de decurio.l.non tantũ.
§.fi.extra de conſue.c.cum dilectus.de ver.ſi.c.Abba-
te.& ibi not.per Inno.& 9.q.3.conqueſtus.& ibi not.
per Io. & melius.8.di.fruſtra. Si vero,vel de iure com
muni, vel ex virtute conſuetudinis eſt ſeruanda for-
ma,de neceſsitate ſequitur, quod ſit ibi veræ electio-
nis ſubſtantia: quia in talibus forma rei eſt eſſe rei: vt
ff.ad exhib.l.Iul.§.ſi rem.de aur.& ar.leg.l. Seia.& de
ver.ſi.l.mulieres.§.res abeſſe.ſi ſic, non cadit ſub gra-
tia literæ, vt dictum eſt ſupra, ſed ad hoc opponitur,
quod non ſit vera electio,quia nõ confirmatur, quod
eſt neceſſe in vera electione, vt extra de elect.c.noſtri.
& c. dudum. & c. nihil eſt. & hoc habet confiteri ele-
ctus per c. alias, ſi diceret confirmationem neceſſari-
am eſſe, ſeipſum excluderet, quia inueniretur admi-
niſtraſſe iure cantoriæ nulla confirmatione præcedẽ-
te, & ſic incidiſſet in c. auaritiæ cæcitas.extra de elec.
4 lib.6. † Sed ad hoc reſpondetur, & primo ad primam
partem argumenti, cùm dicitur non confirmatur, er
go non eſt electio.Etenim electio,& confirmatio ſunt
actus diuerſi, & à diuerſis procedentes,vt extra de
tranſact.prælatorum.cap.vl.confirmatio namque ad
elect. nihil noui iuris ſuperaddit. ſed ſolum admini-
ſtrationis exercitium concedit, ſicut & decretum iu-
dicis, quo tutori adminiſtrationem pupillarium re-
rum decernit: vt C. arb. tut. l. vlt.§. illo.& not.ff.de
admin.tu.l.tutor,qui repertorium. in 3. reſponſo. &
not.expreſsè.63.diſt. quanto.& clarè extra de elect.ſi
electio lib. 6. ſi ergo ſunt omninò diuerſa, non ſequi-
tur, quod ſecundo amoto ex conſuetudine, vel alio
modo, amotum ſit primum : quia ſunt ſecreta,id eſt,
ſeparata,ſed ſecretorum,id eſt, ſeparatorum ſeparata
debet eſſe ratio, vt C. de don.inter vir.& vxo.l.ſi ma-
ritus.ff.ad Carbo.l.de bonis.in prin.ff.de min.l.Pom
ponius exuli. ibi, quid enim habet commune, &c.
quemadmodum ſer.amit.l.nam ſatis.§.1.& de acqui.
5 poſſ. l. nihil. † Etſi aliquando reperiatur ſcriptum
per Docto. quod electio habet partes ſuas, & ponunt
confirmationem pro parte electionis: reſpondetur,
quòd eiuſdem cauſæ,& effectus eſt,quod loco confir-
mationis adijcitur,vt inſtallatio per decanum,vt ff.ſi
quis teſt.liber eſſe iuſ.fuerit.l.1.§.Hęc actio locum ha
bet ibi,nam & ſi in locũ deficiens,&c.imò pro eodem
habetur,vt præal.l.de bonis.§.qui de Pupillo.ibi,hæc
enim poſſeſsio per ſatiſdationem,&c. reſpondetur &
aliter, quod hoc debet intelligi de perfectiſsima ele-
ctione,quæ iam ſortita eſt ſuum intentum: quoniam
ex confirmatione contingit. ar. ff. ad l. fal. l. ſi is,qui
quadraginta.§.vlt. & hoc etiam reſpectu dicitur ven-
ditio traditione impleri, vt ff. de act. empt.& ven.l.ſi
quis aliena. & tamen conſtat, quantum ad perfectio-
nem obligationis, eam ſolo conſenſu eſſe perfectam,
vt ff. de actio. & obliga. l. conſenſu. & de contrahen.
emptio. & vend.l.1.§.vlti. ad ſecundam partem argu-
menti reſpondetur, quòd dominus Milo electus non
omninò ſine confirmatione acceſsit : quia habuit a-
ctum à ſuperiore ſuo emanantem. ſcilicet inſtallatio-
nem à decano : nec eſt abſonum dicere, quòd ex con-
ſuetudine iudicatur, quòd vnus actus effectum alte-
rius repræſentet,ſicut ſcortatio a traditionem opera-
tur, vt extra de conſuetu. cap. ex literis. & in 10. col-
lat. quid ſit inueſtitura. capit. 1. in primo reſponſo.
& hoc etiam not.Innocen.extra de electio. tranſmiſ-
6 ſe. & de ſimo. capit. ex inſinuatione. † Etſi aliqui

Docto. scripseruut, quod non potest consuetudine introduci, vt quis sine confirmatione administret. Verum est, nisi ibi sit alius actus à superiori procedens & hunc repręsentans: quia in talibus non refert, quo modo superior voluntatem suam declaret: vt no. per Innocent. extra de re iudi. c. cum Bertoldus. in gloss. mirum videtur, &c. & per Archi. extra de elect. ca. vt quis duas in gloss. quis inter duos. præterea non videtur eorum opi. procedere. constat enim posse priuilegio concedi, vt quis sine confirmatione administret: vt extra de sup. neg. præla. c. 1. & de appel. c. quia vos. & ibi not. per Hosti. si potest priuilegio, ergò & consuetudine. sunt enim paria hæc: vt not. per Inno. extra de iudic. c. nouit. & præsertim hoc fieri, seu introduci potest in illo electo, in quo examinatio personæ est superuacua, vt hic: dicitur enim consuetudinem esse, quod non eligatur, nisi canonicus, qui cùm ex cõuersatione debeat esse notus, examinatione non indiget, vt 47. distinctio. & no. 23. distinctio. qui Episcopus. l. cessantibus itaque obiectis, vt potè inualidis videtur dicendum impetrantem in hac cantoria nullum ius habere, sed electo, per capitulum ius in
b eadem plenissimum competere. *b*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Sicut scotatio. *Scotationis nomen, quòd planè sit barbarum, dici potuisse opinor, tanquam excuticatio. Ait enim Pontifex in d. c. ex literis. quod est c. 2. de consuet. formam transferendi possessionem per hunc modum, qui scotatio vulgariter appellatur, talem fuisse, quòd modicum terra manu, vel palij extremitate suscipitur, imponiturúe altari. Vulgaris autem seruio excuticari glebam inquit, cùm superficies auellitur. Vel dictum est forte à quadam herba, quam vulgares scotanum vocant, cuius copia est in plerisque locis, & hac coria conficiuntur, tanquam herba simul, & gleba diuellantur. Non est porro silentio prætereunda mira quædam huius herbæ experientia, qua coria eiusmodi antiquas literas iam fermè abolitas renouant, vtque commodè legantur, præstant, si frigida mergantur aqua, deinde literis admoueantur. Id quod me docuit præstantissimus in omni scientiarum genere D. Viuianus Brunorius à Corinaldo, cui scriptores antiqui plurimum debent.*

b ¶ Nullum ius competere. *Adde Ioan. And. in addit. ad Spec. de act. & peti. §. super. ad finem in additione longa inver. significauerunt. in 1. parte eius additionis.*

De appellatio. & recusat.

SVMMARIVM.

1 *Si Iudex ordinarius est recusatus, & alius est sibi adiunctus, processus per eos habitus non valet in casu isto. tamen distinguuntur tres casus. & num. seq.*

CONSILIVM CXLVII.

a b THEMA tale est. *a* Recusatus est iudex ordinarius alius est sibi adiunctus, *b* quæritur, an processus per eos habitus teneat, vel non? ¶ † Ad primum quidem opponitur de l. 1. §. si Pomponius. ff. quod fal. tu. auto. respondetur, quod ibi veritas, & opi. siuè intentio non contradicebant, verus enim tutor sciebat se verum tutorem, & per consequens se posse solum, & insolidum auctorizare: vt ff. de curat. fur. l. consilio. §. vlt. de admi. tu. l. si plures in princ. & C. si vnus ex plur. tut. l. 1. quod ergo secum alium admisit, hoc non facit ad solidandum actum proprium, seu auctoritatem, quam præstabat, sed in casu, de quo agitur. & in casu. c. cum superabbatia. de offic. deleg. vnus iudex admisit alium, tanquam secum conficiente actum, & sine quo non credebat actum posse expedire, sicut nec verè potuit in casu præsenti: vt in Authent. vt differ. iudic. §. si verò contigerit. col. 9. & in casu. capi. cùm super abbatia. non potuisset, si verum fuisset, quod credebat. vnde sunt in summa tres casus. In primo veritas cum opi. concordabat affirmatiuè. in §. si Pomponius. quia vt dictum est suprà, verus tutor solus poterat auctoritatem præstare, & ita credebat, & sciebat. In secundo casu in capitu. cum super abbatia. veritas à voluntate discordabat. & ideo vitium inducitur in actu. arg. ff. de rebus dub. l. in ambiguo. de acquiren. hæredi. l. si is, ad quem. l. hæres institutus. In tertio casu, scilicet in casu nostro veritas cum opinio. concordabat negatiuè: videlicet, quod recusatus credebat se solum non posse procedere: & ita verum erat, sed fuit error in modo adiũctionis, & ideo vitiatur actus: vt ff. de appel. l. si constat. vni enim commissum à iure communi, vt Episcopo non potest alius per sui adiunctionem aliquid vsurpare: vt C. de testament. l. consulta diualia. & de exacti. & translat. min. annonarum. l. 2. & ibi nota. libr. 12. & ita ex distinctione casuum apparet, quòd nulla est inter eos communio.

2 ¶ † Ad secundum dicitur, quòd iudex non potest à se abdicare iurisdictionem, & ideo sibi alium adiungendo à se iurisdictionem non abdicauit, immò retinuit, quod egit, quod nota. extra de electio. cap. illa quotidiana. & de præscript. ca. cum ex officij. respondetur ad primum, quod abdicatio denotat quandam totalem separationem: vt C. de pa. po. l. abdicatio. & hoc fieri non potest, vt ff. de offic. præsid. l. legatus. sed per aliquẽ bene potest suæ iurisdictioni in aliquo derogare, puta se pronunciando in aliqua re vel causa non iudicem: vt ff. de iudi. l. si quis ex alien. & hæc disparia sunt: vt ff. de ver. si. l. derogatur. & not. in

3 inst. de iure na. gen. & ciui. §. sed naturalia. ¶ † Ad tertium respondetur, quod adiunctio alterius non abrogauit, seu derogauit iurisdictionem iudicis in aliquo, nec aliquis actus ab eo procedens, vt loquuntur iura in contrarium allegata, sed actus procedens in parte, ideſt, allegatio suspicionis, & recusatio manus eius ligauit, vt in tuto. dicit. C. de susp. tu. l. eum, quem. de sol. l. & si forte §. 1. cõtra quam suspicionem vel vinculum ex ea prouenies à iure, id est, adiunctio Episcopi, quæ seruata non fuerit, vinculum, & suspicionis manfit. ar. ff. de accepti. l. inutilis, in princ. secundum communem literam. & de leg. 3. l. si iure.

4 † Ad l. cum apertissimi. C. de iud. respondetur, quod ibi loquitur de recusatione delegati, *in quo casu lex* dat potestatem, imò imponit necessitatem *partibus* ad eligendos arbitros, qui demum *post* electionem à iure potestatem habent, vt ibidem *dicitur*: & ff. de verbor. signifi. l. obuenire. hic autem loquitur de ordinario allegato suspecto, quo casu lex statim adiungit Episcopum sine hominis adiunctione, vel facto: vt in §. si verò contigerit. & ideo in hoc iudex, vel partes nihil possunt, sicut apparet in tutore legitimo, quem lex vocat: vt ff. de legi. tut. l. legitimos. & ideo si detur alius à iudice, datio ipso iure non tenet. ff. de tut. & ratio. disti. l. si tutor reipublicæ causa. §. 1. & de excu. tu. l. qui testamento. & C. qui dari tu. po. l. si sororis. nec enim possunt priuati vel iudex super legum dispositionem. vt ff. de vulga. & pu. sub. l. in pupillari. & de suis & le. hære. l. vl. de admi. tu. l. quidam decedens. ff. de ferijs. l. 1. de testa. tute. l. iure nostro. & de prædijs, & alijs rebus. mino. l. quamuis. & per hoc patet responsio ad aliud obiectum de solemnitate, quæ po-

quæ potest remitti consensu partium. quia id vtique verum est, quando lex nihil præcisè disponit, sed partibus disponendum relinquit, alias non: vt ff. de le. 1. l. nemo. ad vltimum quod opponitur, quod si non tenuit vt adiunctus, saltem tenuit vt arbiter. Respondetur, quòd hoc non procedit, quia non est actum, vt esset arbiter, sed vt esset iudex. Vndè quod voluit, potuit, &c. vt C. si quis alteri, vel sibi. l. multum. & ff. de iure codicil. l. 1. de constitut. pecu. l. 1. §. primo. cum simi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Vide, quæ notat Andreas Ponc. in addit. Bar. super Authentic. si verò contigerit. C. de iudic. vbi huius consi. meminit.*

b ¶ Alius est sibi adiunctus. *Ex sequentibus videtur hanc casus positionem ita debere integrari, alium sibi adiunxit.*

c ¶ Vinculum. *Videntur hæc verba ita fermè restituenda. licet adiunctio Episcopi valida non fuerit, vinculum tamen.*

De verbor. signi. extraord. C. ad l. Iul. maiesta.

SVMMARIVM.

1 *Nomine omnium obuentionum non veniunt pœnæ, vel peditio bonorum feudalium, vel aliorum, nec propinæ.*
2 *Item verbum, Vniuersale, debet intelligi ciuiliter: & prædicta habent locum in crimine læsæ maiestatis. & numer. sequent.*

CONSILIVM CXLVIII.

FACTVM est tale. Quidam comes habens comitatum vnum, in quo ipse est merus dominus habens in dicto comitatu iurisdictionem, & mixtum ac merum imperium: quia per se omnia expedire non poterat: posuit in dicto comitatu castellanum vnum, qui est feudatarius suus, & homo suus ligius tenens in feudum à dicto comite castellaniam, debens dicto comiti assidere quando sedet in iustitia, & quando emendæ sunt iudicatæ, suis proprijs expensis æquitare pro executione facienda pro dictis debitis soluendis. habet etiam dictus comes bona propria, & feudatarios proprios. & Castellanus habet aliqua bona propria, & aliquos proprios feudatarios. modò facta est quædam recognitio de dicta castellania per talem modum, quod comes cognoscit, quod dictam castellaniam dictus Castellanus tenet in feudum à dicto comite, & inde est homo suus ligius: insuper recognoscit in eadem litera quartam partem ex vna parte comitatus: & octauam ex alia omnium, quæ sibi euenire possunt quandocunque, & qualitercunque, & quæ ad aliquam vtilitatem euenire poterunt ad dictum comitem. Ex istis insurgunt quæstiones. Primò, si feudatarij proprij dicti comitis proditionem forefaciunt in personam dicti comitis, vel proditionaliter se opponant dicto comiti personam suam, vel terram suam impugnando. & sic perdant ipso facto feuda sua, an Castellanus habere de illis feudis partem suam, vel non? Secundò, si tales forefactores habeant bona non feudalia, & forefaciant dicta bona per modum prædictum committendo in comitem crimen læsæ maiestatis, vtrum Castellanus in illis bonis debeat habere partem, vel non? Tertiò, si tales malefactores teneant decimas sub annuo censu ab Ecclesijs, & forefaciât eas per modum prædictum, vtrum Castellanus per illam generalem recognitionem debeat habere partem, vel nõ? Quartò, si homines dicti comitis donent sibi soli aliquam pecuniam contemplatione suæ personæ tantum, an in illa Castellanus habeat partem, vel non?

1 ¶ † Ad primam quæstionem videtur dicẽdum, quod dictus Castellanus admitti debeat ad bona, & res, de quibus in quæstione quæritur: & in eis habere partem suam. & hoc propter verba multum vniuersalia in recognitione apposita, dum ibi dictum est, omnium, quæ sibi obuenire possunt quandocunque, & qualitercunque: & quæ ad aliquam vtilitatem obuenire poterunt ad dictum comitem, &c. Sunt enim dicta verba vniuersalia ad omnia cõplectenda, nisi prohentur excepta: vt ff. de penu leg. l. vltim. & de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consu. l. 1. in princ. de legat. præstan. contra tab. bonorum poss. pet. l. 1. & de aleatoribus. l. 1. §. quod verò prætor. iterum illa verba quandocunque, & qualitercunque etiam vniuersitatem notant: vt ff. quæ in frau. cre. l. 1. §. vltim. & de excep. rei iu. l. si mater. §. eandem. in fin. est etiam ibi
2 a verbum possunt, *a* cuius significatio est multum cõplexiua, & extensiua: vt ff. de leg. 3. l. si ita quis testamento. & de condi. ob causam. l. quod si seruus. in fi. & ibi not. pro hac parte videtur casus. ff. pro socio. l. cùm duob. §. vlti. vbi socius confert cum socio etiam
2 a quod ob iniuriam sibi illatam consecutus est. † Sed his omnibus non obstantibus videtur in contrarium sentiendum multiplici ratione. ¶ Prima est: quia intelligentia dictorum ex causis est assumenda per iudicem: vt ff. de leg. 3. l. cum filio. & extra de verbo. significa. c. intelligentiam. causa autem, quare Castellano commodum aliquod participatum fuit, illa est, quia laborare habet in assistendo comiti iusticiam reddenti, & iudicialiter sedenti: & ideo dignum est, quod præmiũ recipiat: vt C. in qui. cau. serui pro præmio recipi. liber. l. 1. C. de offic. assess. l. 1. & in Auth. de iud.
3 §. ne autem. † Sed in casu quæstionis quæsitæ non debet comes in iure sedere, vel iusticiam reddere, sed hoc ad pares curiæ pertinet, vt in 10. col. de feud. sine culpa non amitten. ca. 1. & quo tempore mil. in uesti. pet. debeat. c. 3. alias est sub §. sancimus. & de prohi. ali. feud. per Fed. l. imperialem. §. penultim. ergo nec Castellanus habet assidere, nec in hoc laborem aliquem perferre. Cessante itaque labore, qui est causa præmij, cessabit eius perceptio: vt ff. de excu. tu. l. tutor petitus. §. primo. de vaca. & excu. mu. l. semper. §. negociatoris. & de leg. 1. l. etiamsi patris. est enim commodum onus respiciens, & ipsum commutans: vt ff. de ali. & cib. leg. l. Caio. & de adi. & transfe. leg. l. alumnæ. §. ab hærede. & vnum propter alium di-
4 stinguitur. vt instit. de socie. §. illud. † Secunda ratio est: quia cogitatum videtur de communicandis his, quæ perueniunt ad comitem, vt ad iudicem, vt & mens, & contextus verborum recognitionis ostendunt, vt ex superioribus satis patet, & ex præfatione recognitionis ipsius, quæ in hoc plurimum est attendenda: detegit enim mentem loquentis: vt ff. de hæred. instit. l. vltim. & de adi. & transfer. leg. l. alumnę. §. fin. accedit ad hoc totum. ff. de ma. testament. l. Męuia. est nanque considerare comitem, vt simplex comes est, & vt aliqualis causarum iudex, & cognitor est. ar. ff. de lib. hom. exhib. l. 4. §. si cum quis. ibi, pietas enim gemina est, &c. C. de episcop. audi. l. decernimus. ibi. hac sinceritate geminam præbiturum, & sacerdotis, & iudicis, &c. ff. quod cuiusque vni. no. l. item eorũ. circa princ. & in toto illo generali, de quo
5 not. ff. de adopt. l. si pater. §. qui duos. † Constat au-

tem, quod ista nõ perueniunt ad eum, vt ad iudicem iudicantem, sed simpliciter, vt ad comitem peruentura etiam quolibet alio iudicante. ff. de noxa. l. quę admod. 1. & 2. responso. Tertia ratio est, quia secundum recognitionem, id est, vltima verba in recognitione apposita, illa sunt communicanda, quæ ad aliquam vtilitatem peruenire possunt. quorum verborum virtus precedentium significatum limitat, & restringit: vt ff. pro soc. l. sed & si adijciatur. & de verb. signific. l. si cum tibi fundum. non autem videtur ad vtilitatem pertinere, quod non tam nouiter accedit, quam de solito in feudationis cõtractu ad antiquum dominum, & in antiquam causam redit: vt ff. de libe. & posthum. filio. & de alie. iud. mu. causa facta. l. redhibito. & qui. mo. pign. vel hypo. solu. l. voluntate. Præsertim, vbi tantum, vel plus abest, quantum adest, vt ff. de leg. 1. l. ciuitatibus. §. vlti. & pro soc. l. Mutius. §. 1. in publicatione verò bonorum, de quibus quæritur, etsi bona videantur aliqualiter comiti accedere, obsequium tamen, & honorificentia vasalli perditur, cuius contemplatione non est dubium quodam respectu aliquem locupletiorem dici: vt ff. de actio. emp. & vend. l. idemq; & l. Iulianus. §. vlt. & de euict. l. sed hoc nomine. de ser. cor. l. vt tantum. §. vltimo.

6 † Quarta ratio est, quia quicquid ex causa in quæstione contẽta ad comitem deuoluitur hoc totum est vltimo eidem irrogatæ iniuriæ. ar. ff. de liti. l. vlti. & de iurepa. l. diuus Vespasianus. in 3. responso. & expressum est in 10. coll. qui. mo. feu. amit. c. 1. pen. §. id autem, quod alicui in vindictam propriæ iniuriæ debetur alteri non communicatur. vnde filius emancipatus non confert suo, quod ex iniuriarum actione consequitur: vt ff. de col. bon. l. 2. §. emancipatus. nec bonæfidei possessor hæreditatis restituit vero hæredi, quod per actionem iniuriarum consequitur propter iniuriam sibi illatam in deiectione ex fundo hæreditario: vt ff. de pe. hær. l. at vbi, & ibi not. & est casus expressus. ff. de ædil. edi. l. bouem. §. si quis seruum. in secundo responso. fallit in solo socio omnium bonorum, qui nihil habere potest, quin communicare teneatur, vt ff. pro socio. l. si quis societatem. & per hoc patet solutio ad l. cum duobus. §. socium. in con-

7 trarium allegatam. ¶ † Ad alia autem argumenta, quæ fundantur super signo vniuersali, & significato verbi indistinctè prolati patet responsio, quia nullum verbum adeò vniuersale, vel indistinctè prolatum est, quod ex consideratione debitarũ circumstantiarum non debeat ciuiliter intelligi, & limitationem reci-

b pere: b vt ff. de leg. 3. l. si mihi in via. §. vlt. de pigno. l. obligatione. de ser. l. si cui. de muner. & ho. l. vt gradatim. §. & si lex. de pet. hær. l. & non tantum. §. quod si pro emptore. & ibi not. quod vi aut clam. l. 1. §. denique. & ibi similiter not. & ex prædictis patere po-

8 test solutio ad secundam quęstionem. ¶ † Ad tertiam quæstionem videtur dicendum, quod ista quęstio nõ procedit, quia si tenentes decimas sub annuo censu ab ecclesijs forefacerent, ita quod bona eorum deberent de iure publicari, videtur, quod res ab ecclesia detentæ ad ecclesiam totaliter redeant, vt ff. de bon. dam. l. cum ratio. §. 1. & de bon. lib. l. si in libertinum. Si verò quis tenere vellet, q; tali iure publicarentur: vt ff. de dam. infe. l. si finita. §. si qua sunt iura. & §. si de vectigalib. adhuc tñ ad vitandam communionẽ, seu participium castellani in talibus rebus, ferè omnes rationes in prima quæstione adductæ locum haberent. ¶ † Ad quartam videtur dicendum, quod in donatione, qua quæritur Castellanus nullam vendicet sibi partem. & hic est casus. ff. sol. mat. l. si verò. §. item quicquid. ad Treb. l. debitor. §. vlt. & de dote præleg. l. cùm quis. in ver. nam si quis. cum sim. c

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Verbum possunt. *De verbo potest vide Doct. in l. Gallus in princ. de lib. & posth. & in l. 1. de iurisd. omn. iud.*

b ¶ Et limitationem recipere. *Faciunt quæ no. Io. Neviza. in Syl. nupt. charta. 10. colum. 2. numer. 159. versic. Nono facit.*

c ¶ Cum simil. *Nota singulariter ex casu huius consi. præsuppositum, quod dominus Oldr. facit, tanquam indubitatum, scilicet etiam contra inferiores à summo Principe crimen committi læsæ Maiestatis. Quod Doct. interpretati sunt saltem quo ad pœnam incurrendam, vt per Cæpo. consi. 17. in criminalibus. Nescio verò, an vllus antea ratio nem præsentis consilij habuerit in tali disputatione. Cui datur limitatio, quòd pœna ad liberos nõ extendatur, sed solum teneat actorem, cùm is, qui Maiestatem summi Principis lædit, liberos etiam pœnæ reddat obnoxios, vt per Lauden. de cri. læ. Maiest. q. 2.*

De succes. ab intest. & de testa. & de do. extra. C. de lib. præte. & de leg. & de codic. & de colla. & de dona. etiam causa mortis.

SVMMARIVM.

1 *Testatore viuente si moritur filia, & ex ea neptis & post testamentum proaui nascuntur pronepotes, rumpitur testamentum, nec debentur legata ex dicto testamento, quod tenuit à principio. ideo aut. ex causa. non habet in hoc casu locum, & clausula codicillaris si non valet, &c. in futurum prolata intelligitur hoc casu habere effectum. & num. 2.*

3 *Emptum ex pecunia aui dicitur profectitium, & est conferendum.*

4 *Et donatio facta fratri carnali cum clausula de non reuocando eam non valet, si ipse non fuit præsens, nec alius pro eo.*

CONSILIVM CXLIX.

1 SVPER † prima quæstione, qua quæritur, an per natiuitatem pronepotum natorum ex G. nepte C. superstiti testatoris, ideſt, filia nata ex R. filia testatoris prædicti, qui pronepotes post testamentum conditum per dictum C. nati fuerunt, in quo dictis R. & G. dictorum pronepotum auia, & matre ante testatorem defunctis secum tandem dictus C. testator decesit præteritos inueniunt esse testamentum, vel saltem rumpi debere, eò quod præteritio talis, cùm agamus de testamento ascendentis per lineam maternam, exhæredationi æquipollet. ¶ Super secunda quæstione, qua quæritur, an legata in dicto testamẽto relicta debeantur ex beneficio Auth. ex causa. credo simpliciter, quod non, quia illa Authen. intelligitur, quando institutio à principio non tenuit sic legata ab ea pendere nõ poterunt. Hic autem in princi. tenuit institutio. & ideo si ruat ex postfacto, ruunt & dependentia ab ea, vt legata. nec Auth. ex causa. de exhæredatione, vel præteritione posthumi loquitur, quia in princ. iubet ibi Iustinianus causam exhæredationis, vel præteritionis inseri. hic autem in posthumo sibi locum vendicare non potest, quia non potest committere aliquam de causis numeratis ibidem. igitur de posthumi exhæredatione, vel præteritione non intellexit in eo, scilicet, posthumo stant iura antiqua, quantum ad hoc non correcta.

¶ † Super

a ¶† Super tertia quæſtione, qua quæritur, an dicta legata valeant ex vi illius clauſulę *a* in teſtamẽto apposita: & hæc omnia valere volo iure teſtamenti, & ſi non valent, vel non valerent in futurum, &c. credo, quod dicta verba per verbũ futuri temporis prolata poſſint hunc caſum complecti, & non defectum ſolemnitatis tantũ, vt aliquid dicere, & notare ſolent, niſi quia ſolemnitas nõ pendet ex futuro. ſtatim enim teſtamentum aut eſt ſolemne, aut non. & ſi diceretur hæc verba à demente prolata nihil operari: Dico illa iura loqui, cum exhæredatur, verè vel fictè iam natus, in quo teſtatore verè eſt quædam inſania, vt aliam ſuceſſionem ſanguinis charitate calcata propriæ anteponat. Secus eſt in poſthumo, quia parẽtibus ſuis ſuccreditur tẽpore conditi teſtamenti per auum vel proauum. Talis enim aſcẽdens, & ſi minus penſo vtatur cõſilio, quia nec cõſilium Galli, nec legis Velleiæ eſt ſecutus, inſanus tamen, vel demens cenſeri non poteſt, qui quos videbat inſtituit, & ad culmen conſilij inſtitutionis faciendæ de his, qui naſci poterant, non peruenit, & hanc etiam interpretationẽ ſuadet clara teſtatoris voluntas, vt res potius valeat, quã pereat.

3 ¶† Super alia quæſtione quartæ partis molẽdini, credo, quod ſi ex pecunia aui ſit empta, cẽſenda ſit velut res peculij profectitij, & cõmunicanda, inter omnes, qui teſtatori hæredes erunt: circa hoc modicũ profe-

4 quor, quia nihil ad propoſitũ facit. ¶† Super donatione quæſtionis celebratę per R. auiam poſthumi ſupradicti in D. fratrem ſuum de conſenſu C. teſtatoris patris cõmunis, credo eam nõ valuiſſe, quia ſiue cenſeatur cauſa mortis, ſiue inter viuos, propter pactũ in ea appoſitum de nullo modo eam reuocando, non fuit quod appareat, præſens donatarius, nec aliquis pro eo recipiens, nec interuenit nũcius, vel epiſtola, quare non tenuit. Illo etiam non omiſſo, quod conſueuit in dubium reuocari: & not. per gloſ. an pater poſſit conſentire vni filio donanti alteri.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ex vi illius clauſulæ. *De codicillari clauſula, quando enunciata fuit per verbum futuri temporis: vide Bal. in l. Frater. in antiqua lectu. C. de fideicom. & iunge hic, quæ annotata ſunt ſupra in conſil. 138. & infra 171. item adde Maria. Soc. antiquiorem in conſi. 23. vol. 1.*

De conſtit. & de verb. ſignificat. & de conceſſ. præben.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ factum in eccleſia cathedrali contra expectantes Apoſtolicos non valet, quia contra ſuperiorẽ & Papam.*
2 *Item ſtatutum odioſum loquens de perſonatu nõ habet locum in dignitate, etiam ex identitate rationis, quando per illud minuitur cultus diuinus. & num. ſeq.*
Item per clauſulam non obſtantium poſitam in expectationis hoc modo, per quem effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, tollitur omne obſtaculum, per quod tolleretur gratia, vel eius effectus differretur, ſed non illud, per quod ad tempus differtur gratia.
8 *Et de duobus expectantibus quis alteri præferatur.*

CONSILIVM CL.

a IN Eccleſia Valentina ſtatutũ tale eſt. *a* In ſingulis prẽterea cupientes clara cer titudine ſtabilire, noſtramq; Valentinã eccleſiam ſtatutis ordinare ſalubribus, & ritibus fulcire decoris, ſtatuimus, & irreuocabiliter ordinamus nos ſub religione iureiurandi rad hoc nihilominus aſtringentes, quod aliqui, vel aliquis poſt hoc Apoſtolica auctoritate recipiendi ſupra numerum per nos in præſentiarum nouiter conſtitutum, nec vocem habeant in cap. nec ſint habiles ad adipiſcendum, recipiendumue canonicam portionem, non domos, quæ per Epiſcopum vel Capitulum canonicis aſsignantur: non prępoſituram, nec aliquem valeant recipere perſonatum, donec actu recipiant, & ſicut vnus de numero præſtituto. Hoc igitur conſtituentes rem non nouam, nec inuſitatam aggredimur, ſed præfata cum rectis conſcientijs ſentientes antiquarum cathedralium Eccleſiarum Tarachone prouinciæ inſtitutis, & moribus vſitatis nos nitimur conformare, ipſarumq; vſus laudabiliter imitari. Modò dom. Ioan. Pap. 22. contulit domino R. de Aſpello in dicta Eccleſia Valentina canonicatum, & prębendam ad dignitatem, ſi quæ tunc vacabant, vel cum vacarent, decernens ex tunc irritum, & inane, &c. non obſtante de certo canonicorum numero, alijsq; ipſius Eccleſiæ ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs iuramento ſedis Apoſtolicæ, vel quacunque firmitate alia roboratis, &c. certis executoribus datis. Deinde facti fuerunt proceſſus generales per certos executores, poſtea iuratis ſtatutis ipſius Eccleſiæ per ipſum R. ipſe recipitur in canonicum, & in fratrem per Epiſcopum, & Capitulum, & ad prębendam, & dignitatem futuras admittitur per eoſdem, ſtallum in choro, & locum in capitulo aſsignatur eidem, & in ſignum traditæ poſſeſsionis eidem R. traditur portio 15. denariorum, qui dantur, & dari conſueuerunt pro portione cuilibet canonicorum Eccleſiæ memoratæ, eadem die, & ſub eadem forma. Et ab eodem Papa domin. A. de Francia canonicatum, & prębendam impetrauit in dicta Eccleſia, & poſt duos menſes impetrauit dignitatem, & fecit fieri proceſſus generales per executores ſibi datos, & quia domi. A. noluit iurare ſtatuta Eccleſiæ, in quantum contra ipſum facere poſſent, Epiſcopus, & Capitulum ipſum recipere recuſarunt, & ab ipſius gratia, & proceſsibus ad ſedem Apoſtolicam appellauerunt. Poſt hoc vacauit in dicta Eccleſia prębenda, & dignitas, quas dictus R. acceptat cum proteſtatione, ſi ſibi deberentur de iure, & ſub eadem proteſtatione ſibi prouideretur de eiſdem. Deinde dictus A. dignitatem ſolam prędictam acceptat, & de ipſa prouidetur eidem. His ſic præcedentibus dictus A. accedit ad ſedem Apoſtolicam, & petijt ſe declarari priorem in hora diei, quo ad impetrationem canonicatus, & prębendæ fuiſſet. Papa certificatus ipſum declarat priorem in hora diei, & per cõſequens in aſſecutione prębendæ potiorem, mandans quibuſdam executoribus, vt amoto dom. R. de dicta prębenda eidem A. eandem aſsignent, à qua declaratione, & proceſsibus inde factis pro parte dicti R. fuit ad ſedem Apoſtolicam appellatum. Poſt hæc omnia vacante quadam alia prębenda in dicta Eccleſia Valentina dictus R. legitimè acceptat eandem cum proteſtatione, ſi prima non deberetur eidem, & ſibi prouideretur de ipſa eadem proteſtatione præmiſſa, & poſt acceptationem, & prouiſionem prędictas huiuſmodi ſecundæ prębendæ dictus R. facit ad maioris ſui iuris conſeruantiam prouideri iterũ de Archidiaconatu prędicto. Modò quæritur, quis ex iſtis duobus, ſcilicet A. vel R. potius ius habeat in Archidiaconatu prędicto? Pro aliquali declaratione quæſt. de qua quæritur, quatuor breuiter ſunt quęrendo notanda. Primum an ſtatutum ſupradictum valeat? Secundũ, an noſtrum caſum comprehendat? Tertium, an communis prędicta clauſula nõ

obstantium illud tollat? Quartum præsuppositis omnibus præmissis, quis ex litigatoribus scilicet R. & A. supradictis sit potior in Archidiaconatus dignita-
1 te, de qua principaliter litigatur? ¶ † Circa primum videtur persuaderi posse, statutum non tenere in prę-iudicium impetrãtium à sede Apostolica, & sic ostenditur: Lex dicta est à ligando, vt dicit Isidorus etymo-
b logiarum. *b* & colligitur in ambabus diffinitionibus legis positis. ff. de legi. & senatusconsul. l. 2. & l. 3. con stat autem, quod inferior non potest ligare superiorem, quia nec par parem: vt ff. de arbi. l. nam & magistratus. & ad Treb. l. ille, à quo. §. tempestiuum, & extra de maio. & obed. c. cum inferior. ergo nec legem ei imponere. Erubescit enim l. filios fieri castigatores parentum: vt in auth. de nupt. §. & generaliter. col. 4. Præterea nullum credo negare, quin de iure communi possit esse Archidiaconus, vel Archipresbyter etiam aliam prębendam in ecclesia non habens, quia hoc non reperitur iure prohibitum, ergo concessum: vt ff. de probat. l. ab ea parte. quibus ex cau. ma. l. nec non. §. quod eis. & C. de relig. & sum. fu. l. statuas. rem autem permissam inhibere est contra ius facere: vt ff. de ser. vr. prædi. l. quidam Iberus. & ff. de iniu. l. iniuriam. §. si quis me prohibet. sed contra l. communem aliam. l. etiam præfectus prætorio non facit: vt C. de inoffi. præfec. præto. Orien. & Illyrici. l. formam. ergo multo minus alij inferiores. Præterea videtur casus expressus, quod statuta collegiorum contra iura communia non tenent. ff. de col
2 leg. illicitis. l. vlt. ¶ † Circa secundum est primo considerandum, quod verba statutorum sunt stricti iuris, quod ostenditur per argum. effectus ad causam. qualis enim actio procedit ex aliquo, tale id ipsum, ex quo procedit, esse censetur. vnde non cognoscimus contractus bonæ fidei à contractibus stricti iuris, nisi per actiones descendentes ex eis: vt institut. de acti. §. bonæ fidei. & pro hoc. ff. de reg. iur. l. cuius effectus. & quod ibi not. Constat autem, quod actio procedens ex statuto quocunque nouo est condictio ex l. vt ff. de adul. l. si postulauerit. §. vlt. & l. seq. & de cond. ex lege. l. 1. sed condictio ex l. est stricti iuris, quod non enumeratur inter bonæ fidei, ergo & statutũ, ex quo nascitur, erit tale. In his autem, quæ stricti iuris sunt, nõ fit ampliatio verborum, sed nisi palam aliquid dictum sit, pro omisso est habendum: vt ff. de verb. obl.
3 l. quicquid astringendæ. ¶ † Secundò est attendendum, quod si horum duorum vocabulorum virtus, scilicet dignitas, & personatus, propriè sumatur, neutrum est alterum, quia dignitas est quædam pręeminentia ex administratione: vt ff. de mune. & ho. l. honor. Et est Archidiaconatus, qui saltẽ examinat promouendos. & alia promouẽda exercet, quæ magnam administrationem continet: vt extra de offic. Archidia. c. ad hoc nos Deus. & quasi per totum tit. Personatus verò minus dicit, quia est quidam honor sine administratione, & inter hæc est magna differentia: vt ff. de mu. & ho. l. ad rempublicam. Et hoc respectu dicunt iura de dignitatibus aliquid disponẽtia. Idem in personatibus obseruandum: quasi hęc non sint eadem, sed diuersa: vt extra de elect. c. dudũ. 2. de præben. de multa. de rescrip. c. statutum. circa prin. & de offi. & pote. iudi. dele ga. hac constitutione. in prin. lib. 6. Si autem sumitur largè, & impropriè, tunc sunt sinonyma, vel conuertibilia alterum in altero, sicut genus in specie, vt emptum & paratum. ff. de lega. 3. l. si quid eorum. §. inter emptum. Cum ergo agamus de statuto, quod est stricti iuris, verba propriè, & strictè accipi debent: vt ff. de exerci. l. 1. §. si is, qui nauem. ad munici. l. constitutionibus. & de bo. libe. l. patronus. §. si quis cum esset. & probatum est suprà. Præsertim verò, cum istud statutum inducat aliquid contra ius commune, restringi debet, vt quantò magis possumus, recedamus à iure communi: vt ar. C. de
4 nox. l. 2. & extra de consue. c. cum dilectus. † Nec hic locum sibi vendicat identitas rationis: vt ff. sol. mat. l. si verò. ff. de viro. de legi. & senatusco. §. quod verò contra rationem. & si à paren. quis fuerit manu. l. pe. & attendatur, quod istud statutum nõ videtur in sui radice habuisse rationẽ, sed odium, inducendo diuini cultus diminutionẽ. & ideo non est attendendum per identitatem rationis: vt C. de prædijs curialium. l. vlt. lib. 10. & arg. ff. de ventre in pos. mittendo. l. 1. §. 1. de lib. & post. l. cum quidam. & per hoc multa argumenta cõtraria Doctorum, in alijs tamen multum ab hoc diuersis casibus, non tantum opin. tolluntur. & sic ex prædictis cõcluditur, quod statutum de personatu loquens nostrum casum non complectitur, in quo de dignitate tractatur, inter quæ longè refert, vt probatum est suprà. & plenè not. per Arch. extra de consuet. c. 1. lib. 6. ¶ Tertiò est videndum, an ista non obstantia tollant impedimentum ex statuto proueniens? Et sunt, qui dicunt, apposita esse ad tollendam peremptionem gratiæ, vnde alium effectum operari non debent, sed hæc ratio non probat propositum, cò quod ista non obstantia videntur apposita, vt gratia omnem, quem melius potest, sortiatur effectum. ar. ff. de test. manu. §. si quis locuplex. C. communia de le. l. 1. §. 1. ibi si enim testator, &c. & hoc manifestè indicant verba in gratia apposita, dum dicitur, per quem effectus huiusmodi nostræ gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, &c. non ergo potest dici, de dilatione tollenda non sensisse, qui de hoc fecit mentionem expressam: vt ff. de leg. 1. l. qui filiab.
5 in princ. † Item quod dicitur, posita ad vnum effectum non possunt operari alterum effectum. Verum est effectum contrarium, sicut est adimere, & confirmare, agere, & excipere, vt probant iura, quæ inducuntur. ff. de adi. & transfe. leg. l legata inutiliter. & extra de ordi. cogni. c. cum dilectus. & probatur ff. de conditio. in l. & eleganter, §. pen. & l. cum his. §. 1. de so. l. qui hominem. §. fin. sed effectum diuersum, concurrentem tamen, id est, concurrere habilem, benè operantur: vt ff. ad Treb. l. si pupillus. & de so. l. in numerationibus. in prin. & §. vlt. & ibi not. constat autem, quod tollere, quę perimunt, & quę differunt gratiam: non sunt contraria, sed magis subalterna, præ-
c sertim quæ talia differentia *c* tollunt, quæ possunt ex euentu quodam etiam peremptionem inducere. arg. ff. de condi. inde. l. sufficit. de impen. in re do. fac. l. 3. §. nos generaliter. Melius ergo videtur dicendũ, quod statuta tollentia gratiam, vel differentia eius essentialem substantiam, illa tolluntur. Illa verò, quæ gratiam, quantum ad assecutionem non impediunt, nec differunt, sed effectum gratiæ, quantum ad effectum perceptionis fructuum suspendunt, illa sublata non
6 sunt. † Est enim inter hæc differentia: vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. siue autem res. & est bonum exemplum de statuto, quod fructus deputat fabricæ, vel alteri vsui. hac enim gratia effectum habente, quantum ad ius in beneficio, sola fructuũ perceptio differtur: & hoc videtur sensisse Ioan. Mo. extra de præben. c. si pro clericis. lib. 6. quod autem dicit in c. cum aliquibus. extra de rescript. determinatum fuisse de diacono, qui impetrans in Ecclesia, in qua sunt subdiaconales, & presbyterales prębendæ, non potest habere subdiaconalem, hoc est, quia prębenda est debita or. vt not. Inno. extra de præben. c. vlt. & diaconum fieri subdiaconum tantum, illæso statuto manente, est impossibile. vnde illud impedimentum est perpetuum, & impossibile tolli, in quantum

tum dicit sibi de dignitate prouisum. Sunt enim attendenda, & ponderanda illa verba actu percipiens, sicut in proposito nõ præbendatum fieri, & hoc nempè est possibile fieri. Et quia inter hæc est multa notabilis differentia: vt ff. de legi. tu. l. 1. §. si apud. & l. pen. & ibi not. & de ex. tu. l. non solùm. §. si libertus. † Et hoc etiam modo debet intelligi, quod in cum aliquibus no. Archidiac. scilicet, quod talia non obstantia iustificant impetrationis formam, non impetrantis personam impeditam, scilicet, tali impedimento, quod secundum naturæ cursum cessante superioris noua gratia tolli non potest, vt patet ex prædictis: & ratio diuersitatis est, quia talia statuta seruata gratiam non perimunt, & non seruata statuta ex toto tollunt: ita quod est impossibile hunc impetrantem in perpetuum ad obseruantiam statuti deduci: alter verò peradeptionem præbendæ ad statuti obseruantiam deduceretur. Et talis doctrina sit in constitutione correorum, cùm quæritur, an imparitas eam impediat? Dicitur enim, quod aut est talis, quæ potest ad paritatem sui natura reduci, & hęc correorum constitutionem non impedit: vt ff. de duobus reis. l. ex duobus. Aut est talis, quæ ad paritatem sine hominis, id est, creditoris facto, deduci non potest, & hæc impedit constitutionem correorum: vt in eod. tit. l. eadem. §. 1. & ibi not. secundo respondeo. & sic omnia ad concordiam reducuntur. Et hanc sententiam secutus est dominus noster Papa Ioan. 22. in Archidiaconatu Eluen. in personam dom. Aimerici Gerardi Capellani sui, vt per eius bullam apparet. ¶ † Quartum est præsupposita veritate statuti, & quod in hoc casu locum habeat, quis ex litigatoribus potiore iure nitatur? Circa quod absque dubio videtur dicendum, quod do. R. de Aspello sit præferendus, quia quantum ad dignitatẽ est in data prior. Nec d. A. de Francia reperitur fuisse præbendam actu percipiens, quando dicit sibi de dignitate prouisum. † Sunt enim attendenda, & ponderanda illa verba, actu percipiens, ad quorum verificationem non sufficit habitus, sed actus: vt habetur expressè. C. vt dignit. ordo ser. l. 2. & de aduo. diuer. iud. l. post duos. ibi, ex quo hoc idem officium peragere ceperint, &c. Cùm igitur dom. A. non fuerit præbendam actu percipiens, neque fuerit sibi collata dignitas, apparet, quod stante statuto in virtute sua nullum ius habet in dignitate: & si dicatur non stetit per eum, quo minus esset actu percipiens. respondetur: imò stetit, quia noluit iurare statuta. ar. C. de diuor. & repudi. l. 1. & ibi not. ff. de adult. l. si miles. §. vltimo. quod me. causa. l. si mulier. §. 1. de condi. ob causam. l. 2. ex prædictis igitur apparet, quòd quantumcunque voluatur rota d. A. de Francia in Archidiaconatu prædicto nullum ius habet.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Statutum tale est. *Consilium Bert. in 1. vol. septimum, quod incipit: Non vidi. satis confert ad materiam statutorum, quam hîc tractat Oldradus.*

b ¶ Etymologiarum. *In meo codice Isidorus, lib. 2. cap. 10. lex, inquit, a legendo vocata fuit, quia scripta est. Quod Oldr. dicit, non reperio. Consentiunt autem meo codici optimi quiq; autores, dum aiunt legem dictam, quia publicè, & ex consensu multorum legitur.*

c ¶ Differentia. *Id est, tales dilationes. Est enim participium.*

De donationibus. extraordina. C. de collationib.

SVMMARIVM.

1 *Donatio simpliciter collata à patre in filium existentem in potestate non venit conferenda, sed ob causam sic. & num. 2.*

CONSILIVM CLI.

1 SI quis verba † donationis diligenter attendit, iudicabit pro vno tempore, scilicet constantis matrimonij inter I. & B. esse donationem propter nup. quę etiam in filium conferri potest: vt C. de col. l. vt liberis. pro tempore vero finiti matrimonij esse donationem simplicem collatam à patre in filium, existentem in potestate, & sic pro temporis diuersitate naturam mutat. arg. ff. de hære. instit. l. 3. §. fideicommissariam. de condi. & demon. l. pater Seuerinam. §. conditionum. & ad l. fal. l. fundo. Vel respectu P. & matrimonij erit donatio propter nuptias: respectu verò I. tantum erit omni tempore simplex, sicut de dote data per extraneum, quæ respectu viri est onerosus titulus: vt ff. de act. & ob. l. ex promissione. & C. de impo. lucra. descript. l. 1. respectu verò mulieris est donatio: vt ff. quæ in frau. cre. l. vlt. §. 1. & pro vtraque opin. facit ff. de doli exce. l. purè. §. pen. & l. apud Celsum. §. si mu-
2 lier. &, §. apud Iulianum. † Si sic, videtur, quod virtus quæstionis remaneat, an donatio simplex collata à patre in filium existentem in potestate veniat conferenda? & licet in hoc sint diuersæ opin. Docto. illa communior, & verior videtur, scilicet, quod nõ con-
a feratur, *a* cùm enim à princ. non teneat, sed morte confirmetur: vt C. de inoffi. dona. l. 2. & de do. inter virum & vxor. l. donationes, vim habet legati: & ideo potest in fideicommissum expresse deduci: vt ff. de leg. 2. l. sequens quæstio. & subijcitur falcidiæ: vt C. ad l. fal. l. in dona. legata autem non conferuntur: vt C. de colla. l. ea demum. ergo, &c. nec in hoc mutata est l. pen. C. de colla. quæ dicit collationem simplicis donationis fieri in certis casibus duntaxat per auth. de trien. & sem. §. illud. col. 3. vnde sumpta est authen. ex testamento. quia illa intelligitur de datis ob causam. & pro hoc C. fam. erc. l. filiæ. & hæc fuit opin. glo. C. de col. l. si donationem. & Odoffre. ibidem in repetitionibus. super authen. ex testamento. & Azo in summa eod. tit. §. pen.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Conferatur. *Hoc ipsum Bart. tenet in auth. Ex testamento. C. de coll. & ibi vide Doct.*

De constit. & de priuil. & de verb. significationibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum Episcopo non expresso proprio nomine, quod possit dispensare cum præposito, vt cum præpositura possit aliud curatum beneficium obtinere, non reuocatur per c. execrabilis. quia ibi reuocatur dispensationis forma, sed nõ potestas dispensandi, & eiusdem constitutionis execrabilis. §. quia vero deinceps. non habet locũ in his, qui hodiè curata beneficia recipiunt, videlicet, quod etiam primum sit reseruatum, quia rectitudo iuris læderetur. Ideo vltima clausula ad omnes non trahitur, & per eundem §. non est correctum. c. si tibi concesso. de præben. lib. 6.*

4 Item

4 *Item illa verba, scilicet tertiam, quartam pœnitentiæ partem, quæ ponuntur de pœnit. in c. 2. in cle. ponuntur exemplificatiuè.*

Itaque non potest quæstor concedere etiam sextam, vel vlteriorem partem pœnitentiæ peccatorum.

CONSILIVM CLII.

1 FACTVM tale est. Do. † Clem. Papa V. concessit cuidam Episcopo, & successoribus suis in perpetuum, vt cum eo, cui præposituram sitam in tali castro conferrent, possent dispensare ad aliud beneficium curatum simul cum præpositura, quæ est dignitas, vtq; possit illud licitè recipere & tenere, eò quod ipsius præposituræ redditus adeò sunt tenues, & exiles, quod ex eis non potest præpositus commodè sustentari: & ipsum castrum, in quo magna pars bonorum Episcopi consistit, melius gubernatur, quando præpositus idoneus, & sufficiens stat in illo castro: modo quæritur, an talis potestas dispensandi, & etiam dispensatio, si qua processit, ex illa, reuocetur per c. execrabilis. mouet autem me dubium, quia talis potestas concessa est non fauore personæ præpositi, sed fauore Episcopi, & etiam castri, & præposituræ: respondeo, non videtur, quod tale priuilegium Episcopo, & successoribus eius concessum sit reuocatum per c. execrabilis. quod solum dispensationes concessas tollit: dispensandi verò potestatem non adimit. arg. ff. de le. 3. l. vxori. §. 1. de li. le. l. Aurelius. §. Titius. & l. vlt. circa prin. secunda ratio est, quia constitutio tollit dispensationes, quæ personas, cum quibus dispensatur, recipiunt, eò quod illæ ambitiosæ præsumuntur: vt extra de consan. & affi. c. quod dilectio. & de fil. presbyte. c. 1. lib. 6. potestas verò data Episcopo dispensandi nõ est ambitiosa, nec
a odiosa, sed fauorabilis. *a* extra de præben. c. si cui. & not. per Compo. extra de rescrip. c. cum adeo. Tertia ratio est, quia hæc potestas dispensandi videtur concessa dignitati episcopali, non personæ certi Episcopi: vt ff. de annuis le. l. annua. §. à Titia. & per consequens in talem reuocationem non venit, extra de re-
2 scri. c. quia per ambitiosam, lib. 6. ¶ † Secundò quæritur ad eandem constitutionem execrabilis, an reseruatio, quæ fit in ea de beneficijs vacaturis, & dimissis, extendatur etiam ad §. quia verò deinceps. in eadem constitutione? Verbi gratia hodie habens beneficium curatum recipit simile: postea verò dimittit primum in manibus ordinarij. certum est, quod primò priuatus est de iure antiquo: secundò priuatus est de iure nouo per constitutionem prædictam. Modò quæritur, an vtrunq; beneficium intelligatur reseruatum, an secundum tantum, vel neutrum? mouet autem dubium, quia cum §. ille loquatur de tempore futuro, graue videtur, quod in tantum restringatur ordinariorũ potestas, vt perpetuo in casu prædicto beneficia intelligantur reseruata, & ordinarij priuentur potestate conferendi beneficia: & si sic dicatur, erit in potestate recipientis secundum beneficium priuare ordinarios potestate conferendi, tam primum, quam secundum, & ex delicto alterius sine culpa grauabuntur, quod est iniquum. respõdeo: virtus clausulę, quę omnia præcedentia solet complecti: vt ff. de le. 1. l. talis scriptura. & C. de li. præte. vel exhe. l. 1. & not. extra de app. c. secundò requiris. & vniuersalis signi omnia, & distributiuũ singula, quod omnia ambit & includit: vt ff. de penu le. l. namque. §. vlt. & l. vlt. & de vsufru. earum rerum, quæ vsu consumuntur l. 1, inducunt, quod reseruatio includit etiam beneficia, de quibus quæritur: sed absurditas, quæ posita est, & maior, quę sequeretur, scilicet, quod si quis habens beneficium curatum, & accipiat aliud primo dimisso, primi collatio pertineat ad sedem Apostolicam, quod non est verisimile propter ius ordinariorum, quod nimium absorberetur contra l. ff. ne quis in loco pu. l. 2. §. merito. & iurium correctionem, quæ est vitanda: vt in auth. de exhi. & introdu. reis. §. pen. & extra de elect. c. cum expediat. & periculum, quod emergeret ex tali reseruatione. arg. ff. de dam. infec. l. 1. & extra de præben. c. statutum. In contrarium multa trahunt, & pro hoc bene facit de postulan. l. 1. §. deinde adijcit. & quod ibi not. & sic cum læditur rectitudo sermonis, vltima clausula ad omnia non trahitur: vt ff. de aur. & arg. le. l. Plautius. multò fortiùs cum læderetur rectitudo iuris, situe intentionis, quæ potentior est: vt ff. de sup. le. l.
3 Labeo. ¶ † Tertiò quæritur, an per eundem §. quia verò deinceps correcta sit decretalis. si tibi concesso. extra de præben. li. 6. quæ dicit si habenti beneficium conferatur aliud, cuius fructus alteri dẽtur, primum non censetur vacare, donec percipiat fructus secundi? respondeo: ad hoc videtur dicendum, quod illa decretalis. si tibi concesso, non fit correcta, prompriũ est enim leges legibus cõcordare, vt. C. de inoffi. do. l. vnica. & non est nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur, &c. vt ff. de legi. & senatusc on. l. non est nouum. imo magis ista decretalis execrabilis, interpretationem recipit per illam. si tibi. sicut aut. oferatur. C. de lit. contest. interpretationem recipit
4 per. l. antiquam. ff. qui satisd. cog. l. sciendũ. ¶ † Quarò dubitatur, in cõstitutionibus Cle. sub rub. de pœn. & remis. c. 2. cauetur, ne quæstuarij remittant tertiã, aut quartam partem pœnitentiæ, & reuocantur priuilegia, si quæ super his sint concessa. Modo quæritur, vtrum hæc verba tertiam, aut quartam partem, &c. ponantur taxatiuè, an exempli gratia? vtrum videlicet non liceat illis etiam partem pœnitentię remittere, videlicet sextam, aut septimam. vel deinceps? respondeo, credo illa verba posita exempli gratia, & ideo non arctare constitutionem, sed esse idem in alia parte. vt. ff. de dam. infec. stipulatio. & de vi & vi ar. l. 1. §. quod vulgo. & ff. de exc. tu. l. scire oportet. §. vlti.
5 de iu. & fac. igno. l. regula. §. fi. † Non enim refert inter magnam quotam, & paruam. vt ff. quemad. sert. amit. nam satis. §. 1. & pro hac bene facit, quod no. C. de postul. l. si qui aduocatorum. Per multiplicationẽ namq; minutarum quotarum posset deueniri ad totum tollendum: vt ff. de imp. in re. dot. factis l. quod dicitur. Et sic l. circumscriberetur, & auctoritas cladium ecclesiæ deduceretur in contemptum contra mentem constitutionis ipsius. & pro hoc. C. de iura. calum. l. 2. §. hoc etiam. cum si.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Sed fauorabilis. *Sequitur Dec. in c. at si clerici. §. De adulterijs. col. 7. de iudi. Quem videto.*

De successione abintestato.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si admittit proximiores ad successionem, potius admittitur ad successionem defuncti filius Matertera, quàm filius naturalis ex sorore.*

CONSILIVM CLIII.

1 VIDERETVR, † quod filius ex sorore naturali repellatur per filium Materteræ. constat enim esse cognatum ad defunctum: ergo de numero proximiorum, Appellatio enim proximitatis

tatis tam agnatos, quam cognatos complectitur. ff. de suis & le. hæred. l. 1. §. hæreditas. & instit. de suc. co. §. pen. sed natus ex sorore naturali non est de numero proximorum ad defunctum: ergo non admittitur: cum statutum non omnes proximos vocauerit, sed proximiores in vlteriori gradu positis prætulerit, & autem non sit proximus ad defunctū, probatur: quia mater eius non est de numero agnatorum: vt ff. vnde cogno. l. fi Spurius. & l. hac parte. & ibi tangitur in gloss. & melius in Authen. qui. mo. na. effic. leg. §. filiuma. C. de natu. lib. l. vlt. & quia agnatio non continuat excepta: vt ff. de gradi. l. non facile. §. cognatio-nis. Nec de numero cognatorum: quia nō iuncta per fœminam illi defuncto, qui fuit frater suus. & sic cū

a non fuerit agnata, vel cognata defuncto, nec proxima dici potest. *a* Nec ea mediante filius eius censeri potest de numero proximorum. arg. d. l. vlt. C. de natu. lib. & ff. de col. bo. l. dedit dotem auus. & aliquid

b tangit domin. Azo. in sum. de legi. hæredi. circa finem, &c. *b*

ADDITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶ Nec proxima dici potest. *Adde qui nec agnatus est, nec cognatus alicuius, ille nec est proximus eiusdem. Quod in humanis legibus verum est. Lex autem Christi omnes omnino homines proximos inuicem esse censet, Lucæ. 10.*

b ¶ Circa finem, &c. *Addi. Proximiorum appellatione qui veniant, docet Barto. in l. fi. nu. 2. de condi. insti. Ias. cons. 159. volum. 4.*

De immunitate ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Fugiens ad Ecclesiam defenditur: nisi in duobus casibus. in c. inter alia. de immuni. eccle. etsi fuerit inde extractus debet restitui ad ecclesiam, etiamsi sit homicida: nec debet ad pœnam sanguinis damnari. & num. seq.*

CONSILIVM CLIIII.

1 QVIDAM † deliquit vsque ad mutilationem membri, & confugit ad Ecclesiam, & inde extractus est, & ductus ad carcerem secularem. Quæritur, nunquid debuerit ecclesiastica immunitate gaudere? quod is, de quo quæritur, debuerit ecclesiastica immunitate gaudere, & inde non debuerit extrahi, & extractus debeat restitui, probatur sic: Omisso ad præsens iuris ciuilis rigore: de quo habetur in Authen. de man. prin. §. neque autem homicida. col. 3. quia in talibus iura ciuilia succumbunt canonibus, vt 10. dist. c. 1. & extra de no. oper. nun. c. 1. ibi not. per gloss. & per Innoc. Certum est: quod delinquentibus extra ecclesiam cōceditur immunitas: delinquentes. n. intra ecclesiam cōtra immunitatem non debent immunitate gaudere: vt in Auth. vt licet matri, & auiæ. §. quia vero ita comperiuntur qui.

2 colla. 8. † Duo soli malefactores excipiuntur, *a* qui

a non gaudent priuilegio ecclesiasticæ immunitatis: scilicet latro publicus, & depopulator nocturnus: vt extra de imm. eccl. c. inter alia. Constat autem, quod is, de quo quæritur, neuter istorum est: ergo stat sub regula, vt ff. de dam. infect. l. si finita. §. 1. in ver. de cęteris locis. quod autem non sit aliquis istorum, euidenter apparet. depopulator enim non est: quia talis propriè dicitur, qui agros alienos nocturnus destructor accedit. vt C. quando liceat vnicuique sine iud. se vin. l. 1. Item nec publicus latro dici potest, quia latronis propriè est rapere, siue aliena auferre. vt ff. de po. l bona fides. ff. de pe. l. capitalium. §. famosos latrones. & oportet, quod sit publicus. vt in d. c. inter alia. & habetur expressè. 17. quæstio. 4. sicut antiquitus. & ibi not. hic autem, & si ad membri mutilationem processerit, & fortè mortem intenderit, non tamen rapinam intendebat, nec obsidere consueuerat itinera frequentata, quod requiritur, vt dicatur latro publicus, vt in iuribus superius allegatis. & probatur in Auth. vt nulli iud. §. eos vero. colla. 9. & sic non obst.

3 extra de homicid. c. 1. † Non ob. quod dicitur, quod vniuersitas eum non traxit: quia correrius, vel iudex præsens erat, & prohibere poterat, & non prohibuit, nisi fortè verbo solo, qnod non sufficit, vbi facto potest prohibitio fieri. vt ff. ad sil leg. l. 1. §. hoc autem senatuscon. & est casus in ea. l. §. excusantur. & §. non

4 tantum semper. † Imò hoc ipso, quod postea non puniuit, præsumitur prior eius conuenientia dolosa: quia iudex, qui compertum facinus non vindicat, tegere vt conscius criminosa festinat. vt C. de commer. & merca. l. 2. & dato quod vniuersitas in dolo nō fuerit, tamen constat ipsum ad Ecclesiam confugisse, per quod consecutus est immunitatem ab omni pœna corporali, adeo vt secundum Goffre. omninò criminaliter accusari non possit, vel secundum omnes ad pœnam sanguinis damnari. vt 17. quæstio. 4. id constitutus. & per quemcunq; esset violenter extractus ab ecclesia, restituendus est Ecclesiæ, sicut in alijs restitutorijs iudicijs, vt extra de re. spo. c. sæpe. & ex his apparet, quod in casu proposito sit facienda de iure restitutio.

ADDITIO ANTIQVA CVM
Rainaldi Corsi.

a ¶ Duo soli malefactores excipiuntur. *Et quid de homicida voluntario an gaudeat immunitate ecclesiæ vide omnino d. Gui. Papæ in q. 221. incip. in camera. & Petr. de Ancha. in c. 1. de homicid. & adde quod committens homicidium absque animo occidendi non debet puniri pœna mortis, vt concludit d. Phil. Decius in consi. 9. incip. et pro tenui. in prima parte consiliorum. vt l. 1. §. diuus. ff. de sica. & in l. 1. C. eo. in c significasti. el. 2. de homicid. Et dicit hoc non solum procedere inspecto iure communi, sed etiam locum habet in statutis: quia si statutū dicat quod pro homicidio quis decapitetur, intelligitur quando dolo et ex proposito homicidium committitur. allegat Bald. in l. data opera. colum. 4. versi. item si statutum præcisè punit homicidam. C. qui accu. & Bal. & Saly. in l. 2. C. de noxa. aduerte tamen quòd in omnibus casib. in quibus homicidium permittitur de iure ciuili vel canonico, quamuis tale homicidium non possit puniri aliquo foro, tamen quo ad Deum peccat mortaliter & in foro conscientiæ tempore confessionis debet sibi iniungi pœnitentia, vt concludit dominus Iason in l. vt vim colum. 5. versic. redeo ad primam*

* *partem. ff. de iusti. & iu.* * NOVA ADDITIO. *Dic homicidam tribus casibus ab ecclesia non defendi, scilicet vbi in ecclesia occîdit, vbi veneno, & vbi alio quouis modo proditoriè. Boer. Decis. 169. in 1. par. Item Blasphemus, & sacrilegus non defenduntur. Idem Decis. seq. R. C. Iunge ad materiam huius consil. quæ habentur supra in consi. 54. & ea, quæ Aug. Ariminen. not. in additio. Ang. de malef. in ver. Quòd fama publica præcedente. numer. mihi 59. Roman. consi. 227. vbi notabiliter inquit: quòd si iudex sciat aliquem captum in ecclesia, debet eum relaxare, & si nemo id alleget. licèt enim ex officio supplere. Sed & vide Papien. in forma inquisitio. num. mihi 31. ver. Ex his potest non improbabiliter. item adde, quòd perinde securus est fugiens ad Ecclesiam nondum consecratam, si-*

cut ille qui fugit ad consecratam.c.fi. de consec.eccles. vel alta.c.pen.de immu.eccle.Et non intra muros tantum,sed etiam intra 30. pæssus circa ipsam ædem sacram. Debetq; dum ibi manet, sumptibus ecclesiæ nutriri.17.quæstio.4.c. sicut antiquitus.&c. Definiuit, vbi gloss.Bart.in Auth de manda.princ.§.sed neque.in fin. An autem clericus potiatur his priuilegijs, videndus est Diaz in pract.sua crimin. canon. cap. 115.

De electio. & de verb. sidnifi.

SVMMARIVM.

1 *Electio quomodo debet fieri per inspirationem, vel quasi inspirationem,& consilium,ad hoc vt non dicantur tot electiones, quot electores.*

2 *Item dictio quasi aliquando denotat veritatem:aliquando minuit.& num.2.*

CONSILIVM CLV.

1 QVIA de † forma electionis celebratæ in ecclesia cathedrali sancti Pauli posset apud aliquos dubitari, idcircò sub cõpendio robur ipsius electionis, & forma sic breuiter declaratur. Licet dictio quasi aliquando sit veritatis expressiua, vt ibi quasi vnigeniti à patre Ioan. 1. &cæt. aliquando tamẽ est diminutionis nota, sicut dicimus a quasi *a* possessionẽ in incorporalib. esse, & quasi dominium in eisdem,vt ff. de vi, & vi ar.l.3.§.vltim.qui mod.vsusfru.amit.l.qui vsumfructum.& C.de aquæ duc.l.vsum aquæ. sic etiam est in formis electionum. cùm enim, in generali concilio fiat mentio de electione per quasi inspirationem, ex adiectione illius dictionis quasi, tacitè notatur quædam differentia inter eum, qui est per veram inspirationem electus, & 2 eum qui est per quasi inspirationem. † Per inspirationem enim est, qñ nullo inter eligentes ordine seruato ipsi quasi inebriati, & super quasi facto eligunt. & in hoc breuiter nec vllus ordo in eligendo,nec fortè superius confirmatio requireretur: quia quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege,vt extra de regula.capit. 1. Nisi fortè propter dubium: vt extra de hæred. cap. cum exiniuncto. §. 1. l. di. si quis præpost. & 42. distincti. quiescamus. per quasi inspirationem est, quando subito, & repente (aliquo tamen ordine seruato) vnus post alium sine aliquo interuallo eundem eligunt. & in hac, ne contingat tot esse electiones,quot sunt numero eligentes, contra capit. extrà de elect. in generali, oportet vni committi, qui vice omnium eligat:& tunc dicuntur eligentes vnanimiter elegisse: vt extra de tempor. ord. capitu. dilectus. 3 † Nec illud modicum interuallum, quod est inter expressionem voti vnius ad alterum, impedit vnanimitatem, comitatem, & simultatem:vt ff. si pars hæred. peta. l. antiqui. & ff. loca. & conduc. l.in operis. & de duobus reis. l. duos. & in hac forma: licèt Spiritus sanctus simul in omnibus inspirauerit eligendam personam. ex ordine tamen,qui operationi Spiritus sancti non contradicit, fuit, vt vnus prius altero loqueretur, nec ordo loquendi distinguit in tempore inspirationem Spiritus sancti, sed ponit ordinem in executionem ipsius.Sicq; post aduentum Spiritus sancti in Apostolos ad illusionem iudæorum admirantium diuersitatem linguarum nõ omnes Apostoli in vniuoco responderunt, sed Petrus,cui ex maioritate dignitatis,& administrationis primus in dicendo locus debebatur,leuauit vocem suam,&dixit: Viri iudæi, &c. vt hæc leguntur actuũ Apostolorum, 2.cap. Et hæc fuit opin. Hostiens. in d.capit.quia propter. & in sum. eod.titul.& si reperiatur aliquos scripsisse contrarium, fortè illud deberet intelligi,quando inter nominationem vnius, & alterius, esset aliquod notabile temporis interuallum, & posset quis coniecturare, quod secundus, vel tertius, vel quartus in ordine nominandi, non ex præconcepta voluntate nominasset,sed magis tractus nouiter ex præcedentibus nominationibus sociorum.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Sicut dicimus quasi. *De aduerbio quasi adde Iaf.in §. fedista.num.26.& num.68. iunctis ijs, quæ Docto. ibi notant in additionib.insti. de ac. Bert.in consi. 281.colum.2. numer.5. & vide suprà remissiue in consi. 49.circa fin.*

De arbitris & de pact.& de iureiur. & de appel. Extraordinariè. C. de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in casu, quo potest esse iudex in causa ecclesiæ suæ,vel in causa propria, potest esse arbiter. Item potest esse arbitrator in causa propria indistincte.*

2 *Item dictum arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri,sed arbitratoris sic.*

3 *Et vbi dolus ex proposito, vel re ipsa apparet in arbitramento,non obligat pactum, nec iuramentum de standoeius arbitrio, et de non reducendo ad arbitrium boni viri.& numer. 4.*

5 *Item non est necesse notificare reductionem ad arbitrium boni viri infra 30. dies, sed sicut in officio iudicis non est terminus statutus, sic nec in ista reductione.*

CONSILIVM CLVI.

1 PRIMVM quæritur, an tenuerit compromissum fractum in episcopum de re propria, vel pertinente ad ipsum? & videtur, quod non: quia arbitria sunt ad similitudinem iudiciorum.vt ff.de arb. l.1.vnde lex arguit. qui non potest esse iudex, nec arbiter. vt ff. de arbit.l.cum lege. Sed in re propria non est quis iudex. C. vt nemo in sua causa iudi. vel ius sibi dicat.in rubro & nigro.ff.de iur.om. iu.l.qui iurisdictioni.& de iud.l.Iul.&c. Præterea cansus videtur.ff.de arbit.l.pe.Sed in casu nostro in contrarium est veritas, quia,secundum communem opi. Episcopus est iudex in casibus Ecclesiæ suæ.arg.ff. de his, quæ in testament. delen. l. proximè. & 23.quæst. 4. Guilisarius. & 8. quæstio.1. sicut consultus. vt not. extra de iudi. ca. cum venissent. & super hoc diffusè not. Innocent.extra de ver. si. cap. veniens. Præterea prima iura loquuntur, & arguunt de vero arbitro, nos autem in casu nostro loquimur de arbitratore, qui eligitur quasi vir bonus. sicut dicimus, quod legatum non potest conferri in meram voluntatem hæredis.vt ff. de leg.1.l.senatus. §. legatum. & tamen in eius voluntate, vt boni viri, potest, vt in eod. titu.l.si fit.in princip. & de leg.3. l. fideicommissum.§. quam.& est propriè casus de quæstione extra de iure. 2 iur.c.Quintauallis.& no.in d.l.pe.ff.de arbit. ¶ †Secundum dubium est, an dictum talis arbitratoris possit peti reduci ad arbitrium boni viri? Et in vero a arbitro non. vt ff. de ar.l.diem proferre.§.stari.4 Sed in arbitratore qui tenet locum non iudicis, sed mediatoris, vel boni viri sic. vt ff. pro soc. l. si societatem.§.

tem.§.arbitros.cum l. seq. & extra de arbit.c.2. & ibi
3 not.per Hostien. ¶ † Tertium est, an huic reductioni obstet pactum de non reducendo? Et breuiter videtur dicendum, quod non, quasi tale pactum induat naturam turpis, & viam aperiet ad malefaciendum, contra l. ff. de pact. do. l. conuenire. Et vbi dolus fuisset in arbitratore, planum est, quod non obstaret pactum. C. de arbit. l. arbitratorum. Idem videtur, si reipsa dolus insit: vt quia in modico condemnauit. ff. pro soc. l. vnde & si neruæ. & de verborum oblig. l. si quis. §. cum aliter. & pro hoc optimè facit. C. de arbit. l. cum antea. §. sancimus. ibi, postquam diffinitio processit, &cæt. & ibi tangitur per glossatorem.
4 ¶ † Quartum est, an si non obstat pactum, obstet sacramentum iuramentum? & videtur dicendum, quod non: quia ferè, ea mens est personarum in arbitro confidentium, vt quia sperent, quod rectè arbitrabitur, id faciant, non quia immodicè obligari velint. vt ff. de oper. liber. l. si libertus iurauerit. Si igitur verisimiliter hoc non fuit in mente iurantis: ergo nec sub iuramento venit. vt ff. de pact. l. tres fratres. de transactio. l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. vlt. & de pigno. l. obligatione. & iste videtur casus extra de iureiurand. c. veniens: & præalleg. c. Quintauallis. & de arbit. ca. 2. nec obst. quòd expressè iurauit non petere reductionem: quia inest huic iuramento conditio, si ille, ad quem vt ad bonum virum recurrebatur, legem boni viri seruaret, non si manifestè, & euidenter transgrederetur. ar. ff. lo. & conduc. l. quæro. §. inter locatorem. & de verbor. oblig. l. cùm quidam filium. & de hoc notauit Spec. in tit. de arbi. §. 1. ver.
5 sed pone. & §. vlti. in ver. item quid si promissum. &c. ¶ † Quartum est, an petitio recursus de necessitate debeat notificari intra 30. dies? & est dicendum breuiter, quod cum petitio recursus petatur per officium iudicis, quod est latissimum. vt ff. de iurisd. om. iud. l. 2. & extra de ar. c. 2. & c. exposita. & not. Spec. in titul. de arbit. §. vlt. in ver. sed quo iure, &c. officium iudicis accedat ad naturam personalis actionis, & cõprehendatur sub ipsa. vt ff. de act. & oblig. l. actionis.
6 & actio personalis duret. 30. annis. vt C. de constit. pec. l. 2. sic & hoc officium. ¶ † Et notificationi tali non reperitur tempus statutum à lege, &c. vt de reb. auctor. iudi. poss. l. in venditione. C. de euict. l. si rem quam. §. vlt. de lib. & posthum. l. Gallus. §. videndum ibi, nihil enim addit, quod significaret tempus, &c. & de vent. inspic. l. 1. §. meminisse. Non obst. c. extra de electio. causam, quæ in concilio Viennen. quia loquitur in casu speciali, & qui celeritatem desiderat. vt extra de appel. cap. oblatæ.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ §. Stari. *Ego propter hunc text. dum olim cõpromissum dictarem talia verba adieci, eorumque vim omnem coram notario partibus manifestaui. Et quatenus læsio quantumcunque enormis sequeretur ex laudo, siue arbitrio, tunc laudum illud, siue arbitrium ex pacto expresso valeat in vim arbitrij solum, non autem arbitramenti. Et quia videbam mentem partium esse, vt omnino lis illa, quæ diutius durauerat, finem tandem acciperet, vtcunque pronunciaretur, has clausulas adieci, de quarum validitate cogitabunt alij. Et in omni eo, quantumcunque esset in quo dictæ partes se læsas senserint, vel quodcunque à dominis arbitris, siue arbitratoribus alteri parti fuerit ademptum, & contrariæ adiudicatum iuxta facultatem illis datam, præ dictæ partes ex nunc prout ex tunc, & è conuerso solemni inuicem stipulatione, ac pacto in vim transactionis ob dubium litis postea subsequturæ euentum inito sibi inuicem dant, cædunt, remittunt donantq; libere, & irreuocabiliter, ac se constituunt rei causa aliter alterius nomine possidere omnia bona sua, et specialiter tale prædium quod nominatim hypothecare intendunt, atque hypothecant cum facultate aduersario, dato ingrediẽdi pro quantitate debiti propria auctoritate, ac sine iudice, &c. Renunciantque expressim, specialiter ac præcisè omni, & cuicunque appellationi, atque reductioni simul & omni beneficio orienti ex regulis iuris, atque ex communibus Doctorum sententijs cum iuramento apposito ex certa scientia, & cum protestatione, ac nominata assertione, quod vsque nunc cogitant super omnibus, & singulis damnis, quæ sibi ex tali laudo, siue arbitrio contingere possunt. Et nihilominus deliberatè etiam, atque etiam renunciant omni (vt suprà dictum est) appellationi atque reductioni ad arbitrium boni viri conuenientes in hoc se velle fauori suo specialiter renunciare, quamuis læsio esset enormis quam maxima, et enormissima. Donant enim, & donare intendunt (vt suprà dictum est) omnem quantitatem, ac speciem, ad quam fuerint condemnatæ cogitante de parua, mediocri, magna, & maxima, & in specie de 10. 15. 20. & de omni eo, quod est infra, intra vel supra præfatam summam, & vsque tandem ad vniuersum illud, de quo fit quæstio. Et compromissum præsens, siue in pecunia sit numerata, siue in aliare habita ratione summæ quantitatis, æstimationis, vel speciei, aut horum omnium simul. Pariter modo repetitis omnibus clausulis præcedentibus sibi inuicem promittunt se facturos, si facere iussi fuerint, & denique in omnibus & per omnia, & omnino se obedituros iudicato illudq; ad vnguem obseruaturos, ac adimpleturos omni iuris, & facti exceptione remota. Volentes insuper, ac paciscentes quòd quatenus ea non valeant, quæ superius ordinata sunt, illæ omnes pecuniæ, bona, species, aut facta in quibus partes ipsæ grauatas esse se senserunt intelligantur arbitris supra scriptis, siue arbitratoribus eo casu aduenientes irreuocabiliter, & cum iuramento (quod in illas res præstant) donata. Cogitetur super hoc, quoniam si vera est (vt existimo) est pulchra cautela, nec ab alio, quod sciam, excogitata. Communiter enim tenetur, quòd reductioni ad arbitrium boni viri nullo modo renunciari possit. Ita vt partes, si læduntur enormiter, contrauenire non possint, dato etiam, quòd iurassent. Et hoc per rationes, quas Oldrad. in hoc consilio adducit: quæ omnes mihi cessare videntur, si compromissum fiat, vt ego ostendi. In hac autem materia vide etiam consi. Bertran. 5. volum. 1. Dyn. consil. 19. Vnde habes aliud remedium ad impediendam petitionem reductionis obligando, scilicet hinc inde duos extraneos, qui sub pœna promittant, partes non petituras reductionem: quæ nota.*

De appellat. & de procur. & de confessis.

SVMMARIVM.

1 *Propter modicum impedimentum primi fatalis datur à iure totum, secundum quod non currit, nisi toto primo finito: & est iustum impedimentum, si procurator fuit negligens: quo casu, etiamsi negligentia procuratoris noceret domino, tamen dominus restitui debet. Et confessio procuratoris partis aduersæ coram iudice competenti non est causa dandi secundum fatale. & nu. seq.*

CONSILIVM CLVII.

CASVS talis est. Appellatur ad sedem Apostolicam à iudicib. delegatis à grauamine sub anno 1319. tertio idus Martij currente fatali tempore. Postea circa mensem Iunij impetratur rescriptum per

ptum per procuratorem partis appellantis ad certos iudices nullo ex parte partis appellatę tunc contradicente, quod reſcriptum bullatum, quia inuenitur in curia ad inſtantiam partis appellatæ ſuperuenientis per auditorem contradictarum reuocatur. Poſtea per procuratores hincinde in alios iudices conuenitur. quas reſcripti reuocationem, & impetrationem eiuſdem de conuentione procuratorē hincinde prædictus procurator partis appellatæ, confeſſus eſt coram auditore camerę factas eſſe anno Domini 1319. à menſe Aprilis vſque ad finem menſis Octobris. Nec pars appellans poſtea ad bullationem, ſeu ad effectum conuentionis prædictæ, nec ad vlteriorem proſecutionem dictæ appellationis procedit, quouſque à tempore, quo dicta appellatio interpoſita fuit, annus integer continuus cum ſex, vel octo diebus eſt reuolutus. pars appellans modo de nouo volens reſcriptum impetrare ponit literam in audientia. procurator partis appellatæ contradicit, aſſerens aliàs eſſe ſuper appellatione ipſa in iudices (vt præmittitur) conuentum : & ſic in eoſdem iudices in quos alias conuenerunt, iterum conueniunt. Modò quæritur, an de nouo ſufficiat impetrare reſcriptum, & appellans poſsit ſe iuuare contra exceptionem, quæ poterit fieri contra ipſum de negligentia, & tranſcurſu fatalis temporis? & an diligentia aliqualis, quam habuit primo, tollatur per negligentiam ſubſequentem tanti temporis, vt dictum eſt? Item an ſufficiat ad probationem iſtius diligentiæ, quòd procurator partis appellatę dicens ſe certum menſem ignorare confeſſus eſt coram auditore contradictarum reſcriptum ſuper eadem appellatione, & inter eaſdem partes per procuratorem appellantis eſſe impetratum, & bullatum, & poſtea, vt dictum eſt ſuprà, reuocatum, & iterum in eoſdem iudices, & locum in quos nunc de nouo eſt conuentum, tunc fuiſſe conuentum, & iſtas impetrationem, & reuocationem reſcripti necnon per procuratorem hincinde conuentum factas fuiſſe (vt dictum eſt ſuprà) menſe Aprilis vſque ad finem menſis Octobris eodem anno? † Quantum ad curſum fatalis temporis videtur dicendum cum appellans fuerit diligens in mittendo tali tępore quod ceſſante impedimento potuit iudicem impetrare, & appellationis cauſam peragere, & finire ſecundum l. ff. de damnat. infec. cum poſtulaſſet. circa princip. & de re milita. qui commeatus. Sed impeditus fuit mora contradictionis partis alterius, ergò ſecundus annus ei datur à lege. vt ff. de excuſat. tuto. l. ſi cum ipſe. de minor. l. intra vtilem. & C. de adulter. l. vltim. in fine. † Nec obſtat, quod fuit modico tempore impeditus : quia cùm ſecundus annus datur à lege, datur totus integer etiam propter modici temporis impedimentum. argument. ff. ad Turp. l. in ſenatus. §. vltim. de verborum ſignificatio. in itinere. & not. per Innocent. extra de appellat. cap. ex ratione. & ibi videtur plenius in nouel. Ioan. Andr. & ſtatim propter impedimentum præſtitum fit ſecundi anni beneficium appellanti à lege quæſitum, nec euacuatur, vel tollitur per ſubſequentem negligentiam inter primum annum poſtea ſubſecutum. arg. C. de adulter. l. adulter. & in Authenti. de nupt. §. ſi verò ſolum. & ob hoc eſt, quod non currit annus ſecundus, niſi toto primo finito. vt ff. de ſucce. edi. l. 1. §. ſed videndum. alias enim non eſſet verum ſecundum annum fatalem dari, ſiue biennium, de quo loquitur in Authentic. de his qui ingred. ad appel. in princip. vnde ſumpta fuit Authent. ei qui appellat. ſignata. C. de tempo. app. † Circa hoc etiam attendendum eſt, quòd non agitur hîc de negligentia principalis perſonæ appellantis, ſed procuratoris duntaxat, quo caſu ſi procurator ſoluendo non eſſet etiam in caſu quo ei procuratoris negligentia videretur obeſſe, reſtitue retur dominus ad cauſam principalem. vt ff. de eo, per quem fact. erit. l. vltim. extra de in integ. reſtit. cap. cum veniſſent. in fin. & ibi not. licet per Innoc. videatur notari contrarium. extrà de cauſa poſſeſſ. & proprie. cùm olim. & c. cum eo conſentit Hoſti. vbi principalis eſſet perſona reſtituibilis, vt ibidem not. facit aliqualiter ad præſens propoſitum. C. qui pet. tut. l. cum à matribus. & de appel. præſes. Ad ſecundum, quod dicitur, an ad probationem diligentiæ ſufficiat illud, quod procurator partis appellatæ deposuit coram adiutore contradictarum? videtur dicendum, quod non, quia adiutor contradictarum a iudex non erat, nec partes in iudicio præſentes fuerant, nec per contumaciam abſentes, vnde teſtimonia dici non poſſunt, quæ non probantur. vt ff. de teſti. l. 3. §. idem diuus. cum multis ſimilibus.

1

2

3

a

ADDITIO RAINALDI Corſi.

1 ¶ Contradictarum. *Si vis ſcire, quod ſit officium iudicis contradictarum, & an ſit ordinarius, necne, de quibus alijs Roman. curiæ magiſtratibus, vide Vantium de Nullita. titulo 7.*

De teſta. & ſucceſ. ab inteſtat. & de verbor. ſigni. extraor. C. ad Treb. & de legat.

SVMMARIVM.

1 *Mater ſi reliquit legatain teſtamento, & dixit, quòd in cæteris bonis hæredem ſuum vniuerſalem filiam ſuam reliquit, & ei ſubſtituit, tunc in caſu reſtitutionis ipſa vel hæres ſuus abinteſtato detrahit duas quartas etiam de legatis relictis, ſcilicet Trebellianicam, & debitam iure naturæ. Item verbum, cæteris, &c. comprehendit totam ſubſtantiam etiam legatorum. cum numer. ſequent.*

CONSILIVM CLVIII.

FACTVM tale eſt. Teſtatrix quædam habens virum, & filiam veniens ad mortem ſuum condidit teſtamentum vltimum. In quo ante omnia quædam fecit legata, poſtea in certis bonis ſuis ſibi hæredem inſtituit vtilem filiam ſuam prædictam, & eidem ſubſtituit quendam fratrem ſuum, ſi decederet ſine liberis, mortua eſt teſtatrix. Proceſſu modici temporis mortua eſt filia ſine liberis, modò pater dictæ filiæ, qui ſuccedit abinteſtato eidem filiæ, vult detrahere duas quartas, ſcilicet quartam iure naturæ debitam, & Trebellianicam tam de legatis relictis per dictam teſtatricem, quàm de toto alio vniuerſali. & allegat pro ſe ff. ad Trebell. l. 1. §. Iucellus. §. Pomponius ſcribit. & C. ad Trebel. l. vltim. in fin. & extrà de teſt. capit. Rayn. cum ibi notatis. maximè quia iſta æquiparantur. Scilicet legitima iure naturæ debita & Trebellianica : vt ſicut teſtator non poteſt diminuere ipſam legitimam, ſic nec Trebellianicam: vt no. C. ad l. fal. l. ſi vt allegas. & Auth. ſed cum teſtator. ¶ † In contrarium opponitur per 2 ſubſtitutum, quod quarta Trebellianica non detrahitur de legatis relictis per dictam teſtatricem, ſed ſolùm

ſùm de reſiduis bonis dictæ teſtatricis pro eo, quod dicta filia non fuit hæres inſtituta in omnibus bonis, ſed tantum in certis bonis: & ideo Trebellianica non detrahitur de his, quę non veniunt in reſtitutionem, ſed tantummodo de his, quæ rogata eſt reſtituere poſt mortem, prout ex tenore reſtitutionis manifeſtè apparet, ibi, dum dicit, In cæteris verò bonis mihi hæredem inſtituo vniuerſalem filiam meam, &c. & allegat pro ſe ff. de leg. 2. l. legatum. & eſt ratio, quia legatum nihil aliud eſt, quam donatio in teſtamento relicta, & donata ſunt extra cauſam bonorum: vt ff. de lega. 2. l. ſequens. nec reperitur eſſe de corpore hæreditario, quantum ad deducendam quartam Trebellianicam, quia de reſtituendis bonis retinetur quarta Trebellianica: vt C. ad Trebell. l. iubemus. cum igitur dicta legata non ſubiaceant dictę reſtitutioni, nec per conſequens retentioni quartæ, quia vbi habet locum reſtitutio, tunc, & quartæ retentio, & non antè. nam cùm apparet, in quibus voluit teſtator habere locum inſtitutionẽ, & in eiſdem voluit habere locum reſtitutionem, vt colligitur in teſtamento, ibi, dum dicit, in cæteris bonis meis, &c. Ridiculum enim eſſet dicere cum reſtituẽdorum retineatur quarta bonorum, quod in illis, in quibus non fit reſtitutio, habeat locum retentio. Præterea, ſi hoc eſſet verum, Trebel. deduceretur de omnibus bonis, quæ dicta teſtatrix habebat tempore mortis ſuæ: ergo ſequeretur, quod tantum haberet priuilegium, ſicut quarta iure naturæ debita, quod eſt abſurdum. † nec obſtat, ſi dicatur, quod ſubſtitutus, 3 ſeu fideicommiſſarius ſoluere deberet inſolidum legata: vt ff. ad Treb. l. 1. §. pe. & §. fin. & l. cum hæreditas. & l. deducta. §. qui poſt tempus. quia illa iura, ſi rectè inſpiciantur, loquuntur, quando hæres confeſtim rogatus eſt reſtituere hæreditatem, & antequam ſoluat legata, reſtituit hæreditatem: in quibus caſibus non eſt mirum, ſi fideicommiſſarius, ſeu ſubſtitutus ſoluat legata, cum penes ipſum tota hæreditas remaneat. veruntamen, vbi non reſtituit, ſed vult retinere quartam Trebellianicam: tunc onus legatorum diuiditur inter hęredem, & fideicommiſſarium, ſeu ſubſtitutum. & ita intelligitur. ff. ad Treb. l. Marcellus. §. Pomponius. cum ſim. & poſt prædicta, bona, quæ remanebunt, in hæreditate reſtituentur per patrem, & ſucceſſorem dicto ſubſtituto, ſeu fideicommiſſario pro tribus partibus, quarta ſibi remanente. 4 † Quid plura? Azo videtur tenere in ſum. C. ad ſenatuſcon. Treb. §. quartæ retentio. quod hæres detrahere poſſit quartam Trebellianicam de vniuerſitate, quam rogatus eſt hæres reſtituere. Modò ex prędictis quæritur, quid iuris? Et mihi Oldrad. videtur, quod primarum allegationum concluſio ſit vera per allegata ibidem. & eſt caſus. ff. ad Treb. l. 1. §. vltimo. 5 cum ſim. † Non obſt. inſtitutio facta per illa verba, in cæteris bonis, &c. quia verba non faciunt, quin videatur inſtituta ex vniuerſo, quia ſi inſtitutio ex re certa nullo alio inſtituto trahitur ad vniuerſum: vt ff. de hæred. inſtit. l. 1. §. ſi ex fundo. & l. ex facto. ſecunda. multò fortius ſic concepta: vt ff. ad Trebel. l. cogi. §. idem quæritur. nec obuiat proprietas verbi cæteris, quæ etiam totum comprehendit: vt C. de hæred. inſtit. l. 1. ff. de verbor. ſignific. l. cæterorum. & de opti. le. l. cum optio. Modus enim ſic loquendi apud teſtatores irrepſit, vt cætera præter legata verò capi, ſed reſtitui: vt ff. de verb. ſignific. l. penes apud hæredem irreuocabiliter remanere, legata lint te. Cætera verò, quæ pro parte contraria adducuntur, ſi rectè conſiderentur, magna reſponſione non indigent, in cuius teſtamonium, &c.

De feudis, & donatio.

SVMMARIVM.

1 *De conceſſione principatus Achaiæ, an ſit donatio ſimplex, an infeudatio, licet ſigna feudorum interueniant in tali donatione, puta quia voluit donans quod non recognoſceretur alius in dominum, niſi ipſe: tamen ſi dixit iſta verba, ſcilicet, damus, donamus, tradimus, & ex cauſa donationis proprij motus, &c. & attenta perſona donantis & donatarij, dicitur donatio ſimplex. Item feudatarius non poteſt plus donare in alienatione, quam fecit, quam ipſe habebat: nec per approbationem generalem ſuperioris videtur approbata talis donatio aliter facta. cum num. ſeq.*

CONSILIVM CLIX.

EX PRÆSENTI themate quatuor vidēntur per ordinem dubia ſuboriri. ¶ Primum eſt, qualis fuerit conceſsio facta de principatu Achaiæ, per inclytæ recordationis dominum Regem Carolum ſecundum princip. Tarentino? vtrum videlicet videatur fuiſſe feudum an ſimplex, & vera donatio? ¶ Secundò, dato quod fuerit feudum, an ceciderit in commiſſum per conceſsionem factam dominæ M. & conſenſum ſaltem tacitum præſtitum eidem dominæ M. alienanti ipſum principatum in dominum Ludouic. de Burgundia? ¶ Tertiò, dato quod prædicta ſui natura inducerent commiſsionem feudi, an excuſentur propter licentiam, & commiſsionem factam generalem per dominum Regem prædictum dicto Principi, quod poſſet donare, &c. ¶ Quartò, num poſsit ſe iuuare Princeps ex iure domini B. quondam Imperatoris Conſtantinopol. cui dicuntur pacta non fuiſſe ſeruata per dominum Carolum, Regem primum, ac per conſequens ſolutam omnem donationem factam in ipſum? † Circa primum, ne multus ſermo diffundatur, videretur dicendum, quod conceſsio, de qua quæritur, fuerit feudum. Dubij enim actus, quorum natura ferè videtur eadem promiſcua vel multa in ciuitate coniuncta ex ſignis fit diſcretio, vt teſtamentum à codicillo per exhæredationem, vel inſtitutionem diſtinguitur: vt C. de teſt. l. non codic. & ff. de iure codic. l. illud tractari. & donatio cauſa mortis à ſimplici per ſigna cognoſcitur: vt ff. de dote præleg. l. Seia. & de donat. cauſa mort. l. Seia. & contractus emphyteoticus ab emptione, & vendi. locatione, & conductione: vt inſtitut. de loca. & conduc. §. adeò. cum ſimilibus. Sed hæc ſunt ſigna, feudum denotantia, ſcilicet inueſtitura, vt in 10. col. quod præcedere debeat inueſtitura, vel iuramentum. c. 1. de feud. cogni. c. 2. in fi. Item ex retentione ſeruitij feudalis. argum. ff. de iure fiſ. l. Statius. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virginem. C. de fabricen. l. ſtigmata. de aquæduc. l. pen. lib. 11. ff. de quæſtionibus. l. 1. §. 1. extra de ſentent. excom. c. ſi iudex. Ergo videtur, quod fuerit infeudatio. & hoc etiam videntur indicare illa verba in conceſsione appoſita, per quæ dicitur, quod dictus Princeps, & hæredes ſui nullum alium de dicto principatu dominum, vel ſuperiorem agnoſcant, præter ipſum 2 Regem, & hæredes ſuos in regno Siciliæ. † Conſtat autem inueſtientem reſpectu Vaſalli dominum dici: vt in decima col. ſi de feud. controuer. fuerit inter dominum, & Vaſallum, in rubro & nigro. & qualiter Vaſallus iurare debeat. c. 1. §. fin. & de noua fidelitatis forma. c. 1. in fin. & quia mentionem facit de quadam alia conceſsione, quæ fuit feudalis, vt ex

inspectione eius apparet. vnde ista videtur ei accedere, & ideo talis est qualis est prima: vt ff. de pact. dot. l. inter socerum. §. cum inter. et de publicia. l. si ego §. quod tamen, & videtur quædam translatio facta de domina l. in principem. ergo cum eisdem qualitatibus, & conditionibus, cum quibus erat apud eam, nisi conditio priori personæ cohæreat. vt ff. de fun. instru. & instru. leg. l. fundum instructum. in prin. & de
3 adi. & transf. leg. l. legatū sub conditione. ¶ † In con-
a trarium *a* videtur, quod Rex in cōcessione dixit: Damus, donamus, tradimus, & ex causa donationis proprij motus, &c. cum igitur vera, pura, & mera donatio, sit dicenda donatio, datio autem in feudum non sit propriè donatio, sed ob causam datio: vt ff. de dona. l. 1. manifestum est, quod verbum donationis debet referri ad id, de quo dicitur per prius: vt ff. si ager vectig. vel emph. pe. l. 1. de le. 3. l. hoc legatum. & ad
4 Sille. l. 1. §. 2. † Præterea in donando Rex dixit, se donare quicqd iuris habebat in principatu ratione feudi sibi aperti, vel alia. ergo omnia trāsiuerunt, nisi expresse retenta, & sic transiuit directum dominium, & vtile. ff. de penu le. l. vlt. de vsufr. earū rerum, quæ vsu consu. l. 1. & de leg. 3. l. Iulianus. in princ. hoc autem est contra naturā feudi. imò directum dominium remanet penes dominum: vt 10. col. de inuestitura de re. alie. fac. c. 1. & no. si de feu. contro. fue. inter dominum, & alium. c. 3. ad similitudinē domini respectu superficiari: vt ff. de rei ven. l. & superficiario. & de pig. acti. l. tutor. §. fi. & de superfici. l. 1. §. planè. & hanc intentionem indicant illa verba, quę transferebant directam, & vtilem actionē in principem, ergo à partibus sufficiēter enumeratis nulla remanebat penes Regem, sic arguit lex. ff. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt. l. patre furioso. de acti. & obli. l. obligatio-
5 num ferè. §. placet. † Præterea videtur expressum, quod sit donatio. ff. de dona. inter virum & vxo. l. sed si plures. §. vlt. de le. 2. l. Titia. §. vlt. & quod ibi not. & hoc videtur sensisse gl. ff. de don. l. 2. §. 1. & hanc sententiam veriorem suadent persona donantis, qui Rex erat, &c. vt C. de dona. inter virum & vxo. l. pe. de dona. l. filius. & persona donatarij, qui erat Princeps: vt ff. de iudi. l. & si susceperit. §. 1. & si longius. §. fin. & de vsu & habi. l. plenum. §. equitij. & de aur. & arg. le. l. Titia. §. Seia. & quia donans pater erat donatarius filius: vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. seruus communis. & est expressum. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius
6 testamento. † Non obst. in contrarium allegata, quoniam argumentatio à signis accidentalibus nō arguit de necessitate, vt portatio annuli matrimonium non arguit. extra de præsump. c. illud. & instrumenta etiam dotalia non arguunt de necessitate matrimonium. C. de nupt. l. neq; sine nuptijs. & not. per Inno. in d. c. illud. extra de præsump. & pro hoc. ff. de decu. l. Modestinus pro tutore. l. 1. in prin. & in 2. responso. & de contrah. emp. & ven. l. quia difficile. Vnde quanquam nullum alium voluit recognosci in dominum, & superiorem, quam se: non sic sequitur, ergo est feu-
b dum. Verbum enim Dominij *b* est valde largum, cuius significatio saluatur in quacunque modica superioritate: vt ff. de verb. oblig. l. liber homo. §. seruus autem. ff. rerum amo. l. 1. vnde & Imperator mundi dominum se appellat: vt ff. ad l. Rhodiam. de iactu. l. deprecatio. solum ratione iurisdictionis, & protectionis: vt not. in proemio. ff. in princ. nec hoc etiam arguit retentio feudalis seruitij, sicut nec protestationes seruilis ministerij faciunt, vel arguunt aliquem de necessitate seruum: vt C. de ingenuis & manu. l. 2. de lib. causa. l. liberos. & de ser. reipub. manumit. l. vlt. & pro hoc. C. de proba. l. non epistolis. & l. non
7 nudis. ¶ † Circa secundum breuiter videtur dicendum, quod si feudū esset secundum l. feudorum, non licuit illud alteri alia lege in feudum, quam qua accepit, dare: vt in 10. colla. de l. Conra. c. 1. §. protecto. Verùm quia leges feudorum pro magna parte sunt consuetudines particulares, non extenduntur, nisi ad ea loca, in quibus sunt: vt C. quæ sit longa consuetudo. l. 2. Et si dicatur, imò fuit lex Conradi Imperatoris: respondetur, nondum erat Imperator, sed solum Rex Alamaniæ. Nec adhuc acceperat imperij insulas, de quibus habetur. C. de quadri. præscri. l. benè à Zenone. Nec per Ecclesiam approbatus, quod est necesse:
8 vt extra de elect. c. venerabilem. † Si igitur iure communi loquamur, nulli habenti etiam tantum vtile dominium videtur inhibita alienatio, nisi soli emphyteotæ, qui potest certa forma seruata: vt C. de iure emphyt. l. vlt. vel in curiali, qui similiter non potest, nisi in certo casu & modo: vt C. de prædijs curialium sine decre. non alien. in rubro & nigro. ergo si hæc specialia sunt, ius commune est in contrarium: vt ff. de legi. & sena. consul. l. ius singulare. & ad munic. l. 1. Est namque de natura cuiuscunq; dominij possibilitas domini transferendi: vt instit. de re. di. §. per traditionem. ff. si à parent. quis fuerit manumiss. l. 2. & de cu. furio. l. Iulia. imò adeo libera alienandi facultas esse debet, vt etiam expresso pacto inhibita translatione eius nequaquam impediat, licet ad interesse, vel pœnam stipulatio committatur: vt ff. de pact. l. nemo. de distrac. pign. l. si creditor. §. vlt. secundum vnam literam. & C. de condi. ob causam. l. ea lege. & ibi not. C. de pact. inter emp. & ven. l. fin.
9 & de verb. obl. l. qui Romæ. §. cohæredes. † Et si de consuetudinibus ageretur, videretur debere inspici, lex saltem data, id est, consuetudo loci in feudum data. ti. arg. C. de noxa. l. 2. & ff. commu. præd. l. venditor. §. si constat. de mune. & ho. l. vlt. §. pen. & de extraord. cri. l. saccularij. §. quædam. Sic & dominus Papa aliquod beneficium concedendo semper videtur concedere salvis rationabilibus consuetudinib. loci, vel Ecclesiæ, in quem, vel quam gratia ipsa confertur, vt extra de consuetu. cùm olim. de constit. c. licet Romanus. lib. 6. consuetudo verò in Romania dicitur esse, quod Vasalli liberè alienent sine pœna commissi.
10 ¶ † Circa tertium videtur dicendum, quod si alias principatus, vtpote rei feudalis esset in feudatio prohibita, non validetur per consensum, & approbationem generalem domini Regis Caroli, quia tales permissiones, seu concessiones limitant effectum suum ad verisimilia. arg. ff. de pecu. l. peculij. quæ in fraud. cre. l. si pater. mandati. l. creditor. §. vlt. & de pign. l. obligatione. Non autem verisimile est, quod voluerit dominus Rex cōcessisse alienationem totius principatus, sed alicuius forte partis duntaxat. arg. bonum. ff. de annu. leg. l. 2. §. quod si ita. ad Trebel. l. Titius rogatus. cum sim. sicut dicitur, cùm Princeps concedit ius aquæ ducendæ, non intelligitur concedere, quod ab ipso æquæductus capite duci possit: vt C. de aquæduc. eos, qui aquæ. lib. 11. Econtra videtur, quod consensus adhibitus validauerit huiusmodi concessionem: vt C. de fideicommiss. l. quoties. de leg. 1. l. si fundum sub conditione. & l. nihil proponitur. §. omnibus. & de leg. 2. cum pa. §. libertus. & l. codi. §. insulam. † Nec huic obuiat generalitas permissionis, siue approbationis: vt ff. quod iussu. l. 1. §. 1. & argum. ff. de admi. tu. l. si duo. & pro hoc. l. actione. §.
11 renunciare. Nec obuiat magnitudo rei, id est, principatus, quia magnum, & paruum considerantur respectu personarum: vt in auth. de non alien. aut permu. rebus ecclesiæ. §. finimus igitur imperio. & consueuit no. C. de senten. & interlo. om. iudi. auth. nisi breues, Circa quod etiam attendatur, quod in feudatio facta

tio facta per Principem non videtur esse talis alienatio, quæ sub permissione non cadat, quia nec alienatio simplex est, sicut dicitur de manumittente seruũ, quia non videtur totaliter desijsse esse manumittentis, qui de seruo factus est libertus: vt ff. de hære. inst. l. talem. & si attendatur dicta concessio principatus, non dicitur caput rerum concessarum: quia multa adhuc erant iam per Regem donata Principi, de quibus fiebat in permissione mẽtio in genere, vnde erat vna de rebus in permissione deductis, à qua alię non procedebant, & quæ respectu aliarum nullam prærogatiuam habebat, orationis enim compendio dicta permissio omnes donationes factas Principi pariter comprehendit, argum. ff. de leg. 2. l. Mæuius. §. duobus. in vltimo responso. & de leg. 3. si chorus: in princ. & de acceptila. pluribus. & de transact. l. Aquil. Nec vna, vt dictum est, habet prærogatiuam ad alteram, vt dicatur caput eius. ar. ff. de euic. l. Scapham. & de fund. instruc. & instru. leg. l. vltima. & sic cessat arg. quod u fiebat de l. eos, qui aquæ. C. de aquæduc. ¶ † Quarto, & vltimò diligenter attendatur, quod nullum ius habet dominus Robertus, nisi ex concessione facta per dom. Balduinum inclytæ recordationis domino Carolo primo, Regi Siciliæ, certæ rei contemplatione, vt ex tenore concessionis apparet, quæ cum non sit secuta, soluta est tota concessio: vt C. de pact. inter empto. & vendito. l. cum te feudum. Præterea agium fuit expresè in compositione, & concessione prædictis, quod nisi promissa seruarentur, omnia essent irrita. Eis igitur (vt notorium est) non impletis irrita est, & perit concessio: & sic cum Princeps per personam dominæ Catharinæ, vxoris suæ, successerit domino Balduino, debet quantum ad hoc per dom. Regem in pace dimitti: istud nõ multum prosequor, quia neutrum expedit.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In contrarium. *Dec. conuenit cum Old. cuius auctoritate vtitur in cons. 208. col. 2. ver. postremo par. 2. Sed videatur tamen eiusdem Decij cons. 413. vbi de hoc latius.*

b ¶ Verbum enim Dominij. *Quid sit dominium Alexan. post Bar. examinat in l. si quis vi. §. 1. col. 3. ver. Extra gl. quærit hic Bart. de acqui. poss. nec silentio prætereundum est, quod Alciat. in lib. 1. pag. 2. de verb. sign. inquit, videlicet, quod cum dominium dicimus proprie de directo accipitur. Nam qui vtiliter possidet, abusiuè videtur dominus. Et in hoc D. Alcia. allegat Soc. consil. vltimo. vol. 2.*

De testamen. & de iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum cum quis iurat non mutare, potest illud mutare per aliud similiter iuratũ, etiamsi testator sit periurus, & num. seq.*

CONSILIVM CLX.

THEMA tale est. Titius condidit solemne testamentum, in quo Seium nepotem suum vniuersalem hęredem instituit, & multa legata reliquit, & iurauit contra ipsum testamentum in aliquo nõ venire, nec aliud testamentum, seu aliam vltimam dispositionẽ facere: deinde post quinquennium, vel circa aliud solemne cõdidit testamentum, in quo supradictũ Seium similiter hæredem instituit, & certa legata fortè mutauit, & de verbis derogatorijs in primo prolatis sufficienter mentionem fecit, & iurauit contra illud similiter non venire.

1 † Modò quæritur, quæ istarum voluntatum præua-
a leat. *a* ¶ Et dicendũ est, quod licet in testamentis iuramentum magnę sit auctoritatis, & virtutis: vt ff. de le. 2. l. cum pater. §. filius matrẽ. & de le. 3. l. cum quis decedens. §. codicillis. & in auth. de iureiur. à mori. præsti. circa prin. tamen hoc non obst. videtur, quod vltimum testamentum præualeat primo. vt C. de testam. l. fancimus. ff. de iniu. rupto & irrito testa. l. 1. inst. qui. mo. testa. infir. §. posteriore. ff. de vulg. & pu. sub. l. si quis eam. Et est ratio, quia ambulatoria debet esse voluntas defuncti vsque ad extremum vitę exitum: vt ff. de adi. & transfe. le. l. 3. §. vlt. de do. inter vir. & vxor. l. cum hic status. §. pœnitentia. & nihil magis hominibus debeatur, quam vt suprema voluntas, postquam aliud velle non possit, liber sit stilus, & liberum, quod iterum non redit, arbitrium: vt C. de
2 sac. san. eccle. l. 1. † Hinc est, quod pactum non tenet, per quod quis se intestabilem reddit, vel se ad certum modum testandi astringit: vt ff. de verb. sign. l. stipulatio hoc modo. & pro soc. l. cum duobus. §. idem respondit societatem. Induit enim tale pactum naturam turpitudinis, & sæpe tristissimos consueuit sortiri effectus, præstat enim materiam captandæ mortis alterius. C. de pact. l. vlt. quod etiam iure canonico est reprobatum: vt extra de consec. præben. c. 2. & pro tanto iuramentum non videtur obligatorium, quasi super re turpi interpositum. ff. de leg. 1. l. si quis inquilinos. §. vlt. de pact. iuregentium. §. generaliter. & in auth. scænicas non solum. si fideiuss. præst. sed etiam iusiuran. dent. circa princ. col. 5. & ad hoc probandum accedit, quod certæ sunt causæ, ex quibus quis testari prohibetur, quæ sunt enumeratæ instit. quibus non est permissum facere testamentum per totum: sed iuramentum non est inter has causas, ergo, &c. sic arguit lex. ff. de ac. & ob. l. obligationum ferè. §. placet. & de his, qui sunt sui, vel alieni iu. l.
3 patre furioso. † Præterea aut ex huiusmodi iuramento quis dicit iurantem alteri obligatum, aut sibi, alteri non. de verb. sign. l. verba contraxerunt: vt ff. de leg. 1. l. cum filio. & argum. ff. de ar. l. fin. & de re. permu. l. 1. & per hoc potest solui. ad decretales extra de pact. quamuis. & de iureiur. c. licet mulieres. lib. 6. & extra eo. tit. c. cum contingat. In nulla enim ipsarum vertebat turpitudo, vel alicuius mali parabatur
4 occasio, licet esset super illicito iure ciuili. † Præterea ibi iurabatur alteri, & super pacto cum alio inito: hic nequaquam, & inter hæc multum refert: vt plenè not. ff. de reg. iur. l. quoties. & melius. ff. de his, quĩ no. infa. l. Lucius. & aliud est quærere, vtrum possit testari contra iuramentum sine transgressione iuramenti, de quo fortè intellexerunt Doct. Gu. in Spe. de instru. edi. §. compendiose. ver. quid si quis iurauerit. & Host. in sum. de sepul. an licitum. ver. quod si quis eligat. & ita rationes eorum inducat. Aliud est quærere de defectu facti, videlicet, an teneat testamentum si contra fiat, licet testator posset dici periurus. & hoc casu procedunt superius allegata. argum. ff. de pact. l. nemo. §. 1. C. de cond. causa. da. l. ea l. & ibi not. Et hoc etiam apertè tetigit Inno. extra de præb. c. dilecto in glo. signata super verbo augmentare, & incipit ordinando quod vbi sunt decem præbẽdæ. Et ista fuit opin. quam vocauit Ioan. 23. q. 2. vltima defuncti voluntas. vnde omnibus cõsideratis videtur standum regulis generalibus. ff. de leg. 3. l. si quis in prin. de leg. 1. si mihi & tibi. §. in legatis. & de iu. codi. l. diuus. §. licet. & pro hoc facit, quod not. 11. dist. in his. vide ad quæstionem positam in simili materia Io. An. in regula quod semel. de re. iu. lib. 6.

ADDITIO

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quæ istarum voluntatum prævaleat. *Materia huius quæstionis est in l. si quis in princ. vbi Bart. & Doct. de leg. 3. Et concluditur cum Oldr. communiter non obstare iuramentum, quo minus testamentum reuocari possit. Quamuis Spec. contra in tit. de instru. edi. §. compendiosè. col. 10. versi. quid si quis iurauerit. vbi illum infra allegat Oldr. Datur autem modus, quo testamentum possit irreuocabile fieri, videlicet dicente testatore, se velle testamentum illud obseruari pro contractu, quoties reuocari contingeret. Ita Dyn. in reg. Quod semel. lib. . sed idem contrarium tenet in cons. 301. Et hæc magis communis secundum Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta de verb. obl. Ioan. And. super rub. de iureiu. Dantur & alij duo modi, videlicet, quod institutus in priore testamento de consilio testatoris, impetret priuilegium à Principe, ne ille amplius testari possit, neue prius testamentum reuocare, vel quod in priori testamento apponat testator hæc verba: Si euenerit casus, quod ego aliud condam testamentum, ex nunc fateor me illud facere metu consanguineorum. Vide Ab. in c. cum Marthæ. in 6. not. & ibi Doct. in addit. quæ incipit: Et an possit dari cautela. extra de celebr. miss. Vide etiam Ioan. And. in addit. Spec. super rub. de iureiu. Qui se ipsum allegat in d. Reg. Quod semel. Adde Bald. in consil. 205. volum. 1. Bart. in l. si quis inquilinos. §. fin. de leg. 1. & in l. stipulatio hoc modo concepta. vbi item Alexand. de verb. obl. Iunge etiam in præsenti materia cons. suprà 114. & propius 127.*

De iudi. & de foro competen. & de appellat. & de verbor. significat.

SVMMARIVM.

1 *Merum imperium, si in castro vnus habet, potest ibidem erigere furcas, etiam in loco, cuius dominium pertinet ad alium: & an compellatur vendere illum locum, si alias est vtile ibidem esse furcas, & num. seq.*

6 *Et si vnus in eodem castro habet mixtum imperium, & iurisdictionem, & appellatur à iudice suo, non debet appellari ad eum, sed ad iudicem superiorem.*

8 *Quando copula cadit inter ea, quæ sunt eiusdem potestatis vel effectus, tunc ponitur pro disiuncta.*

CONSILIVM CLXI.

THEMA tale est. Orta materia quęstionis inter Regem Maioricarum ex vna parte, & Abbatem Ananiæ ex altera super iurisdictione teniméti villæ de Cella noua, & facto super prædictis compromisso fuit declaratum per arbitros in modum qui sequitur. Cùm nobis constet officiales Regis habuisse quædã ad merum imperium pertinentia in villa de Cella noua, & eius pertinentijs, iccircò dicimus, declaramus, & diffinimus, quod merum imperium dictæ villæ, & districtus eiusdẽ, & ea, quę spectant ad merum imperium, in illis, scilicet casibus, in quibus pœna mortis, vel membri abscisionis, potest, & debet de iure, & de consuetudine facinorosis inferri, sint & esse debeant dicti domini Regis, & suorum successorum, in quibus casibus cognitio, punitio, examinatio, & executio ad dictũ Regem, & successores suos pleno iure debeat pertinere: quia igitur nobis per eandem iurisdictionem, & cognitionem constat dictum Abbatem seu eius prædecessores exercuisse in dictis villa, & territorio de Cella noua mixtum imperium, & omnimodã aliam inferiorem iurisdictionẽ à dicto mero imperio: Iccircò dicimus, quod mixtum imperium, & bannum, & omnimoda alia iurisdictio inferior à dicto mero imperio in loco, & territorio prędictis sint, & esse debeant dicti Abbatis, & ad ipsos dominos dictæ villæ, & territorij pertineant pleno iure, & quod dictus Abbas, & successores sui, seu officiales eorum cum ipsis habeant plenè, & liberè cognitionem, examinationem, & diffinitionem, pœnarum impositionem, coertionem, & executionẽ in omnibus casibus pertinentibus ad mixtum imperium, seu quamcunq; aliam iurisdictionem inferiorem dicto mero imperio. ¶ Accidit, quod Rex exit furcas in dicto territorio dictę villæ, in quodam quadriuio publico iuxta vias publicas. ¶ Opponitur ex parte Abbatis dictum dominum Regem non posse tenere furcas in dicto territorio, vel loco rationibus infrascriptis. ¶ Prima, quia dato quod dictũ quadriuium sit quasi publicũ, & iuxta vias publicas, in quo dictæ furcæ sunt erectæ: tamen proprietas dicti quadriuij non est Regis, sed Abbatis, & ita non potest ibi Rex furcas erigere, cùm hoc fecerit sine voluntate, & consensu dicti Abbatis, ad quem prædictum solum pertinet. Nec ipse Abbas, vt dicit, posset de iure compelli ad vendendum dictum locum. ¶ Secunda, quia dicit Abbas, quod Rex habet furcas in Montepessulano, quod est propriè territorium villæ nouæ. ¶ Tertia, quia in dicto tenimento Cellæ nouæ nuriquã fuit facta aliqua executio alicuius criminis, siue alicuius causæ meri imperij. ¶ Replicatur per Regem, quod eo ipso, quod habet merum imperium in loco Cellę nouæ, habet ius erigendi furcas, & tenendi erectas in signum meri imperij, & pro dictis executionibus, cum locus se obtulerit, faciendis, licet ibidem non fuerit facta, vt panditur, aliqua executio. Et licet Rex habeat furcas in Montepessulano, tamen tenimentum prædictum Cellæ nouę est omnino distinctum, & separatum à tenimento Montispessulani: & ibi potuit furcas erigere, cum facinorosi ibi debeant puniri, &c. & specialiter in dicto quadriuio, cùm sit locus publicus, & furcæ sint erectæ propter publicam vtilitatem, & si non reperiretur locus publicus aptus ad prædictam, teneretur dictus Abbas vendere dicto Regi. Ex his quæritur, quid iuris? ¶ Secundò quæritur, si à iudice Abbatis appelletur, quis erit iudex appellationum, vtrum Rex, an Abbas? Et dicit Abbas, quod quia cum ipse habeat omnimodã iurisdictionem exceptis duobus casibus supradictis, qui sunt mixti imperij, & iudex suus ordinarius cognouerit de causis mixti imperij, vel iurisdictionis inferioris, ad ipsum, seu ad iudicem suum appellationum est appellandum, & ipse debet cognoscere, nõ autem Rex. Econtra dicit Rex, quod cùm ipse habeat merum imperium in dicta villa, & habeat iudicem appellationum in Montepessulano, & tota terra, & Baronia eiusdem, & dicta villa intra Baroniam Montispessulani, vt notorium est, & patet ex tenore arbitrationis prædictæ: idcircò ad iudicem suum appellationum Montispessulani est appellandum, & ad ipsum, vt ad iudicem, spectat cognitio, & diffinitio dictarum appellationum, & non ad Abbatem. Item, quia in pronunciatione sunt inserta illa verba, De iure, & consuetudine. ¶ Quæritur tertiò, an requiratur ad hoc, quod Rex habeat in dictis casibus pro eo executionem, & cognitionem, quod de iure simul, & consuetudine ita fieri debeat, an sufficiat de iure tantum ita fieri debere, vel de consuetudine tantum, an vtrunque? ¶ † Ad primum videtur, quod in erectione furcarum publica vertatur vtilitas: Sicut enim interest, ne maleficia iam commissa remaneant impunita, sed vt malè meriti publicè punian-

puniantur, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. depositi. l. bona fides. & de fideiusso. l. si actus. §. vltimo. sic & multo vtilius est à toto principio hominis terreri, ne ad maleficia prolabantur: quia melius est in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare: vt C. quando liceat vnicuique se sine iudi. vin. l. 1. & in qui. caus. in integ. restitu. non est necess. l. vltima. Hoc autem apertè fit metu pœnarum: vt ff. de iusticia, & iur. l. 1. circa princip. Et ideo aliquando exercentur pœnæ. vt cæteri terreantur exemplo: vt ff. ad l. Iuliam repet.
2 l. 1. & ff. de pœnis. l. aut facta. in fine. † Verum quia executiones & impositiones pœnarum actu transeunt, & per consequens à memoria decidunt, humana inuenit industria publicè furcas erigi, vt supplita inuenta sunt in memoriam conditionis humanæ: vt ff. de condit. institu. quidam in suo. Et per hoc quasi quadam lectione continua, quæ etiam melius per visum imprimitur, quam per auditum solum: vt instituț. de gradi. in fin. à maleficijs homines arcentur. Vertitur in hoc etiam vtilitas priuata, quia talis diutina commemoratio, quæ per talia signa retinetur: vt C. de offic. præfe. præto. l. in nomine Domini. Cedit ad solatium interemptorum, & dam-
a num passorum, a & sic duplex vtilitas colligitur. ff. de pœnis. l. capitalium. §. famosos. Est enim loco propositionis cuiusdam edicti, quo cautum sit, vt si quis tale maleficium faceret, malo leto periturus esset: vt ff. de extraord. crim. l. saccularij. §. sunt quædam. In hac itaque erectione furcarum concurrunt vigor, alias rigor publicæ disciplinæ, & vtilitas priuatorum, vt ff. de public. & vec. l. licitatio. §. quòd illicitè. Nulli ergo dubium est, quin sit licita. Sed cui competit pœnę impositio, eidem finis architectonicè competit, & dispositio omnium, quæ sunt ad finem. vt ff. de re milit. l. officium regentis exercitum.
3 ¶ † Vnde & archiuum habet is, apud quem conficiuntur acta in archiuo condenda: vt in Authentic. de defen. ciui. §. & iudicare. ad fin. collat. 3. Et ad hoc bene facit. C. vt nemo priua. titulos prædijs suis, vel alien. imposț. l. 2. Hinc est, quod ille operas iudicat
4 per. lib. l. cùm patronus. & l. quoties. ¶ † Præterea in cuius vtilitatem in diem cedere debent: vt ff. de officut debet esse conformitas inter signum, & signatum aliàs falsum committitur: vt ff. ad l. Corne. de falsi. l. eos. qui inter se. ff. de iniur. l. apud Labeonem. §. si quis virginem. C. de fabric. l. stigmata. & extra de sentent. excommun. cap. si iudex. libro sexto. ita inter signum, & signantem, qui vult aliqualiter designari per signum. Vnde scribere, & intingere concilio nulli licet nisi principi: vt C. de diuer. rescript. & pragma. sanc. l. sacri affatus. & de vesti. olobe. per totum. libro 11. Si autem alteri liceret ponere, quam ei competit impositio pœnæ, nulla esset inter imponentem signum, & ipsum impositum conformitas, siue proportio: sed magis videretur illusio: vt C. de lati. lib. tollend. l. vnica. §. sed & qui domini. cùm vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu: vt extra de consuetu. ca. quan-
§ to. ad fin. ¶ † Et ex his patet, quod si non reperiatur locus, in quo commodè sine cuiusquam incommodo ponantur, poterit dominus soli compelli ad vendendum propter publicam vtilitatem: vt ff. quémadmod. ser. amit. l. locus. §. vltimo. & de rei vendic. Item si verberatum. §. præterea. de euicti. l. Lucius. ad fille. l. lex Cor. C. in quib. caus. ser. pro præ. acci. libr. l. 2. ff. de relig. & sumpt. fun. l. si quis sepulchrum. & argum. ff. ne quid in loco public. l. 1. §.
6 sunt, qui putant. ¶ † Ad secundum cum dicitur, ad quem debeat appellari à iudice Abbatis? Dicendum, quod nullo modo videtur ad Abbatem, eo quod abbatis, & talis iudicis ad vniuersitatem causarum dati idem est consistorium. & ideo ad aliud est appellandum: vt C. de appel. l. præcipimus. §. sed si à proconsulibus. & extra de consuetu. capit. non putamus. libr. 6. Et cum villa cellænouæ sit in Baronia montispessulani, & de tota Baronia appelletur ad Regem: ad ipsum similiter debebit in casu, de quo quęritur, appellari: quia non debet vna, eademq; res diuerso iure censeri, nec ex locorum diuersitate diuersum ius statui: vt ff. de vsucap. l. eum, qui ædes. extra de deci. capi. cum in tua. & 12. quæstio. 2. cognouimus. & C. de restitut. in integr. l. superuacuam.
7 † Insuper cùm regulariter de tota baronia appelletur ad regem, vt in facto præsupponitur, & casus nec per arbitrium, vel alias reperiatur exceptus, remanebit sub regula: vt ff. de damno. infect. si finita. §. & quod ait prætor. in verbo de cæteris locis, & cæt. & de contrahend. empt. & vend. l. æde sacra. §. primo. Nec recessum videtur ab illo regulari iure quo appellatur ad regem, nisi quatenus per arbitrium, vel alias reperitur recessum: vt C. de ædific. priua. l. cum dubitatur. & ff. de adimen. & transfer. legat. l. alumnis. §. qui filias. nec in hoc verba sententiæ sunt aliquatenus extendenda: vt ff. de bon. liber. l. si patronus. §.
8 si quis cum esset. ¶ † Ad vltimum vero, quod dicitur de illa copulatiua de iure, & consuetudine, & cæt. videtur dicendum, quòd æquipolleat disiunctiuæ:
b quia ponitur inter ea, quæ sunt b eiusdem potestatis, siue effectus: vt ff. de verborum significat. l. sæpè. & extra de rescript. capit. 2. & ibi not. Idq; ipsa sententia arbitrorum designat, quæ Abbati attribuit duntaxat mixtum imperium, & iurisdictionem simplicem. ergò merum imperium in illis duobus casibus in arbitrio expressis manet sub attributione facta regi quocunque modo, siue ex iure, siue ex consuetudine casus occurrat. arg. ff. de hæred. institu. l. qui non militabat. §. Lucio. ibi, modum enim duarum partium ex quadrante declarari, &c. Et hęc dicta circa quæsita breuitatis causa sufficiant.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Passorum. *Ab his scilicet, de quibus sumpta est pœna.*

ADDITIO ANTIQVA

b ¶ Quia ponitur inter ea quæ sunt, &c. *Regulatamen est quod posita inter duo contraria resoluitur in disiunctam, vt l. si Titio fundus. ff. de vsufruct. leg. Pau. de Ca. in consi. 201. incip. visis & consideratis. colum. 2. ver. circa notandum. in prima parte consiliorum. & adde Bal. in l. si quis agere. colum. 2. ver. quid enim ad rumbum. C. de condi. & de natura copulæ tradit idem Bald. in l. vnica. §. vbi autem. C. de cad. tol.*

De testamentis. & de verborum signifi. extraor. ff. de vsufruct. legato.

SVMMARIVM.

1 *Pater si reliquit filiabus suis certum vsumfructum pro eis nutriendis, donec erunt maritatæ, tunc eis nubentibus cessat vsusfructus, quia mariti tenentur eas nutrire. & numer. sequent.*

CONSILIVM CLXII.

THEMA tale est. P. condidit testamentum solenniter, in quo duas filias suas solas impuberes cum non haberet plures liberos, hæredes instituit, primò in certis rebus, & quantitate, demum in residuo omnium bonorum suorum: & inter alia adiecit clausulam, cuius verba sequuntur in hunc modum. Si verò contingeret me non habere filium masculum, qui mihi esset, in hoc casu Titio fratri meo, hæredi, vel hæredibus suis, si idem Titius non esset in humanis, domum meam in tali loco sitam do. lego: ita tamen quod prædictæ filiæ meæ, seu altera ipsarum, si sola esset, vsumfructum habeant, seu habeat aut pensionem ipsius domus pro ipsis nutriendis, vel ipsa nutrienda. & ita etiam quod dictus Titius post ipsam, vel ipsas maritatas, siue maritatam teneatur soluere prædictis filiæ meæ, & vxori meæ onera, quæ superius sunt expressa, de pensione dictæ domus. Modò ex verbis contentis in præsenti clausula quæritur, vtrum testator per illa verba, donec essent maritatæ, seu maritata inducat viduitatem ad illum finem, quod vsusfructus, seu pensio dictæ domus debeat durare in personis ipsarū filiarum, quandiu vixerint, vel per illa verba non inducatur viduitas ad illum finem, sed quod statim, cùm fuerint maritatæ, vsusfructus, seu pensio dictæ domus sint finita, & consolidentur cum vsufructu formali, seu pro-
1 prietate? ¶ † In quæstione præsenti multi distinguerent, an contractus matrimonij ex conditione per testatorem appositа omninò legatum extinguat, ac si ex toto principio relictum non esset: & hoc casu conditio, tanquàm repugnans reipublicæ, habeatur pro non appositа. & ideò contracto matrimonio nihilominus legatum capiatur. vt ff. de condit. & demonstr. l. sed hæc specialiter. §. vltimo. & l. hoc modo. & l. cum tale. §. Mæuia. & l. mulieri, & Titio. & l. hæres meus. §. vltim. An verò legatum non omninò extinguat, sed non eius durationem mensuret, sicut in legato annuo, donec nubat: Et hoc casu conditio obseruetur, & ex contractu matrimonij legati præstatio pro futuro tempore finiatur: vt ff. de annu. leg. l. legatum est ita Titio. sed hoc non approbo: quia expressè contradicit menti legis. ff. de condit. & de. l. Titio vsufruct. §. vltim. vbi dicitur esse priuilegium libertatis, & quia hoc nihil aliud est dicere, quam integer legatum vnicum, & annuum sub tali conditione relictum distinguere, quam distinctionem expres-
2 sè tollit lex, C. de indic. vidui. tol. l. vlt. in fin. † Verius ergò videtur dicendum, quod aut adiectio istorum verborum, Donec nubat, &c. considerat solum irrationabile impedimentum matrimonij, aut rationabilem cessationem causæ ligandi. In primo casu obtinent prima iura iam dicta. Secundo casu non. argum. ff. de his quæ pœnæ no. l. 2. C. de secund. nupt. l. vltima. ad fi. ibi, rationale odium, &c. & ff. de condit. instit. l. quidam in suo. §. vltim. In nostro autem themate sic fuit: legauit enim testator filiabus vsumfructum domus, vt se nutrient: ecce causam legandi. vt ff. de ali. & cib. leg. l. pen. §. 1. Sed hæc causa cessat post contrarium, eò quod onus alendi spectat ad maritum: vt ff. solut. matr. l. si cum dotem. §. finautem in sæuissimo. de dona. inter vir. & vxor. l. ex annuo. Et præsertim hæc in parte procedunt, qui in dubio non videtur de impedimento nuptiarum filiæ cogitasse, quæ ex voto ei congruunt. vt ff. ad Trebelli. l. mulier. §. cum proponeretur. & l. hæredibus. §. fin. & sic facta est mentio per testatorem de nuptijs, non vt impediantur, quia si in hoc fraudem legis cogitasset, maiorem pœnam institutioni de eis factæ, saltem vl-
3 tra legitimam, in conditione adiecisset. † Vnde modicitas rei excludit præsumptionem fraudis. ff. de transs. l. cum hi. §. modus. Fecit igitur & de eis mentionem, & de tempore, in quo causam legandi veri-
similiter suspicatus est debere finiri. ar. ff. de annu. le. l. liberto. §. vlti. Vnde cum in dubijs stare debeamus pro testamentis. ff. de inoffic. test. l. si pars iudicantium. Non crederem legatum post contractas nuptias debere durare.

De testa. & de verb. sig. extraor. C. de leg. & de thes.

SVMMARIVM.

1 *Legato castro nomina debitorum, quorum instrumẽta ibi sunt inuenta, non cedunt legato.*
2 *Item in instrumentis non consistit thesaurus.*
3 *Item arma cedunt legato, quando legatur castrum.*

CONSILIVM CLXIII.

1 VOD nomina † debitorum in legatum cedant: quia instrumẽta in castro legato sunt inuenta: non credo, & videtur hoc expressum. ff. de leg. 3. l. vxorem. §. legauerat. & expressius de leg. 2. Caius. in princ. & expressissimè. ff.
3 de le. 3. si mihi Mæuia. † Nec propriè cadit in instrumentis distinctio perpetuitatis, ad modum thesauri, quæ fit in l. si chorus. ff. de leg. 3. quia thesaurus in pecunia consistit, non in instrumentis: vt ff. de acquire. do. l. nonnunquam. §. thesaurus. Vnde in dubio est
4 standum iuribus allegatis. † Arma verò, quæ in castro erant ad defensionem castri, in legatis videntur cedere. vt ff. de vsufruc. leg. l. generali. §. vxori. Cætera enim castra ad hoc veluti mutabantur. vt de fundo instru. & instru. leg. l. quæsitum. §. si quis eodem. &
a de hæred. instit. l. ex facto. §. rerum, cum sim. a

ADDITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶ Cum simi. *Adde consil. Bertran. 77. volum. 2. quirationes Oldrad. pluribus tuetur argumentis: & est pulcrum consil.*

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio non tribuit ius, quando id, super quo fit, non inuat. & num. sequent.*

CONSILIVM CLXIIII.

1 VISO priuilegio † inclyti regis Ludouici quõdam Francorum regis videtur ipsum priuilegium nihil facere pro domino Episcopo Vticens. quia priuilegium ipsum, exceptis quibusdam locis, de quibus non est quæstio in præsenti generaliter, & sub quodam confuso sermone loquitur vtens his verbis. Et si quid idem quondam commune habebat, &c. per hæc autem verba nihil iuris confertur, nisi quantum communi competere ostenditur, vt ff. de hæred. vel acti. vendi. l. quod si in venditione. de legat. 1. si fic. §. 1. de aur. & argent. leg. l. Quintus Mutius. & C. de fal. causa adiect. l. si non de-
2 signata. & l. vltim. † Et hoc apertè describit lex, dum dicit, ꝙ si dicam: quicquid mei iuris est in hoc fundo, tibi trado, incertus quantum iuris ibi habeam, nihil trado, &

trado, & ille nihil accipit: vt ff. de acquir. poss. l. possideri. §. incertam. & l. locus. & vtrobique not. de vsucap. l. si fur. §. vlti. nisi ergo dictus Episcopus Vticen. aliud probet, quam per priuilegium tale, certum est, quod intentio eius non est plene, nec simpliciter probata. & hic est casus extra de præscript. c. auditis.

3 † Necenim iuuant confirmationes postea subsecutæ: quia de intentione confirmantium non est aliquid noui dare, sed confirmare, tanquam prius habita, & possessa: vt extra de fid. instru. c. inter dilectos. §. porrò. Cùm ergo ipsa prima concessio non iuuet dominum Episcopum, non iuuabitur confirmationibus, vel priuilegijs, quæ ex ipsa causa originem acceperũt, vt à primordio tituli posterior formetur euentus: vt C. de impo. lucra. descrip. l. 1. li. 10. & est casus extra de iudic. c. cum inter vos. circa finem. a

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Circa finem. *Vide in hac materia Dec. in cap. 2. col. 3. de constit. vti. vel inut. eundem in l. More. col. 4. de iurisd. omnium iudi. Ias. in vlt. consi. primæ par. in fi. Bertran. in consi. 213. nu. 2. in 1. part. Regulam non firmatur, de reg. iu. in 6. Non sunt extranea in hac materia, quæ Bar. not. in l. si sic. §. 1. in fin. de leg. 1. Alex. in consi. 173. alias 32. colum. 4. ver. Ad prædictorum. vol. 2. Ripa. lib. 2. Responsorum. cap. 6. nume. item 6.*

De cleri. non resi. & de præbend.

SVMMARIVM.

1 *Clausula licet ponatur in gratia impetrantis, quòd personaliter resideat &c. tamen valet aliud beneficium obtinere postea non curatum, quod requirat residentiam, nec perdit primum curatum. & num. seq.*

CONSILIVM CLXV.

THEMA. Cuidam clerico assecuto, & pacificè possidenti vnam ecclesiam parochialem curatam auctoritate literarum apostolicarum in forma communi concessarum pro pauperibus clericis, in quibus literis clausula huiusmodi continetur. Ita tamen, quod idem clericus, prout requirit onus beneficij, de quo sibi prouisum fuerit, se faciat statutis temporibus ad ordines promoueri. & personaliter resideat in eodem: alioquin ipsa gratia, & eius effectus nullius penitus sint momenti, &c. Confertur aliud beneficium simplex requirens residentiam de consuetudine, priuilegio, vel statuto: quæritur, vtrum postquam possessionem pacificam secũdi habuerit, primum vacet ipso iure, vel possit dimittere secundum, & retinere primum? † Et videtur primum beneficium ipso iure vacare per tacitam renunciationem, quæ resultat ex acceptatione secundi beneficij non compatientis se cum primo. arg. ff. de diuort. & reput. l. vltim. de oper. libr. l. sicut patronus, de acquir. hæred. l. si quis extraneus. & extra de rescript. c. gratiæ, in conci. Viennen. Et hoc videtur notasse Innocent. extra de cle. non resid. cap. ex tuæ. sed contrariũ videtur verius: quia in curatis specialiter hoc est statutum: vt extra de præben. c. de multa. In alijs ergo stent iura antiqua: vt arg. ff. solu. mat. l. si verò negocium. §. de viro. & quia pœnale est, non est extendendum, vt extra de elect. c. statutum. Sicut ergo iura antiqua, quę etiam in non se compatientibus non inducebant vacationem ipso iure, sed magis obtinenti optionem concedebant, quod mallet retine-

2 re: vt extra de præben. ca. ad hoc. & c. Præterea. † In hac opin. scilicet quod non inducatur vacatio ipso iure, inclinat Inno. extra de cle. non resi. c. vlt. Et quod notauit in c. ex tuæ. intelligitur de beneficijs curatis. Et ibi not. Host. Non ob. clausula literæ: quia monitio est, & comminatio: vt ff. de tute. l. muto. §. 1. & de colla. bo. l. prætor. in princ. & no. Inn. extra de elec. c. dudum. 2. Præterea ponit factum, & non consilium: vt ff. de ædil. edict. l. bouem. §. 1. & de verborum signific. l. fugitiuus,

De sequestra. possess. & fruct.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius si fecit sequestrationem secundum formam cle. ad compescendas de seque. poss. propria voluntate, potest mutare sequestrum, et fit sequestratio spiritualium & temporalium. & num. sequent.*

CONSILIVM CLXVI.

THEMA. Ordinarius ad instantiam illius, qui pro se diffinitiuam sententiam primam in Romana curia reportauit, commisit alicui, puta Petro, sequestrationem fructuum istius beneficij, de quo litigatur in curia iuxta c. ad cõpescendas, extra de sequestrat. possess. & fruct. in concilio Viennen. modò ordinarius ipse motu proprio, & sine causa vult dictam commissionem reuocare, & alij puta Io. sequestrationem fructuum istius beneficij, de quo litigatur in curia, committere: quæritur, vtrum possit ex officio hoc facere virtute prædictæ constitutionis? ¶ Secundò dubitatur, vtrum virtute, & ratione ipsius. c. ad compescendas, dictus Ordinarius possit remouere illum, qui contra se habuit primam diffiuitiuam sententiam, etiam ab adminis-

1 stratione spiritualium, & alij committere. ¶ † Ad primam quæstionem videtur dicendum, quod Ordinarius potest reuocare commissionem & alij committere: quia commissio iurisdictionis similitudinem habet cum alio mandato, & eodem modo finitur: vt ff. de iurisd. omn. iu. l. & quia. Sed mandatum finitur reuocatione: vt ff. mand. l. si vero non remunerandi. §. si mandauero, & instit. manda. §. rectè. ergo, &c. Præterea casus est legum expressus. ff. de iudi. l. cum prætor: in princ. & l. iudicium soluitur, immò in delegato subdelegante idem esset re integra: vt extra de offic. & po. iudi. deleg. ca. quamuis, libr. 6. & not. per Innocen. extra eod. tit. c. in literis, & c. vene-

2 rabili. ¶ † Ad secundam quæstionem videtur dicendum, quod sic, & videtur expressè dicere c. ad compescendas, extra de sequestrat. poss. & fruct. in concilio Viennen. dicit enim ibi expressè beneficium ipsum, etiamsi dignitas vel personatus existat, & curam habeat animarum à possessore huius, &c. non dicit fructus beneficij, sed beneficium: vt ff. de euict. l. vaccæ. & de iure do. l. si vsusfructus: præterea beneficium ipsum duo habet in se. scilicet fructus temporales & spiritualitatem, & quidem potentior pars est spiritualitas ratione dignitatis, vt extra de ætat. & qualit. cap. cùm sit ars artium, & ff. de acquir. rerum do. l. quicquid aufert. §. cum partes. quomodo ergo rectè dicetur beneficium sequestratum cuius pars potissima apud possessorem permanet. vt ff. de verbor. signific. l. rectè dicimus. in secundo responso. & erit spiritualitas apud commissariũ, siue sequestrum sicut est apud commendatarium cõmenda. Sic quantum ad exercitium dico, de quo habetur extra de ele-

ctio. cap. nemo deinceps: Et ibi not. per omnes & per
3 Innocent. extra de accu. cap. si constiterit. † Nec aliter esset plena prouisio illius capi. ad compescendas, eo quod sæpè propter spiritualia capiuntur temporalia: quia secundum Apostolum non est magnum qui seminat spiritualia, quod metat carnalia, Nec illius verbi beneficium sine aliquo adiuncto prolatum significatio saluaretur arg. ff. loca. & condu. videamus. §. si hoc in loco communi, & quod not. per Ioan. An. extra de elect. commissa, lib. 6.

De except. vel de libel. obla. & de verb. signi.

SVMMARIVM.

1 *Articuli in materia obiectiua, vel criminosa, si dati sunt in termino ad articulandum penitus inutiles, non possunt in termino ad declarandum declarari.*
3 *Item quid sit articulus.*
5 *Item declaratio est, quo ad nos propter difficultatem probationis, sed non habet vigorem faciendi vtile id, quod de se est inutile.*

CONSILIVM CLXVII.

a 1 ANTE omnia considerandum est, *a* quod † respectu deferentis prælatum suum est materia odiosa, eo quod iura præsumunt inuidiæ causa fieri: vt 6. quæstio. 1. si omnia. & quia alium accusat, vel defert, genus illaudabilis intentionis assumit: vt 2. quæst. 7. si quis episcopus. hinc est, quod cùm virtus peremptorij hoc in omnib. operetur, vt post peremptoriũ quis nõ audiatur, ad id ꝙ intra peremptorium fieri debuerit, nisi beneficio restitutionis: vt extra de in integ. resti. c. coram. multo fortius in declaratione terminorum, & articulorum dandorum in ipsis, & circa ea, hoc debet præfixio peremptorij operari: vt C. qui accus. non poss. l. si ea. & ff. de accus. l, Titia. Neque hic restitutio habet locum: vt ff. de minor. l. auxilium. & not. per Compo. extra de elect. cap. quod sicut. nunc ergo cùm in casu præsenti deferenti dominum præpositum montisalani statutus fuerit terminus peremptorius ad articulandum, nec aliquem dedit articulum admittendum propter generalitatem, & obscuritatem omnimodam cuiuslibet eorum, quæ etsi regulariter in omnibus reprobatur, & actum viciet: vt ff. de iu. fisc. l. ita fidei. & de sol. l. cum Stichus. de reb. dub. l. in
2 ambiguo. & de vsufr. le. l. qui plures. † In criminibus multo magis, in quibus causa debet esse clara, & distincta, eo quod ibi non licèt cum alterius discrimine euagari: vt ff. de dolo. l. item exigit. & de iniur. l. prætor. & præsertim super omnia in articulis, vt ipsum nomen designat. † Est enim articulus *b* nomen
3 b diminutiuum designans aliquid particulare, & indiuiduum à genere suo per debitas circumstantias decisum: vt ar. in Authentic. vt nulli iudi. §. quia nos oportet. collat. 9. C. quorum ap. non reci. l. ab executore. circa fin. & ff. de prescript. ver. l. naturalis. §. primo. ad fi. ibi explicitus est articulus do, vt des. &
4 extra de test. cap. præsentium. libr. 6. † Sed si videantur diligenter articuli dati per deferentem dominum præpositum intra terminum, nullus eorum est à genere suo per debitas circumstantias decisus. ergo caret effectu, propter quem articulus est inuentus: carere ergo debet & nomine: vt C. de fer. l. à nullo. & sic manifestè apparet, quod non est termino satisfactu m, & per consequens apparet delatorem exclusum. nec hic obuiat secundus terminus datus ad declarandum, intra quem dedit aliqua, ex quibus dicit deferens eius articulos admittendos, quia actus certo tempore limitati, & irreptibiles, si durante tempore statuto inutiliter producantur inesse, per vltimam declarationem post lapsum temporis factam conualescere non possunt. argument. ff. rem ra. ha. l. bonorum. & hoc expresè dicit lex. ff. de testa. hæredes palam. §. si quid post testamentum. in fin. ibi nam si adiecta non fuisset, placet vtique coniecturam
5 fieri, &cæt. † Quasi apertè dicat, quod virtus declarationis non est, inutile facere vtile, quantum est in se, sed inutile forte quo ad nos propter probationis difficultatem: vt ff. de testamen. tutela. l. duo sunt Titij. per declarationem vtile reddere: alioquin virtus primi peremptorij esset totaliter viribus vacuata: aliàs necesse esset dicere per actum omnino inutilem, & non attingentem finem propter quem articulus est inuentus, ei satisfactum, quod dicere est ridiculum, & inane. ar. ff. de diuort. & repu. l. si non legitima. & de adulter. l. penult. & l. accusationis. & C. ne sta. defun. l. si pater.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Considerandum est. *Vide in materia huius consil. Ioan. Andr. in addit. Spec. de teste. §. Nunc videndum. in 1. addit. in fin.*

b ¶ Est enim articulus. *Articulus quale nomen sit. Et addo, quòd articulus est pars intentionis, continens id, quod actor, vel reus intendit probare. c. veniens. 2. de testi. Not. in casu. cap. 1. de rescrip. in 6. Et dicuntur Articuli in corpore minores partes membri alicuius, quales sunt digitorum nodi, & iunctura. Item in vita de nodo ad nodum. Artus enim (vnde Articuli nomen per diminutionem descendit) sunt ossa cum venis, & neruis membra membris arctantia. Hinc, sumpta translatio.*

De solu. & de rescrip. & de præb. & de verb. sig.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij impetrati consideratur secundum locum, vbi est beneficium, & non vbi impetratur. Item attenditur extrinsecus valor monetæ, secundum quod currit ibi & expenditur, & non intrinsecus: & si non sit ibi illa moneta, vel in circumuicinis locis, habetur comparatio ab illa, quæ ibi currit, ad illam, de qua debet fieri solutio. Item attenditur tempus, quo beneficium vacat, & realiter gratia sortitur effectum, et non tempus data. & numer. 2. 3. & 4.*
5 *Si ponitur pensio in beneficio, ille, qui soluit, dicitur beneficiatus, et ideo si imponatur decima per Papam. semper debet soluere secundum pactum conuentum, quia ipse soluit, & non ille, cui soluitur pensio.*

CONSILIVM CLXVIII.

a 1 AD primam quæstionem, *a* qua quæritur, † quis locus debeat considerari? licèt non improbabiliter dici posset considerari locum, vbi gratia facta est, eo quod ibi dicitur ipsa gratia oriri. ar. C. de sta. l. cum antiquitas. circa principium. ibi, vel codicillus nascitur, &c. & talis locus videtur considerandus: vt ff. de le. 3. l. nummis. ibi, neque ex regione vnde fuit, &c. ¶ Probabilius tamen videtur debere considerari locum, vbi est beneficium, de quo prouidetur, vt ff. si cer. pe. l. vinum. in fi. & de tri. l. vltim.

l.vlti. & ar. ff. de fideic. l. ſicut proponis. Et eſt ratio, quia actus, cuius expeditio in tertium locum confert iuriſdictionem, in illo loco intelligitur celebratus: vt ff. de bo. auto. iudi. poſſ. l. 3. & de acti. & obli. l. conſtat. a traxiſſe. & de iudi. l. hæres abſens. §. vlt. ¶ † Ad ſecundam quæſtionem, qua quæritur, cuius temporis æſtimatio debeat conſiderari, licet multi dicerent, conſiderari debere tempus datæ. b ar. extra de reſcript. c. constitutus. cum ſi. tamen hoc videtur veris conſiderari debere tempus, quo gratia per vacationem, & realem prouiſionem ſortitur effectum: vt ff. de verb. obl. l. quoties. & l. ſe. de re iudi. l. ſi Kalendis, & in præalleg. l. vinum. ff. ſi cer. pet. & de tri. l. vlt. & eſt ratio, quia talis gratia conditionem habet. ar. ff. qui. & à qui. manu. li. non fiunt. l. 3. & de opt. le. l. cum ita. & de leg. 2. l. vnum ex familia. circa princ. ibi, cæteri conditione deficiunt, &c. In conditionibus autē tempus extantis conditionis attenditur: vt ff. de condi. & de. l. cum, qui poſt actum. de leg. præ. contratab. poſſ. pe. l. interuenit. & pro hoc. ff. de le. 3. l. ſi deportati, in prin. & de leg. 2. l. non oportet. ¶ † Ad tertiam quæſtionē, c qua quæritur, vtrum in æſtimatione pecuniæ Turon. haberi debeat reſpectus ad vtilitatem intrinſecam, vel extrinſecam, licet multi dicerent ad intrinſecam debere haberi reſpectum: vt C. de vet. nummiſ. pote. l. 1. lib. 10. & ff. ſi cer. pe. l. cum quid. tamen probabilius videtur, ſi Turonen. ſunt in loco beneficij, vel circumpoſita regione, quæ etiam in hoc attenderetur: vt ff. de ali. & cib. le. l. pen. & extra de conſue. cum olim, & ar. ff. de legi. & ſen. conſ. de quibus habētur in vſu, & curſu communis, & vſualis eorum valorum extrinſecus attendatur: vt ff. ad l. fal. l. precia. & l. in lege Fal. de eo, quod cer. lo. l. ideo in arbitrium. & ad l. Aqu. l. ſi ſeruus. ¶ † Et ratio huius eſt, quia communis vſus habet, cum quis vult rem aliquā per pecuniā æſtimare, qua omnia æſtimantur, & ipſa per nihil aliud: vt ff. de fideiuſ. l. ſi ita fideiuſſorē, non dirigit conſiderationē ad intrinſecū valorē pecuniæ, ſed ad vſualē. ar. ff. de ver. ſign. l. propemodū. & hoc apertè dicitur. ff. de contrah. emp. & ven. l. 1. circa prin. ibi, vſum dominium cū non tam ex ſubſtantia prębet, quā ex quantitate. ſi autem ſic eſt, certum eſt, quod ad talem æſtimationē, ſcilicet vſualē, eſt æſtimatio facienda, quia in audiendis ſermonibus vſus omni regulæ, omnicq; conſtitutioni derogat ſolus: vt ff. de leg. 3. l. liberorum. §. quid ergo. & ibi not. & ff. de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. & extra de ſpon. c. ex literis. in fi. ¶ Si verò ibi non fit curſus, vel vſus Turon. & adhuc dico gratiā exinaniri per hoc ar. ff. de condi. & de. l. in teſtamento. 1. & de his, qui no. infa. l. liberorum. §. 1. de vſuf. leg. l. legatū. Et tunc non benè mihi occurrit, qualiter æſtimatio fieri poſsit, niſi ad illam monetā, quæ ibi currit, & illius habetur poſtea comparatio ad Turon. habito reſpectu ad vtriuſque monetæ bonitatem intrinſecam, ar. extra de cenſi. olim. & de iureiu. quanto. & eorum, quæ ibi not. per Inn. & Hoſt. & in præal. l. 1. de vet. nummiſ. pote. C. lib. 10. ¶ † Ad quartam quæſtionē, qua quæritur, cum in ordinatione talis vicarię fuerit ſtatutum, quod vicarius daret præceptori 60. libras, & ſi cōtingeret decimam per dominum Papam imponi præſtaret ſolummodo quinquaginta, & vicaria reperiatur decimam ſoluere per centum decem libras: an dictæ decem libręvideantur præſtari per præceptorem, an per vicarium, vt ſic contineatur, vel non contineatur ſub gratia ad centum libras taxata? Dicendum videtur, quod per vicarium videtur præſtari. Ad quod intelligendum eſt, quod in ordinatione vicariæ dictum eſt, quod vicarius omnes fructus, & omnes obuentiones percipiat, ſed teneatur dare, & ſoluere dicto præceptori, &c. ex quibus verbis patenter colligitur, quod præceptor in beneficio vicariæ nullum ius habet, nec in fructibus eius, ſed vicarius omnes fructus percipit, & de manu ſua pecuniam dat præceptori: vt ff. de vſufruc. le. l. patrimonij. & l. fundi Trebatiani. & ff. de vſufru. l. defuncta fructuaria. §. Sempronio. & l. quis
6 ita. & ibi not. & ff. de an. leg. l. caſus. † Semper ergo beneficium integrum eſt penes vicarium cum onere præſtandi, nunc ſexaginta, nunc quinquaginta: nec illa decem dicuntur mutare obligationem paſsiuè reſpectu vicarij obligati, ſed mutatur reſpectu creditoris, quia nunc præceptori vero ratione
7 Eccleſiæ pro eis tenetur. Mutatur etiam vſus, quia nunc ad priuatum vſum præceptoris conuertuntur, nunc verò omnibus decimæ perſoluendæ reſpondent: vt ff. de vſufruct. lega. l. quidam prædia. vnde non tam dicitur præceptor illa decem ſoluere, quàm ea non capere, inter quæ multum refert: vt ff. quæ in frau. patro. l. 1. §. vtrum. cum ſimilibus. ſicut econtra dicitur aliquando quis non quærere, ſed non perdere: vt ff. quæ in fraud. cre. l. vlt. in princ. & ideo hoc totum imputandum eſt vicario, quaſi apud eum ſubſiſtens: vt ff. ad l. Falc. l. idem autem. §. vltimo. & l. non eſt dubium. & l. ſeq. & l. ex aſſe. & pro hoc optimè C. de cadu. tol. l. vnica. §. ſi in omnes. Et ſic ſalua ſententia meliori videtur mihi de quæſtionibus ſentiendum.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quæſtionem. *Adde in materia huius conſ. Spec. de ſolu. §. Nunc aliqua. ver. Pone. Canoniſtas in c. 2. de decimis. Alex. in l. eleganter. §. Qui reprobos. de pigno. act. Eundem in conſ. 163. quod eſt 20. in 2. vol.*

b ¶ Tempus datę. *Idem in taxa reſpondit Rota in antiquis Deciſ. 857.*

c ¶ Ad tertiam quæſtionem. *Vide Bal. in l. vlt. C. de non nu. pe. Doct. in l. quod te. ſi cer. pe. & iunge not. ſuperius in conſ. 13. & in conſ. 31. item infra conſil. 250.*

De cenſibus. extraor. ff. ad muni.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſiones habens, vnde fuit natus, licet transferat domicilium, ibi debet ſoluere tributa, & non vbi habet domicilium, ſed ſi non eſt ibi oriundus, ſed tantum habet ibi poſſeſſiones, vel emit ibidem, & alibi habet domicilium, tunc debet ſoluere regulariter, vbi habet domicilium, & non vbi habet poſſeſſiones. cum num. ſeq.*

CONSILIVM CLXIX.

a EACTVM eſt tale. *a* Quidam homines domini R. de Banico domicilium ſuum mutauerunt de caſtro Podij Ricardi ad ciuitatem Aquenſ. propter quam mutationem aſſerunt ſe non teneri pro poſſeſsionibus, & bonis, quæ habent in dicto caſtro, & eius territorio contribuere cum cæteris omnibus in tallijs, & ſubuentionibus, quæ fiunt in dicto caſtro, quin imò aſſerunt ſe prædictis poſſeſsionibus cum hominibus dictæ ciuitatis in tallijs, quæ ponuntur hominibus contribuere: quæritur, in quo loco dicti mutati contribuere teneantur pro bonis, & poſſeſsionibus ſupradictis, an in loco, vnde ſe tranſtulerunt, an in loco, vbi ſe contulerunt. ¶ Item quæritur, quidam homines dictæ ciuitatis Aquenſ. tam titulo emptionis,

quam succesionis acquisiuerunt certas possesiones in territorio dicti castri, & asserunt se non teneri contribuere cum hominibus dicti castri, prout faciebant illi, à quibus habuerunt dictas possesiones. quid iu-
1 ris? † Circa quęsita videtur differẽtia esse inter translatos, de quibus quæritur in prima q. & nouiter acquirentes, de quibus quæritur in secunda quæst. In primis enim videtur distinguendum, an in dicto castro haberent domicilium originale, an acquisitum. In primo casu, cum domicilium originale non possit regulariter, etiam quantum ad onera, alterius adiectione mutari: vt ff. ad muni. l. assumptio. in 3. respon so. & l. ordine. §. vltimo. Fallit tamen in adepto senatoriam dignitatem, in quo Doctores dicunt esse speciale: vt ff. ad muni. l. municeps. & de sena. l. pe. & ibi not. Dicendum videtur, quod in primo castro, vnde oriundus fuit, & possesiones habeat, subeat onera
2 personæ pro rebus imponenda: vt ff. ad muni. l. incola. & C. de muni. & orig. l. vlt. † Nec in hoc frangitur regula posita, ff. de mune. & ho. l. rescripto. §. vlt. quę dicit solũ municipibus, & incolis onera indici: quia cum talis translatus adhuc remaneat incola prioris domicilij originalis, si ibi subeat, regula salua manet. Et si in meris personalibus potior est causa originis domicilio acquisito: vt ff. ad muni. l. libertus. §. prę-scriptio. multò fortius in istis, in quibus aliquo modo habetur respectus ad rem. Vnde locus originis videtur duplici iure inniti, scilicet domicilij, & rei. Non est ergo mirum, si pręferatur alteri soli, sine re domicilio: vt C. de adop. l. vlt. & in auth. de consangui. & vte. fra. l. vlt. col. 6. Et hoc casu non subibit onera ista in loco domicilij acquisiti, ne in duobus locis agnoscere compellatur. Et hoc modo debet intelligi glos. quæ est C. de mulie. in quo loco mu. sex. cong. vel ho. agno. l. vnica. lib. 10. quæ rectè in hoc casu loquitur, si ad textum fiat relatio. In secundo verò casu, id est, in translato à domicilio acquisito, cũ ibi fiat vera translatio, & primum domicilium perdatur: vt ff. ad muni. l. domicilium. nisi prævenus esset ante translationem, de quo loquitur ff. ad munici. l. incola. subi-
3 bit onera talia in loco, ad quem domicilium transtulit, quia ibi solum est incola. ¶ † Et idem in tertio, sci licet, in nouiter acquirendis: & hic est casus. ff. de mune. & hono. l. rescripto. §. vlt. & l. munerũ. §. præterea. & potest esse ratio, quia cùm personæ iudicentur pro rebus, & vnius vnicum sit patrimonium: vt ff. de excusa. tu. l. iurisperitos. §. cum oriundus. persona, tanquam dignior, rem ad se trahit, arg. C. ne fideiusso. vel man. dotium dentur. l. 2. ff. de releg. & sump. fune. cum in diuersis. C. de app. l. præcipimus. §. pen. & extra de conse. eccle. vel alta. c. quod in dubijs. & pro hoc bene facit ff. de tut. & cur. da. ab his.
4 l. 1. in fi. & de rebus eorum, qui sub tu. vel cura. sunt. l. magis puto. §. aliud. ¶ † Datus namque simpliciter tutor à iudice originis, vel domicilij, ad totum patrimonium, vbicunque datur, valet, licet se ab existentibus in alia prouincia valeat excusare: vt ff. de excusa. tu. illud. & l. propter litem. §. licet. Secus si res exprimatur, quia tunc, licet certę rei non possit dari tutor, certæ tamen vniuersitati, puta patrimonio Africano potest: vt ff. de test. tute. l. certarum. & l. si tamen. & si exprimatur patrimonium, non potest dari, nisi à iudice, cui illud patrimonium, quod exprimitur, subest: vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. pupillo. & de exc. tu. l. iurisperitos. §. 1. & ita no. in d. l. propter litem. §. licet. & l. non solum. §. qui testamento. & sic debet intelligi, quod legitur, & not. C. vbi pe. tu. & cu. l. vnica. & ad declarationem quæstionum, & materiæ facit, quod not. per Innoc. & Hostien. extra de
5 foro competen. c. postulasti. † In meris verò patrimonialibus habet locum. ff. de cen. l. forma. §. si verò quis agrum. C. de mul. & in quo loco. l. vnica. in secundo responso. lib. 10. & d. l. rescripto. §. vltimo. ff. de mune. & hono.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Vide suprà consil. 98.*

De exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Articulus ille dicitur propriè de iure dantis, qui directè canonizat titulum suum, & quo deficiente, etiam sine aliquo contradictore, canonicè beneficium obtinere non posset: & sunt quatuor, scilicet personæ habilitas, conferentis potestas, modi congruitas, & rei collatæ deducibilitas, alias dicitur articulus obiectiuus: & quamuis interfit ecclesiæ, tamen non possunt allegare, nisi illi, quorum interest, puta clerici Ecclesiæ, vel Parrochiani, extraneus verò non potest, etiamsi possideat. cum pluribus sequent.*

CONSILIVM CLXX.

1 AD hoc, † vt id, quod datur per appellantem à prouisione, vitet rigorem c. vt circa. necesse est, quod directè litem deiudicare Ecclesiæ, vel dantis personæ: vt in c. constitutionem. Illud autem dico esse de iure dantis personæ directè, quod directè canonizat titulũ suum, & quo deficiente, etiam sine aliquo competitore, vel obiectore, canonicè præbendã possidere non posset. & hæc sunt quatuor: scilicet, quando dat, personæ suæ habilitatem, conferentis potestatem, modi cõgruitatem, & rei collatæ in hunc actum deducibilitatem: vt hæc probantur ff. de confirma. tu. l. naturali. §. si quæratur. Sunt enim hæc concomitantia actum, qui sine his esse non potest, ergo sunt de iure ipsius: vt ff. si vsusfru. pe. l. 1. §. vsufruc. & de le. 1. l. si fundum. §. qui fundum. & de ser. vr. præd. l. Marcus Marcellus. Quando autem articulans non intendit directè & principaliter aliquod istorum quatuor, sed per exclusionem alterius fortificat aliquod istorum quatuor, obiectus est, quia alterũ excludendum impingit in alterum, licet hoc sibi profit: hoc autem non licet, quia sicut licet vnicuiq; in suo facere, quod vult, licet per hoc alius damnificetur. Nõ licet tamen, quod in alienum immittat etiam stramenta: vt ff. de dam. infe. l. Proculus. & si ser. ven. l. sicuti. §. Aristo. & talis sic faciendo nõ dicitur proprium ius tenere, sed alienum impetere: vt ff. ad car. l. 3. §. si duo. & sui iuris defensionem concessam trahit ad alterius impugnationem prohibitam. extra de except. cum interpriorem. in fi. Et potest colligi ex solutione duarum legum, quarum vna dicit, quod seruo accusato de crimine à domino, omnis defensio datur, quæ daretur libero: vt ff. de accu. l. seruos. Alia dicit, quod seruus accusatus à domino de adulterio non potest excipere de lenocinio: vt C. de adult. quoniam Alexandrum,
2 ¶ † Sol. Dicunt Docto. omnis defensio datur, quæ ipsum duntaxat tuetur, non alium grauet, quod facit exceptio lenocinij: vt ff. de adul. l. 1. §. si publico. & C. eod. tit. l. ita pudor. Nec moueat quemquam, quod per indirectum, & ex quodam consequenti facit ad ius dantis. hoc enim attendi non debet: vt ff. de auto. tu. l. 1. de li. le. l. is, qui duos. & de in inte. resti. l. non solùm. in fi. & omnis obiectus, etiam in personã pertinens, non facit ad fortificandum ius dantis. † Et si
3 quis

quis diligenter attendat, in hoc concordant ea, quæ scripsit Ioan. Mon. de obseruantia palatij Apostolici, quod articulum datum per vnum ex impetrantibus, qui habebat de maiori summa 60. librarum contra illum, qui habebat de minori summa, determinauit continere obiectum, dum dabat de excessu summæ, vt ipse posuit extra de lib. 6. in lec. videtur velle dicere. Non obstat, quod prouisum est de Archipresbyterali, quia hoc ipse affectauit, cùm non indigeret, cùm etiam simplex caderet sub gratia sua, quare ex hoc iuuari non debet: vt instit. de excu. tu. §. item tria. ibi dum dicit, non affectante, &c. & ff. qui satis. cog. l. fideiussor. §. si necessaria. Præterea per hoc non vitiatur collatio sua, dato quod non sit Archipresbyteralis, ex quo in corpus est consensum. & vtraque scilicet Archipresbyteralis, & non Archipresbyteralis cadebat sub gratia: vt ff. de contrahen. emptio. & venditio. l. in venditionibus. ergo articulus remanet voluntarius. Et sic solummodo ad excludendum P. & est manifestè obiectus in forma prouisionis factæ P. Quod si dicatur, quod interuertitur seu mutatur status Ecclesiæ, qui est Archipresbyteralis, respondetur, de hoc non constat, imò dicit P. quod est parochialis. Et dicit I. non debere admitti ad probandum contrarium, quia obiectus est. Si dicatur, in hoc tangitur ius Ecclesiæ: ¶ † respondetur, quod tale ius possunt allegare clerici Ecclesiæ & alij, quorum interest propter ius, quod habent in Ecclesia, vt patroni: vt 16. quæstio. 2. filijs. Extraneis autem non, qualis est Ioannes. & si dicatur I. possidet: Respondetur, quod talis possessio, quæ à toto initio in dubium reuocatur commodum possessionis non dat, quia non est aduersariorum silentio roborata: vt C. de acquir. possess. l. non ambigit. Et hoc est, quod not. Innoc. extra de concess. præben. c. quia cunctis. in gloss. quæ incipit: Quia plures concurrunt. circa finem.

De testamen. & de succes. ab intesta. Extre. ordin. C. de institutio. & substitutio. sub condi. fact. ff. de vulga. & pupil. substitut. & C. de libe præteri. & de inoffic. testa. & de iure deli. & de codi.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum patris in quo filia impubes præteritur sed substituitur alteri filio pupillariter non valet: secus in vulgari substitutione etiam si post mortem patris tacuerit & mortua est pupilla quæ transfert ius suum in matrem pro parte sua nec valet testamentum in secunda institutione vel secundo gradu. Item auth. ex causa. C. de lib. præt. non habet locum in suo præterito sed in emancipato. Item si suus substituitur etiam suo ista substitutio non habet locum institutionis vt succedat pariter cum instituto. Nec hoc casu habent locum leges omnino & quoniam in prioribus. & l. sancimus. C. de inof. testa. cum plu. nu. seq.*

15 *Item ius dicendi testamentum nullum transmittitur à pupillo in matrem suam.*

18 *Item licet clausula codicillaris operetur quòd venientes ab intestato restituant hæreditatem scripto hæredi detracta trebellianica quando propter defectum solennitatis esset testamentum nullum & non ex defectu testantis, tamen quando filius præteritur hoc non habet locum quo ad partem suam.*

CONSILIVM CLXXI.

1 THEMA tale est. † Titius filium hæredem instituit, & filiam præterijt, & dicto pupillo dictam filiam sub quibusdam conditionibus pupillariter substituit post mortem patris, filia moritur infra pupillarem ætatem relicta matre. Deinde pupillus institutus moritur. Modò quæritur, nunquid teneat? Et non videtur dubium, quando testamentum fuerit nullum, quantum ad institutionem, & substitutionem, per auth. ex causa præteritionis. & sic filia pro parte hæres facta, & mater ad eius bona admissa est pro portione ad eam de iure contingente. Sed ob. huic opin. quod imò testamentum valuerit, & valeat, quia filia non potuit dici præterita, quæ fuit pupillariter substituta fratri, vt saltem ab illo gradu valere incipiat testamentum, à quo non est præterita: vt ff. de vulgar. & pupil. substit. l. ex facto. §. Lucius. & ff. de hæred. institu. l. si filius. & maximè, quia omne grauamen conditionum, & aliorum grauaminū tollitur per l. quoniam in prioribus. & l. scimus. §. cum autem. C. de inoffic. testa. Præterea ista quamdiu vixit, nihil dixit. & sic testamentum est confirmatum. ff. de iniust. rup. & irrito
2 testamento. l. filio. ¶ † Sed ad primum respondetur, quod non obstat, quia substitutio pupillaris non potest subsistere principali testamento non subsistente, & eius institutione sublata, vel nulla: vt ff. de vulga. & pup. sub. l. 1. §. fin. & l. 2. §. adeo. & de inof. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberes. Secus autem in substitutione vulgari, quæ in defectum præcedentis institutionis locum habebit. Et potest incipere testamentum valere: vt in prælleg. §. Lucius. & d. l. si filius. & ff. de li. & posth. l. 3. §. fin. Item in casu proposito non potest adaptari pupillaris substitutio: cum ille, cui facta fuit, superuixerit, & eo viuo esset primitiua substitutio: vt ff. de vulg. & pup. sub. l. 2. §. interdum. & de col. bo. l. 1. §. si impuberum. Nec substitutio potuit in cohæredes adiecta admitti ex vi substitutionis: vt ff. de vulg. & pup. sub. l. verbis ciuilib. de hær. instit. l. Lucius. §. item quæro. plus est, quia esto, quod pupillaris substitutio facere posset, quod ab ipsa posset incipere testamentū, quod est inconueniens, vt iam dixi. Tamen hic ab illo gradu reperiretur filius pręteritus, cui fiebat substitutio: quare considerare, quod ab illo gradu incipiat testamentum, est valde absonum, cum viuo pupillo sibi hæres daretur, & multa alia inconuenientia sequerentur: ex quo etiam repellitur præall. §. cum autem. qui loquitur in fideicommissaria substitutione, in qua non mirum, si possit repręsentari conditio vel dies: quia ab hærede viuēte potest sine aliqua incōuenientia fideicommissum præstari: vt C. de fideicomm. l. post mortem. Hæc autem in pupillari substitutione esset inconueniens considerare, vt dictum est: quare,
3 &c. ¶ † Ad secundum, scilicet ad l. filio. ff. de iniu. ru. & irri. test. quæ inducitur, vt sola taciturnitas faciat testamentū valere, si ille, qui est præteritus, in vita sua nihil dixerit, potest multipliciter respōderi. vno modo, quod nō sufficit tacere, sed ab hæreditate abstinere expresè, vt ibi dicitur, hic autem non abstinuit.
4 ¶ † Non ob. gl. ibi posita, quę dicit, quod si semper tacuit, validatur testamentū, quia illā intelligo, si tacuit semper, id est, tanto tēpore, quod sufficeret ad excludendū filium pręteritū ab intentione sua, non autem aliter: vt C. de edic. diui Adri. tol. l. fin. §. vlt. de iure deli. l. licet. Si ergo interim decessit, non ideo perdit ius sibi quæsitū ad hæreditatem, & in hæreditate
5 paterna. C. de fideic. l. si in personam. cum si. ¶ † Item in casu proposito non potest dici, quod silentium nocuerit

nocuerit isti præteritæ, cum pupilla,& tenera decesserit, contra quam nulla regulariter est præscriptio:
6 vt C. de præscript. 30. vel 40. ann. l.sicut. §.1. † Nec expresse posset renunciare,quare nec tacita renuncia tio induci debet contra ipsum.ff.lo.& condu.l.qui ad certum. Quare his omnibus pensatis ius illius ad ma trem transtulit pro portione eam contingente: vt C. de leg. hæ.l.apud hostes. & ff.de iur.fis.l.Lucius. Et sic credo ego,&c.Sed quia per alia verba modo narratur factum videlicet P. habens vxorem suam Beatricem prægnantem, & R. filium suum ex dicta vxore trium annorum in personam deformem, nō tamen monstruosam suum nuncupatiuum condidit testamentum, cuius verba statim inferius describentur: quo condito, & ipso testatore defuncto, & postea ex dicta vxore posthumo sibi nato dictus R. primò & posthumus præfatus secundò expirârunt infantes. modo Beatrix mater ipsorum præfatū testamentum asserens nullum ex eo, quia vt dicit præfatus R. præteritus fuit in illo hęreditatem illorum filiorum suorum, & dicti quondam P. patris ad se asserit pertinere B.Stephani,qui in dicto testamento eidem posthumo R. extitit substitutus,contrarium asserente,& dictam hęreditatem sibi ex vi substitutionis huius ven-
7 dicante: quæritur, quid iuris? ¶ † Verba autem dicti testamenti, quo ad institutiones, & substitutiones sunt hæc. In omnibus bonis meis alijs hæredem meum vniuersalem instituo ventrem dictæ Beatricis, vxoris meæ posthumū,seu posthumos, si mihi nascantur ex dicto ventre,& ad lucem peruenerint. Et si dicti posthumus, seu posthumi mihi nascituri, decesserit, seu decesserint infra pupillarē ætatem, vel postea quandocunque sine libero, seu liberis, ex suo corpore, seu ex suis corporibus procreato, seu procreatis, substituo ei, vel eis R. filium meum primogenitum. Si verò dictus posthumus, seu posthumi, & dictus R. decesserit, vel decesserint infra pupillarem ætatem, vel postea quandocunque absque libero, seu liberis, in eo casu, seu illis casibus substituo illi,qui fuerit vltimo hæres meus vniuersalis B. Stephanum consanguineum meum, &c. Et considerata dispositione te-
8 statoris, & accidentia facti. † Primò quæritur, an filius iam natus fratri suo pupillariter substitutus, à primo gradu præteritus possit dicere primum gradum nullum? & nulli dubium est, quod sic: vt ff. de lib. & posthum. l. si peperit. §.vlt. de hære. instit. l. si filius. Et sunt vera in iam nato,& suo,posthumus verò & emancipatus sic:in primo gradu pręteritus rumpunt primum gradum,posthumus natiuitate,emancipatus per contra tabulas, ac per omnes dependentes ab illo: vt ff. de iniu.rup.& irri. testam. l. nam & si sub conditione. & ff. de contra tabu. l. non putauit. §.à primo. & de ven. in poss. mit. l.1. §. si venter. Et sic isti ex post facto rumpunt, ergo sui à principio nullum dicunt: vt ff. de libe. & posthum. l.posthumi
9 per virilem. §. ex his. ¶ † Secundò quæritur, an hoc casu testamentum possit incipere à secundo gradu, vt dicunt leges superius allega. ff. de lib. & posthum. l. & si peperit. §.vlt. & l.si filius. de hære.instit. Et dicendum videtur,quod non, quia substitutio pupillaris, vt valeat, exigit hæreditatem ex paterno adiri. ff. de vulg. & pup. substit.l.2. §. adeò. de acquir.hære.l.
10 cum quæsitum. † Non ob.quod dici consueuit,quod
2 sola superexistentia sui, *a* quantum ad robur eorum, quæ aditionem requirunt, idem operatur,quod aditio extranei: vt ff. de fideicomm. liber. l. cum quasi. §. sed & si quis. ad Treb. l. ita tamen. §. si pater. & ibi not. de acquir. hære. l. Iul. & ibi similiter not. quia illud locum habet,cum suus est vtiliter institutus, vt in eis patet. Hic autem inutiliter,quia nullus est gradus propter præteritionem factam: vt ff. de lib. & posthum. l. si filius. l. inter cætera. l. Gallus. §. in omnibus. Non obst. leges in contrarium adductæ,scilicet, l.& si peperit.& l.si filius, quæ loquuntur,& intelligi debent de vulgari expressa, quæ quia confertur in tempus non existentis hęredis in primo gradu instituti, non solùm non exigit non adiri, imò peraditionem expirat: vt C. de impu. & alijs substi.l.post aditam. Et hoc expresè not. glo. ff. ad Trebel. apud Iulia. §. item Iulia. ait, si duo. in gloss. quæ incipit:
11 Nam non est aliqua. ¶ † Tertiò quæritur, an pupillaris substitutio facta possit subsistere, non obstante nullitate primi gradus? Et dicendum quod non, duplici ratione:vna,quia secundum multorum magnorum opinionē, quæ vera videtur, dispositio authenticæ ex causa præteritionis non habet locum in suo à patre præterito, sed loquitur in his, qui sunt denuo prætereundorum,id est,qui præteriri poterant absque nullitate testamenti, vt filius emancipatus à patre, & præteritus à matre, vel linea materna, &c. ratio,quia aut. illa: vt cum de ap.cog. §.aliud quoque capitulum. col.8. facta fuit in fauorem filiorum, ne possent exhæredari,vel præteriri sine causa, videlicet legitima,vel in facto falsa: vt apparet in eodem corpore aut. §. siue igitur omnes. Si ergo suus præteritus à patre, qui nihil beneficio aut. percipit, teneretur ad legata, non cederet auth. in aliquid suum commodum, imò in maximum incommodum, quia olim non tenebatur: vt ff. de leg. præstan. contra tabu.bo. possef.pe.l.1. Et idem in præterito à matre,qui hodie dicit nullum, sed olim laborabat intentando quęrelam: vt inst.de exhæ.lib.§.mater. Alia ratio,quia cum pupillaris substitutio sit quędam conditionalis institutio: vt ff. ad l.Fal. l.in ratione. §. cum filio, circa ipsam nihil dispensat aut. ex causa. sed remanent iura antiqua. ff. de inof. test. l. Papinianus. §. sed necim puberis, de vul.& pup. sub. l. 1. §. vlt. & aliæ superius alleg. quæ requirunt talem primum gradum, quod ex eo efficaciter adiri potuerit, nedum, quia frustra de hoc in casu nostro contendimus, cum substitutus ante institutum decesserit, & sic substitutionis spem ad nullum transmittere potuit, siue de pupillari loquamur: vt ff. de suis & leg. hæ. l. si ex pluribus.& de vulg. & pup. substi. qui liberis. §. vlt. & l. sed plures. in princ. siue de vulgari : vt ff.de acquir. hæred. l. to-
12 ties. secundum intellectum Ioan. ¶ † Quartò quæritur, an pupillariter substitutus cōditione habita pro non appositа veniat,vt institutus,& cum pupillariter instituto concurrat, per l. quoniam in prioribus. C. de inof. testam. & l. scimus. §. cum autem quis? Ad hoc quidam planè respondent, quod non: quia ille, cui facta erat substitutio, superuixit: certè ad propositum nihil,quia non quæritur, an veniat iure substitutionis.Certum est,quod eo iure non venit,quia Iuliure veniens nunquam cum instituto concurrit: vt ff.de hære.instit.l.cum testamento. in princ. & l.Lucius. de vulg. & pup. substit. l. verbis cuiilibus. in 2. responso. & l. ex facto. §. item quæro. de bo. poss. secundum tabu. l.2. §. defertur. & C. de edic. di. Adri.
13 tollen.l.1. ¶ † Sed quęritur,an veniat,tanquam institutus conditione pro non appositа habita. Et adhuc dicunt non posse,quia filius institutus reperitur à secundo gradu præteritus. Sed hoc nihil videtur, quia filius in primo gradu, & in secundo præteriri potest absque iudicio nullitatis gradus primi, vel secundi: vt ff.de iniust.rupt. & irri. testamen. l.posthumus. §. quod vulgo. Ego verò cum sic dicentibus consentio per superius alleg. Et non obst. leges in contrarium adductæ, quod sic ostenditur. l. quoniam in prioribus. commemorat legem omninò in eod. tit. & l.scimus.

comme-

commemorat vtramque. Ergò oportet, quod ambæ intelligantur in eo casu, in quo loquitur l. omninò. ad cuius interpretationem sunt, vt in Auth. de na. fil. ante dota. instru. natis. col. 3. Sed l. omninò circa præteritos nihil immutat, vt ibi dicitur in tex. ergò, &c. Et hoc vt clarius intelligatur, sciendum est, quod l. omninò. inuenit petitionem supplementi. & circa illud versatur intentio illarum trium legum. supplementum autem dicit duo: vnum præexistens: aliud eiaccidens, sine prioris tamen interitu. arg. ff. de diuer. & tempor. præscrip. l. vltim. de acquir. possess. l. Pomponius. §. cum quis. Hoc autem supplementum fit dupliciter: verè scilicet per accessionem quantitatis ad quantitatem, vel speciem, vel speciei ad quantitatem, vel speciem, vt loquitur. l. omninò. Et interpretatiuè per amotionem conditionis adiectæ institutioni factæ ex legitima, vel modi, vel dilationis, vel alterius cuiuscunque grauaminis. Capiendi tamen modus non mutatur, sed repræsentatur. ar. ff. de hæred. instit. l. hæreditas. vnde si quis aduertat in l. scitum. §. cùm autem. legitima, quæ ibi repræsentatur non expectata die vniuersali fidei commisso adiecta, non capitur iure directo, sed iure fideicommissi, & per rationem de manu hęredis faciendam, vt ibi dicitur in text. quartæ quidem partis restitutio, &c. Et sic non mutatur capiendi modus: nec interimitur primus. Sed in proposito per amotionem conditionis adiectæ pupillari substitutioni non solum succedendi modus repræsentatur: sed gradus ipse perimi-
14 tur. vt ff. de vulga. & pupil. substit. l. vltim. §. 2. ibi sed si extiterit conditio, &cæt. ¶ † Et hoc est contra naturam tàm veri, quàm interpretatiui supplementi, quod circa primum nihil immutat, sed accelerat, vel auget in quantitate, vel exoneratione, vel acceleratione, vt apparet in supplemento, quod facit ius prætorium ad ciuile supplendo actionem furti manifesti: quia nihil corrigit, vel immutat circa actionem furti manifesti, quæ erat ciuilis: vt instit. de noxali. §. sunt autem. de perpet. & tempora. actioni. §. 1. ff. de noxal. l. elect. §. 1. & l. si plurium. secundo respon. in prin. & ideò supplere ponitur inter officia iuris prætorij, tanquam species diuersa ad id, quod est corrigere. vt ff. de iustit. & iur. l. ius autem ciuile. §. ius autem prætorium & in prima constitutione. C. §. quibus specialiter. ibi adijcientes quidem, &c. Hinc est, quod adiecta, quæ naturam cuiusdam suppletionis habent, non immutant ea, quibus adijciuntur, sed eorum naturam sequuntur, vt ff. de pact. don. l. inter socerum. & de pub. l. si ego. §. quod tamen. Sed in casu nostro destructo gradu fieret imputatio: ergò sub appellatione supplementi non cadit, ac per hoc est à dictarum legum beneficio
15 alienus. ¶ † Quintò quæritur, an ius dicendi nullum competens suo præterito transmittatur ad matrem præteriti eo decedente in infantili ætate, antequam ipse, vel alius pro eo diceret testamentum nullum? & circà hoc dico considerandum esse, quod testamentum est actus iuris ciuilis, licet ius prætorium aliquid addiderit. Ius autem ciuile vocauit, & cognatis suos: vt instit. de hæred. quæ ab intesta. in prin. §. sin autem. Et ob hoc etiam disposuit, quod si sui, quos magno fauore, & quasi quadam dominij continuatione prosequitur: vt ff. de liber. & posthum. l. in suis, prætereantur in testamento, testamentum ipsum ipso iure sit nullum: vt instit. de exhæred. lib. in princ. & ff. de lib. & posthu. l. si filius. & l. inter cætera. & reducit ad causam intestati: vt ff. de leg. præstan. contrata. bon. poss. pet. l. is, qui in potestate. circa princ. & l. si duo. Constat autem hæreditatem paternam tali infanti ab intestato delatam, eo in infantili ætate decedente ad matrem transmitti: vt C. de sui, & legi. hæred. l. apud hostes. ff. deiur. fisc. l. Lucius. & de rebus dub. l. qui duos. §. cum in bello: & hoc videtur apertè dicere. l. filio. ff. de iniust. rup. & irri. test. in secundo respons. vbi dicit, quod ita demum tale testamentum valet, si præteritus bonis paternis abstinuit: ergo oportet apparere de abstinentia à iure prætorio concessa sibi: de qua cùm non appareat, hæres fit etiam ignorans: vt ff. de castr. pecu. l. hæreditate. §. si filius. & ff. si quis omiss. causa test. l. 1. §. qui in potestate. sed non indefinenter: quia per abstinentiam, quantum ad effectum commodi, vel incommodi ei applicandi, definit hæres esse: vt ff. de vulg. & pupil. substit. l. si filius, qui patri. Non autem abstinet, qui ante decedit, quàm abstinere possit, vt probant leges superius allegatæ. & C. de iure delibe. l. si infanti. & ibi tangitur per Odofr. in quæstione, quam dicit fuisse inter dominos Azo. & Hostiens. ar. autem, quod ad hoc probandum adducitur, sumitur ex l. si filius. ff. de libe. & posthum. quod est tale. si testamentum propter præteritionem nullum non conualescit moriente filio viuo patre: ergò multo fortius, si patre mortuo moriatur: vt de iniu. rup. & irrit. testam. l. posthumus. Nam videtur concludere de necessitate per secundum responsum illius. l. post
16 humus. ibidem & circa iniustum, &c. † Posset & aliter responderi, ideò testamentum præteritione nullum non conualescit præmoriente præterito viuo patre: quia de eius iuribus viuo patre quæri non potuit: esset enim immatura quærela. vt argument. ff. de hæred. vel act. ven. l. 1. de acquir. hæred. l. neminem. de vulg. & pup. substit. l. 2. & de collat. bon. l. 1. §. impuberi. & ita facilior est transmissio, & difficilior conualescentia, vbi eius impugnationi ius commune impedimentum præstitit. ar. ff. ad Sille. l. si quis in graui. §. vltim. & ff. ad Carbo. l. scriptus, & de bon. poss. contratab. l. illud. §. vltimo. & l. sequen. In nostro autem casu ius impediuit nullum dici. & eodem modo posset responderi ad l. C. de inoffic. testa. si quis filium. & l. scimus. §. vlti. in quibus transmittitur querela inofficiosi testamenti etiam non præparata: quia & in illis ius impedimentum præstiterat, quominus viuens exhæredatus eam proposuisset, vt in earum qualibet dicitur: vt ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si conditioni. Ad l. 2. C. de posthum. hæred. instit. est facilior responsio secundum eos, qui tenent contrarium eius, quod dictum est suprà. quia ibi sola natiuitas rumpit, vt ibi dicitur. & in l. 1. eodem titul. & in in multis similib. hic autem secundum eos sola superexistentia sui pręteriti non reddit nullum, nisi petat detegi. Dicerent isti præsumi abstinentiam, nisi probetur actus immixtionem inducens, qui esset ille, qui in extraneo aditionem induceret: vt ff. de acquir. hæred. l. pro hærede & l. gerit. & in hoc dicerent esse casum. C. si vt ab hæred. se abstin. l. 1. sed in hoc non consentio. & dico, quòd actus immixtionem inducens facit suum hæredem indefinentem cessante speciali priuilegio, vt minoris ætatis, sed ante hæres est, sed repudiabiliter, si vtatur prætoris beneficio abstinendo: vt dicitur in simili. ff. de condit. instit. l. verba. & ibi not. Ad l. autem primam. C. si vt se ab hæred. absti. respondetur, quod ibi non dicitur, quod videatur abstinere tacendo, sed dicitur, quod abstinentia, quam filius vult facere, non impediretur per omissam protestationem de abstinendo: quasi dicat, semper potest abstinere, quousque se immiscuerit. Non autem dicit, quòd videatur abstinere
17 hoc ipso, quod non se immiscuerit. ¶ † Sextò quæritur, an iam natus filius attentis omnibus verbis testamenti dicatur præteritus: quia neque hæres institutus,

stitutus, neque nominatim exhæredatus est? vt insti. de hæred. quæ abinteſt. §. eadem hæc. & adeò verum est, quòd fideicommissarius vniuersalis, qui in mul. tis tenet vicem hæredis: vt ff. quod cùm eo, qui in alien. pote. est. l. si filius. & de bon. lib. l. si necesse. §. vltimo. pro præterito habetur etiam iure antiquo, & ideò tanquam præteritus petit contrata. vt ff. ad Trebell. l. ita tamen. §. qui rogatus. & de bon. poss. contratab. l. si emancipatus filius nepote. & ibi not. Si autem reperiatur in alio gradu institutus, non propter hoc testamentum est nullum: quia non potest in casu, de quo quæritur, à secundo gradu incipere, vt est
18 ostensum suprà. ¶ † Septimò & vltimò restat videre de virtute illorum verborum in testamento prolato rum, Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, &cæt. & in hoc omnes concordant, quod virtus illorum verborum est, vt videantur rogati venientes abintestato restituere bona, Trebellianica
b salua, scriptis hæredibus in tali voluntate: *b* vt ff. de vulg. & pupil. substit. l. cohæredi. §. cum filiæ. C. de fideicommiss. l. ex testamento. & l. eam quam, & ibi not. ff. eodem tit. l. ex ea scriptura. & ibi similiter no. C. de manu. te. l. si mater. & ff. de leg 2. Lucius. §. fimi lia. Sed an semper hæc operentur? quidam dicunt, aut testamentum deficit ex defectu sui, puta solennitatis, & habet locum clausula supradicta. aut propter defectum testantis, & tunc locum non habet. vt ff. de in offic. testam. l. Titia. de leg. 2. l. Codicillus. §. fina. & de leg. 3. l. patronus. §. vltim. & ista fuit opin. gloss. in
19 Authen. ex causa. ¶ † Alij dicunt, vt Odofr. qui ibidem hoc not. etiam in casu præteritionis dicta verba suam vim habere: & certè hoc videtur cõius teneri, & verius: sed ista opinione posita pro vera, est attendendum, quod successione ad causam intestati deducta propter præteritionem iam nati (vt ostensum est suprà) præteritus fuit pro dimidia hæres, à quo, tanquam à præterito, nullum fideicommissum relinqui potuit: vt C. de fideic. l. quidam filium. & ff. de le. 3. l. ex filio pręterito. & ibi no. verba ergò præmissa, quantum ad illam dimidiam, nihil faciunt: sed primò decedenti filio succedet vel mater sola, secundum l. C. de iure delib. si infanti. vel etiam si succederet vnà cum fratre æqualiter: vt in Auth. defuncto. adhuc esset idẽ in effectu: quia mortuo secundo filio mater abintestato veniens deduceret bona, quæ obuenerunt à fratre præmortuo: quia illa non venerunt ad vltimum morientem à fideicommittente, sed ex successione patris. Et illa sola ex restitutione deducuntur, quæ à fideicommittente veniunt: vt d. l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. sub. & ff. ad Trebel. l. debitor. & deduceret legitimam, & trebellianicam secundum communem opi. quæ tenet duas quartas deducẽdas: sed hodie tertiam, & quartam: vt not. C. ad l. falcid. l. quanquam. & ff. de inoff. test. l. Papin. §. si quis impubes. & ita esset, si verba suprascripta id, quod contendunt aduersarij, importarent. Nec haberet B. Stephani, nisi tres vncias, ex hęreditate totali. Hęc quàm breuius potui conscripsi, vt magis intelligentis maioris addiscerem veritatem.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Superexistentia sui. *Hæc est Doct. opi. communis, quòd suitas confirmet tabulas pupillares, et operetur transmissionem ad quoscunq; hæredes, siue ex testamento, siue abintestato, etiam extraneos, agnatis (si quando oportet) exclusis, Bart. in l. Paterfamilias. de priuil. cred. & in l. ex militari. §. 1. de mil. testam. idem consi. 20. & seq. Anchar. consi. 27. & 71. consil. 58. Alexand. consil. 20. in 1. colum. Socin. consil. 8. volum. 4. Dec. consi. 331. volu. 3. Por. instit. de pup. sub. in princ. in gloss. 1. Doc. in l. 2. & in l. si filius, qui patri de vulg. & pupil. in l. 3. & in l. si infanti. C. de iu. delib. Bald. in tracta. substitutionum sub capit. de pupp. substit. col. 5. ver. vltimò, & octauò. cum duabus quæstionibus seq. Rol. in flore testa. Rub. 23. col. 4. Polytus in eius generis tractatu sub simili capitulo in 8. principali quæstione, & deinceps vsque ad fin. maximè nume. 62. 68. & 69. Zasius de substit. c. 2. col. 7. post nume. 17. versic. vltimò quæritur. Ang. Perusinus de suitate. 9. q. in primis duabus chartis. Et hi omnes tractatus habentur in 2. tractatuum vol. Atque hic sunt annectenda, quæ subijcit Oldra. infra eod. consi. in 5. q.*

b ¶ Voluntate. *Hic iunge Dec. in consi. 478. col. 2. volu. 4. & quæ suprà annotata sunt in consi. 138. & 149.*

De præscri. & off. extraord. de verb. sig. & de test. & priuil.

SVMMARIVM.

1 *Præscribere quis potest obedientiã, quòd sit subiectus vni, & non alteri: sed quod nulli sit subiectus, non potest præscribere.*
Item hic ponuntur aliqua requisita ad præscriptionem obedientiæ, & quod sola negligentia episcopi non perditur subiectio.
Item in præscriptione subiectionis non requiritur, quòd ille, in quem fuit subiectio præscripta, sit capax, seu is, qui præscripsit.
Item quòd valeat præscriptio, quòd capitulum cognoscat de iniurijs sibi illatis.
Item quomodo intelligatur, quòd priuilegium contra præscriptionem valeat, necne. cum plu. nume. seq.
8 *Episcopus non potest eximere aliquẽ à sua iurisdictione.*
14 *Exemptio est duplex.*
18 *Indefinita hominis in materia non necessaria non æquipollet vniuersali.*

CONSILIVM CLXXII.

a CVIA omnes ferè obiectus, *a* qui nunc offeruntur contra articulos Decani, & Capituli Carnoteñ. facti fuerunt in prima instantia, & clarè soluti: potest ad pñs breuiori stilo transiri: quia videri poterunt allegationes corã primo auditore factæ. Et quia modo principaliter agitur de duobus generibus articulorum. s. de primo, quod tẽdit ad ꝓbandum exemptionem capituli in iniuriato res suos, vñcunq; sint. ¶ Circa ista duo gña duntaxat præsens versabitur disceptatio, quantũ fieri poterit, vitato vitio repetitionis inutilis. Et circa primum genus articulorũ sic primò opponitur, quod articulus ille nõ procedit: quia est de materia vitiosa: quia non sufficienter quod dat expedit. Hoc aũt sic probant aduersarij: quia consuetudo, ad hoc quod effectum consuetudinis habeat, oportet, quod sit rationabilis. hęc autem nõ est huiusmodi, per quam quis eximitur, ne subsit capiti. ¶ Secundò dicunt, quod oportet, quod sit pscripta: sed hæc non est præscriptibilis: quia sine possessione præscriptio non procedit: nemo aũt põt in se prescribere obedientiam. ¶ Tertiò dicitur, quod necesse est, quod sit inducta sciente eo, qui super hoc legem concedere posset. Sed de scientia summi Pon-
1 tificis nihil dat, ergò, &c. † Sed ad hęc per ordinem respondetur, illo añ omnia præmisso pro fundamento quõnis, quod res, de qua quæritur, præscriptibilis est, & consuetudine introducibilis: quod probatur: priuilegium, & consuetudo tanti temporis, cuius contrarij memoria nõ existit, parib. passibus ambulant. Et ideo,

Et ideo, quod potest per vnum, puta per priuilegium
b concedi, hoc potest & tali consuetudine introduci: b
vt ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. vl. & l. in eum. §. itẽ varijs. de
aqua quoti. & ẽsti. l. hoc iure. §. ductus aquę. C. de acq̃
duc. vsum aquę. & de fun. rei priua. l. vl. li. 10. extra de
iudi. c. nouit. ibi nisi fortè iuri communi per specia-
le priuilegium, vel contrariam consuetudinem, &c.
& ibi not. per Inno. & de for. compet. c. cum contin-
gat. ibi ex indulgentia, vel consuetudine speciali, &c.
Et est expressum extra de verbor. signifi. c. super qui-
busdam. & ibi not. per Hostien. sed constat posse ex-
emptionem priuilegio concedi. ergò, &c. Textu ve-
rò probatur extra de princ. c. cum olim propter quæ
stiones, ibi. Et quod ea in possessione tandiu fuerat
libertatis, quòd alijs etiam cessantibus præscripsisset
&c. & extrà. eod. tit. cum personæ. lib. 6. authoritate
autem probatur per no. per Inno. extra de præscrip.
c. cum non liceat. & per Hostiens. in eod. titu. c. ex of-
2 ficij. & extra de consti. c. cum venerabilis. ¶ † His ergò
præmissis ad oppositа per ordinem respondetur. Pri
mò ad primum, cùm dicitur, quod oportet, quod cõ-
suetudo sit rationabilis, &c. concedo, cum subditur
hæc non est huiusmodi, nego. Non enim irrationa-
bile, quod est priuilegio concessibile: vt C. de priui.
3 nabile. ¶ † Ad secundum, cùm dicitur, quod opor-
tet, quod consuetudo sit prẽscripta, concedo. sed cùm
dicitur, quòd hoc non potest præscribi: quia nec po-
test possideri: nego, quia libertatem benè quis possi-
det in seipso: vt C. de præscri. qui pro lib. vel contra
in rubro & in nigro. ff. de acquir. poss. l. possideri. §. si
seruus. ff. de lib. caus. l. liberis. §. jvltim. & l. igitur. §.
1. obedientiam autem, quæ dicit actum impetrantis
respectu eius, qui imperat, non potest quis possidere
in seipso, & hanc non præscribit sibi, sed alteri, puta
Romanæ Ecclesię. ar. expressum. ff. de stipul. ser. l. ser-
4 uus communis se sibi. ¶ † Ad tertium, quod dicitur,
quod necessaria est scientia eius, qui posit super hoc
legem condere, &c. respondetur, non esse verum in
inductione omnis consuetudinis: vt extrà de consu.
licèt Romanus. lib. 6. & not. 4. distinctio. in istis. Et
quod dicitur, quod requiritur scientia eius, qui po-
test legem condere, locum habet in ea consuetudi-
ne, quæ expressè contradicit legi. ar. C. de offic. præ-
fect. præto. Afri. l. formam. ff. de colle. illic. l. vlt. hæc
autem nõ contradicit legi, per quam inducitur, quod
aliqua Ecclesia sit Romanæ Ecclesiæ immediatè sub-
iecta: imò est valdè rationabile, vt illuc, vnde exeunt,
flumina reuertantur. Romanæ enim Ecclesiæ omnis
Ecclesia immediatè subest: quia vtilitatis omniũ cura
commissa fuit Petro: vt 2. quęst. 7. puto. & not. 21. dist.
in nouo. & hoc expressè dicit Ioan. Mo. extrà de elec.
c. si eo tempore. & per eam nihil de nouo quæritur, li
cet alius excludatur, vt not. 16. quæstion. 4. volumus.
5 ¶ † Quod ergò dicitur in c. cum ex officij. c & in cap.
c cùm non liceat, quod contra procurationem, visita-
tionem, & obedientiam non præscribitur, &c. verum
est per subditum remenentem subditum: sed si dicit
se sibi respectu huiusmodi libertatis præscripsisse, &
alteri subiectionẽ in se, hæc præscriptio nequaquam
est prohibita, sed concessa, vt probatum est supra, sic-
ut dicimus, quod summus Pontifex non potest cum
monacho dispensare, quod habeat proprium, sed po-
test de monacho non monachum facere, & statu mu-
tato incipit habere proprium. vt extra de statu mo.
c. cum ad monasterium. in fin. Et prætoriæ stipula-
tioni nihil potest adijci, verum est, ea manente præto-
ria, quia per adiectionem fit conuentionalis. ff. de ver
bor. oblig. l. in conuentionalibus. Et proprietatis do-
minus non potest rei fructuariæ, etiam fructuario
consentiente, seruitutem imponere, verum est vsu-
fructu illæso manente, sed per hoc perit: vt ff. de vsu-
fruct. l. sed si quid. §. vlt. & ibi not. & donatio causa
mortis per adiectionem, quod nõ reuocetur, transit
in donationem inter viuos: vt ff. de dona. causa mor-
tis. l. vbi ita donatur. & seruus manens seruus nõ po-
test tutor dari: sed per hoc, quod datur in testamen-
to, fit liber: vt insti. qui da. tu. poss. §. 1. sic dico in pro-
posito, quod subditus manens subditus non potest
præscribere contra obedientiam, visitationẽ, vel pro
curationem, quia ex hoc resultaret quędam implica-
tio contradictionis. s. quod esset subditus, & non sub
ditus, contra l. ff. de excep. rei iudi. l. iudicatum. & de
vsucap. eum, qui ædes. Sed desinens esse subditus per
præscriptionẽ legitimam, bene per consequens con-
tra prędicta pręscribit. & sic omnia reducuntur, &
non obstant obiectus. Et vbi etiam superioris sciẽtia
requireretur, non requiritur indiuidua scientia cir-
ca vnamquamq; Ecclesię consuetudinem, sed sufficit
generalis permissio, & scientia, qua Ecclesia Romana
tales pręscriptiones, & consuetudines induci posse
permisit: vt ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. scire au-
6 tem. & l. non solum. in prin. ¶ † Ad quartum, quod
opponebatur, quod articulus cõsuetudinis est iuris?
Respondetur, quod consuetudo potest mihi dicere
tria. scilicet actum frequentatum, habitum genera-
tum, & ius ex vtroq; collectum. de primo loqtur C. de
epi. audi. l. 3. & de iu. fis. l. facultas. in fi. de secundo lo-
quitur inst. de rer. diui. §. pauonum. & talis consue-
tudo sic habituata fit quasi quædam natura. & de hoc
loquitur. ff. ad Mace. l. 1. in princ. & ff. de lib. & posth.
l. si quis posthumos. de tertio loquitur instit. de iure
na. gen. & ciui. §. constat. Et hęc sunt, q̃ not. per Hug.
1. dist. mos est. Cum ergo sermones exaudiendi sint se
cundum propositam materiam, & vt actus non red-
datur inutilis, vt ff. lo. & condu. l. si vno. & fa. erc. l. &
puta. §. 1. de do. ante nupt. l. si cum aũt. articulus autẽ
ad factum referatur: ergo vbi in articulo de consue-
tudine fit mentio, nõ ad consuetudinem, quę est ius,
sed ad consuetudinem, quæ est factum, fiet relatio. ar.
ff. de ver. obl. l. stipulatio ista. §. hæc quoq; stipulatio.
& de pecu. l. nec seruus. & de condi. & de. l. quib. die-
bus. §. dominus. Et hoc modo accipitur. ff. de leg. &
senatusconsl. de quibus. ibi, dum dicit, quod mori-
bus, & consuetudine pro facti obseruantia ius introducente, non pro iure non scripto moribus introducto. & sic fit in eodem titul. l. cùm de consuetudine.
7 ¶ † Ad quintum, cùm dicitur, quod dantur actus suf-
ficientes consuetudinem inducentes: Respondetur,
8 vt in primis allegationibus est responsum. ¶ † Ad se-
xtum, quod opponitur, quod episcopus non posit in
totum eximere à iurisdictione sua: Ergò non potest
hoc consuetudine introduci: Respondetur, quod for
te primum non est verum, quod nõ posit episcopus
in totum eximere: sed verum est, eximendo simplici-
ter non videtur in totum eximere, & sic intelligun-
tur iura, quæ ad hoc adducuntur, vt not. 25. quęst. 1.
in summa. Et dato, quod sit verum, quod non posit
episcopus in totum eximere, non sequitur nõ potest
præscriptione induci: quia multa põt præscriptio, q̃
non potest pactum, vt ff. de ser. vrb. prę. d. in l. sed si in-
ter me. & ibi no. C. cõia prædio. l. proprium. & ibi si-
militer no. & ratio est: quia pacto tanquam iuris pri-
uati existente ius publicum tolli non potest. ar. insti.
de legi. agna. tu. §. vlt. ff. de cap. dimi. l. eas obligatio-
8 nes. ¶ † Præterea præscriptio habet quicquid habet
pactum: videlicet consensum eius, contra quem prę-
scribitur, vt ff. de verb. sig. l. alienationes. & vlterius
assistentiam iuris publici. & ideo vocatur legalis alie
natio, quę aliquando est permissa, vbi etiam proce-

dens ab homine est inhibita, vt ff. de reb. eo. qui sub
10 tu. vel cura. sunt l. 2. & C. de legi. tu. l. vlti. ¶ † Ad septimum, quod dicitur: aut pars Decani & Capituli allegat prescriptionē propter solam episcopi negligentiam: & hoc fieri non pōt: aut propter resistentiam: & tunc fuerunt in mala fide præscribentes. & sic non procedit: Respondetur, concedo primum, quod per solam negligentiam nō præscribitur. sed secundum non concedo, quod resistentia non inducat præscriptionem, imò inducit, vt ff. de ser. vr. prędi. l. hoc autem, & quemad. ser. amit. l. si quis alia. §. vlti. extra de ver. si. c. abbate. & ibi no. nec de necessitate sequitur talem resistentiam mala fides, vt ff. de vsu. l. sequitur. & extra de iu. pa. c. cura. præsertim in tanti temporis possessione, cuius contrarij memoria non existit, vbi bona fides præsumitur: vt no. In. extra de in inte. re-
11 sti. c. cum veniissent. † Per tanti enim temporis decursum nemo dubitat huiusmodi quasi possessionē qua si pro derelicta habitam: vt ff. do acqui. poss. l. quamuis saltem. & de dam. inf. l. si finita. §. non aūt statim. ac per hoc potest alius bona fide possidere, & pro suo
12 vsucapere, vt ff. pro suo. l. 1. & 2. ¶ † Ad octauum, quo quæritur, quod calumniosus est articulus, cùm constet quod confirmatio episcopi ab archiepiscopo petatur, & quod vadunt ad Synodum, &c. Respondetur,
13 vt in primis alleg. est rñsum. ¶ † Ad nonum, quo opponitur, quod aliqua priuilegia Decani, & Capituli sunt ipsis contraria, quia aliquando Papa eos alloquens vtitur isto latino, Episcopis vestris, &c. constat enim quod exemptorum nullus est episcopus, nisi Papa, Respondetur, quod exemptio habitum episcopalis dignitatis non tollit, sed exercitium eius in exemptos impedit: sicut dicitur de tutore, cui administratio interdicitur, qui per hoc tutor esse nō desinit: sed administratio eius cessat: vt ff. de auct. tu. l. & si pluri-
14 bus, & ibi no. ¶ † Ad decimum, quod in articulo continetur, quod sunt exempti: ergo iam subfuerunt, &c. respondetur, quod ista conclusio impertinens est omnino. nō enim quęritur, an subfuerint, sed an subsint. Et ad probandum hoc dantur articuli. Prętera attendendum est, quod duplex est exēptio. vna, quæ tollit vinculū contractum: & ita procedit ar. Alia, quæ impedit contrahēdum, vt ff. de ver. ob l. decem. & de sol. l. si decem. & hoc mō ar. non procedit. & ita loquitur extra de priuil. c. ex ore, ibi ab ipa sui fundatione liberum extitit & exemptum. ¶ † Ad vndecimum, quod dicitur pro parte Decani, & Capituli de replicatione exemptionis coram episcopo Senonen. oppositā, nihil facit: quia sedes episcopalis vacabat, &c. respondetur, quod non datur hoc, ad hunc finē, vt exinde incipiat præscriptio, vel iam incepta, nondum tamen finita, currat. Sed est probandum, quod extunc, tanquam cōpleta, est admissa, & effectū suum sortita. Et ad verificandum eam partem articuli, qua dicitur, quod ab iurisdictione archiepiscopi, &c. & ad probādum scientiam eius, qui nunc est episcopus, & ēt consensum, imò & vsum, qui ei nocere possit, licet tunc non esset episcopus, vt extra de rescrip. eam te. Verum quia ad corroborationē primi articuli, & eorum, q̄ continentur in ipso, & ēt in secundo, datus est tertius articulus, qui incipit. Item quod dictis tempo rib. & per ipsa tpa Romanus Pontifex, & sedes apostolica fuerunt, & esse consueuerunt, &c. cuius effectus est dare, & dicere, & probare Romanam Ecclesiam à tempore, & per tempus, cuius contrarij memoria non existit fuisse, & esse in quasi possessione immedia
tę subiectionis capituli, & eccleśię Carnocen̄. Et hic ar 20
ticulus respectu materię irreprehēsibilis est. Contra formam eius arguunt aduersarij plurib. modis. Primo enim dicunt, quod illud verbum in articulo positum scilicet sedes apostolica, non potest stare, quia cum sit inanimata rem aliquam exercere non pōt. ad hoc respōdetur, quod prima pars articuli dicit, quod sedes apostolica fuit in possessione dictæ substitutionis: &c. hoc autem, quantum ad aliquid bene cadit in dignitate vacante, quantum ad continuendam præscriptionem, vt ff. de vsu. l. nunquam. §. vacuum. & l.
16 cœptam. & l. iusto. §. nondum. ¶ † Prætera licet possessio propriè penes hæreditatem iacentem non sit: vt ff. si quis test. b. esse iust. fue. l. 1. §. Scæuola. & ideo per solam aditionem non quæritur adeunti: vt ff. de acqui. poss. l. cum hæredes. non tamen sic in dignitate, quæ propriè iacere non dicitur, eo quod dominus suus non moritur, sed administrator. & ideo nunquam per hoc possessionem perdit: vt clare deducit Inn. extra de caus. pos. & propri. c. cum super electio-
d ne. d ¶ † Secundo opponitur, quod illud verbum,
17 summus Pontifex, in articulo, stare non pōt: quia aut articulans intelligit, quod omnis summus Pontifex hoc fecit, & hoc esse non potest: quia aliqui tam modico tempore vixerunt, quod hoc facere non potuissent. aut est aliquis, vel aliqui, & non dicuntur qui. & sic articulus remanet incertus. Sed ad istud respondetur, quod etiam quantum ad continuationem potest intelligi, non obstante breuitate vitæ, quod possessio momento quæritur. vt ff. de pub. l. cum sponsus. §. vltimo. not. Innoc. extra de caus. pos. & proprie. cap. cum Ecclesia. & quæsita continuatur, quousque pos-
sidens vel repellatur, vel suspicetur se posse repelli, vel alter definat possidere velle, vt ff. de acqui. possess. l. si quis. in §. differentia. & l. quemadmodum. & l. si
18 id quod. §. fi. ¶ † Quantum verò ad actum correctionis, & si videatur impossibile verum fuisse in quolibet propter vitæ breuitatem: de hoc tamen non constat, licèt allegetur: tamen propter hoc non falsificaretur articulus, quia indefinita hominis non æqui
e pollet vniuersali e in materia non necessaria: & tamen possibile est indefinitum sermonem trahi ad plura eidem rationi non subiacentia: sic hic. non enim subiaceret eidem rationi, quantum ad exercitium actus, de quo articulus loquitur, omnes Romani Pontifices, & qui breui, & qui longo tempore vixerunt: quia in his impossibilis actus fuit, in illis verò possibilis. hæc autem duo eiusdem rationis non sunt, quare argument. nullam in articulo absurditatem inducit, ficut prædicta probantur. ff. de leg. 3. l. Iulian. in princip. & in eodem titul. l. hæres meus. §. primo. iuncta l. quæsitum. & §. illud fortasse. & notabilia dict. Dyn. extra de regul. iur. capit. 1. libr. 6. & Ioan. Mon. extra de elect. cap. vt circa. & hoc innuunt verba in articulo posita, dum dicitur, Mandauerunt, & fecerunt pluries, & sæpius prædictos Decanum, &c.
19 ¶ † Ad id verò, quod non datur quis, respondetur sicut in alijs allegationibus dictum est, quod isti actus tribuuntur dignitati, vbi non est necesse nomen exf primi f vt ff. de condi. & de. l. cùm ita datur. & de ann. leg. l. annua. §. à Titio. argum. ff. de capit. dimi. l. tutelas. & ibi dum dicit, tutelæ plerumque sic deferuntur, vt personæ naturaliter designentur, &cæt. Præterea, & si esset in alijs præscriptionibus communibus necesse dare actus aliquos specificè per certam personam exercitos, tamen in prescriptione, vel consuetudine tanti temporis, cuius contrarij memoria non existit, hæc specificatio necessaria non est. satium est enim dicere, vel assentire, quod plus necesse fit in articulo poni, quam necesse habeant testes deponere, etiam ad sufficienter probandum. † Sed testes volentes probare, alicuius rei memoriam non extare, non habent dicere de aliquo actu specifico, sed
g de communi opinio. & fama eorum. g qui circa id arbitran-

arbitrantur, scilicet, quod omnium talium est opinio & fama communis, quod non viuit aliquis, qui viderit videntem, vel audierit audientem contrarium eius, quod in articulo cõtinetur: sicut hæc omnia probat. ff. de aqua plu. ar. l. 2. §. idem Labeo. de proba. l. arbiter. & no. per Innoc. extra de verb. sign. c. quid per nouale. & c. veniens. Superstitiosum ergo est requirere in articulo personas, vel actus aliquos specifice exprimi cùm testem sufficiat super sola communi
21 opin. testari. ¶ † Præterea, & si aliquorum actuum expræsio requireretur, dati sunt duo nobilissimi actus: vnus exercitus corã Archiepiscopo Senonen. de quo fit mentio in 6. articulo, vsque ad duodecimum inclusiuè, & alter exercitus fuit coram domino Simone, Episcopo Carnoten. & contra eum, de quo fit mentio in 14. articulo vsque ad 16. inclusiuè, qui ambo actus exerciti fuerunt, tanquam per exemptos, & Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectos. & nos non quærimus actus, in quibus præscriptio initium sumpserit: nec qui præscriptionem induxerint, cùm vt articuli dicunt, illorum memoria non existat, sed solummodo secundum eam exercitos, & inhærentes
22 eidem. Et isti sunt huiusmodi, & sic sufficienter habetur, quod quæritur. ¶ † Opponitur tertio contra id, quod in articulo continetur: correxit, & corrigi fecit, &c. & dicunt aduersarij, quod tale mandatum deberet per scripturam probari. Et ideo articulus per testes probandus admittendus non est. Ad hoc respondetur, quod si subditi petentes se admitti virtute alicuius delegationis, seu mandati se opponant, & eos admittere recusent, fieri debet probatio de mandato, vel commissione per scripturam. C. de man. prin. l. vnica. 97. distinct. nobilissimus. & not. per Innocent. extra de priuil. cap. cùm olim. secus si post admissionem factam per subditos sit quæstio inter ipsos admittendos, & quendam tertium de admissione, quoniam hoc casu admissio ipsa probari
23 posset per testes. arg. C. de testi. l. testium. & de fide instrum. l. emancipatione. ¶ † Deinde opponunt, quod non datur in articulo, per quem fecit corrigi, quod interest sciri, vt sciatur, an fuerit capax iurisdictionis, vel non. Sed ad hoc respondetur, quod hoc non est necesse in quærenda possessione, quod is, per quem quæritur, capax sit, vel scientiam habeat sibi acquirẽdæ possessionis, sed sufficit, quod is capax sit, cui acquiri intenditur: vt ff. de acquiren. possess. l. 1. §. per eum. & si hoc non est necesse in acquirenda, multò fortius in retinenda, de qua agimus: quia de principio quæstæ possessionis non disputatur, quia præsupponitur eius memoriam non extare, retentio autem fit per quemcunque: vt ff. quemadmo. ser. amit. l. vsucap. cum quatuor legibus sequentibus. imò & retinetur, si aqua sua sponte profluxit: vt ff. quemadmo. ser. amit. l. qui fundum. & de aqua quotid. & æsti. l. prima. §. quæsitum.
24 ¶ † Deinde opponitur, quod nõ datur, quem actum correctionis exercuerit. & præscriptione tantum quæritur, quantum vsurpatur: vt ff. de iti. actuque pri. l. 1. §. Iulia. sed ad istud respondetur, hoc locum habet in indiuiduis, quorum vnum est sub altero. ff. pro empt. l. 2. §. cum Stichum. secus in aliquo iure vniuersali: quia si exerceo vnum, vel duos actus rationc vniuersalis iuris, quod mihi prætendo competere, cui illius actus exerciti subsunt, vel insunt, totius vniuersalis iuris, nullo tamen alio obstante, possessionem quæro. argum. eorum, quæ no. C. de ingen. & manu. l. 2. alioqui necesse esset volentem probare possessionem filiationis discurrere per omnes actus, qui debentur à patre filio: quod non videtur, sed sufficit in genere, quod parentes eum, vt filium habuerint: vt ff. de quæstio. l. 1. §. ad quæstionem. & C. de prob. l. nõ epistolis. & l. nonnullis. & de
25 hoc not. Innocent. extra de capel. mo. c. 2. ¶ † Vltimò opponitur contra articulos, qui tendunt ad probandum, quòd Decanus, & Capitulum Carnocen. possunt cognoscere de iniurijs eis illatis, &c. qui est nonagesimus septimus, vsque ad centesimum inclusiuè, & dicunt, quod isti articuli sunt de materia turpi, & impræscriptibili scilicet, quòd quis sit iudex iniuriæ propriæ. Sed ad istud respondetur, quod hæc in vniuersitatibus locum non habent: vt extra de verbor. signific. c. ex parte. & c. cum olim. quæ duo Capitula loquuntur de Ecclesia Carnocen. & est ratio, quia vniuersitas, vt vniuersitas est, non iudicat: quia est quid incorporale, & ei huius actus exercitium non conuenit. arg. extra de sentent. excomm. c. si ciuitas. & not. per Innocent. eod. tit. c. Romana. Sed cùm iudicant, vt singuli de vniuersitate, iudicant: vt not. Innocent. extra de offic. ord. c. irrefragabili. & ideo in eis suspitio omnis cessat: quia communia regulariter negliguntur: vt C. quando, & à qui. quar. pars de. l. 1. lib. 10. & probatur hæc ratio. extra de restit. spol. c. cùm venissent. & ibi not. ¶ Post omnia dicunt aduersarij, quòd priuilegia impetrata per Cap. Carnocen. in hoc contradicunt præscriptioni, & consuetudini, quoniam minus habent. Videtur enim se referre, quod possint exercere iu-
h risdictionem in certas vel certę religionis personas. *h*
26 ¶ † Sed ad istud respondetur, quod priuilegium præscriptioni contrarium præscriptionem tollit, etiam si fuerit consummata. & sic loquitur extra de præscr. c. veniens. Priuilegia autem producta, etiamsi arcta essent, non excludunt propterea præscriptionem latiorem iam completam, nisi essent illa verba taxatiua, quæ hîc non reperiuntur: imò econtrà reseruatur omne ius, quod alias dictis Decano, & Capitulo competeret: vt apparet in priuilegio Nicol. ibi, dum dicit. Volens nihilominus, quod huiusmodi gradus, vel alias quomodolibet competens in sui perduret roboris firmitate, &c. ¶ Ex his generalibus rationibus manifestè concluditur eam partem sententiæ per dominum Cardinalem latæ in ea parte, in qua repellit articulos Decani, & Capituli, de quibus hucvsque sermo decurrit, fuisse perperam, & contra iustitiam latam.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Obiectus. *Iunge hic consilio infrà 244. & 254. Et vide Ioan. And. in addi. Spec. de teste. §. Nunc videndum. in prima additione, quæ longa est, & incipit: Sciendum. Boer. Decis. 132. in 1. par.*

b ¶ Consuetudine introduci. *Not. quòd valet arg. Potest consuetudine introduci, igitur & priuilegio concedi. Et vide Dec. consil. 369. col. 4. num. 8. vol. 2.*

c ¶ Cùm ex officij. *Vide Castren. in l. is, qui putat. in fi. ff. de acquir. hæredi. vbi citat hoc consil. Oldra. quamuis sub alio numero: Probatq; hoc ipsum, quod inquit Oldradus, & dicit optimè facere pro eo Glo. quæ est in dict. l. is, qui putat. licet Oldrad. illam non alleget. Additq; hanc miram Oldradi laudem, quod meritò dici potuit, & appellabatur pater Legum.*

d ¶ Super electione. *Idem Innoc. in c. cùm in officijs. de testa. Alex. in d. l. cùm hæredes. §. fin. de acq. poss.*

ADDITIO ANTIQVA.

e ¶ Non æquipollet vniuersali. *Et adde, quod indefinita apposita circa personas æquipollet vniuersali, si sumus in*

fauorabilibus: vt concludit Bart. & alij per illum text. in l. si pluribus. in prin. ff. de le. 2. & adde, quod in probationibus non æquipollet vniuersali: vt concludit d. Phi. Decius post alios, quos refert in consilio 146. incip. & pro tenui. col. 5. ver. quartò producuntur. in 1. parte consiliorum. & quando indefinita æquipolleat vniuersali. vide Phi. Corn. in cons. 124. incip. considerata forma. col. 7. ver. quæ indefinita in 4. volum. Iunge quoq; huic materiæ consil. suprà 100. versi. tertio. Marsi. sing. 171. Corn. consi. 181. col. 15. volum. 2.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

f ¶ Nomen exprimi. *Quando nomen exprimi debeat, & quãdo dicatur sufficienter expressum habemus suprà consil. 100. tex. & doct. in §. Nominatim. inst. de exhære. libe. in l. 3. §. nominatim. de iniu. rup. & irri. fac. testa. in l. 1. & 2. vbi præcipuè Alex. de lib. & posth. Bar. in l. si in rem. de rei vendi. & in l. siue à certis, de duobus reis. & in l. qui liberis. §. hæc verba. col. 2. de vulg. & pup. Iaſ. cons. 45. in fin. & 78. similiter in fi. vol. 1. doct. in l. certum. si cert. pet. Non nihil in c. requisisti. de testi. Alc. de præsumptio. Reg. 1. præsump. 28. in prin. text. not. in §. si quis in nomine. inst. de leg. Alius tex. in c. tria nos. de consangui. & affini. & ibi vlt. Glo.*

g ¶ Et fama eorum. *Eodem quoq; modo probatur alicuius rei famam non extare. Bar. vtrunq; determinans in d. l. 2. §. idem Labeo. de aqu. plu. arc. Balb. in tract. præscr. in 2. par. 3. par. princ. §. sexto quæro, num. 25. Cæpol. multa congerens de ser. vr. præd. c. 19. col. 2. num. 5. qui tractatus hodie inseritur in 7. vol. tractatuum.*

h ¶ Vel religionis personas. *Forte legi posset etiam Regionis.*

De donatio. & de renuncia.

SVMMARIVM.

1 *Renunciari non potest insinuationi donationis, vel l. si vnquam. C. de reuo. dona. & num. 2.*

CONSILIVM CLXXIII.

QVIDAM habens vnicum filium ex pacto donauit illi prius emancipato vtiliter bona sua titulo simplicis, & irreuocabilis donationis inter viuos, quæ donatio ascendit plusquam sit legitimus numerus quingentorum aureorum, & non fuit insinuata, sed pater renunciauit beneficio insinuationis, & se obligauit. postea dictus pater habuit alios filios,
1 propter quos vellet donationem reuocare. † Quæritur, an possit? & an potuerit renunciare, ne insinuaretur dicta donatio? Breuiter respondendo videtur dicendum, quod talis renunciatio non teneat, quia per eam ius ciuile impugnatur. & hoc per l. ff. de pac. do. l. conuenire. Et quia solennitates substantiales,
a *a* quibus omissis actus nullus redditur non sunt in actum celebrãtium, & eis renunciantium potestate: vt ar. ff. de suis & leg. hæ. l. vlt. & de admi. tu. l. quidam decedens. & de leg. 1. l. nemo. C. de iu. calum. l. 2. §. sed quia veremur. Insinuatio ante donationis quantitatem legitimam excedentis est huiusmodi: vt C. de do. l. sancimus. §. 1. ibi sed hoc pro non scripto, vel intellecto, &c. & no. de dona. l. vt mihi donares. Et ad huius corroborationẽ accedit etiam C. de
2 sac. san. eccl. l. illud. in fin. † Renunciatio verò, *b* quæ
b fit per donantem beneficio. l. si vnquam. C. de reuoc. do. absque dubio non tenet: quia l. illa, in fauorem donantis inducta non fuit, quare, &c. vt C. vt in poss. le. l. scire debetis. & ff. ad legem Falc. l. quod de bonis. §. vlt. cum sim. *c*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Substantiales. *Vide Maria. Soc. in c. si diligenti. col. 3. de fo. compe.*

b ¶ Renunciatio verò. *Iunge hic cons. quod infra habetur 253. & quæ nos ibi de materia insinuationis addidimus. item adde Ange. in consil. 77. & in cons. 94. Bald. in consil. 95. lib. 3. communis certè opin. videtur in hoc esse cum Oldr. adeo vt maxima sit quæstio, an renunciatio insinuationis iuramento firmetur. Aret. insti. de do. §. Alia autem. col. 4.*

c ¶ Cum sim. *Contra hanc Oldr. decisionem tenet Ias. in l. pen. col. 3. ver. iuxta hanc reg. quæro. C. de pact. morus, quia filij ad reuocandam donationem patris vsq; ad legitimam, in qua dicuntur creditores, habent remedium tit. C. de inoffic. don. & huic tit. pater renunciare non potest, quia non est in eius fauorem inductum, sed filiorum. At remedium l. si vnquam dicit proditum esse ob præsumptam à lege mentem donantis. verisimile enim visum est legislatoribus, quod is, qui cum sine liberis sit donat abstinuisset à donatione si liberos habiturum se fore præsciisset, & hac de causa reuocat non fauore filiorum (quippe cum nulla etiam ratio legitimæ habeatur) sed fauore donantis. Adducit q; Ias. Bar. Bal. Albe. Imo. Ancha. & Comen. pro se tenere. Ac etiam Ro. qui diuersa respondit. Tenuit enim in alio loco cum Oldr. hic, cum quo etiam tenuisse fertur Ioan. And. in addi. ad Spec. sub tit. de instru. ed. §. porro. Papien. in forma lib. quando agitur pro do. Ego addo Dec. in d. l. pen. in 5. no. C. de pact. qui secutus est Old. vt ius (qui suus est mos) aduersaretur, sed dicit tamen videri communem sententiam contra Oldr. & ego (licet sim minimus) hanc sequor motus ex ratione, quæ Bar. impulit ad tres casus in hac materia considerandos in l. Titia. §. imperator. de le. 2. cum enim locus sit distinctioni, quæ est, quod aut donator cogitauit expressè liberos se habiturum, & donatio non reuocatur per d. l. si vnquam. Aut constat, quod non cogitauit, vel saltem sumus in dubio. & hu casibus reuocatur, cum inquam locus sit huic distinctioni, sequitur, quòd ratio d. l. si vnquam, fundata sit in præsumptione sola de voluntate patris, & non in fauore filiorum. Nam toties eliditur præsumptio, quoties manifesta est voluntas donatoris, qui filijs expressim præiudicare voluerit. Quòd si in fauore filiorum fundatus esset ille text. neq; etiam per voluntatem patris expressam posset illi renunciari stante reg. quod ita demum fauori suo renunciare quis posit si quatuor concurrant: videlicet, si iure sit positiuo inductus. Item mero renuncianti is fauore (& hoc ego potissimum considero) item si contra bonos mores, aut cum delicti occasione minime renuncietur. Postremò si renuncians talis sit, qui liberè possit id facere, puta quod perfectione ætatis, aut sexus fragilitate non impediatur. Ias. in d. l. pen. col. 1. ver. tu clarius. post Castren. in ea l. col. fin. Atque hæc hactenus de renunciatione. Num verò d. l. si vnquam, habeat locum in quantulacunque donatione, & nunquid obtineat, cùm certa res particularis, & non vniuersitas bonorum donatur, videre est penes Alciat. de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 13. vbi Arelatanus multa congerit atque concludit communem sententiam esse, quod distinctio legis illius procedat etiã cum modica res donatur, dum tamen non adeo sit modica quod donans verisimiliter non destitisset à donatione propter cogitationem filiorum. Et ad iudicem, pertinet dirimere, quæ res magna aut modica dicatur iuxta personarum qualitatem, vires patrimonij atq; liberorum numerum. Concludit similiter dispositionem d. l. si vnquam. secundam magis communem opi. seruari, cùm res certa atq; particularis donatur. Et in materia inu-

ria iunge consil. infrà 238. Vide latissimè per Episcopum Diaz in reg. 213. Ripam in repet. d. l. si vnquam. lib. 3. interpretationum. Qui & ipse discrepat ab Oldra. vno casu excepto. in q. 51.

De testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus & vxor, si insimul legauerũt omnia bona sua cuidam monasterio altero mortuo, alter pro parte potest reuocare legatum, vel testamentum, & duo sunt testamenta, etiamsi in vna charta contineantur. & num. 2.*

CONSILIVM CLXXIIII.

THEMA tale est. Vir & vxor constante matrimonio filiam suam vnicam hęredem tradunt monasterio: cui monasterio legant omnia bona sua mobilia, & immobilia. decedit pater, & mater superest: & de bonis prædictis (citra tñ decimam partẽ) ad alia loca, vel alijs personis aliquid 1 legat. † Quæritur, nunquid possit? Dico breuiter, quod licet fuerit vnicum pergamenum, in quo ambo coniuges sunt testati, iuris tamen potestate duo censentur, sicut duo fuerunt testantes: vt & dicitur de testamento, in quo pater substituit filio: quod quantũ ad aliquid censentur duo testamenta: vt C. de inoffic. te. l. Papi. §. sed nec impuberis. & not. ff. de vul. & pu. subst. l. patris, & filij. Et sic est etiam in pluribus con- 2 trahentibus: vt C. si cer. pet. l. quod à multis. † Nullũ autem dubium est, quin superstes suum testamẽtum mutare potuerit: vt ff. de adi. & transfe. le. l. 3. §. conditio. C. de sacros. eccl. l. 1. & de ce. mis. c. cum Marthę. cum sim. & pro hoc bene facit ff. ad Treb. l. Lucius. §. Caio. de condi. & demon. l. falsa. §. fin. & de le. 2. l. vlt. §. filium. salua tamen manente legitima filiæ, qua pri uari non potest: vt C. de Episc. & Cler. l. Deo nobis, quæ legitima est tertia portio portionis, quæ filiæ ab intestato contigisset: vt in authen. de trien. & semis. §. 1. colum. 4.

De rescript. & de concess. præben.

SVMMARIVM.

1 *Impetrauit quis secundum tenorem constitutionis, cum ei, quem. de concessione præben. pendente cognitione non sunt ligatæ manus ordinarij, etiamsi executor inhibuit ei, nec habet effectum nisi gratia purificata, cum num. sequent.*

CONSILIVM CLXXV.

THEMA tale est. Titius impetrauit in quadam Ecclesia in forma cõmuni secundum tenorem cõstitutionis. extra de concess. præb. & eccle. non vacan. c. cum ei, quem. in Concilio Vienn. Executores ipsius Titij inhibent in Ecclesia, vbi Titius impetrauit, cum interpositione decreti, ne aliquod beneficium ad eorum collationem, vel dispositionem pertinens alicui conferant, vel de eo disponant, & postea incipiunt cognoscere de vita & honestate morum Titij. Quod videns Capitulum illius Ecclesiæ proposuit exceptiones coram ipsis executoribus contra ipsum Titium: hoc audiens Titius dimisit hanc inquisitionem in pendenti vsq; ad duos annos. Postea vacauit beneficium pertinens ad dispositionem ipsius Capituli, quod Capitulum contulit Seio. Seius petit confirmationem ipsius beneficij coram ordinario, qui habet confirmare illos, quibus talia beneficia per d. capitulum conferuntur. Venit dictus Titius impetrans pendente adhuc corã suis executoribus inquisitione de vita, & honestate morum ipsius, & opponit Seio prædicto, ne confirmetur in beneficio sibi per Capitulum prædictum collato. Seius dicit, quod non potest, cum conditiones suæ gratiæ non sunt adhuc purificatæ. Et quia adhuc non est sibi prouisum, vt habeat ius petendi ipsum beneficium, eidem Seio per Capitulum prædictum collatum. ¶ Modò quæritur, an dictum Capitulum, non obstante inhibitione præmissa executorum ipsius Titij, potuerit beneficium, quod si vacabat pendente inquisitione (vt dictum est) liberè conferre Seio prædicto? Et an ipse Titius pendente sua inquisitione possit Seium coram ordinario impedire ex vi suæ gratiæ, vt non instituatur, vel confirmetur in bene- 1 ficio sibi collato per Capitulum antedictum. † Dico a ad hoc breuiter, *a* quod cum gratia, de qua in themate fit mentio sit conditionalis: vt dicit eod. c. cum ei, quem. extra de concess. præben. in Concilio Viennen. ac per hoc conditione pendente impetrans non habeat aliquod firmum ius: vt ff. de verbor. signific. l. cedere diem. de condit. & demonst. l. legata. & l. qui hæredem. §. vlt. non videtur posse impedire prouisionem purè alteri factam. argumen. extra de rescript. c. si pro te. lib. 6. Et per sponsalia sub conditione contracta non inducitur publicę honestatis iustitia. de spons. c. ex sponsalibus. in fin. lib. 6. & nullum impedimentum matrimonio contrahendo prę- statur, præsertim cùm conditio certum tempus per existentiam conditionis in gratiam deducendum non respicit: vt ff. qui po. in pign. hab. l. potior. §. & colonus. nec per prouisionem, quæ fit conditione pendente, gratia impetrantis extinguitur: quia tunc propter spem indebiti conditionalis creditor admitteretur conditione pendente. Non quidem ad petendum gratiam debere sortiri effectum: vt ff. ex quibus cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. sed si in diem. & l. pen. §. vltimo. Sed vt in extinctione gratiæ nihil fieret. argum. in eod. tit. l. in possessionem. & ibi not. de sepa. bon. l. creditoribus. de verb. signific. l. creditores. & qui & à quib. manu. lib. non fi. l. qui in fraudem, & l. generaliter. §. 1. Sed solùm à gratia beneficium certum eximitur: vt ff. de duob. reis. l. vlt. & de adi. & transfe. leg. l. qui hominem. Præter- 2 eà † decre. quia cunctis de concess. præben. lib. 6. dicit, b quod collatio facta per ordinarium ante acceptationem *b* apostolici, qui habebat gratiam à Papa de beneficio, quod duceret acceptandum adiecto decreto, &c. cùm decretum valet super incerto, non ligat manus ordinarij, sed collatio valet, & tenet. secus si adijciatur tempus ad acceptandum: quia cùm tempus sit in fauorem eius, infra illud non potuit ordinarius conferre. Et propterea dicta decre. cum ei, quem. in cle. eod. titu. venit determinatiuè in hoc: quia aut mandatur prouideri, si eum vitæ laudabilis, &c. & ante euentum conditionis huiusmodi non sunt ligatæ manus ordinarij, per iura allegata, & eo casu etiamsi non esset adiectio mensis, & euenisset conditio, de iure antiquo dictæ decre. quia cunctis. non impediretur collatio ordinarij. Sed vbi purificatio facta non fit, nullum habet dubium, quod decretum, quod olim non ligabat, vbi nihil erat purificandum ante acceptationem, multò minus ligauit ante purificationem. & ita intelligitur d. cle. cum ei, quem. 3 §. secus. † Nec obst. quod allegabatur contrarium, quod durante deliberatione primi gradus, non admittitur

mittitur secundus secundi, vel alterius gradus per l. vt bonorum. C. qui admi. ad bon. poss. secundum intellectum. in fi. glo. & l. 1. §. quibus. ff. de suc. edi. & l.
4 si filio. §. contra. de inof. test. † Nec obst. leges, quæ dicunt in euentu cõditionis trahi obligationē retro ad diem contractus initi, per l. potior. primo casu. & l. qui balneum. §. 1. qui po. in pi. ha. nec per leges, quæ dicunt donationem inter vir. & vxor. retro confirmari, & trahi ad diem donationis morte secuta: vt l. si mortis. ff. de dona. cau. mor. & l. donationis. C. de do. inter vir. & vxor. nec per leges, quæ dicunt, quod quando obligatio cõfertur sub cõditione, & in diem, quod ante diem agi non debet, per quod datur intelligi, quod appositio diei facit, quod interim nihil possit disponi: vt l. in illa stipulatione. & l. hoc iure. de verb. oblig. ff. quia omnia iura prędicta nihil faciunt, si rectè inspiciatur: tum quia (vt dictum est) appositio mensis apponitur ad acceptationem, non autem ad purificationem: tum etiam, quia donatio non erat inter virum & vxorem ante euentum conditionis, & possibilè erat nõ euenire conditionem: & huiusmo-
c di dubietas quod sit inter virum *c* valet per l. sufficit. ff. de condi. inde. tum etiam, quia apostolicus prædictus non inuenit beneficium vacuum, & sic sibi non
5 debeatur, sed expectare debet aliud. † Et est etiam attendendum, quod impetrans conditionis impletionem traxit, id est, negligenter implere omisit. arg. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. & de hære. instit. l. si quis instituatur. ac per hoc prouisionem alterius faciendam impedire non potuerit: vt extra de rescri. c. tibi, qui gratiam. in fi. & ff. de adul. l. si maritus. & non ob. prohibitio facta per executores, quia cum facta sit ad conseruationem gratiæ, ex eadem conditione pendet ex qua gratia, & non habet effectum, nisi demũ gratia purificata: vt leg. no. cauea. l. 1. §. si quis sub conditione. & si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum. extra de conce. præben. quia cunctis. lib. 6. & eod. tit. cum ei, quem. in Concilio Viennen. & ex his patet responsio ad quæsita, quod impetrans nullum ius habet in præbenda, vel beneficio, de quo dicitur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Breuiter. *Adde hîc Bertr. in consil. 194. Non existimet enim 3. vol. 1.*

b ¶ Acceptationem apostolici. *Apostolicum vocat Oldradus eum, qui à sede Apostolica gratiam habet nouè satis, & barbarè meo iudicio. Tamen id ita esse verba inferius posita declarant, cum inquit, quòd Apostolicus prædictus non inuenit beneficium vacuum. Nec inutile visum est mihi hac de re lectorem præmonere ne (quod enim euenit) lectori quoq; hæc verba negotium aliquantisper facerent.*

c ¶ Et huiusmodi dubietas quod sit inter virum. *Lege fic ratione huiusmodi dubietatis, quod sit inter virum & vxorem.*

De præscri. & de verb. sign. & de arbi.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio interrumpitur per sententiam arbitri. & nume. sequent.*

CONSILIVM CLXXVI.

FACTVM tale est. In vertice cuiusdam montis est quædam planicies, & in medio planiciei est quædam Ecclesia, quæ est monasterij Vabren. iuxta Ecclesiam sunt ædificia muris circundata, & appellatur Villa de Duritio. Titius vsus erat semperiu-
a risdictione omnimoda *a* in dorso montis vsq; ad planiciem, etiam in locis proprietarijs ecclesiæ prędictę. Abbas cum conuentu suo, ad quem beneficij collatio spectat, mouit controuersiam dicto Titio super iurisdictione mero', & mixto imperio dicti montis. Compromiserunt finaliter dictę partes in Seium, tanquam in arbitrum, seu amicabilem compositorem. Pronunciauit arbiter prædictus, quod Abb. & Monachi habeant pleno iure in perpetuum omnem iurisdictionem altam, & bassam merum & mixtum imperium in dicta villa de Duritio, & eius territorio, & districtu. Emologato arbitrio per partes dictus Titius non cessauit vti iurisdictione omnimoda in dorso montis vsque ad planiciem, sicut prius. Modò cùm nondum sint secuti 40. anni post latum arbitrium, & dictus Titius vsus sit iurisdictione ante, & post arbitrium in pertinentijs, & proprietatibus dictę ecclesiæ: quoties casus euenerit in dorso montis, non in vertice, vt præmisi. Quæritur, an pro parte Titij præscriptio sit secuta, an ratione mediati arbitrij interrupta? Itẽ quæritur, cum in pronunciatione dicti arbitrij sit adiudicata dicto monasterio alta & bassa iurisdictio in illa villa, & in territorio, & districtu, & dictum monasterium habebat aliquas proprietates in dorso montis, vbi Titius semper vsus est iurisdictione omnimoda, an sonet hoc territoriũ, & districtus, quo ad proprietates huius extendatur? Item dubitatur, an territorium, & districtus comprehendant duntaxat situm villæ, an se extendant ad proprietates, & pertinentias ipsi villæ contiguas, an ad communes proprietates, & pertinẽtias ad villam ipsam mediatè, & immediatè
1 pertinentes? ¶ † Ad 1. quæstionem videtur dicendũ, quod licet per libellũ coram vero arbitro oblatum, & missionem executoris interruptio fiat: vt C. arbitru. l. cum antea. §. licet cùm ignoremus per amicabilem tamen compositionem, quæ tenet locum transactionis: vt in auth. vt diffe. iudi. §. si verò contigerit. & no. Inno. extra de iureiur. c. Quintauallis. Non de naturali constat: quia per ipsam non procedit possessio, quod est necesse ad inducẽdum naturalem interruptionẽ: vt ff. de vsu. l. naturaliter. & de ciuili idem sentiendum videtur: ar. ff. pro emp. l. aliena. Et quia hic modus inter alios similiter interrumpens nõ numeratur: qui no. per glo. C. de præscri. 30. vel 40. an. l. cum notissimi. §. pen. & extra de præscrip. c. Illud.
2 ¶ † Ad secundam quæstionem videtur dicendum, quod sub appellatione territorij, & districtus prorietates non continentur: quia prima verba sonant superioritatem coertionis: vt ff. de verb. sig. l. pupilus. §. territorium. & extra de prob. c. licet causam. Proprietatis verò appellatio dicit nudum dominium à formali vsufructu separatum, vel cum eo coniunctum: vt C. de proba. l. proprietatis. ff. de vsufru. l. 2. §. ne tamen. & de vsufru. accres. l. 1. §. interdum. Vndecum ista nulla societate iungatur, vnum alterum positiuè, vel priuatiuè non sequitur. ar. ff. de acquir. poss. l. naturaliter. §. nihil. & l. permisceri. in prin. & in 3. respon. de vsu. l. iusto. §. non mutat. ff. pro empt. l. 2. §. separata. & de vsufru. l. locum. §. proprietarius. Et dici potest quod separatorum separata est ratio: vt C. de do. inter vir. & vxor. l. si maritus. 2. & ff. ad Cal-
bo. l. de bonis. in princ. & vtrobique no. ¶ † Ad ter-
3 tiam quæstionem per superiora patet responso: quia appellatio territorij, & districtus non arctatur ad solum situm villæ: vt ff. de verb. sign. l. 2. & l. Alphenus ad muni. l. qui ex vico. cum multis sim. Sed nec proprietates necessario comprehendit nec partes necessarias, quæ magis dicunt accessionem facti, quàm iuris: vt extra de restit. spol. c. cum ad sedem. Licet præ-

sumptio

sumptio sit, quod illud, quod est de pertinentijs villę per certos terminos ab alia distinctæ, sit & de iurisdictione villę alias iurisdictionem habentis. argument. ff. de off. præfect. vrb. l. 1. §. cum vrbem. C. de priuil. fisc. l. 1. Et quod ibi not. extra de decimis. cum in tua. Et pro his omnibus facit 25. quæstion. 3. possessorio b territorij. b

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Omnimoda. *Quæ sit iurisdictio omnimoda, pete ex gl. in cle. vni in ver. omnimodam de for. compe.*

b ¶ Territorij. *Adde videndum omnino præceptorem meum d. Alcia. in d. l. Pupillus in §. territorium de ver. si. vbi disseritur quid veniat sub horum nomine appellatione territorium comitatus districtus, & diœcesis.*

De testam. & de succes. ab intestato. & de condi. appo. Extraordin. ff. de vulg. & pup. sub. & C. de cad. tol.

SVMMARIVM.

1 *Si pater in testamento substituit filio nascituro alium filium secundo nasciturum, & isti secundo substituit fratrem, vel alium: tunc si nascitur vnus tantum, & moriatur in pupillari ætate, iste substitutus secundo non venit ad istius bona, sed eius mater, & num. seq.*

CONSILIVM CLXXVII.

a TESTATOR *a* in suo vltimo testamento sic dicit: Filium primò mihi nasciturum ex ventre vxoris meæ instituo mihi vniuersalem hæredem. Et si dictus filius meus decesserit in pupillari ętate, vel postea quandocunque sine prole legitima, substituo sibi filium mihi secundo nasciturum ex dicta vxore mea. Et si dictus secundus filius moriatur in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine prole legitima, substituo sibi Bernhardum fratrem meum. Accidit, quod ex ventre vxoris testatoris natus est posthumus tantum, & decessit in pupillari ætate, ad cuius bona vult venire mater ab intestato. Et frater testatoris vltimo substitutus virtute substitutionis. ¶ † Quæritur: quis istorum in successione huius impuberis alteri præferatur, & in successione ab intestato. Dubium non est, quòd mater præferatur: vt in Authen. de hæred. ab intesta. §. consequenter. Supereſt ergo solum de vigore substitutionis tractare, & absque dubio videtur dicendum substitutionem esse inutilem: quia prima facta de filio secundo nascituro fuit omnino inutilis eo non nato: vt ff. de rebus dub. l. vltim. in princ. de leg. 1. si duobus. §. vltim. & vnde cogna. l. 1. §. si quis proximior. in secundo respons. ergo aliam vtilem facere non potest, cùm ipsa omnino sit inutilis. ar. C. de decu. l. nullus solius. libr. 10. & arg. eius, quod de contractu conditionali vestito dicitur: qui, quia propter dependentiam conditionis actionē non parit, alterum non vestit, vt nota. C. de peri. & commo. rei vend. l. si in 2 venditione. ¶ † Secundò, arguitur sic: Plus nullitatis est in eo, quod à toto principio nō obsistit, *b* quàm in eo, quod ex post facto deficit, vt colligitur ex conjunctione duarum legum. ff. de lib. & posthum. l. si filius, & de iniu. rup. & irri. te. §. posthumus prætere testatore decedat, subsitō totaliter euanescit: vt ff. de capt. & postli. reuer. l. quod filius. in prin. de vulg. & pup. substit. l. lex Cor. in versi. si verò viuo patre. si sic. ergo multò fortius substō nulla redditur, quando is, cui fit à princ. non subest. ¶ † Tertiò absonum videtur substitutum substituti plus capere posse, quàm vnquam potuerit is, cui substitutus fuit. Et loquor de habituali potestate capiendi: vt ff. de condi. & demon. l. Publius. §. Titia. & ar. ff. ad leg. Fal. §. qui fundum. & §. qui filios. in fi. Sed primus substitutus nunquam habitum capere potuit, vtpote qui nunquam in rerum natura fuit. ergo, &c. ¶ † Quartò & vltimo frater testatoris substitutus secundo nascituro vocatus est sub conditione, si secundo nascturus decederet in pupillari ætate, vel postea quandocunq; sine hę rede. &c. Sed constat, quod hæc conditio non extitit: quia non decedit, qui nunquam fuit: solus enim viuens moritur: vt ff. de manu. testament. l. qui duos. Ergo substitutus omnino excluditur. Et hic est casus. ff. de vulg. & pupil. substit. l. qui habebat. Et per hoc soluitur l. cohæredi. in princip. & l. Titius. quæ loquuntur de substitutione vtili, & cuius conditio extitit, licet primus substitutus, antequam conditio sua, seu de se factæ substitutionis, existeret, decesserit. & quorum vtrunq; hic fuit. Et quia substitutio inutilis fuit, & ei adiecta conditio defecit. Et per hoc etiam soluitur §. in primo C. de caduc. toll.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Testator. *Iason, quem vide omnino, dijudicat hoc cons. in suo cons. 148. vol. 2. & inquit communem Doctorum sententiam esse, contra Oldradum.*

b ¶ Quod à toto principio non obsistit. *Ab ipso principio non subsistit, vel ex toto à principio non subsistit.*

De feudis, & de ver. signifi.

1 *Feudum si erat antiquum, tamen filij primi feudatarij fuerunt à domino spoliati, & nouiter fuerunt inuestiti sub nouis pactis, dicitur nouum feudum, & non antiquum: ideo proximior eorum debet succedere, non habito respectu ad primum parentem feudatarium. & numer. 2.*

3 *Et de verbo æqualiter, quod denotat qualitatem distributionis, & non vacationis.*

CONSILIVM CLXXVIII.

a FACTVM tale est. *a* Quidam nobilis tenebat quoddam castrum, quod vocatur nouum, à Marchione Montisferrati: aliam terram suam tenebat in feudum à comite Sebaudiæ: decessit relictis tribus filijs hæredibus. scilicet Bertolino, Vito, & Vualfredo: quibus filijs viuentibus ad diuisionem bonorū patrimonialium Vitus, & VValfredus habuerunt inter alia pro parte ipsorum dictum castrum nouum. Dictus vero Bertolinus in alijs bonis existentibus de feudo dicti comitis habuit partem suam. subsequenter decessit dictus Vitus relicto Bonifacio filio suo. rebus existentibus sic guerra mota fuit inter prædictos comitem ex vna parte, & dictum Marchionem ex alia. dictus comes, seu eius vicarius in illis partibus dictum castrum nouum cœpit, tanquam existens de guerra, & occupauit, & totaliter habere voluit, quo sic peracto dicti Vualfredus, & Bonifacius spoliati de dicto castro tractatum habuerunt cum ipso vicario, vt ipse Vicarius nomine dicti comitis ipsos de nouo inuestiret de dicto castro

tractatum, & ipsi dictum castrum ab ipso comite tenerent in feudum: & sic factum fuit præsente, & scie-
nte, & non contradicente dicto Bertolino. Nam dictus Vicarius ipsos VValfredum, & Bonifaciũ quemlibet pro parte dimidia recipientes pro se, & eorum hæredibus, & cuiuslibet eorundem de dicto castro, & villa castri iuribus, & iurisdictionibus, & cæt. nomine dicti comitis inuestiuit de nouo, tanquam de castro ab eis nouiter acquisito in nobile feudum, & tanquam in antiquum, & paternum, saluo, & reseruato ipsi comiti directo dominio dicti castri. qua inuestitura facta prædicti VValfredus, & Bonifacius dicto Vicario recipienti nomine dicti comitis fidelitatem fecerunt, & iurauerunt. Post hoc rebus existentibus decessit dictus VValfredus, ex quo supereſt vnus filius nomine Huetus, & quidam nepos eius vocatus Manuellus. Decessit etiam dictus Bertolinus, ex quo supersunt tres eius filij, decessit etiam Bonifacius relicto vnico filio vocato Vito, qui quidem Vitus nouiter decessit nullis relictis descendentibus, sed solum dictis collateralibus, scilicet prædicto Hueto, & prædicto Manuello filio quondam cuiusdam fratris dicti Hueti. Ex prædictis in parte feudi dicti Viti, sine descendentibus decedentis de iure quis succedet in castro nouo? Respondeo, si feudum, de quo quæritur, censetur nouum, certum est, quòd descendentes ex dicto Bertolino ad huius feudi successionem aspirare non possunt: vt in decima collatio. qui feudum dare possunt. §. cùm vero Corradus. de fratribus de nouo beneficio inuestitis. ca. si duo fratres. & de gradib. succe. in feud. ca. vnico. Et potest esse ratio, quia dans feudum certam, quietam, & pacatam familiam sibi elegisse videtur, vt ff. de alimentis, & cib. leg. l. cùm vnus. in secundo responso. & argum. ff. de leg. 3. l. fideiusso. §. vlti. C. de caduc. tollen. l. vnica. §. sui verò talis. & ff. de solut. l. inter artifices. solum supereſt videre, vtrum nouum feudum censeatur vel antiquum *b* & si quis naturam inuestituræ inspiciat, nouum videtur. sunt enim inuestiti, quasi de nouo feudo ab eis acquisito. Vnde cùm à communi agnationis parente non veniant, nouum censetur: ut in prælegato titul. de gradib. succe. in feudum. §. primo. & argu. ff. de interdictis, & relegatis. l. 2. de senatoribus. l. emancipatum. §. fina. & de iure pat. l. diui fratres. in penultimo respons. à quibus verbis recedendum non est, vt ff. de legat. 3. l. non alter. & l. ille, aut ille. §. cùm in verbis, & de exerc. l. 1. §. si is, qui nauem.

2 † Videtur etiam nouum respectu noui dominij: quia cum ab alio domino à primo causam non habente nunc in feudum habeant, aliud à primo videtur dominium, arg. ff. ad legem Falcidiam. l. si à me tibi. de verborum obligat. l. stipulatio. §. si quis ita. & de exceptione rei iudi. l. si cum vno. Videtur etiam no-

c uum ratione nouarum conuentionum *c* quæ fuerunt, vt succederent isti, & hæredes sui, cùm ex antiqua etiam alij debeant succedere: vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. adeò. ad probandum feudi nouitatem facit interruptio possessionis ciuilis respectu dominij, & naturalis respectu Vasalli, quibus per spoliationem priuati fuerunt dominus, & Vasallus, vt argum. ff. de vsucap. si is, qui pro emptore. si quis bona fide. de acquir. poss. l. Pomponius. §. quæsitum. & pro em-

3 ptor. l. qui fundum. §. quod bona fide. † Illa autem verba, Tanquam antiquum, & paternum, rei veritatem non immutant: vt ff. de castr. pec. l. si fortè. Et not. C. de colla. l. si donatione. & illa verba posita fuerunt in fauorem inuestitorum, vt inuicem sibi succedere possint. Contrarium ergo operari non debent, quod facerent, si alij per hæc ad successionem admitterentur. arg. ff. de leg. 1. l. legata, de condi. & demon. l. cum tale. §. fi. ad Treb. l. deducta. §. pe. & de hære. instituti. l. ex facto. 1. & extra de ver. sig. c. transmissæ. & hoc clarè probatur. ff. ad l. Fal. in ratione 2. §. tam & si ante, sed posito, quod sit factum feudum nouum, an pręiudicatũ sit filijs Bertolini? videtur, quod sic, propter eius consensum, saltem tacitum ar. ff. de bo. lib. l. Iul. C. de remiss. pig. l. 2. de leg. 2. l. codicil. §. insulam. & l. cum pater, §. libertus. C. de fidei. l. quoties. & ff. de leg. 1. l. si fundũ per fideicommissum. Et videtur expressum in 10. col. de eo, qui fecit finem agnato. de feu. c. vnico. & qui. mo. feu. amit. §. præterea si ille. & ibi no. Et hoc modo debet intelligi de Vasallo decrepitę ætatis. c. vnicum. & ibi not. Manuellus verò non videtur ad successionem venire, vel vocari: quia in gradu remotior: vt in Auth. de hære. ab intest. §. consequens. Nec ob. in 10. col. de natu. succ. feu. c. vnico, vbi dicit omnes vocari, quia verum est, sed proximior quisq; primo loco inuitatur: vt ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. & quod ibi dicit æqualiter, non notat æqualitatem vocationis, sed æqualitatem distributionis inter vocatos, vt in capita veniant, non in stirpem. ar. ff. de bon. lib. l. si libertus. §. præterito. in fin.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Vide Iaſ. conſ. 57. in 1. c. 152. & 180. in 2. & 1. conſi. in 3. vol. & 7. 24. & 56. eo. vol. 3. & 136. vol. 4. Pariſ. conſi. 106.*

ADDITIO ANTIQVA

b ¶ Censeatur vel antiquum. *Et quando nouum vel antiquum esse dicatur latè tradit D. Phil. Dec. in conſil. 53. incip. placet mihi in 1. parte conſiliorum, & in conſi. 269. inci. conſultus ab illuſtri. in 2. parte conſiliorum. Sed quæro nunquid pater in præiudicium filiorum poſsit vendere feudum antiquum & auitum. vide Paul. de Caſt. in conſi. 173. incip. præſuppoſito his de quib. in 2. parte conſiliorũ. Et de naturæ feudi auiti paterni & antiqui & de natura noui feudi & quando dicatur nobile. & nunquid naturalis legitimatus ſuccedat in feudo latè tradit idem Paul. de Caſtr. in conſil. 461. incip. viſis & diligenter examinatis. in 1. parte conſiliorum.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

c ¶ Conuentionum. *Crot. hoc dictum vt memorabile cõmendat in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. in ver. not. de ver. obli. & ibi eum vide omnino, Guarn. non minus in Rubri. eiuſdem tituli. quæſt. 13. colum. 2.*

De verborum ſignificatione.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius non cenſetur prælatus, quo ad extrauagantem iniunctæ.*

CONSILIVM CLXXIX.

1 QVÆRITVR, vtrũ extrauagans † Bonifacij: iniunctæ. habeat locum, quando Papa Eccleſiam cathedralem committit alicui gubernandam, tanquam commendatam vſque ad Apoſtolicæ ſedis beneplacitum. Reſpondeo: licèt rationes motiuæ appoſitæ in cap. iniunctæ, in propoſito videantur locum habere, ac per hoc & ipſa conſtitutio: quia vbi eadem ratio, &cæt. vt ff. de adulte. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. Et ad l. Aquil. l. illud. tamen contrarium verius videtur: quia dum mentionem

tionem facit de cathedralibus eccleſijs ſemper dicit de epiſcopis, & ſuperioribus prelatis. Commendatarius autem prælatus non eſt, arg. ff. depo. l. Lucius. & de admi. tu. l. inter bonorum. 61. diſt. obitum. & c. Cathenen. extra de elect. c. dudum. & ſic no. Io. 11. quæ. 1. qui plures. & Ian. extra de accuſ. c. ſi conſtiterit. Non obſtat identitatis ratio per leges. ff. ſolu. mat. ſi verò negocium. §. de viro. & ſi à parent. quis fue. manumiſſ. l. penultim.

De ele. & electi po. & dema. & obe.

SVMMARIVM.

1 *Imperator an habeat adminiſtrationem ante coronationem, cum plur. num. ſeq.*
12 *Eccleſia habet vtramque iuriſdictionem.*

CONSILIVM CLXXX.

1 QVÆSTIO eſt, vtrum imperator ante coronationem poſsit ſe immiſcere adminiſtrationi imperij? & arguitur primò, quod ſic, rationibus infraſcriptis. Primò, quia quorũ eſt idem immediatum, & per ſe principium, neutrum ab altero dependet, ſed ſummus pontificatus, & imperium ſunt huiuſmodi. ergò, &cæt. ¶ Prima propoſitio eſt per ſe vera: quia eius contraria implicat contradictionem. ſecunda probatur in Authent. quomodo oportet epiſcopus, & cæteros clericos ad ordin. perduc. in princip. de inſtru. cauſ. & fide. §. quoniam igitur imperium. 22. quæſtio. 4. quæſitum. 10. diſtinct. quoniam idem 95. diſt. cum ad verum. & vtrobiq; no. & ea. di. duo ſunt. Secundo hoc idem probatur, quando aliquid eſt in aliquo per approximationem ad alterum, potentius & efficatius eſt in illo. Sed in aliqui bus dignitatibus eſt ſpeciale priuilegiũ propter maiorem approximationem ad principem: quia ex ſola electione pleniſsimum ius habent, ſicut apparet in dignitate principatus, & conſulatus. ergo multò fortius eſt in principe. prima eſt de ſe nota. ſecunda probatur, in Auth. conſtitutio, quæ de dignitatib. & quæ liberet à pa. po. §. 1. inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. filius. C. de decu. l. vl. lib. 10. ergo. &c. † Tertiò, hoc idem probatur, non dẽt cui plus licet, quod minus eſt non licere vt dicit regula iuris non debet. & ff. de do. cauſa mo. l. Marcellus. Sed maius, quod in impatore *a* eſt facultas generalis legem cõdẽdi, quoniam illa ei ſoli conuenit: vt C. de leg. & conſti. l. vlt. & in Aut. de rap. mulier. in princ. ſed hoc poteſt vt videtur ſtatim poſt electionem. vt ff. de excu. tu. l. ſed reprobari. §. de his. ibi. de his omnibus diuus pater meus mox ingrediẽs ciuitatem. ergo, &cæt. † Quartò, electio quæ fit hodie per principes, & per prælatos, ſucceſsit loco illius, quæ fiebat olim per populum. ergo eiuſdem debet eſſe naturæ: vt C. de adop. l. 3. inſti. de act. §. fuerat. ff. de do. l. ſi id, quod ex cauſa. ſed illa nullo actu extrinſeco ex pacto totum, & perfectum ius transferebat: vt ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde, quia difficile. ibi, nouiſsimè ſicut ad pauciores, &c. & de man. prin. l. 1. in prin. & 92. diſt. legimus. ergo, &c. Quæ ratio confirmatur argum. ff. de fun. inſtru. & inſtru. lega. l. Seiæ. §. Caio. 4 ¶ † Quintò dici poteſt contrarium tenenti, quod erubeſcat, quia ſine lege agit, vt dicitur in Auth. de tri. & ſe. §. conſideremus. Dicat mihi quæſo, qui tenet contrarium, quod ius hoc dicit? c. venerabilem. extra de elec. hoc non dicit. Sed dicit, quod Papa inungit, conſecrat, & coronat, actũ cõfirmationis omittẽs, quàm fuiſſet ei facile dicere, ſi voluiſſet, vt ff. de excu. tut. l. ex his. C. de cad. tol. l. ita. §. finautem ad deficientis. & extra de deci. c. ad audientiam. Videtur ergo ille tex. innuere eum ex ſola electione ſortiri ius, quod competit confirmatis nondum inunctis, ſiue conſecratis. ar. eſſet pro hoc. C. de decuri. l. ſi quos. ſed illis competunt omnia, quæ ſunt iuriſdõnis, vt extra de ele. c. 5 noſti. & c. tranſmiſſam. ergo, &c. † Non obſtat l. bene à Zenone. in fin. C. de quadri. præſcri. vbi mentio fit de receptione infularum: quia ibi ponitur infula pro dignitate, vt C. de primicerio, & ſecundicerio. l. 2. & ibi not. & probatur ex coniunctione duarum legum. C. de decurio. l. vlt. & Auth. conſti. quæ de dig. 6 & epiſ. §. 1. ¶ † Sextò, arguendo à cõi modo loquendi, ſicut arguit. l. ff. de manumiſ. teſt. ſi ita fuerit libertas relicta. & de ver. ſi. l. anniculus. Communiter poſt electionem vocatur rex Romanorum. & ſic ſe deſcribit, & ſic deſcribitur, ergò habet regnum, vt ff. de ver. ſi. l. Tugurij. ſi ſic quaſi regimento in eum translato diceret illa poſſe, quæ poteſt verus, & legitimus imperator, vt ff. de offi. præto. l. vni. ibi, regimentis igitur reipublicæ in principem translatis, &c. Et vt nomen indicat, ex tunc videtur Romanorum præpoſitus rebus. ſi ſic, ex tunc eſt verus imperator, & incipiunt anni imperij: vt in Auth. vt præponatur no. imperatoris. §. 1. ibi, inchoante verò Aprilis menſe, & prima die, in qua nos Deus Romanorum ſuperpoſuit reb. 7 col. 5. ¶ † In contrarium arguitur, & primò ſic nihil operatur, antequam ſit. ff. de colla. bono. l. vlti. & de ven. inſpici. l. 1. §. ex hoc reſcripto. de noua. l. quoties. ſed imperator in coronatione dicitur oriri, & ſic incipere eſſe: vt ff. de fer. l. omnes. ibi ortus imperij protulerunt, &c. & ibi not. gloſ. quæ incipit, ideſt, coronatus. ergo ante hoc non operatur, quæ ad impera- 8 tionem pertinent. ¶ † Secundò probatur ſic. Furtiuus eſt omnis actus, vel violentus, vel alias illicitus, qui exercetur in re præter voluntatem domini, vel cuſtodis, etiam exercitus, per eum cui debet traditio fieri: vt ff. de acqui. poſ. l. ſi ex ſtipulatione. & C. e. tit. l. nec ex vera. ſed æternę vitę clauigero, ideſt, beato Petro, & ſucceſſoribus ſuis tradita ſunt vtriuſq; regni gubernacula, cœleſtis ſcilicet & terreni: vt 22. di. oẽs. 15. q. 6. alius. & c. nos ſanctorum. & c. iuratos. & 1. q. 4. quia præſulatus. in prin. extra de re iu. ad Apoſtolicæ. libr. 6. Quicunq; ergo ſine voluntate ſucceſſoris beati Petri terreni regni gubernacula aſſumit, rem illicitam committit. Etſi dicatur: hoc Romani pontifices ſtatuerunt, vnde non eſt eis credendũ. Reſpondetur, quod ſi quis enumerat mundi regimina vſque ad Chriſtũ, qui fuit dominus naturalis, inueniet ita eſſe. Et ne immorer verbis ſuperfluis, hoc benè probatur per rationes Inn. extra de for. comp. c. licet ex ſuſcepto. & probatur extra qui filij ſint legi. per vene 9 rabilem. ¶ † Tertiò, probatur ſic in Pſal. 25. vbi dicitur. Qui fecit luminaria magna, ſolem in poteſtatem diei, & lunam, & ſtellas in poteſtatem noctis, in quo tranſſumptiuè intelliguntur iſtę duæ dignitates. ſcilicet ſacerdotium, & imperium, vt per ſolem ſacerdotium intelligatur, per lunam verò imperium demonſtretur, vt extra de ma. & obe. c. ſolitæ: luna aũt non lucet, niſi per influentiam, quam hẽt à ſole, ergo nec imperator, niſi per influentiam, quã recipit à Papa. & hoc voluit dicere. l. C. de quadri. præſcri. l. bene à Zenone. in fi. dũ dicit, imperiales ſuſcepimus infulas, vt dicatur infula, quaſi influa, ſine qua fluentia imperia 10 liter operari non poteſt. ¶ † Quartò, probatur ſic, Nullum imperfectum operatur perfectum: quia ſi operaretur perfectè, iam diceretur perfectum, quia vnum ab altero ex efficacia, vel in efficacia operationis cognoſcitur: vt ff. de verbor. ſignifi. l. ædificia. §. feciſſe. ar. ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſed ſciendum. & l. item

Ouidius. perfectum autem non est, extra quòd est da re aliquam particulam: vt dicit Philosophus V. Metaphisicæ. cap. de perfecto. & probatur hoc per l. dicentem. neque enim aut nullum balneum, aut nullum stadium fecisse intelligitur, qui propriam formam, quę ex consummatione contingit, non dederit: vt ff. ad l. Falcid. l. si is, qui quadringenta. §. quædam. sed constat, quod ante approbationem, inunctionem, & coronationem aliqua pars imperij deest, alioquin essent ista superflua, quod nemo sanæ mentis negabit, vt ff. de euictio. l. si ita quis stipulanti. & de capti. & postlimin. reuer. l. postliminium. ius ergo non est perfectum, si non potest perfectè imperialiter operari, quod faceret, si ea, quæ sunt iurisdictionis, liberè exerceret, cum tota sua potestas in hoc
11 consistat. ¶ † Quintò, probatur sic, quoties sunt duo gradus successiui, & adinuicem subordinati, existens in primo non debet attingere ea, quæ sunt vltimi: sicut Diaconus non debet attingere ea, quæ sunt Presbyteri, vel Episcopi. 93. distinction. Diaconus. & capit. se. ne vni commissum alius gradus subrepat. argumen. C. de testib. l. consulta diualia. & de exequutore, & actore annonarum. l. 2. l. 12. & ibi not. sed in electo in imperatorē est considerare duos gradus. vnum, in quo est, quia Rex. alterum, ad quem promouendus est, quia imperium, vt dicitur præalleg. capit. venerabilem. extrà de electio. & clarius 23. distinctio. in nomine Domini, ibi, dilectissimi filij Heinrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus imperator domino concedente sperat, &cæt. existens igitur in primo gradu, scilicet regis, non vsurpabit sibi ea, quæ sunt secundi grādus, scilicet im
12 perij. ¶ † Sextò, probatur sic, præceps est nimium, & immatura ingestio eius, qui ante efficacem commissionem gladij vtitur gladio: vt ff. de offic. proconsul. & legat. l. obseruare. vltim. & C. de exec. rei iudi. l. 1. & ante administrationis decretum se administrationi impudenter immiscet: vt C. arbit. tutel. l. vltim. in Authentic. vt hi, qui oblig. se prohibent habere res minorum. §. penultim. sed, vt aliqualiter probatum est supra, vterque gladius est apud Ecclesiam, quod not. per verba apostolorum, in quorum persona Ecclesia designatur. ecce gladij duo hic, in Ecclesia scilicet, non dixit Christus alterum superfluere, sed satis esse respondit, & ideo cùm Petrus gladium exercuit, nequaquam, vt abijceret, iussit, sed vt in vaginam conuerteret, imperauit, quasi exercitium regulariter prohibens, nō imperium auferens, exercitium autem imperatori committit in approbatione, inunctione, & coronatione. argumen. ff. de milit. testament. l. ex eo, & l. Titius. & in Authentic. de defensi. ciuil. §. interim autem. ergò huiusmodi commissionem non tam temporaliter administrat, quàm se præcipitanter, & ex auaritiæ, ac ambitionis cæcitate demergit, vt hæc, & alia ad hanc materiam facientia probantur in extrauaganti domini Bonifacij Papæ. VIII. quæ incipit, vnam sanctam Ecclesiam. cui prima argumenta assentiunt. & Ioan. in glo. positis in capit. primi argum. adductis. & Hug. expresse, & satis diffusè in cap. cùm ad verum. In contraria opinio. dicit Arch. Lau. fuisse & ipse recitat in capit. quoniam idem. & in eadem est Hostiens. vt ipse not. extra de verborum significat. capit. super quibusdam. & Gulielm. in Specu. de restit. §. item ratione causæ. in versic. idem, quod obtentum est ab im-
13 peratore, &cæt. † Nec huius contrarium dicit Innocent. in cap. venerabilem, quia loquitur de electo, qui non potest coronam recipere in loco debito, & non est par, eademqúe conditio nolentis, vel negligentis superiorem suum adire, & eius, qui non potest, vt C. de decur. l. generali. ff. quæ in fraū. cre. l. ait prætor, §. si debitorem. & argument. ff. quis ordo in bon. poss. seruetur. l. vltim. & in hanc vltimam opinionem ego magis inclinarē per rationes supra adductas. & quia absonum nimis esset eum præcipere, cùm examinetur, & approbetur, inungatur, & coronetur, ex quibus actibus confirmatio inducitur saltem perfectiua totius. Sicut in testamento videmus, quia nascitur, cùm conditur, vt C. de testament. l. antiquitas. confirmatur, cum testator moritur, vt extra de cele. miss. capit. cùm Marthæ. Sed vltima perfectione consummatur, cùm hæreditas aditur. ff. de stip. ser. l. si seruus communis Mæuij. in fin. primi respons. & ante hanc vltimam perfectionem vires testamenti nullæ sunt. ff. de re. iu. l. si nemo. & de testament. tute. l. si
14 nemo. † Sic vires cuiuscunq; electionis, in qua approbatio electi requiritur, quantum ad hoc, vt electus aliquid, nisi dispensatiuè exequi possit, nullę vt in iure dicitur, si militiæ nomen dare vultis, offerte vos his, qui probandi ius habent, &cæt. vt C. qui milit. non poss. l. 1. de re milit. l. neminem. de fabricen. l. si quis consortium. & inutilis, quantum ad exequutionem, censetur omnis actus extrinsecus confirmationem expectans: vt C. de confirm. tuto. l. i. & ideo tutor in testamento datus, qui indiget aliquando confirmari, à confirmatione, quasi à perficiente dicitur datiuus, vt ff. de testam. tute. l. iure nostro. in fin. de verbor. signifi. l. lege obuenire. & not. in d. l. C. de confir. tut. & secundum illos, qui dicunt, quod ex confirmatione ius prælaturæ non quæritur, sed sola exequutio quæsiti iuris conceditur, in qua opinione fuerunt Lau. & Hug. 8. quæstio. 2. dilectissimi. & 63. distinctio. quanto. & not. per Archidiac. extra de elect. cap. si cui. lib. 6. ¶ Adhuc habetur propositum, & multò fortius secundum illos, qui dicunt, quod ex sola electione non confertur ius prælaturæ, sed ex confirmatione magis, in qua opin. sunt Innocent. & Hostiens. extra de arbit. cap. ex parte. in glo. quæ incipit, Nō videtur posse dici, super verbo, inhi-
15 bere. ¶ † Nunc restat ad argumenta breuiter in contrarium respondere. & primo ad primum: quia primam propositionem concedo, secundam autem interimo, & dico, quod imperium est à Deo, non immediatè, sed per debitam, & subalternam emanationem à Vicario Iesu Christi. & secundum hoc loquitur apostolus ad Rom. 13. c. Non est potestas, nisi à Deo, & statim subdit, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Sicut & in iure dicitur, quod peculium vicarij non solum est ab ordinario, sed à domino principali: vt ff. de pec. l. diffinitio peculij. Vel aliter imperium, pro vt dicit quandam superationem exequutionis temporalis à spirituali, à Deo est disponēte, & volente, quod hi gladij exerceantur per diuersos: sed ordinatio horum gladiorum, & exercitium quendam ordinem in ter se habent, vt minor à maiori procedat, & quicquid alicubi reperitur de distinctione istarum duarum dignitatum, administrationis separationem, inuicem tamen subordinatam notant, non iuris, scilicet separationem. vt ff. de admini. tuto. l. inter tutores. Constat nanq;, quod omnis potestas, inquantum talis, etiam mala, à Deo est, saltem permittente. Vnde Christus in passione dixit: Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi data esset tibi desuper. Vnde constat omnem regalem potestatem esse à Deo, nec propter hoc tollitur ordo vnctionis impendendæ, in qua confertur regalis dignitas, vt extra de sacra vnct. cap. 1. & Saul vnctus fuit à Samuele, vt habetur 1. Regum 14. c. & 2. quæst. 7. plerique. & recitatur. 1. quæstion. 2. iudices. Vnde si de esse cuiusque regis est vnctio sacerdotalis, monstruosum est dicere quod non sit de esse

sit de esse illius, qui est super alios 7. quæst. 1. c. in apibus. vt in hoc stet pars responsionis, scilicet, imperium esse à Deo, vt à causa prima, non tollit ordinem, quem habet eius vicarius in promotione imperatoris ad imperium, tanquam causa secunda, & quasi quoddam agens instrumentale. ¶ † Ad secundum respondetur, quòd in dignitatibus collatis à Principe, sicut est principatus, & consulatus, non expectatur aliquis actus perficiens, qui à superiore emanat. & ideo statim operatur, quia talis collatio vim confirmationis habet: vt not. Inno. extra de app. c. constitutus. & colligitur extra de app. c. à collatione. lib. 6. & extra de concess. præben. c. post electionem. ibi, quod si Archiepiscopus, &c. vt not. Arch. extra de præb. §. cùm in illis. Arg. ergo de actibus perfectis, & per se subsistentibus ad imperfectos affirmatiuè non procedit. Ad formam ergo argumenti cùm assumitur in minori propositione, quòd illæ duæ dignitates statim per electionem plenum sortiuntur effectum: dico, quòd hoc non habent per approximationē ad Principem, vt dicebat maior propositio, sed per creationē à Principe, quæ non expectat actum aliquem ipsum perficientem ab extra, cuius oppositum est in proposito. ¶ † Ad tertium respondeo cōcedendo maiorem propositionem, secundam interimo, scilicet, quòd statim post electionem possit legem cōdere generalem. Nec eam probat l. ad hoc adducta, quia dum dicit, mox ingressus in principatum, &c. non loquitur de ingressu, qui fit per electionem, sed de eo, qui fit per assumptam debitè administrationem: vt argum. ff. de condi. & demon. l. Publius. circa prin. & ff. de aduo. diuer. iu. l. post duos. ibi. ex quo idem officium percipere cæperis: sed hanc non habet, nisi post recepta solennia. quare argum. non concludit. ¶ † Ad quartum respondeo, quòd tota vis argumenti fundatur super imperio violento, & irregulari. Et quod fuit, antequam imperium, vel imperij subditi Christum cognoscerent, & per consequens eius vicarium. In cuius signum narratur in Chronicis, quod Constantinus beato Syluestro gladium tradidit, & insignia regalia in signum quòd vsque tunc (eò quòd ipse fuit primus, qui sacra Christianorum fide minuit Romanum imperium: vt C. de natu. lib. l. diui.) nullus fuit legitimus Imperator, vt narrat Archidiaco. distinct. 96. quoniam idem, vel aliter cùm Imperator præstet, & semper præstiterit iuramentum fidelitatis domino Papæ, ex quo imperium Romanum Christum cognouit: vt 63. distinct. tibi domino. & est declaratum per dominum Cle. Papam V. extra de iureiur. c. Romani Principes, in Concil. Viennensi. & propter infidelitatem Imperator Constantinopolitanus priuatus fuit imperio, & à Græcis translatū fuit imperium in Germanos, in c. venerabilem. extra de elect. non tam dicitur succedere in locū primi, quàm in locum Ecclesiæ transferentis. licuit itaque Ecclesiæ transferenti, vtpote *b* rei, quàm dabat, legem dicere, quàm volebat: vt ff. de sol. l. 1. & de pac. dot. l. ob res. Sed hanc dixit scilicet, quod approbaretur, inungeretur, & coronaretur ab Ecclesia. & sic est postea obseruatum: ergo arg. illius antiqui, illegitimi, & irregularis imperij, quòd etiam nouam legē potuit in translationem suscipere ad præsens imperium non procedat. ¶ † Ad quintum respondetur, quòd totum arg. fundatur super falso, quia dum dicit, quòd non probatur iure, quod debeat confirmari: hoc falsum est, quia actus enumerati in c. venerabilem. confirmationem inducunt. Quid est enim approbare, inungere, & consecrare, nisi confirmare? argum. ff. de iure fisci. l. si accepta. ad Mace. l. sed Iulianus. §. vlt. de euic. l. quidam ex parte, de acquir. hære. recusari. C. de condi. indeb. l. debitum. in quinto responso. cum multis similibus. & hoc expressè not. Innoc. extra de reiu. cùm Bertoldus. in gloss. signata super verbo, numerato, &c. ¶ † Ad sextum respondetur, quòd à modo loquendi, sumptum argum. non multum vrget, quia nonnunquam homines abusiuè loquuntur: vt ff. de leg. 3. l. non aliter. ¶ Præterea possumus dicere, quòd vocatur Rex Romanorum, non quia fit ante solennia imperij impensa per Papam, sed quòd futurus speratur: vt ff. de leg. 1. l. quantum. §. si mihi seruus. Et ibi not. sic vocatur quis hæres eo ipsō quòd est scriptus, etiam testatore viuente: vt ff. ad Treb. l. epistolam. cum multis similibus. ¶ Nec dico eum ante Romanorum præpositum rebus, sed electum, vt præponatur. Et sic ex prædictis omnis obiectus patet solutio. ¶ † In duobus verò electis, quorum quilibet seritè electum prætendit, minus dubium videtur: quia quilibet dubitat, vel dubitare habet, quod est idem: vt ff. quod vi aut clam. l. seruus. de virib. electionis. Ergo nō debet ex ea medio tempore sibi ius aliquod vendicare, sicut hæres, qui dubitat de viribus testamenti, adire non potest, qui tamen aliàs scit solo animo: vt ff. de acqui. hære. l. hæres institutus. in fin. & l. sed si de sua. §. cur autem. & pro hoc facit, quod dicitur de diuersis sententijs à duobus delegatis datis, quia vtriusq; pendet effectus, donec per superiorem altera confirmetur: vt ff. de re iud. l. duo ex tribus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quod Imperator. *Quod Imperator habeat facultatem condendi legem generalem, quæ facultas eius est præcipua. HAEC certè fuit mens Autoris, quamuis verba sint incomposita, & deprauata.*

b ¶ Vtpote. *Desideratur hîc aliquod nomen, puta dominæ.*

De constitu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum valet factum per Episcopum & Capitulum super residentia & perceptione præbendarum. & num. sequent.*

CONSILIVM CLXXXI.

1 DE authoritate † condentium statutum nō videtur rationabiliter dubitandū, quia certum est episcopū cum Ca. facere posse statutum: vt extra de consue. l. cùm consuetudinis. de his, quæ fiunt à maio. par. Ca. c. 1. Et ad hoc statutum condendū intelliguntur omnes fuisse per interpretationē diei præfixæ à lege non scripta, id est, à consuetudine, quę equipollet hominis interpellationi: vt C. de iure emphyt. l. 2. Datur enim fuisse statutū conditum in septimana paschali, & datur sufficiēter de consuetudine tunc celebrandi capitulū generale, & quòd tenent ea, quæ aguntur, vt statutum ibidem. Sed contra casum statuti insurgit pars aduersa, dicens, quòd datur mala causa, scilicet, vt augeatur diuinus cultus, & quia residentes habent pauperes præbendas, & tamen portant pondus diei, & æstus. dicit n. pars aduersa, quod neutrū istorū procedit, primum nō, quia per talem diminutionē prębendarum non augetur diuinus cultus, sed minuitur: vt extra de consti. c. ex parte Eduen. Secundum non, quia apparet de contrario: quia per data, & confessata apparet, quòd in Ecclesia Valentina sunt 7. dignitates, & 12. mensatæ. & quòd

quælibet valet 200. libras, & 20. canonicorum numerus. si ergo vna dignitas, vel vna mensata vni canonico præbendato detur, erit sufficienter prouisum 19. canonicis: habebit enim quilibet ad minus præter præbendam 200. lib. & sic non remanet aliquis pauper, vno duntaxat excepto, &c. ¶ † Prætereà dicit pars aduersa, si non residentiam, possunt cogi per superiorem ad residendum, & sic residentia non est sufficiens causa statuti. Sed ad hæc omnia respondetur, primò, quòd ista sola causa nõ datur, sed datur & alia, scilicet, quod Episcopus non habet de canonicis, cum quibus possit tractare, defendere, & promouere negocia Capituli. Et hæc quidem est bona causa, quia cùm omnia debeat Episcopus gerere cum cõsilio Capituli: vt extra de his, quæ fiunt à præla. sine consensu Capit. nouit. interest Episcopi, & Ecclesiæ multos esse præsentes, quia quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur, 20. distin. de quibus. extra de offic. & pote. iudi. dele. c. prudentiam. §. 1. Et per ampliores homines perfectissimè veritas reuelatur: vt C. de fideicom. l. vlt. & hoc respectu scriptum est, quod reipublicæ interest semper ordinem plenum esse: vt ff. de decur. l. generaliter. §. Spurios. Dato ergo sine præiudicio, quod prima causa non sit bona, vel vera, hoc sufficeret, quia ex duabus causis ad actum positis sufficit alteram veram legitimam esse: vt extra de præben. c. dilectus. de re iudi. c. cum I. & A. circa fi. & not. Innoc. extra de renun. c. in præsentia, ne dum quod prima est etiam in facto vera, & in iure legitima. ad cuius intelligentiam est sciendum, quod per data partis alterius constat, quod mensata non est dignitas, nec personatus: vt dicit in articulis suis, nec est præbenda, quia non posset conferri præbendato: quia tunc sequeretur, quod quis haberet duas præbendas in eadem Ecclesia contra c. extra de concess. præben. literas. sed sunt quædã emolumenta, & perceptiones seculares consuetæ etiam conferri habentibus dignitates, sicut sunt illæ vineæ, de quibus legitur extra de const. cùm omnes. Et sic cessat illa distinctio, & diuisio, quæ suprà fiebat, quia habentes dignitates, quæ sunt 7. eas impetrant, & alij pauperes remanent. Et similiter est in re legitima, quia omne statutum censetur iustum ex causa, quia prouocat ad residentiam. & hîc est propriè casus, secundum Innoc. & Hostien. in d. c. cùm omnes. vbi statutum de vineis tenuisset, nisi fuisset defectus auctoritatis Episcopi, & illa decretalis determinat hanc quæstionẽ.

3 † Non ob. quod dicitur, quod potest quis cogi ad residentiam, quia & si possit quis ad aliquid cogi metu pœnæ, melius tamen est spe premij inuitari: vt ff. de iust. & iu. l. 1. circa princip. C. de offic. assess. in l. 1. in quibus causis serui pro premio liber. acci. l. 1. lib. 11. & sic apparet statutum ex auctoritate, & ex causa honestum, & legitimum, & tenere, nec per ipsum numerus ministrorum diminuitur, nec per consequens diuinus cultus, sed emolumentum tale seculare in meliores vsus conuertitur, quod est licitum, argum. ff. de iur. do. ita constante. & l. vlt. & extra de his, quæ fiunt à præla. sine consensu Cap. c. tua nobis. Et ex his apparet articulos admittendos.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus cum consensu Capituli potest vnire Capitulo ex causa aliquam dignitatem, sicut posset extinguere, tamen superior potest eam reuocare, si Capitulum velit, & num. seq.*

CONSILIVM CLXXXII.

1 LICET de victoria causæ multum † dubitem, propter c. fi vna. extra de reb. Eccle. non alienandis quam decre. plerique, tanquam antiqui iuris declaratiuam, in dubio sequuntur. Credo tamen vnionem illam tenere: quia mihi videtur, quod sit casus extra de præbend. c. expositi. de concessio. præben. c. cum nostris. vt eccle. benefi. sine dimi. confe. c. vnico. in fi. & ibi per Inno. & Host. & sicut possunt Episcopus, & Capitulum dignitatem tollere de ecclesia ex causa fructus inter canonicos diuidendo, sicut omnes notantes intelliguntur extra de constit. c. cùm accessissent. sic videtur eadem ratione, & æquitate, quod possit vnire. Et sicut potest de mensa propria loco religioso temperatè donare, vt extrà de dona. c. consultationibus. & c. pasto. etiam sine consensu Capituli: vt not. per Host. extra de his, quæ fiunt à maio. par. Cap. c. ea noscitur. ita & multò fortius Capitulo suo donare potest, cui magis alligatur: vt extra de test. c. requisisti. §. vlt. & ideo non videtur propriè ad alienationem tendere: vt C. de fideicom. l. voluntatis. & ff. de le. 3. l. pater. §. quindecim. & hoc intelligo, si probari possit necessitatem, & vtilitatem faciendæ huiusmodi vnionis subfuisse. Hoc enim tutor facit de rebus pupilli in personam suam: vt ff. de admi. tu. l. tutor rerum animalium, l. quoties. §. non tamen. & l. non existimo. & pro hoc benè facit. ff. de contrah. empt. & vend. l. si fistulas. §. 1.

2 † Non obst. quæ in cõtrarium possunt adduci de differentia, quæ debet esse inter præsentantem, & præsentatum, instituentem, & institutum, & quod nemo potest auctoritatem præstare in negocio proprio, & quod leg. & not. 18. quæst. 4. quia omnia ista loquuntur in actu, qui procedit ab aliquo, vt à perficiente, seu principaliter faciente, hoc autem non facit in vnione consensus Capituli: quia vnio conceditur principaliter ab Episcopo: vt extra de excess. præla. cap. sicut vnire. & hoc est, quod dicit regula iuris: aliud est donare, aliud donanti consentire. ff. de reg. iur. l. aliud. de le. 2. l. cùm pater. §. libertis. & de proc. l. filiusfa. §. 1. & probatur extra ne sede vacan. cap. vnico. lib. 6.

3 † Vnde talis consentiens non tam facit, quam facientem non impedit: vt ff. de manu. vindi. l. si pater. §. vlt. & talem consensum quis potest adhibere in suum proprium commodum, sicut filia patri dotem repetenti consensit. ff. solut. matr. l. 2. §. voluntate. & exactio cedit in commodum filiæ, quod apparet, quia pater tenetur dotem sic exactam filiæ conseruare, nec potest eam, nisi ex noua clade minuere: vt in authen. de æqua. do. §. quia verò le. collat. 8. & pro hoc facit extra de elect. cap. cùm in iure. ff. quod cuiusque vni. no. l. planè. & per locum à contrarijs. ff. de excu. tu. l. amicissimos. §. vlt. Et in hac sententia fuit Hostien. extra de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu Cap. c. nouit. Benè tamen innuit Spe. in eo. tit. contrarium, dicens, quod talem vnionẽ potest successor reuocare. Sed non ob. quia non dicit eam nullam, sed reuocabilem, vel est nulla, si ille, in cuius fauorẽ fuerit inuenta

2 solennitas consensu Capituli, *a* & Episcopus, vel Capitulum hoc dicant, aliàs non: vt ff. de iniust. rup. & irri. testa. l. filio. & de bo. poss. secundum tab. l. qui ex liberis. §. vlt. secundum intellectum Azo.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Fuerit inuenta solennitas consensu Capituli, *ita restituendum puto, fuit adhibita solennitas, & consensus Capituli, velit.*

De elect.

SVMMARIVM.

1 Sigillum Episcopi non facit fidem quo ad probandum excommunicationem.

13 Item religiosus portans habitum sub mantello excusatur à pœna excommunicationis & apostasiæ.

Allegationes quibus excusatur electus per viam cõpromissi verbis pluralis numeri si pronuncians se correxit statim, & pronunciauit in singulari numero.

CONSILIVM CLXXXIII.

1 a b FACTVM *a* tale est. ¶ † Vacante Ecclesia *b* Vticen. ordinis S. Augustini præsentibus omnibus canonicis, excepto domino Pontio de Alaynaco, electus fuit G. per viam compromissi: Postmodum, & post cõsensum die 10. Pontius appellauit opponẽdo crimina, & defectus facti, & contra formam electionis, tandem causa per do. Papam cõmissa fuit do. G. Cardinali audienda, & referenda: coram quo ex parte electi fuit propositum excipiendo, quod dictus P. non poterat se opponere, nec appellare, cùm non esset canonicus Vticen. nec de diœcesi natus, nec beneficiatus: & ideo admittendus non erat, quod probatur extra de elect. cùm inter R. & 2. quæst. 6. non solent. 16. q. 6. filius. & extra de elect. c.

2 vt circa. lib. 6. ¶ † Item quia idem P. translatus erat ad prioratum monasterij de beneuento, quem acceptando desijt esse canonicus Vticen. cùm sit regularis, per c. cùm singula extra de præben. lib. 6. versic. statuentes, non obstante dispensatione facta cum eo, vt infrà sequitur. ¶ Cùm tibi nuper contulerimus prioratum de beneuento volumus, quod possis canonicatum in Vticen. Ecclesia licitè retinere. c. cùm singula. & alijs constitutionibus nequaquam obstantibus. Et ad hoc dicit electus, quod non valet dispensatio, quia non facit mentionem Concilij generalis, ne nimia. extra de reli. do. quo cauetur, ne religiosus habeat locum in diuersis monasterijs, ad quod non extendit dispensatio: vt not. Archid. extra de constit. c. licet. super verbo, reuocare: lib. 6. hoc videmus de facto, quia Papa confert religiosis beneficia in diuersis monasterijs, nec obtinet ibi vocem, nec locum, nisi sic exprimatur ibi. Nec valet in talibus dispensatio, nisi canonicatus conferatur simul cum prioratu, & simul dispensetur: & hoc probant Innoc. & Hosti. in c. dudum. extra de elect. Et posito quod valeret dispensatio, & esset canonicus, non erat vocatus missus ad cellam extranei monasterij. h. d. Innoc. in dicto c. ne nimia. & posito quòd cessarent omnia prædicta: quia non probauit se esse tempore electionis in certo loco, vnde vocari deberet. Item, quia erat excommunicatus tempore electionis, & de hoc diffamatus in Ecclesia Vticen. vtpotè quia appellatio contra ipsum pendebat in Romana Curia super ipsa excommunicatione, vt hæc probata sunt per electum, quæ sufficiunt ad eum non vocandum: vt in cap. cùm desideres. extra de sentent. excommunic. §. secundæ quæstioni. Hoc dicit electus ad istum finem, quod dictus Pontius non possit prosequi contemptum, licet admissus sit sine præiudicio per interloquutoriam, quæ nulla esset, si tenderet ad finem illum, vt possit dici contemptus, cum esset dicto Cardinali causa commissa tantùm audienda, & referenda, vt apparet

3 ex commissione sibi facta per Papam. ¶ † Item, quia dictus P. in appellatione sua malè expressit illa, quæ posuit ibi, & friuolè, & confusè, & contra. c. vt circa. vt ibi not. per omnes Docto. cuius interloquutoriæ tenor sequitur in hæc verba. ¶ Interloquendo pronunciamus in his scriptis, non obst. rationibus propositis, & allegatis hincinde dictum P. esse admittendum. & se opponendi facultatem habere electo Vticen. & electioni de se factæ in Episcopum Vticen. saluo iure vtrique parti in principali, & in omnibus alijs, &c. Et hic videtur admissus ad informationem Curiæ tantùm, non vt contemptus. postea verò assignata fuit dies peremptoria partibus ad producendum, omnia cum quibus partes debuerunt venire paratæ, in quo termino electus produxit processum electionis, & decretum sigillatum sigillis Capituli canonicorum, & notariorum signis, & alia ad proban-

4 dum tempora fuisse seruata. ¶ † Produxit etiam alias literas absolutorias Episcopi quondam ad cautelam, & alias, vt in actis apparet. Et dictus P. produxit literas sigillatas sigillo Episcopi quondam Vticen. & multorum vicariorum, in quibus continebatur, quòd Episcopus monuit præpositum, & omnes canonicos, vt non procederent ad collationem cuiusdam Ecclesiæ, nisi secundum formam eis datam: alioquin excommunicabat eos, & quia constabat ei, vt dicebat, quòd præpositus nunc electus, & quidam alij ibi contenti processerant ad collationem dictæ Ecclesiæ, & contra monitionem prædictam, mandauit eos publicè excommunicari. & ista litera data fuit M. CC. LXXVIII. & sic sunt 25. anni, & plus. Sed ad hoc dicit electus, quod non probatur aliquid esse factum per dictos in monitione contentos contra monitionem prædictam, & quòd conditionaliter, & ab ea extitit appellatum, quòd conditione pendente fieri potuit: vt extra de appellat. cap. præterea. vbi de hoc per Innocent. vt extra de cle. excomm. cap. proposuisti. Item, quòd dictus Episcopus absoluit ad cautelam prædictos in monitione contentos, excepto quodam R. absente. Et mandauit vicarijs, quòd cessarent à sententiæ prædictæ denunciatione. & sic confitebatur dictam sententiam nullam: vt in c. solet. extra de sent. excom. & de offic. de lega. c. cùm contingat. & sic non remanet legatus, nisi ille R. maximè, quia tollebatur tempore electionis. Item dicit electus, quia Archidiac. Vticen. vt arbiter à partibus electus, & vt Apostolicæ sedis delegatus, dictam monitionẽ, & sententiam pro nullis pronunciauit, & infectis: præsentibus dicto Episcopo, & P. oppositore prædicto, & approbantibus expressè, quæ sententia in rem transiuit iudicatam: vt extra de re iudic. cùm inter vos. de offic. de leg. cùm in iure. & ibi not. per Innoc. quam sententiam probauit Episcopus per absolutionem prædictam. vnde satis poterat Capitulum ignorare dictum R. excommunicatum, & toleratum per 25. annos. & tamen constat de protestatione facta in c. quod nõ intendebat procedere cum excommunicatis, quod sufficit, vt extra de elect. c. Cumana. & ibi not. per Innoc. de consue. c. cùm dilectus. & ibi not. per Compo. Et quia dictus Pontius in sententia dicti Arch. Vticen. præsens fuit, approbauit expressè, & postea iurauit appellationem esse veram, in qua continetur prędicta sententia, propter quæ dicit idem electus dictum M. ab appellatione, & oppositione penitus repellendum, vt calumniatorem ac periurum, & contra factum proprium ve-

5 nientem. 3. q. 9. caueant. in fi. ¶ † Item, quod dicitur, quod prędictus P. produxit quandam literam figillatam figillo Episcopi, in qua continetur, quod Episcopus excommunicauit electum, tanquã vagabundum. Dicit electus, q̃ dictus P. eam non produxit, sed quidam G.

dam G. canonicus Vticen. & iste opposuit se post terminum peremptorium, & post litem motã per duos annos facere, quod facere non potuit post terminum peremptorium: quia est exceptio peremptoria, & super crimine, & ideo non admittenda: vt dicit Innoc. extra de except. c. pasto. in fin. & Compost. extra de elect. quod sicut. §. item post. & Archidiac. extra de except. c. pia. lib.6. super verbo valeat. & ita seruat curia Romana. & tamen ipse interfuit electioni, & sigillauit decretũ, & subscripsit propria manu: & quia factum antiquum opposuit, videtur contrarius sibi ipsi, quia postea iurauit hoc de nouo ad eius noticiam peruenisse, qui in tali facto non debuit admitti, quia verisimiliter non poterat ignorare: vt in c. vt circa. ver. nisi aliqui. & quia factum ponit antiquum, non erat verisimile, quod ea deberet ignorare. Et admissus sine præiudicio, quia non seruauit tempora veniendo, stando, & morando in curia, nõ debuit admitti: vt not. omnes Docto. in c. cupientes. §. cæterum. super verbo, excludentes. & ibi in glo. Archi. quę incipit: Ipso iure. Nec probatur excommunicatio, quia non dicitur, nec probatur, quod Episcopus sederet pro tribunali, quod requiritur: vt extra de constit. c. vt animarum. lib.6. de offic. præfe. vr. l.2. & de iur. om. iu. l. fin. item, quia ipsa cedula non habet testes, nec alia, quæ requiruntur, vt faciat fidem, & iura in contrarium allegata loquuntur, quando agitur de
6 paruo incommodo. ¶ † Sed hîc non statur soli literæ simplici, maximè cùm Episcopus faceret partem contra præpositum nunc electum, quod apparet per literam productam in iudicio, vbi dicit Episcopus propter varias quæstiones inter ipsos Episcopum, & præpositum nunc electum, ac quosdam alios suscitatas, ergo præsumebatur quodammodo inimicus, quare in hoc casu non est credendum literis suis talibus: vt ff. de quæstio. l.1. §. præterea. & in authen. de test. §. si verò odiosos. Et quia huiusmodi Eulogia sępe ex mala fide procedunt: vt ff. de custo. & exhi. reo. l. diuus. Item alia ratione non obst. dicta litera. nam vt ibi apparet, Episcopus scribebat vniuersis, ad quos literæ peruenerint, &c. non tamen apparet, quod viuente Episcopo, nec eo mortuo ante electionem, nec post duos annos, huiusmodi cedula peruenerit ad electũ, nec alium. Vnde non potest dici, quòd aliquo modo ligauerit electum: vt extra de senten. excom. c. à no-
7 bis. & ibi in glo. ord. † Cùm in re etiam fauorabilissima, vt est in concessione libertatis, quæ conceditur per literas absenti, non habeat effectum huiusmodi scriptura, nisi demum postquã peruenerit ad illum, cui scribitur: ff. de acquir. possess. l. qui absenti. sicut cùm mandatur alicui iurisdictio per literas, non capit effectum, nisi postquam peruenerint ad eum: vt extra de app. c. super eo. 2. quoniam ita est scribentis intentio, vt ibi dicitur. Et quando aliquis excommunicatur per epistolam, non est ligatus, nisi postquam recipit literam: vt in c. apostolicæ. extra de cle. excom. in glo. ord. maximè cùm nulla appareat monitio, quæ etiam in notorijs est necessaria. extra de app. c. cùm sit Romana. & not. per Inno. extra de coha. cle. & mulie. c. vestra. & c. tua. & c. cùm sit Roma-
8 na. & Host. ibidem. † Nec ob. quod in litera illa continetur monitio, quia ibi narrando dicit, nõ probando: & non probatur monitio, nisi aliter constet. extra de priuil. c. si Papa. lib.6. Item super monitione non fuit confecta litera, licet de alia faciat mentionem, quod non apparet, cumq; excommunicatio non dicatur facta in præsentia dicti electi, non debet credi, monitionem præcessisse, nisi appareat: vt in auth. si quis in aliquo C. de æden. & ff. de contrah. empt. & vend. l. in lege. Nec ad monitionem creditur literæ Episcopi, etiam si super hoc confecta appareat, cùm sit iudicialis, vt in c. quoniam contra falsam, ibi, cita-
9 tiones, &c. † Nec præsumitur solennitas interfuisse, vbi parte absente fertur sententia: vt not. Comp. extra de elect. c. bonæ memoriæ Maguntinen. in gl. quæ incipit: Imò præsumitur. in ver. quæ omnia, sed opponitur contra electum, quòd sigillum Episcopi facit fidem in sententia excommunicationis, vt in c. post cessionem. extra de proba. Ad hoc dicit electus, quod Capitulum illud loquitur in casu, vbi paruum esset præiudicium: vt ibi in text. apparet, non autem vbi magnum: & ita tenet Innoc. & ibi not. in gloss. & curia Romana ita tenet & seruat. Item dicit electus, quod Host. loquitur ibi, quando proponitur exceptio excommunicationis in vim dilatoriæ. & ita intelliguntur iura ibi alleg. extra de proba. post cessionem. 11. q.3. curæ. & quando extra iudicium mandatur aliquis euitari: vt 3. q.9. testes in glo.1. Et in iudicio opinio Inno. quando opponitur in vim peremptoriæ, vt hic, & iura, quæ ipse allegat: vt in c. placuit. & c. si tantum. 7. q.2. & hoc clarè ostendit Archi. in c. vt circa. Nam aliter esse non potest, quia absurditas sequeretur: si enim malus prælatus haberet fratrem dormientem in scholis, & excommunicaret alios secretè, etiam Magistros in Theologia, vt sic obtineret dormiens episcopatum, si tantum eligeretur per v-
10 num, nónne esset inconueniens? ¶ † Armetur ergo iustitia contra talem literam, & sententiam occultè latam, non publicè, nec publicatam, nec alicui denunciatam, imò quæ in occulto stetit per sex annos, vt apparet ex data, & ideo omninò suspecta, quia nõ est verisimile, quod Episcopus eam longo tempore tacuisset: vt ff. de pœn. l. si quis fortè. maximè quia Episcopus absoluerat electum ab omnibus sententijs latis per ipsum, vt clarè probatur. Nec facit in oppositum. c. sacro. extra de senten. excom. quia loquitur, quando dicitur sententia aliqua, sed hîc dicitur nulla, & probatur. Et quod opponitur, quod in dubio præsumitur quis excommunicatus, per c. cùm desideres. alleg. res. extra de sent. excom. Non obst. quoniam illud verum est, quando constat quem excommunicatum fuisse tempore electionis, vt quia sententia lata erat in loco publico, secundum quod loquitur c. exceptionem. extra de exceptio. in gloss. Ber. Nec constat de absolutione, & sic loquitur cap. cùm desideres. alleg. Vel constabat de sentẽtia lata pro delicto, quia transiuit ad aliam Ecclesiam sine licentia, & per famam, & sic loquitur c. illud. extra de cle. excom. in contrarium alleg. in nostro autem casu non constat de delicto, nec de fama, vt suprà dictum est. Et sic c. omnipotens. extra de accu. cum sim. nihil facit contra electum. nec c. inter. extra de pur. c. quia ibi probatur per testes, & per famam, & in crimine enormi, quæ omnia cessant in casu nostro. ¶ † Deinde procurator
11 electi producit quandam literam prædicti Episcopi, in qua continebatur, quod absoluit ad cautelam prędictum electum ab omnibus sententijs per ipsum, & eius officiales latis contra ipsum electum, & erat data post datam literæ excommunicationis exhibitæ per dictos P. & G. & fuit recognitum sigillum: quare, si omnia cessarent, immunis esset electus ab illa sententia, si aliqua esset, quod absit. ¶ Deinde processum fuit ad receptionem testium super quibusdam articulis productis pro parte dicti electi, & alijs productis pro parte dicti P. Hi autem sunt articuli pro parte e-
12 lecti. ¶ † Primò, quod de consuetudine Ecclesiæ Vticen. canonici prędentes non debent vocare absentes, remotos per vnam dietã vulgarem. Item ponit, quod de hoc est in possessione: & hoc probat manifestè per testes. Item ponit, quod fama erat tempore electio-
nis, &

ctionis,& vacationis in Eccleſia Vticenſ.quòd dictus. P. erat in Romana curia: pictauis: vel in prioratu ſuo: & probauit per teſtes, & aliqui deponũt etiam, quod dicebatur mortuus tempore illo. Item probat dictus electus dictum. P. excommunicatum , & probatur per teſtes, & quod erat publica vox, & fama, & non poterat negari, cùm de hoc penderet quæſtio contra ipſum. P. tempore electionis. Et prædicta omnia probantur per teſtes, nec dictus P. probauit conſuetudinem in vocandis Canonicis quam allegauit,& ſic apparet per iſta, & per alia ſuperiùs allegata , quod dictus. P. non poteſt obijcere de contemptu. Item, nec probauit,quod dictus electus dimiſerit temerè habitum ſuum, quia teſtes ſui nihil ad hoc dicunt, immò vt ſingulares, & ſibi contrarij, vt manifeſtè apparet, ſunt repellendi.maximè quia electus probauit ſe portaſſe habitum ſuum apud Rupen. in auram, & honeſtè ſe conuerſatum fuiſſe ibi per plures teſtes. Etſi nunquam in conuerſatione deliquit, quod apparet, credit fortè ſatisfactum per literam domini. G.ſummi pœnitentiarij, & diſpenſationem dubitatiuè petitam, & receptam, vt in litera producta per electum continetur,quod in toto illo facto non confitebatur, ſe eſſe excommunicatum: quia ſemper portauit habitum ſub alijs indumentis,præcipuè extra clauſtrũ.
13 † Item,confeſsio, quæ fit etiam iudicialiter in his, & circa ea, quæ non habent atrocitatem facinoris,vt in caſu noſtro, ſemper eſt intelligenda in benigniorem partem, & vt confitenti non obſit: vt extra de regul. iur.cap.2.& not.de hoc Innocen.extra de elect.c. dudum. in gloſſ. quæ incipit, quod electionis tempore, verſi.item in huius except.& extra de obſer.ieiun.in cap.conſilium.5.diſtinct.ad eius verò. Et ideo ad hoc ſupplicauit,& obtinuit ad cautelam. Nec poteſt ſibi opponi in foro contentioſo confeſsio facta in foro animæ: vt extra de ſchiſmaticis.cap. fraternitatis. & ibi in gloſſ.magna. ad fin. 23. quæſtio. 2. amouere. 15. quæſtio. presbyter. Et quod opponitur electo,quod æquè offenduntur iura per occultam habitus portationem, ſicut per temerariam dimiſsionem: Non eſt verum, quia pœnæ ſunt reſtringendæ.de pœn.diſt.1. c.pœnæ. Nec à verbis legis recedendum eſt.ff.de le.3. l.non aliter: ſed iura pœnam imponentia loquuntur contra habitum temerè dimittentes,quod non eſt in caſu noſtro. quia ſi portetur ſub alijs indumẽtis, non eſt excommunicatus: & factum aliquod non probatur contra electum , per quod dici poſsit, quod incideriт in excommunicationem , quia non probatur, quod habitum dimiſerit, & dato , ſed non conceſſo, quod probaretur , non per hoc eſſet excõmunicatus, niſi temerè,& dolosè dimiſit. colligitur ex text. cap. vt periculoſa.ibi,temerè habitum,&c.ne cle. vel mo. libr. 6. Et ibi, ſi quis autem horum temeratus violator,&c. quod verbum violator denotat, quod dolus debeat interuenire: quia violentia non committitur
14 ſine dolo: vt ff. vi bono.rap.l.3.§. doli. † Item,conſtitutio excommunicat ſolum illos, qui ex temeritate violant conſtitutionem ipſam , quod verbum ſonat in malam partem: vt ff.ad Turpil.l.1.in prin. Vnde ilda decretalis non eſt intelligenda de illis,qui cauſa timoris dimittunt, nec etiam leuitatis, quia etiam in atrocibus leuitas non ponitur: vt C. ſi quis imperat. maledi.l.1. & ideo poteſt dici dolus interuenire,tum ratione loci,qui inſpici debet in talibus : vt ff. de pœ. l. aut facta. §. locus. tum ratione animi ipſius electi: quia non videtur habuiſſe mentem habitum dimittendi, ſed cuſtodiẽdi, quem in itinere periculoſo ſub alijs veſtibus portauit. Et quod dicitur in peiorẽ partem faciendam eſſe interpretationem propter periculum animæ, per c.cum medicinalis. Item, contra confitentẽ: vt ff.de interro.act.1.de ætate.§.2. & quia non apparet de iuſto timore, &c. non procedit, quia noticia eſt cauſa timoris.hoc ſciunt præſertim illi,qui
15 montes tranſierunt. † Et quia non agitur hic de periculo animæ,ſed de conſeruatione,vel conſumptione iuris dicti electi,vti excommunicatio eſſet mortalis:quia ſi per hoc dicta electio caſſaretur,electus efficeretur perpetuo ineligibilis, & infamis, & ita quò ad mundum fama ſua eſſet perpetuò mortua: vt extra de electio.ca. ſuper eo. Item, iura prædicta locum habent in foro contentioſo:ſed confeſsio,de qua agitur facta fuit in iudicio animæ,vbi eſt facienda interpretatio ſecundum mentem proponentis, vt eſt expreſſum extra de homicid.c.exhibita.& ca. ſignificaſti.ibi,cùm de cæteris,&c.32.quæſt.5.humanæ aures. extra de iureiur.ca.quanto. & c.veniens. vbi hoc expreſsè dicitur per Innoc. Nec diſsimulatio improbatur à iure.22.q.2.vtilem. extra quod me.cauſa.c. perlatum. Nec valet,quod opponitur, quod habens ſtatum dubium non debet promoueri, & infamia facti ab electione repellit. Quia nõ eſt probatum aliquid, quod faciat dubium ſtatum electi,vt inducat infamiam contra eum: imò Epiſcopus, qui dicitur eum excommunicaſſe infra 36. dies à data illius literæ de ſtatu, & conuerſatione electi laudabile teſtimoniũ perhibuit, vt eſt probatum. & præſtantius eſt priuilegium bonæ famę,cùm non dicatur diffamatus,niſi per literas Epiſcopi, quæ nullam infamiam inducunt, cùm non probentur ad alicuius noticiam peruenisſe tempore electionis, nec poſtea per duos annos,& per contrarias literas eiuſdem Epiſcopi bona fama probetur electi, quæ debet præualere.extra de accu.cap. licet in fin.& no.per Inno.eod.tit.c. inquiſitionis. &
16 per B. in c. qualiter.2. † Nec præſumitur quis excommunicatus in dubio,per c.cùm deſideres.& ca. illud. quia ibi dicitur, quod in dubijs eſt via tutior eligenda. Et qui de ſententia dubitat, debet abſtinere magis,quàm ſacramenta tractare. Non tamẽ dicitur ibi, nec alibi in iure , quod vbi eſt dubia excommunicatio, iura alicuius tollat, vel differat.imò contrarium dicunt,quod ille,qui opponit excommunicationem, debet eam probare apertiſsimis documentis: vt in c. pia extra de excep.lib.6.nam vbi crimen,vel pœna imponitur,clara probatio requiritur. C.de proba.l. ſciant.& no. Azo.in ſum.de proba.§.poſtmodum.& de pœnis.§. cùm autem. & ca.illud loquitur in notorio. Nec propoſitio, aut factum dom. Car. probat excommunicationem,cùm dubitatiuè petita fuerit, & conceſſa,quæ non probat excommunicationem.de elec. venerabilem : maximè cùm ex tali facto nulla ſit ſententia lata ab homine,vel à iure,vnde ſi in dubium voluerit prouideri ſaluti animæ,abſit,quòd ex tali facto excommunicatus debeat iudicari:ſed quia bonarum mentium eſt ibi culpam,&c.& quia ſi ſimpliciter ſine aliqua dubitatione huiuſmodi abſolutionẽ petijſſet, non eſſet excommunicatus: vt no.Inno.extra de ſen.
17 excom. per tuas. ¶ † Item, præſuppoſito ſine præiudicio, quòd fuerit excommunicatus , fuit tamen abſolutus,& habilitatus per diſpenſationẽ ad celebrandum diuina, quare habilis eſt ad habendum beneficia, & honores, quia magis dignũ trahit ad ſe minus dignum: vt ff.de Sena.l.qui indignus à contrario ſenſu. & extra de pœnis.ca.ſi is.libr.6. Et hoc verum eſt, quando irregularitas ex delicto non enormi occulto ſequeretur,vt in c. quæſitum.extra de tempo.or.ſecus ſi ex defectu : quia tunc habet principium vitioſum, & licet diſpenſetur,quod poſsit promoueri,remanet tamen ſpurius facto diffamatus: quia non poteſt præſes prouinciæ,&cæt.quapropter reſtringitur diſpenſatio, quia plus affert confirmatio , quam tollat nega-

lat negatio. & hoc consueuerunt notare omnes Doctor. extra de tempor. ordin. in cap. quæsitum. & de consue. c. cum dilectus. 50. di. ferrum. & cap. Domino sancto. & vt constitueretur. & Hostien. de filijs presbyter. cap. vltim. Item, dicit electus, quod literam domini G. Cardinalis produxit contra oppositionem dicti P. vbi dicebat dictum electum temere dimisisse habitum suum. licet non probauerit dictus. P. cum testes sui sint singulares. dicit enim vnus, quod apud Rupem in auram. Alter verò dicit, quod Perusij, & ille est contrarius sibijpsi. Tertius verò vidit electum in vrbe Romana venientem coram Episcopo Vticen. & non vidit quod portaret habitum, vidit tamen albedinem per scissuram cappæ. & sic facit pro electo. quare ad purgandam conscientiam electi, & curiam de hoc informandam Procurator eius produxit dictas literas, in quantum faciebant pro dicto electo, & non aliter. vnde si contra eum in aliquo facerét, non
18 intelligitur in hoc eas produxisse. ¶ † Item, posuit dictus. P. & probare voluit, quod ille, qui pronunciauit electionem prædictam, in sua pronunciatione non fuit vsus verbis singularis numeri, sed pluralis. nec verbum electionis protulit, sed dixit ista verba, Damus vobis G. in Episcopum, & pastorem. & ad hoc probandum produxit. 14. testes. scilicet, 10. tempore electionis omnes præsentes in capit. & vnus illorum solus dixit, quod audiuit illa verba completa, & statim postmodum pronunciauit in singulari. Alius dixit, quod audiuit verba illa, non tamen recordatur, si audiuit verba Domini G. & statim ad clamorem ipsius, & plurium aliorum pronunciauit in singulari, quæ verba intelligenda sunt coniunctim, non diuisim: quia aliter esset contrarius sibi. Nam aliter testificatur in decreto, vt ibi omnes alij dicunt, quod pronunciauit, sicut est scriptum in decreto, tamen audierunt, quòd ille incæpit per illa verba, nos, sed compleuit, quod ipsi scirent propter clamorem multorum, & statim pronunciauit, sicut est scriptum. Vnde dicit electus, quod si illa verba sibi possent nocere (quod absit) excusaretur per capitul. 3. extra de probat. quoniam illi de capit. nolebant malam electionem, sed bonam. & quia dicta verba pluralis numeri probare non potuit per illos de cap. produxit dictus P. quatuor testes laicos, qui videntur dicere se audiuisse verba pluralis numeri supradicta, qbus non est fides adhibenda: quia contractus erat in scriptis: vt C. de testi. Authen. rogatus. sed erant remoti ab illo, qui pronunciat per centum pedes pariete spisso septem pedum inter medio ad pedem cuiusdam fenestræ, nec videre poterant aliquem in capitulo, vt dicunt. Quare supplicat pater sancte electus videri diligenter. cap. 3. quæstio. 9. testes. & gloss. ibi positam cum similib. vbi videtur electi intentio expediri, quantum ad proximè dicta dicit tamen vnus testis contra electum productus, qui erat immediatè iuxta illum, quod pronunciabat, & incipiebat in plurali. & quod statim reprehendit eum, & ille sta-
19 tim pronunciauit in singulari. † Dicit etiam electus, quod omnes testes prædicti contra ipsum producti, scilicet, Canonici approbauerunt electionem factam in singulari, subscripserunt in decreto, & apposuerunt propria sigilla, & de eorum expresso proprio mandato appositum fuit ibi sigillum Capituli Vticens. infra decem dies post electionem prędictam, vbi testificando supplicauerunt domino Papæ, sicut in decreto continetur, quare præualet eorum dictum positum in decreto, & eorum vltimo testimonio. Etsi aliqua dicerent aliter, quàm sit in decreto prædicto, non debet eis credi, cùm illa dixerint post biennium: quia memoria hominum labilis est, & nedum post biennium, immò post annum non esset dictis eorum standum. vt de hoc plenè habetur in Gloss. 4. quęstione 3. si testes. & ibi plenè de hoc in gloss. & ff. de probat. l. si arbiter. Electus verò probauit electionem celebratam modo, & tempore debitis per processum, & decretum, & in talibus potius stari debet scripturæ, quam testibus, vt extra de probat. capit. 3. & not. ibi gloss. 4. quæstion. 3. in gloss. magna. Item, probat hoc per septem testes ibi subscriptos, atque à Capitulo vocatos ante electionē, scilicet 4. capellanos duos notarios, & vnum aduocatum directorem Capituli in electione prædicta, qui omnes iurauerunt ante electionem fideliter, & ordinatè scribere, actestificari super facto electionis prædictæ. Item, produxit decem Canonicos, qui omnes dicunt celebratam electionem, sicut scripta est in decreto. Dicunt tamē, quòd incæpit illa verba, nos, & statim clamauerunt, & incontinenti dato silentio pronunciauit in singulari. Vnde videtur casus capit. 3. quia sicut illi negabant alienationem, sic isti volebant malam pronunciationem, & si aliquid dicerent aliter, quàm sit in decreto, standum est primo dicto, vt supra dictum est. quia dignum est, &c. extra de probat. capit. per tu-
20 as. de testib. cùm in tua. † Maximè quia verba pluralis numeri præmittebantur per modum præfationis narrando datam sibi potestatem, & qualiter conuenerant in talem, vel dabant tali, &c. Et sic sunt interpretanda verba pluralis numeri, ne testes de varietate notentur. extra de testament. capit. cum tu. 11. quæsti. 3. antecessor. & ita docet Hostiens. & Compo. procedendum in capit. quia propter. extra de electio. super verbo, procedant. & G. de Mandeg. in suo libello hoc idem dicit, vbi ordinat pronunciationē, quando proceditur per formam compromissi, ibi dum dicit, cum vacante Ecclesia, &c. Et ideo circa talia facta. l. caute procedit, quæ dicit tunc vitiari id, quod vno contextu fieri debet, cum actus contrarius intercedit ex interuallo: vt ff. de duob. reis. l. duos. §. vltimo. & per Innocent. extra de electio. c. confiderauimus. §. item, si electio. vbi sic dicit, & intelligo eundem contextum, vel aliqua fieri eodem contextu, quæ fiunt omnibus Canonicis existentibus in capitulo simul. Nam si vna pars recedat, & alia remanens aliud faciat, cassatur electio, quæ fit alijs recedentibus, quod non fit, si eodem contextu esset facta. vt dictū est, nisi forte ex priori scuritinio procederent: quia quæ statim fiunt, & c. ff. si cert. pet. l. facta. & C. de pact. l. petens. & est expressum. ff. de præscript. ver. l. vlti. ¶ † Ad id, quod obijcitur de l. ff. de
21 arbit. qualem. & duab. ll. sequent. vbi dicitur, quod si arbiter iusit diffinitiuè pronunciando, & ea mente, vt secundum eius sententiam discederent partes à tota controuersia non potest postea mutare, & corrigere, vt in l. auctorum. Et est ratio, quia arbitria sunt redacta ad similitudinem iudiciorum, & iudex sententiam suam de liberatione prolatam mutare non potest: vt C. senten. rescindi non posse. l. 1. sic nec arbiter, cùm functus sit officio suo: vt ff. de iudic. l. iudex. sed in casu nostro ille, qui pronunciauit electionem, non diffinitiuè pronunciauit, quando dicitur protulisse illa verba, nos damus vobis, &cæt. nec ea mente, vt toti negocio finem imponeret, sed quasi ex quodam lubrico linguæ, quod apparet ex eo, quia statim post verba, quæ dicitur absque deliberatione protulisse, correxit, & emendauit dictum suum per verba apta. ¶ † Et est valde mirandum,
22 quomodo aliquis potest in dubium reuocare, quod incontinenti non potuerit. Nam videmus, quod hoc potest incontinenti testis, etiam post iuramentum, & primum dictum pro non dicto habetur, & statur secundo:

secundo: vt not. Azo in sum. de testib. cap. pen. & extra de test; cogen. c. præterea. Et hoc videmus etiam in eo, qui in scrutinio votum suum emittit nominando scienter indignum, nam potest incontinenti mutare huiusmodi dictum, & dignum eligere. extra de elect. cap perpetuæ. libr. 6. Si enim lubricum in atrocissimis ad pœnam non trahitur: vt ff. ad l. Iul. maie. l. famosi. quomodo in casu nostro trahetur, vt totum capitulum ex lubricitate huius linguæ pœnam patiatur? Nam si hoc esset, sequeretur, quod vnus solus arbiter facere posset semper, quod electio, quæ fit per compromissum, non valeret: quia leue esset vni ex arbitris, quando electio fit per compromissum, dicere; nos eligimus talem, & facere per talem viam, quod electio esset nulla. Præterea certum est, quod per capitulum datur certa forma compromissarijs, per quam debeant pronũciare electionem. Vnde si vnus ex compromissarijs formam huius excederet, non præiudicaret alijs, cum alieno facto prægrauari non debeant: vt ff. ad muni. l. constitutus. extra de elect. 23 capit. si compromissarius. libr. 6. † Nec obst. si dicatur, quod functus fuerit suo officio. quia hoc non est verum, quod functus fuerit, quia non deliberatè, nec ea mente, &cæt. Nec obst. l. ff. de re iu. l. actorum. imò videtur decidere istum punctum pro electo. Nam secundum opinionem omnium, antequam sit lecta sententia, si iudex aliqua verba protulerit, illa verba potest emendare, immò & tota sententia perlecta potest verba diffinitiuè mutare. Vnde cùm in casu nostro, antequam lecta esset pronunciatio, dicatur mutasse verba, non est dubium, quod huiusmodi mutatio non vitiat, vt not. in dict. l. actorum. in glo. quæ verè determinat istam quæstionem pro parte e- 24 lecti. † Item illud, quod opponitur de l. iudex. ff. de re iudi. & de cap. in literis. extra de offic. deleg. in quibus dicitur, quod iudex sententiam suam mutare non potest, vel corrigere: quia semel functus est officio suo, &cæt. verè non obstant: quia iura illa loquuntur in iudice, qui condemnando, vel absoluendo sententiam tulit, qui quidem si vellet postea corrigere, vel mutare condemnando, vbi absoluit, vel è contra, non potest, & est ratio, quia functus est officio suo. sed in casu nostro nec functus erat officio suo, nec mutauit, nec correxit sententiam eligendo alium, quàm primum, vel à nominatione, seu electione, quam facere incæperat recedendo, sed solum verba minus apta seruato tenore sententiæ per verba apta emendando, quod licet etiam iudici facere in sententia diffinitiua, vt in dict. l. actorum. in gloss. posita ibi. Item, in illis iuribus ideo non potest iudex diffinitiuam sententiam mutare, vel corrigere: quia statim ex ea lata quæsitum est ius illi, pro quo 25 emanauit. ¶ † Vnde iudex, qui eam tulit, non potest variare cum alterius detrimento, vt ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. fina. variatio enim admittitur semper, vbi fit sine alterius detrimento. ff. de collat. bono. nonnunquam. de actio. empt. & vendit. l. si sterilis. §. fin. de verborum obligatio. l. eum, qui certarum. sed in casu nostro nulli fit præiudicium ex huius correctione, vel mutatione verborum, immò ex non mutatione fieret, secundum, quod allegat pars aduersa. & ideo de facili talis correctio admitteretur, etiam vbi constaret plenè, quod arbiter vertuit, & mutare, & variare, præsertim cùm nullum fuisse dicatur illud, quod primo dicitur habitum per verba pluralis numeri: vt ff. quorum lega. l. 1. §. ait. 2. & not. C. de rebus credi. l. si quis iusiurandum. in gloss. ibi posita. Præterea iura illa, scilicet, l. iudex. & cap. in literis. locum habent in sententia diffinitiua, in alijs autem omnibus, præterquam in sententijs; vt in casu nostro, si quod factum est, vel aliàs non habet effectum de iure, & sic ille, qui minus benè fecit, potest iterum facere, vt plenè not. Innoc. in d. c. in literis. in 1. gloss. & Comp. extra de rescrip. c. capitulum sanctę crucis in gloss. magna. § item quæritur, si collatio. & Innocent. extrà de iu. pa. cap. cum dilectus. in gloss. 1. in fin. immò quod plus est, si electio apparet facta tantum per verba pluralis numeri, etiam quod nunquam fuisset facta aliqua correctio, vel emendatio verborum sic prolatorũ in plurali, quod tamen non apparet, nec est verum: quia tamen constat, quod ius fuit quæsitum electo ex consensu, & nominatione vnanimi, & concordi tam compromissariorum, quàm canonicorum, & totius capituli superior haberet compellere capitulum, vt eligeret ipsum electum: & sic primo concorditer nominatum. Et in casu, quo esset deuoluta potestas prouidendi ad superiorem, superior ipse sine iuris offensa non posset de alio prouidere, quàm de illo, in quem omnes sic concorditer conuenerunt, vt nota: Innocent. & Compost. & Hostiens. extrà de elect. in cap. publicato. ad fin. ¶ Item, prædicta iura loquuntur, quando erat lata diffinitiua cum effectu, quam non licet mutare in præiudicium alterius, vt dictum est. Sed in vno actu electionis, vt in casu nostro, potest aliquis rationabiliter emendare, & standum est vltimo verbo, vt de pœnit. distinctio. 2. si enim. & 16. prædictor. & ibi in gloss. sed de mente compromissarij, & canonicorum constat per publica instrumenta. ergo, &cæt. Etsi in eadem electione verba ibi posita substantia non mutata corrigere voluerunt, absit. vt cõtra eos in hoc casu virtutes, & vitia conuertantur. sed accidit, quod legitur Isaiæ 5. capit. & ponitur 11. quæstion. 3. Væ, qui dicitis. Concludit ergo electus pater sancte, & dicit, quòd ipse debet obtinere de iure. dicit etiam aduersarios puniendos, & sibi condemnandos in expensis factis per eum in lite, & etiam faciendis.

ADDITIO RAINALDI CORSI:

a ¶ Factum. *Hoc consili. ex multis, præsertim verò ex subsequent. consi. deprehenditur esse alterius, quàm Domini Oldradi.*

b ¶ Ecclesia Vticen. *Fortè legendum Vtisen. siue Vnticen.*

De elect. & de testam. & de fide instru. & de sent. excom. & de apo.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta per verba pluralis numeri non valet etiam si pronuncians statim se correxit. & num. seq.*
Excommunicatio Episcopi probatur per literam suam sigillatam suo sigillo: & tantum valet sicut sententia iudicialis: nec absolutio generalis Episcopi valet nisi quo ad causas expressas, etiamsi det sibi potestatem celebrandi. & nume. 9.

2 *Item, portans habitum sub alijs pannis est excommunicatus & Apostata & irregularis.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

a 1 PATER sancte, *a* & si dominus electus multum diffusè locutus fuerit, † placeat sanctitati vestræ oppositores audire. & omissa narratione facti ad puncta breuiter sic deuenitur. Et primo

obiscitur contra electionis formam quæ probatur per duos Canonicos, & tres Laicos fuisse prolata per verba pluralis numeri: & sic est nulla, per ca. extra de elect. sicut per formam. lib. 6. Sed istum obiectum nititur pars electi multipliciter tollere. Primò, quia dicit non esse probatum, quod electio sic fuerit celebrata per verba pluralis numeri, & innituntur quibusdam canonicis, qui videntur dicere, quòd non sint perfectè prolata. Sed verè hæc excusatio eos non iuuat: quia cùm probetur per quinque testes sic prolatam, sufficit solemnem numerum exaudire, etiamsi alij contrarium dicant. & de hoc est casus. ff. de testa. l. hæredes palam. in secundo respon. Et est ratio: quia illi, qui dicunt eum non perfecisse electionem per verba pluralis numeri, asserunt negatiuam: & alijs plus debet credi, qui affirmatiuè deponunt: vt extra de caus. poss. & proprieta. c. cum Ecclesia Surtina. & not.
b ff. de arbit. l. diem proferre. §. si in plures. b & per Innoc. extra de ver. signifi. c. veniens. & circa hoc attendatur, quòd testes etiam negatiuè deponentes nõ bene concordant: quia vnus plus, & alter minus dixisse
2 eum dixit. ¶ † Secundò excusat pars electi dictum obiectum: quia dicunt, quod ipse statim se correxit, & elegit per verba singularis numeri. Sed vere hoc eos non iuuat: quia constat peccatum formæ esse peccatum punibile, quòd apparet, per impositionem pœnæ. extra de elect. c. quanquam. lib. 6. quæ non imponeretur, nisi esset peccatum: vt ff. de verb. signi. l. aliud est fraus. in peccatis autem punibilibus post ipsa perfecta, & consumpta non est locus pœnitentiæ, vt pœna vitetur. vt ff. vi bon. rap. l. penult. & de furtis. l. qui ea mente. & de ædil. edic. l. quid sit fugitiuus. Sed hoc peccatũ in forma statim verbo prolato erat consummatum: ergo, &c. quod esset consummatum, apparet: quia quod verbotenus pronunciatum est, nudo sermone finitur, id est, finem suum accipit. ff. de ædil. edic. l. sciendum. §. dictum à compromisso. & clarè. ff. quando dies le. ce. l. si penũ. ibi, At Publicius fundũ dato, perfectũ est legatum, &c. & correctio locum non habet in his, vbi potestas per actum primarium est consumpta, sicut hic fuit: vt ff de arbit. l. qualem. §. vltim. & l. sequen. Et hoc est, quia statim bene, vel male functus est officio suo: vt ff. de re iu. l. iudex. & extra de offic. & potesta. iudi. delegat. c. 3. in literis. & potestas talis cõpromissarij finita est per electionem primam, etiam quæ ipso iure nulla esset: vt extra de
3 electio. si compromissarius. lib. 6. † Et potissimè locum non habet correctio, vbi ex primo actu etiam nudo sermone prolato statim alteri est ius quæsitum, sicut hic ex ineptitudine formæ est quæsitum domino Papæ ius prouidendi: vt colligitur ex solutionibus duarum legum, quæ simul contradicere videntur. ff. ad Tertul. l. filij mater. & C. de iur. & fac. ignoran. l. 2. & ibi not. & quod in hoc correctio non vendicet sibi locum, probat exemplum sententiæ latæ per dominum Honorium Papam quartũ, de qua no. Archi. in ca. sicut cùm per formam. ¶ Excusat etiam hic pars aduersa, quod lubricum linguæ, &c. sed hæc non est excusatio, quia in his, quæ ponderate, & cum maturitate, & iuridice fieri debent, lubricum tale correctionem non admittit: vt ff. de arbi. l. quia arbiter. & ff. de re iu. l. actorum. vbi dicitur, quòd liceat verba mutare eadem manente substantia: sed non maneret eadẽ: quia prima per verba pluralis numeri prolata nulla est vel saltẽ annullanda: secunda aliqua. Item, prima transfert ius prouidendi ad alterum. secunda translationem impedit. Item, prima est multiplex: vt extra de elect. in Genesi. & in d. c. sicut cum per formam. Secunda est vnica: & sic est diuisa vna ab altera non solum in verbis, sed in sententia, & effectu. ¶ Aliud est in actibus, qui non habent certos limites à iure datos, & non cum deliberatione, & maturitate: sed magis ex iracundia procedunt: & in istis vendicat sibi locum, quod lubricum linguæ non facile trahitur ad pœnam: vt ff. ad legem Iulia. maiesta.
4 l. famosi. & C. si quis impera. maledix. l. vnica. ¶ † Excusat etiam hunc obiectum pars electi si dicit, quòd potestas illius eligentis non est consumpta: quia non seruauit formam traditam. Dixerunt enim Canonici, cùm compromiserunt, quod vnus ipsorum deberet nomine suo, & aliorum eligere: quod cùm non fit factum per primam formam, dicit pars electi potestatem non esse consumptam. Sed certè hoc eos non iuuat: quia cum hoc, scilicet, quòd vnus pronunciaret suo nomine, & nomine aliorum inesset formæ à iure communi, si expresserunt, nihil immutatur de natura iuris communis: iuxta illud legale, sæpenumero tamen mutatur rei effectus, si id expresserit testator: quod si non fecisset, inesset tamen: vt ff. de condi. & demonst. l. si in diem. §. vltimo. & tales adiectiones sunt monitiones quædam nihil adijcientes, vel minuentes præexistenti formæ à iure communi datæ: vt ff. de tute. l. muto. §. primo. & hoc est, quod l. dicit, prætor non sub conditione collationis bono possess. contratabu. emancipato promisit: sed demonstrat, quid adita bono. possessione oportet fieri: vt ff. de colla. bono. l. prætor. in princip. & expressè. extra de elect. capi. significasti. hæc igitur forma non debet dici ab homine tradita, sed magis seruari debet, tanquam à iure dispositа. arg. extra de rescrip. cap. cum aliquibus. lib. 6. & C. de fide comm. l. non rectè. & extra de offic. ord. c. licet in corrigendis. fuit ergo illa adiectio, quædam non necessaria verborum multiplicatio, quę substantiam rerum non mutat, vt ff. de auro & argento leg. l. pediculis. §. Labeo. ex quo apparet, quod sicut consumpta esset potestas verbis illis in compromisso non dictis, sic & modò. Apparet igitur defectum formæ omnium excusatione nudari: & sic remanet quæstio ex hoc capite in ca-
5 su. cap. sicut cum per formam. † Non obstat, quod illud verbum, nos, quanquam pluralis numeri, non viciat electionem semper: vt si proferatur ab episcopo solo compromissario: quia propter dignitatem de se loquitur in plurali, vt 73. distin. in nomine. & cap. vlti. quia ibi nos propter vnum tantùm, quod demonstratur, electionem vnicam reddit: & ideò non vitiatur: sed cum hic essent plures commissarij, & ibi præsentes: vnus ex eis habita commemoratione consentes: vnus ex eis habita commemoratione consentes promisi facti in tres ex eo concludendo dixit: nos damus, &c. in quo damus est demonstratio, quæ geminat singularitates: vt ff. de condi. & demon. l. falsa. §. vltim. de leg. 3. l. qui concubinam. §. si Stichus. & ad Trebel. l. Lucius. §. Caio. Et perinde est, ac si compromissarius, qui pronunciauit electionem, seipsum, & collegas suos singulariter enumerasset: vt ff. de le-
6 ga. 3. l. si chorus. † Non ob. etiam, quod dicunt, quod aliqui ex testibus, qui super hoc deponunt, stabant ad fenestram, &c. quia in his actibus, quorum veritas per sensum auditus percipitur, sufficit testem de auditu proprio deponere: vt ff. de mi. test. l. diuus. & de offic. præsi. l. sæpe. no. per Innoc. extra de testi. cap. cum causam. Nec hoc impedit medius paries, vel cortina. vt plenè no. ff. de aqua pluuia arcen. l. in summa. §. idem q; Labeo. & extra de test. c. præterea. & per hoc apparet solutio ad omnia iura per partem electi allegata ad excusandum hunc obiectum: qui verè, vt
7 supra tangitur, excusari non potest. ¶ † Secundò obijcitur contra electum, quod ipse tanquam vagabundus fuit per episcopum excommunicatus: & mandatum fuit eum, vt excommunicatum, vitari, & su-

per hoc

per hoc producta est litera Episcopi, quam constat in tali casu plenam fidem facere: vt 11. quæstio. 3. curæ. extra de treuga, & pace. cap. 1. de rap. c. 1. de proba. c. post cessionem. Sed istum obiectum nititur pars electi tollere pluribus vijs: & primò, quia dicit, quòd litera Episcopi fidem facit in modicis, sed non in magnis, & præiudicialibus. Sed hoc est nihil dicere, quia litera, de qua loquitur, quæ est producta, non fuit facti præteriti commemoratiua, sed fuit excommunicationis in absentem inflictiua. extra de appel. cùm sit Romana. & de cle. excommun. mini. c. Apostolicæ. & ff. de rei vend. l. quædam mulier. Vnde ei statur, sicut si produceretur iudicialis, vel solennis sententia: & quis dubitat literam hanc, quantum ad repellendum electum, plenam fidem facere, cùm secundum iura suprà allegata plenam fidem facit ad abijciendum aliquem? si ergo intra Ecclesiam admitti non debet ex testimonio talis literæ, quomodo admitteretur, vt fiat maritus Ecclesiæ, & dignitatem teneat in Ecclesia, quam ingredi non licet? vt ff. de excu. tut. l. sed & milites. §. sed ignominia. Non obstat prædictis 6. quæst. 2. placuit. & c. si in tantum. quia secundum quod ibi not. illa iura loquuntur in Episcopo prodente eum, qui occultè incidit in canonem latæ sententiæ: quo casu sicut verbo eius non creditur, sic nec literis. Nos autem loquimur de litera excommunicatoria, id est, de litera, in qua, & per quam excommunicatio lata fuit. vnde cùm sit super executione iurisdictionis Episcopi, necessario debet ei stari: vt plenè not. per Innocent. extra de fide instrum. cap. 1. & 2. † Nititur etiam hunc obiectum excusare, dicens, quod illa litera nunquam ad eum peruenit, sed certè hoc eum non iuuat, quoniam absens, & ignorans omninò excommunicatur: vt extra de appellat. c. cùm sit Romana. & de cleric. excommunicat. Apostolicæ. & 2. quæstio. 1. de manifesta. & licet propter ignorantiam excommunicationis excusetur ab irregularitate, si medio tempore celebraret, quia ignorans non contemnit: vt ff. ad Sille. l. si quis ignorare. §. si quis ignorans. locat. & conduct. l. si ignorans. C. de tabu. l. generali. lib. 10. & ff. de his, qui not. infam. l. genero. tamen apparente veritate excommunicationis inflictæ cessare habet: & electio de eo medio tempore facta non tenet, quia apparente veritate cedit opinio veritati secundum Sabinum, qui potius substantiam intuetur, quàm opinionem: vt ff. pro empto. l. 2. §. si sub conditione. & 7. distinctio. veritate. & hoc est, quod lex dicit: si seruus sciens conditionem suam ad dignitatem aspiret, incidit in legem Iuliam Viscelliam, & punitur, atque à dignitate deijcitur. Si verò cum opinione publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus ad capiendum honorem errore lapsus proceßit, propter ignorantiam ei pœna parcitur, sed ominò à dignitate deijcitur: vt hæc leguntur C. si seruus, aut liber. ad dignit. aspir. l. 2. libr. 10. & hoc expresè not. Bertran. & Hostiens. in dicto c. Apostolicæ. & gloss. communis 2. quæst. 5. quantò. † Nititur etiam electus dictũ obiectum tollere per quandam absolutionem, quam emanasse dicit ab Episcopo Vticen. cuius verba sunt G. Episcopus, &c. sua nobis Ganz. petitione monstrauit, quod propter multas & varias quæstiones, ob olim inter nos Vticen. Episcopum, & ipsum Ganzalinum, & quosdam canonicos Vticen. suscitata materia quęstionis quandoque per nos & officiales nostros in eosdem fuerunt excommunicationis sententiæ promulgatæ, in quas dubitat, se aliquando incidisse, & etiam per transgressionem mandatorum, siue statutorum nostrorum. Vnde supplicauit sibi de salubri remedio prouideri, & ad cautelàm absolui. Nos verò suis precibus inclinati eundem absoluimus ab omnibus nostris, & nostrorum officialium sententijs, sicut humiliter postulauit, &c. Sed vere hæc absolutio, quantum ad hunc casum ei non prodest, quia, vt apparet, supplicatio sua pro absolutione habenda respectum habuit ad certas causas: vt ex ipsius tenore apparet. Quantumcunque ergo secuta sit absolutio generalis, restringitur tamen ad causas in petitione expressas: vt ff. de interrog. act. l. si defensor. §. qui interrogatus. & institu. de inuti. stipulat. §. præterea. & ff. de liber. lega. l. Aurelius. §. Sticho. & apertè probatur. C. de transl. l. si de certa. & ff. de arbit. l. si cùm dies plenum. Et potissimè hæc in absolutione vendicat sibi locum, secundum ea, quæ leguntur, & notantur extra de sentent. excommunic. c. cùm pro causa. & de offic. ordin. cap. ex parte. Et quod hæc etiam fuerit intentio absoluentis, appareret per verba sua. Dixit enim: Absoluimus, propter quod humiliter postulauit. † Non obstat etiam testimonium Episcopi super vita electi, quia vbi desideratur absolutio, & per consequens certa forma circa hoc tradita, alia verborum enunciatio non sufficit. extra de sentent. excommunicat. cap. cùm desideres. Nec etiam factum sufficeret, nisi in Romano Pontifice, qui non alligatur ad formam. Et tunc etiam necesse esset de eius intentione apparere: vt extra de priuil. cùm olim. & ibi not. per Innocen. & ff. de manumis. l. apud eum. §. Imperator. Nec obstat, quod Episcopus dedit ei potestatem celebrandi, quia nec eum absoluit propter formam, quæ etiam in absolutione requiritur. Sed nec pater absoluit filium à vinculis paternæ potestatis, nec dominus seruum à vinculo seruitutis, licet det ei potestatem testandi, & hoc propter formam, quæ in emancipatione, & manumissione requiritur: vt ff. de donat. cau. mort. l. tam his. §. 1. Imò dici potest, quod talis impetratio fuerit subreptitia, quia tacuit excommunicationem, cui adhuc remanet implicitus: vt extra de rescript. cap. dilectus. † Non obstat, quod dicitur dictam literam non esse productam per dictum P. sed per alium, qui non seruauit. cap. cupientes. & eam dedit post terminũ peremptorium, quia hoc dicere modo non proficit, veritate obiectus iam probata, & apparente: vt ff. de ædil. edi. l. quod si nolit. §. in factum. & argumen. C. de preci. impe. offeren. l. vniuersalis. & sic etiam notant omnes Doct. in c. vt circa. extra de elect. lib. 6. sufficit enim qualitercunq; constare aliquẽ repellendum, secundum quod not. Hostiens. extra de offic. Vica. c. 1. præsertim in hoc casu, in quo officium multum exuberat, & potissimè in promotione ad Episcopalem dignitatem. in qua periculosa est excommunicatio indiscussa. 42. distinct. quiescamus. & ad quam non debet quis prouehi, nisi purgatus clarè, & bene examinatus: & cuius status in nullo vacillet, & qui etiam de facto nullam notam infamiæ patiatur. ad hæc 23. distinct. qui Episcopus. 59. distinct. officia. 8. quæst. 1. in scripturis, in fin. 33. distinct. laici. extra de testi. c. tam literis. cum sim. & faciunt ad hoc not. per Host. extra de ordi. cog. c. cùm dilectus. super verbo, in ipsum. Negari autem non potest ex dicta litera, & eius productione quomodocunque, & quandocunque facta ortam esse saltem facti infamiam contra electum, quæ ei obstat in dignitate adipiscenda: vt C. de dign. l. 2. necnon obstat, quod producens dictam literam iurauit hoc de nouo ad eius notitiam peruenisse, & tamen factum erat antiquum, quia etiam in antiquo facto, tamen in alieno est probabilis ignorantia: vt ff. pro suo, l. vlt. Non ob. quod dicitur, quod non

apparet, quòd Episcopus, quando dictam sententiam tulit, sederit pro tribunali, quia istæ solennitates omissæ non vitiant sententiam excommunicationis: vt extra de sent. excommun. c. sacro. & c. cum medi-
12 cinalis. ¶ † Tertiò obijcitur contra electũ de excommunicatione, quam incurrit religionis suæ habitum temerè dimittendo, pro hoc, quòd eum portauit sub pannis alijs, & de irregularitate, quam contraxit sic excommunicatus celebrando diuina: & ad hunc obiectum probandum inducitur confessio ipsius electi, quam fecit coram fratre gentili summo pœnitentiario, cui necesse habet stare: vt C. de non nu. pecu. l. generaliter. & extra de excess. præla. c. quam sit graue. & not. per Compo. extra de elect. c. per inquisitionem. sed hunc obiectũ nititur electus tollere diuersis vijs. Et primò sic: dicit enim, quòd illud, quod confessus fuit, non est sui natura damnatum, siue à iure prohibitum, dicens, quod non dimittit habitum, qui illum portat sub alijs pannis. Sed certè hoc non iuuat: quia falsum est de iure, quod sic probatur: pœnam legis non effugit, qui amplexus verba mentem offendit: vt C. de leg. & constit. l. non dubium. ff. eod. tit. l. contra legem. & l. fraus. & extra de reg. iur. c. certum. libr. 6. sed qui habitum sub alijs pannis tegit, mentem legis offendit, ergo, &c. quod autem offendat, sic ostenditur. Ideò enim c. vt periculosa. extra ne cleri. vel mona. lib. 6. induxit, quòd habitus non dimitteretur, vt per gestationem eius religiosus à nõ religioso cognosceretur: vt ff. de iur. fisc. sed si accepto. sic ex habitu nouitius à professo cognoscitur, extra de regu. c. vltim. Iudæus à Christiano. extra de iudæ. c. in nonnullis. clericus à laico. extra de vita & hon. cle. clerici officia. sic & religiosus per habitum debet discerni. extra de testam. c. 2. 23. distinct. sanctimonialis. 20. quæst. 1. vidua. & 33. quæstio. 5. quod Deo. Hæc autem distinctio sic tollitur per occultam habitus delationem, sicut per totalem dimissionem. imò nec esse videtur, quod non apparet: vt ff. de contrahen. empt. & vend. l. in lege. Portatur etiam habitus ad religionis statum, & religiosi honorem, &
c ornatum, *c* & portantis ipsum tuitionem, ne sicut quilibet alius offendatur. ad hoc 22. quæst. 4. sine ornatu. & duobus capitulis præcedentibus. & extra de sentent. excommun. c. in audientia. huic adde, & vide not. in fin. per Ioan. And. & G. de Montelauduno. extra de vita & honesta. clerico. c. quoniam. in cle. &
13 est quæstio Mercu. aliàs sub titulo de apostatis. † Item ad euitandam ipsius portantis lubricitatem, seu liberam euagationem: vt præsupponitur, præallega. c. vt periculosa. cùm igitur habitus occultè portatus careat omnibus his effectibus, delatus, seu portatus dici non potest, sed dimissus, sicut & obscurè dictum pro non dicto habetur, & præsens latitans, pro non præsente habetur: vt ff. de iur. fisci. l. non intelligitur. & l. ita fidei. de institoria. l. sed & si. §. præscribere. de interroga. act. l. de ætate. §. nihil. quibus ex causis in possessio. ea. l. Fulcinius. §. illud. & hoc satis potest colligi ex mente iuris. Disponit enim ius, quod Monachus Episcopus portet habitum religionis suæ: & ibidem disponit, quòd Monachi facti Pontifices pannis lineis non vtantur desuper: quod nequaquam disposuisset, si sub pannis diceretur portare habitum religionis suæ: & hoc habetur extra de vita & hone. clericorum. cap. clerici officia. sed etiam probatur, quia non minus punitur, qui delet album prætoris, vt legi non possit, quàm qui in totum tollit. quasi ista duo sint paria, aliquod totum tollere, vel illegibile reddere: vt ff. de iurisd. omn. iudic. l. si quis id, quod. Illud autem dicitur illegibile, quod non potest oculis perspici, & si possit ex diligenti examinatione intelligi: vt ff. de his, quæ in test. delen. l. 1. §. legi autem. & sic de primo ad vltimum sequitur paria esse aliquid ex toto deponere, siue tollere, & à conspectu hominum subtrahere. sed hoc fit per delatio-
14 nem sub alijs pannis, ergo, &c. ¶ † Item alia ratione idem probatur sic: tantum refert inter palam deferre, & occultè, quantum inter simplex argentum, & cælatum, siue deauratum. & istorum neutrum est alterum, imò vt diuersa ponuntur: vt ff. de auro, & argento lega. l. & si non sint. §. 1. & §. quòd ergo. Igitur & de primis neutrum est alterum, sed sunt om-
15 ninò diuersa: & sic habetur propositum. ¶ † Item alia ratione probatur sic: Habitus religionis, non est solùm ex veste clerici, sed ex modo portandi vellem
d talem: *d* sicut aqua quotidiana ab æstiua distinguitur, non ex aquæ substantia: sed ex vsu, & modo ducendi: vt ff. de aqua quotidiana & æstiua. l. 1. §. duo. & actus iudicialis à non iudiciali exprimitur, non solùm ex eo, quod fit, sed ex faciendi modo. Vnde oportet, quòd fiat à Iudice palam, & in figura iudicij consedente: vt ff. de latina libertate tollenda. l. vnica. §. simili quoque modo. Si ergo modus portandi dimittitur, vt quia debebat portari desuper, portatus est subtus: habitus dicitur esse dimissus, quoniam mutata, & dimissa est forma habitus delationi debita: vt ff. ad exhib. l. Iulianus. §. sed & si quis. & de verbor. signific. l. mulieris §. res abesse. vbi expresse dicitur alicui, seu ab aliquo abesse, quod apud eum
e est simulantem conditionem suam *e* per assumptionem habitus non sui. ff. ad legem Corn. de fal. l. eos. §. vltim. Vltimò videtur, quòd in hoc debeat attendi solùm apparens habitus, & non latens. ff. arbo. furcæsa. l. si gemina. Pro hoc etiam, quia non dicitur nunciare, qui perfunctoriè & obscurè defert. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. 1. nec obst. prædictis, quòd electus alternatiuè posuit, sed causa timoris. ¶ Vel saltem, quòd aliquando causa leuitatis hoc fecerit, quod apparet, quia vbi agitur de periculo animæ: & specialiter circa censuram ecclesiasticam non in mitiorem, sed in duriorem, & tutioré partem fieri debet interpretatio. extra de sentent. excommun. c. cùm desideres. de cleri. excomm. mini. cap. illud. de sponsal. c. iuuenis. cum similib. pœna enim excommunicationis medicinalis est. c. cum medicina. Et sic lata fuit sententia per dominum Clemen. Papam V. & repulsus electus, & datus fuit episcopatus fratri domini Berengarij Fredoli, tunc temporis Episcopi Tusculan. Cardinalis.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Pater sancte. *Hoc consilium est dom. Oldr. per quodimpugnat rationes antecedentis consil.*

b ¶ §. Si in plures. *Adde Alex. in l. ex pacto. §. Item quæro. versi. vtrum testes. de vulg. & pup. eundem in consil. 206. consil. est 65. col. 4. vol. 2. Spec. de teste. §. 1. ver. quoniam si nunc. Doctor. in c. 1. de Arbi. in 6.*

c ¶ Et ornatum. *Hæc ipsa probabilis est causa, cur Monachi, Cardinales facti, habitum non mutent, sed in colore, & habitu suæ religionis perseuerent. Nam præter votum, quo se Deo astrinxerunt, religionis, in qua professi sunt, decus & honorem seruant, atq; testificantur. Quod de Episcopis quoque statutum est, vt infrà subijcitur.*

d ¶ Vestem talem. *Modus aliquid faciendi inspicitur, non ipsum solum factum. Ex quo illud Luciani:* ὁ γὰρ τῶ μωτεχεῖν ὅλως τρόπον ἀν-
ἀεὶ ἀλλὰ μετὰ τῶ μωτεχεῖν

e ¶ Simulantè conditionem suam. *Simulata conditione sua.*

De præ-

De præben. & dignitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Ecclesiæ cathedralis non includuntur in gratia impetrantis ad collationem Episcopi, & Capituli. & num. seq.*

CONSILIVM CLXXXV.

a THEMA tale est. a Titius canonicus Vticen. regularis impetrauit gratiam à domino Papa de personatu officio, vel dignitate pertinente ad collationem Episcopi, & Capituli Vticen. cõmuniter diuisim. Vacauit dignitas in Ecclesia Vticen. cuius collatio pertinet ad Episcopum, & Capitulum. Modò quæritur, an talis dignitas sub gratia 1 comprehendatur? ¶ †Et breuiter videtur dicendum, quòd non. Quicquid alij dicant, vt extra de præben. c. quamuis. §. quamquam. libr. 6. verùm, quia fortè aliqui niterentur, vt illius Capituli aliàs dispositionem effugerent: & quod notabat Compostel. ante illam decre. extrà de rescriptis. c. Capitulum sanctæ crucis. in glo. quia quæstiones. in versic. item quæritur de hac forma, &c. inter illos casus, & hunc, de quo quæritur, differentias inducere, est aliquibus rationibus ostendendum, quod illa decretalis, & ante eam opinio Compost. in proposito vendicet sibi locum. Ad hoc autem dicendum, primò considerare oeccurrit qualitatem actus, de quo dicitur, item impetrationis, quæ est in sui natura restringibilis: vt in princip. dicti cap. quamuis. In actibus autem restringibilibus hæc est regula: quòd nihil venit, nisi id duntaxat, de quo palam, & verbis expressis est dictum: vt ff. de verbor. obligat. l. quicquid astringendæ. solu. matrim. l. si cùm dotem. in princ. de liber. & posthu. l. commodissimè. & extra de præben. c. vlt. & in eis cessat argum. à pari, & à minori ad maius, etiam affirmatiuè: vt extra de præben. cùm in illis. in secundo & clarius per Hostien. extrà de rescript. c. postulasti. 2 Cùm igitur hìc non fit facta expressè mentio de Ecclesia cathedrali, non dicitur venire in gratiam. † Secundò est considerare rationem restringibilitatis, & quæ mouit conditorem illius decretalis, quæ ratio in principio posita totam decretalem respicit. ff. de hære. instit. l. vltim. de iuris & facti igno. l. regula. §. vlt. & de condit. & demonst. l. quæ conditio. & rectè debuit legislator ad restrictionem ex ambitione motus. & de mi. l. 3. circa princip. C. de Senat. consul. l. i. & extra de rescript. c. si gratiosè. lib. 6. vbicunque erueri: vt ff. de decur. l. decurionum ambitiosa decregio illa ratio locum habet, habebit locum & l. vt ff. ad legem Aquil. l. illud. de le. & Senat. consul. l. nam, vt pedius. & vt in poss. leg. l. is, cui. §. constitutio. & de fonte. l. 1. §. hoc interdictum. sed in religioso impetrante dignitatem, qui in professione honoribus renunciauit, & proprium velle dimisit: vt extra de elect. quorundam. lib. 6. & 16. quæst. 1. non dicatis, potius habebit locum. Tertiò est considerare magnitudinem rei, de qua agitur, quia de dignitate in Ecclesia cathedrali: ista verò magna, & notabilia, nisi de eis expressè dicatur, nulla verborum generalitate includuntur: vt ff. de iniu. l. prætor ait. §. quod autem. C. de aquæ duc. l. eos. lib. 11. & extra de rescript. c. se3 des Apostolica. † Quartò certũ est, quòd de iure communi ad Episcopum vnius loci non pertinet collatio Ecclesiarum in alia ciuitate, vel diœcesi positarum: vt 3. quæst. 6. per totum, & 9. quæst. 2. per totum, & extra de rescript. cap. Episcopum. lib. 6. forma igitur, per quam prouideri mandatur de dignitate, &c. pertinente ad collationem Episcopi, & Capituli, non est latior illa, qua mãdatur prouideri in ciuitate, & diœcesi, sed illa non comprehendit cathedralem: vt in c. quamuis. ergo nec ista, per locum à pari. argum. ff. 4 de dam. infec. l. hoc amplius. §. vlt. & ibi not. † Quintò certa est forma specialis, & propria, quæ comprehendit Ecclesiam Cathedralem, vt cùm mandatur in aliqua Ecclesiarum prouinciæ prouideri, hoc propter intentionem concedentis, qui voluit vberiorem gratiam facere: vt in d. cap. quamuis. §. vlti. & extra de præben. c. pro illorum. in qua forma est duplex generalitas notanda, scilicet in pluralitate ciuitatum Diœcesi. & locorum in pluralitate Ecclesiarum, & collationum, quarum nulla est in gratia, de qua quæritur: ergo deficit ratio comprehensionem Ecclesiæ Cathedralis inducens. si sic, ergo, &c. argum. ff. de iurepatr. l. adigere. §. quamuis. de pac. l. quod dictum. de ope. li. l. planè. & de iur. immu. l. semper. §. 5 licet. † Non obst. quod impetrans erat canonicus Ecclesiæ eiusdem, quia cap. quamuis. non considerauit personam impetrantem, qualis esset: vt C. de diuer. rescript. l. vniuersis. sed considerauit solum ambitionem impetrantis, ac rectitudinem impetrationis vltra ciuitatem, & Diœce. se minimè extendentis, & excellentiam Ecclesiæ Cathedralis, quæ omnia hìc concurrunt, vt ex superioribus patet. consideratio igitur personæ impertinens est: vt arg. ff. de procur. l. minor. §. vlt. & l. sequen. ff. de tuto. & curato. da. 6 ab his. l. 3. ius dandi. † Non obst. illa verba in hoc casu, &c. posita in cap. quamuis. quia illa verba posita sunt propter casum, qui ibi sequitur, quando alicui mandatur prouideri in prouincia, & propter formam, quæ nititur iuri communi, & modicum gratiæ habet: vt extra de præben. c. quia cùm secundum Apostolum. & de æta. & quali. c. accipimus. non autem portuntur ibi illa verba, vt excludantur casus, in quibus est omninò eadem ratio, vel maior, in quibus non dicitur lex extendi, sed enucleari: vt ff. de adul. l. si postulauerit. §. sed si negauit. & not. per Bar. extra de elect. c. cupientes. in glo. sed posito, quòd per superiorem, &c. signata super verbo omnes electi. accedit, & in argum. ff. de æden. l. quædam. §. nummularios. cum sim.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Adde huic consil. Ioan. And. in addi. ad Spec. de actio. & peti. §. super. iuxta fin. in vltima parte additionis longæ, quæ est in versic. significauerunt. Item adde Rotam in nou. decis. 247.*

De iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Iudex absente creditore potest remittere debitori iuramentum præstitum de non repetendis vsuris.*

CONSILIVM CLXXXVI.

1 a LICET a † ex ordine videatur esse, quòd creditor teneatur remittere sacramentum de soluẽdis vsuris, seu in fraudem vsurarum extortum: vt extra de iureiu. c. 1. Si tamen creditor ad illud relaxandum induci non potest, quia contumaciter id facere recusat, iudex potest id ex suo officio

ficio facere. arg. extra de iureiur. c. cum quidam. §. vlt. de testi. c. constitutis. & 15. q. 6. auctoritate. idem si absens est creditor, vt à parte moueri non possit. argum. ff. de fideicommiss. liber. l. si eum seruum. §. si quis seruum. ff. de iurepatro. adigere. §. vlti. & quod ibi not. Et hæc fuit sententia Innoc. & clarius Hosti. extra de iureiur. c. debitores. sicut enim lex mortua interdum supplet, & repræsentat factum hominis: vt C. si mancipium ita fuerit alie. l. si puella. & ff. de manumiss. l. causam. & melius in authen. de hære. & falci. §. his igitur. ibi. & si non illud aliqua l. & c. Sic & iudex viuus: vt C. de priuil. fisci. l. vlt. & de iure delibe.

2 si infanti. † Vel vbi talis relaxatio de iure dubia videretur, posset Ecclesia ex mæro officio inquirere: vt extra de iureiur. c. ad nostram. 2. & ibi not. per omnes uias verę denunciationis, licet iuramentum interueniat. Non ob. hic, vt extra de iureiu. quemadmodum. in fin. eod. tit. c. 11. quia tamen Euangelica, est necesse charitatiuam monitionem præcedere, quam facere non est facile propter absentiam creditoris.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Licet. *Vide suprà consil. 120. & quæ ipse eo in loco adnotaui.*

De officio ordin. & de transact. & de verb. signific.

SVMMARIVM.

1 *Si in compositione Episcopi & Capituli cauetur, quod possit Episcopus habere vnam Curiam & Capitulũ aliam: non propterea sequitur, quòd Episcopus nõ possit aliam erigere de nouom, aximè in his causis criminalibus.*

2 *Curia dicitur à Cura. Item quod verba affirmatiua sine dictione taxatiua prolata non excludunt maiorem numerum: putà quod possint esse duæ Curiæ: ideo sequitur quod plures possunt esse. & num. 1. & 2.*

CONSILIVM CLXXXVII.

1 PRIMVM dubium est, † an considerata ordinatione Papę liceat Episcopo Pictauen. certam curiam erigere & habere? & videtur, quod non: quia in ordinatione sunt hæc verba, Apostolica auctoritate statuimus in hunc modum: videlicet, quod sint duæ Curiæ, &c. quæ verba taxatiuè debent intelligi, ac si dixisset, quod sint duæ Curiæ tantùm. arg. de interro. actio. l. de ætate. §. si cum esset. & de condi. & demon. l. cum ita. & argu. ff. ad Treb. l. si cui parte. §. 1. ibi, nec rursus contra voluntatem defuncti, &c. & extra de his, quæ fiunt à præla. sine consen. Cap. c. cum Apostolica. circa fin. & 35.

2 distin. qualis. cum sim. † Sed contrarium videtur verius: certum est enim, quòd per ipsam ordinationem multæ causæ sunt domino Episcopo reseruatæ, quarum curam, & solicitudinem habet per se, & alium gerere, negari itaque non potest, quin curam habeat intellectualem, quæ est apud omnem curam reddendi iustitiam habentem. dicta est enim Curia à cura. *a* vt ff. de orig. iur. l. 2. in fi. in 2. responso. videtur ergo quæstio remanere solum de Curia, id est, de certo, & determinato loco, in quo iustitiam reddat, vel reddi

3 faciat in causis, quarũ ei est cognitio reseruata. † Sed dicat mihi quæso in contrarium sentiens, quod ius prohibet, quominus ordinarius ad certa causarum genera possit sibi determinare locum, in quo prædicta expediat certè nullum ius est. ergo, &c. vt ff. de proba. l. ab ea parte. quibus ex cau. maio. l. necnon. §. quod eis inquit prætor. & C. de relig. & sump. fune. l. statuas. quinimò vnicuiq; licet bona fide in suo facere, quod vult, etiamsi inde alius lędatur, omnium tamen seruitute cessante: vt ff. de dam. infec. l. Procul. & de aqua plu. arc. l. 1. §. deniq;. si seruitus vend. l. si cui. §. Aristo. de seru. vrb. præd. l. cum eo. & l. cuius ædificium. & in iure scriptum est, cunctis volentibus permittatur murali ambitu fundos proprios, seu loca sui dominij constituta vallare: vt C. de ædific. priua. l. per prouincias. sanèq; necessarium est omnino talem locum esse publicum, in quo fiat causarum examinatio, & ferantur sententiæ, & dicatur iste locus forus: vt extra de verb. sign. c. forus. & per exercitium horum actuum fiat publicus & insignis locus, in quo consueuerunt sedere maiores, extra quem locum aliàs regulariter lata sententia non tenet: vt C. de sent. & interlo. om. iu. l. cùm sententiam. ff. de iusti. & iur. l. pen. & de iudi. l. si locus. vt extra de app. c. qua fronte. per hoc tamen non derogatur episcopali priuilegio etiam à iure communi ei concesso, scilicet, quod possit in quocunque loco honesto suo dicecese. non exempto cathedram collocare, & causas audire: vt extra de offic. ordi. cùm Episcopus. lib. 6. & cùm certitudo loci faciat ad expeditionem iudicis: vt extra de rescript. c. quia nonnulli. ibi, vel indetermi-

natè ad villam, &c. Nónne absurdum est dicere, cuiles casus, qui à criminalibus magnitudine superantur: vt C. de ordi. iudi. l. vlt. & ff. de pœnis. l. in seruorum. in fi. & qui citius. l. disponente finiri debent: vt C. de iud. l. properandum. & C. vt intra certum tem. cessarium edictum citatorium in albo proponi: vt ff. de requi. reis. l. 1. quomodo in albo citabit, qui album

4 nõ habet? certè nullo modo. † Nec est dicendũ, quod non habeat certum locum, sed in quocunque loco eum sedere contigerit, album ponet, si opus erit: hoc enim nihil aliud est, quàm litigantes variatione continua decipere: vt ff. de instit. act. l. & si pupillus. §. si conditio. in verfic. sed & si alias cum alio, &c. Porrò si ordinarius potest in quocunque loco maluerit, præterquam in templo, pro tribunali sedere: vt extra de offi. ordi. c. cùm Episcopus. lib. 6. nihil prohibet eum pro toto tempore, vel vsque ad certum tempus sibi certum & determinatum locum eligere: quia in hoc melior conditio fit subditorum. arg. ff. de statulib. l. 3. §. Stichus annua. & de serui. vrb. præd. l. seruitutes. §. stillicidium. Item hoc patet per dicta verba compositionis: nam in ea dicitur, quod de dictis causis potest cognoscere per se, vel per alium, quomodo voluerit. igitur non astringitur, quod per officialem, vel auditorem communem cognoscat: quia verbum voluerit, prębet naturalem facultatem cuique faciendi, quod vult. ff. de condi. instit. l. vbi hæc. de le. 1. l. si ita legatum. §. illi. de leg. 3. l. si fideicom. §. vlt. ff. loca. & gatum. de verb. oblig. l. centesimis. §. hocautem leconduc. l. 4. & l. velle. de reg. iur. quin imò dictis officiali, & auditori datur expresè cognitio causarum prædictarum per eandem compositionem: ibi, cùm dicit, officialis insuper Episcopi, & auditoris communis audientiæ cognoscet de quibuscunque negocijs, & causa, præterquam de Episcopo præfato superius, & inferius reseruatis, & aliàs specialiter sibi concessis, &c. † Item dicitur in eadem compositione, quòd

5 Episcopus possit dictas causas audire, & diffinire per se, vel

se,vel per alium: & etiam alias,quæ ad ipsum deferen
tur per simplicem querelam: dum tamen per citatio-
nem officialis sui, vel eiusdem auditoris non fuerint
partes presentes:igitur verba prædicta,vel per alium,
&c.intelligẽtur de alio,quàm de officiali,& auditore
prædictis,presertim quia in eadem compositione di-
citur,quòd emolumentũ dictarum causarum erit sõ-
lum dicti Episcopi: & tamen de emolumento causa-
rum,quæ ventilantur in curia officialis,& auditoris
prædictorum, percipit tres partes.apparet igitur per
prædicta,quòd non fuit intentio domini Cle.Papę V.
qui ordinauit, fecit, & authorizauit compositionem
prædictam, quòd causæ huiusmodi ventilarentur in
dictis duabus curijs:scilicet officialis,& auditoris: &
ideò possunt ventilari in tertia curia: alias frustra di-
ceretur in compositione, quod posit de ipsis cogno-
scere per se,vel per alium in ciuitate, vel diœcesi, nec
est conueniens, quod Episcopus imponat hoc nomẽ,
curiæ, &c. loco, in quo examinantur, & diffiniuntur
causæ prædictæ sibi specialiter reseruatæ,cũ locorum
nomina nostra distinctione constituantur.ff.de lega.
1.l.quod in rerum natura.§.fi quis.de le.2.l. Caius.&
Titius. ar. ff. de condi. & demon.l.filiæ.§. Titia. imò
talis locus sic debet nominari.C.de leg.l. vlt. † Item,
hoc apparet manifestè alia via: dicitur enim in dicta
compositione sic: Decanus autem,& Capitulũ supra-
dictum habeat in vtraq; curia quartam emolumenti:
scilicet officialis, & auditoris, &c. præsumitur igitur
expressè per hæc verba,quod alia curia esse poterat, &
debebat Pictauis,in qua nullum emolumentum per-
ciperent Decanus, & Capitulum, aliàs dicta verba in
vtraq; curia,&c. quæ satis erant demonstrata,& clara
de se, si nulla curia deberet esse Pictauis,præterquam
dictæ duæ curiæ: vt ff. de libe. & posth. l.2.frustra di-
cerentur demonstratiuè,& declaratiuè verba prædi-
cta,scilicet officialis, & auditoris, &c. quod esse non
debet: vt ff. de dote præleg.l. 1. in fi. sic itaq; aliquali-
ter persuaso,quod liceat Episcopo tertiam curiam ha
bere, restat respondere ad obiectum, qui & ordina-
tione sumitur, in qua dicitur sic. quod sicut duæ cu-
riæ,&c. ¶ † Sed ad hoc respondetur, quòd non sequi-
tur hoc argumentum: sint duæ. ergò duæ tantum:
sicut nec hoc: tu habes vnũ oculum, ergò vnum tan-
tum.vt ff. de act.emp.& vend.l. si venditor hominis.
in princ.ff.de leg.2.l.vlt.§.vlt.& ibi not.Nisi sint ver-
ba ibi taxatiua,vt duntaxat, vel tantum. hic ergo ob-
iectus numerus excludit, quod non sint pauciores,
non quia possint esse plures: vt ff.de iudi. l.per inter-
ualla. sicut econtra quandoq; contingit: scilicet hoc
expressè dicit: scilicet quod non posit esse plus: tunc
enim plus esse nõ poterit: minus autem sic: vt colligi-
tur.ff.de ventre in.l.1.§.de inspiciendo.& hoc potest
colligi ex quæstione præcedente ipsam ordinationẽ:
prętendebat namq; episcopus,quod soli sibi,tanquam
ordinario licebat curiam habere. Capitulum autem
non negabat, quin liceret Episcopo curiam habere:
sed dicebat, quod etiam sibi, scribitur ad Carbonia-
num.l.3.§.si duo impuberes. hoc autem volens deci-
dere domin. Papa Clemens vnam curiam in solidum
attribuit Episcopo,quæ vocabatur curia officialis. &
aliam voluit Episcopo, & Capitulo esse cõmunem ad
aliquod participium curiæ capitulum admittendo,
remanet itaq; penes episcopum: quòd capitulo non
inuenitur esse concessum: vt ff. de vsur. l. si stip.§.vlt.
de adimen.& transfe.le.l.alumnę.§.qui filios.& qui.
ex cau.l. nec vtilem.sicq; ex præcedenti quæstione su-
mit intellectum ordinatio: vt ff.de pœn.l.si præses.&
de fusp.tut.l.hæ enim causæ.§.1.& ibi no. & pro hoc
facit: quia huiusmodi ordinationes, quantum fieri
potest: sunt ad ius commune reducendæ: vt C. de
noxal. l. 2. & extra de consuetu. capitul. cum dilec-
tus. & de rescrip. capit. causam, quæ. & ibi not. per
Innocen.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ A cura. *Habes & consi. 211. col. 2.*

De elect. & de appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, qui in electione fuit contemptus, non tenetur ad obseruantiam.c.vt circa.de elecți. in 6.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

1 QVOD † prosequens contemptum, a
2 & ob hoc appellans, non teneatur ad
obseruantiam.c.vt circa. probatur sic.
Qui deducit aliquid,cuius omissio nõ
est de forma, non obijcit in forma: sed
contemptus est huiusmodi: quoniam
omnium vocatio non est de forma, vt extra de elect.
cap. Ecclesia vestra. 2.ergo,&c. Præterea aliquid iudi-
catur alicuius ius proprium ex actione, quæ ei com-
petit.vt ff. de rei vendi.l.solum.§.verum.& de aur.&
argen.le.l. Quintus.§.argento.Sed prosequenti con-
temptum dátur confessoria: vt in c.cum Ecclesia Su-
trina.de caus.poss.& de verb. signifi. c. Abbate.& ibi
not.per Innoc. hæc autem actio nulli dátur,nisi vero
domino: vt ff.si serui.vend.l.2.ergo prosequens con-
temptum dicitur prosequi ius suum, magis quam in
forma obijcere: vt in l.vti frui.ff.si vsufru.pet.vbi di-
citur,quod in confessoria oportet vnumquemque de
2 suo iure,nõ de alieno contendere.† Prętera constat,
quod Patronus petens prouisionem infringi factam
ad Ecclesiam, cuius ad eum præsentatio pertinebat,
dicitur ius suum prosequi: sed eligere debens plus iu
ris habet interessendo electioni, qui habet expressam
iuris dispositionẽ,quam patronus, qui habet solum
ex patientia. ergò, &c. Præterea qui prosequitur,di-
cens aliquid ad suum officium pertinere, non est de-
lator: sed proprium causam agere dicitur:vt ff.de iu-
re fisc.l.fiscus in quæstione. §. 1. & C. de delatori. l. 1.
Sed prosequens contemptum est huiusmodi. Dicit
enim ad suum officium pertinuisse coeligere. ergo
causam propriam dicitur agere.Præterea eligere fru-
ctus est quasi possessionis iuris canonicalis: vt no. In-
noc.extra de elect. in c. Cumana. in gloss. si simul. &
de resti.spo.in literis.in gloss. & de relig. dom.. capi.
cum dilectus. & Archid. extra de præbend. cum qui.
3 lib.6. † Constat autem, quòd defendens fructum rei
suæ dicitur propriam causam agere. vt in præalleg.l.
vti frui. ergo,&c. Et hoc videtur dicere Ioan.Andr.in
c.constitutionem G. de Montelauduno videtur con-
tra in eo cap. super verbo: ius Ecclesiæ, & super ver-
bo: in formam.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Contemptum. *Adde Io. Andr.in add.Spec.de teste.§. Nunc videndum in 1. addi. quæ longa est, iuxta fi.*

De testam. & de verb. signif. extra. C. de instit. & substitu.

CONSILIVM CLXXXIX.

a 1 DE INSTITVTIONI, a † & substi-
tutionibus generaliter notandum est:
quòd si inter conditiones disiunctiuè
enunciatas ponitur aliqua conditio,
quam ad inducendum fideicommis-

sum conditionibus subnixum semper oportet veram existentiam habere iuris dispositione, vel mentis interpretatione: & aliarum aliquam sine hac non sufficit veram esse: tunc ex virtute istius trahitur disiuncta ad coniunctam. vt apparet in filio instituto à patre, & rogato alteri restituere, si intestatus decesserit: vel sine liberis: vel sine nuptijs: quia cum, ad hoc vt fideicommissarius vniuersalis admittatur, semper oporteat iuris dispositione filium sine liberis decedere: vt C. de fideicommiss. l. cùm acutissimi. & ff. de conditio. & demon. l. cum auus. ideò non sufficit aliquam aliarum conditionum: immò nec omnes sine hac veras esse: propter hanc enim tota oratio conditiones continens copulatiua intelligitur, ne pro parte dicatur coniuncta, & pro parte disiuncta, per l. de vsucap. l. eum, qui ædes. de rerum permuta. l. 1. C. de codicil. l. vltim. & argumen. ff. ad legem Falci. l. qui quadraginta. ibi. rursus partem deberi rationũ non congruit, &c. extraneo verò sic instituente extraneũ, & fideico. relinquente sub conditionib. alternatiuis, scilicet si institutus intestatus: vel sine liberis, vel sine nuptijs decesserit: non subintelligitur per l. nisi esset apposita: vt not. in d. l. cum acutissimi. Sed quia expressius posita in alijs ex interpretatione mentis intelligitur repetita, & nullam aliarum sine hac sufficit veram esse, immò nec omnes: vt ff. de hære. institu. l. Lucius. ideò naturam copulatiuè assumit eadem ratione, qua superior. & hic est casus. C. de insti. & subst. sub condi. fac. l. generaliter. in primo, & in secundo responso. & ex his colligitur tota ratio illius legis.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ De institutionibus. *No. declaratam l. generaliter in 1. & 2. responso. C. de institu. & substit. sub condi. fac.*

De relig. domi. & de verb. signif.

SVMMARIVM.

1 *Fratres mendicantes facto ponte in medio flumine, quod est iuxta monasterium, possunt facere vltra pontem ecclesiam sine licentia.*

2 *Et quid sit nouum, vbi dicitur nouũ illud dici, quod nunquam fuit.*

CONSILIVM CXC.

THEMA tale est. Fratres heremitæ sancti Augu. habebant, & habent conuentum, & locum in ciuitate castelli: præsidentes regimini ciuitatis pro via publica facienda circa muros. destruxerunt quandam partem dicti loci, & in recompensationem huius dederunt eis licentiam faciendi pontem super flumen (si indigeant) pro transitu. Nunc fratres facto ponte supra flumen voluerunt Ecclesiam ædificare in domibus, & sediminibus sibi in cambium datis. Quæritur, an licite facere possint. † Dubium autem in quæstione facit prohibitio posita extra de excess. præla. c. cum ex eod. libr. 6. vbi legislator prohibet, ne mendicantes, domos, vel loca ad habitandum de nouo suscipiant, vel olim suscepta dimittant, se ibidem ad alia transferentes: vt ex litera dictæ decretalis apparet, & plerisque videtur, quod non, propter interpositionem fluminis, quæ discontinuitatem ad primum locum facit, ac per hoc mutationem quandam inducit: & propter hoc scriptum est, quod medium prædium, quod non seruit, impedit seruitutem: vt ff. de ser. vrb. prædi. l. qui sellas. §. vltimo. sicut enim paries medius diuidit domum à domo: & in ea, quæ prius eadem fuit, diuersitatem inducit: vt ff. commu. prædi. l. si quis duas. §. 1. ita fluminis interuentus. multò magis & amplæ ædes per medium spacium censentur omnino diuersæ: vt ff. de dam. infec. l. si finita. §. ex hoc edicto. & propter multam diuersitatem, & distantiam dictum est, quod habenti domos ex vtraq; parte fluminis non licet pontem super flumen facere. argumen. ff. ne quid in loco public. l. 2. §. tractatum. & est expressum. ff. de fluminibus. l. vltim. & quod licet verè fiat pons, per quem flumen transiri possit, adhuc remaneant domus diuersæ, nec altera alteri dicatur accedere: ac per hoc videatur quædam in tali acquisitione, seu ædificatione esse mutatio: probatur expresse extra de consecra. eccles. vel altar. capit. si ecclesiam. lib. 6. ¶ † Sed in contrarium videtur veritas: quia talis acquisitio, & post acquisitionem ędificatio est de actibus suis natura permissis. ff. de probat. l. ab ea parte. ex quibus. caus. matrim. l. necnon. §. quod eis inquit. supra de relig. & sumpt. fu. l. statuas. ff. si seru. vendi. l. sicuti. §. Aristo. C. de ædific. priua. l. per prouincias. & est expressum in casu nostro. extra de excess prælat. cap. nimis parua. §. adhuc. isti ergo iuri antiquo oportet stari, nisi quatenus ei derogatum est per capit. cum ex eo. vt C. de appe. l. præcipimus. & de testament. l. sancimus. ita Autem. de administrat. offic. in fine. & ff. de adimen. & transfer. legat. l. alumnæ. §. qui filias, immutatum autem est in duobus duntaxat casibus: scilicet in acquisitione habitationis in loco de nouo, & in mutatione, siuè translatione. Sed nostier casus sub nullo istorum clauditur, ergò, &c. minor probatur sic. Dum decretalis prohibet acquisitionem habitationis in loco: hic loci appellatio non sumitur strictè: vt sumitur. ff. de verborum significat. l. locus. nec est hoc vocabulum ad angulum referendum: vt ff. de vi & vi arma. l. 3. §. ibi autem. Sed accipitur pro alio loco à ciuitate, castro, vel villa diuerso, simili tamen. quod ostendit de natura disiunctæ orationis: vt ff. de re. dub. l. 1. & de vsufruct. leg. l. Titio. cum sim. & etiam ostendit illud relatiuum diuersitatis alios: quod significat diuersum in suppositio: sed idem in substantia: vt not. Ioan. Mo. extra de reg. a iur. *a* in generali. ergò casus noster sub prima parte prohibitionis non cadit, quæ prohibet acquisitionem de nouo: quia in loco de quo agitur, siuè in ciuitate prius locum habet: & sicut in prædicamento substantiæ non est nouum, quod fuit: vt ff. de legat. & senat. consult. l. non est nouum. & de no. oper. nunc. l. 1. §. opus nouum. de pub. & vecti. l. vlt. §. quoties. 7. quæst. 1. non autem. 18. quæst. 2. de monachis. sic & in situ dicitur nouum in loco, *in quo nunquam* fuit: sed in ciuitate castelli habitatio fratrum fuit, & est: ergò non potest dici acquisitio in loco, in quo non 3 fuerit. ¶ † Videndum itaque restat, nunquid dicatur mutatio, translatio. & vtique neutrum istorum dici potest: quia quodlibet istorum dicit separatio à primo: vt ff. de adimen. & transfer. leg. l. translatio. de acquiren. re. dom. l. adeò. §. insula. & C. de eden. l. edita. hoc autem hic non fit: quia locum primum non relinquunt, nec se mutant: sed primo existenti alium locum adimit. hæc autem sunt in re, & effectu diuersa: vt ff. de senat. l. penultim. & de exerci. l. si eum. §. item, si seruus. in hoc enim edicto non fertur actio, sed adijcitur: & sic apparet, quod nec sub prima, nec sub secunda parte prohibitionis illius. capitul. cum ex eo. comprehenditur casus noster. Remanet itaque secundum superius probata 4 permissus. † Illud sanè posset dubitationem aliquam

quam facere, scilicet an interuentus illius modici fluminis, siuè riuuli hanc ampliationem impediat. ¶ Sed hãc dubitationẽ tollit expressè. ff. de seruit. rust. præd. l. vlt. de aqua pluuia arcen. l. si prius. §. via publica. & §. licet non proximo. ¶ Concludo itaq; talem ampliationem, præsertim non voluntariam, sed magis necessariam, in casu, de quo quæritur, esse permissam. arg. ff. de manumiss. test. l. qui potuerit. non enim subsul. l. 1. & 1. q. 1. remissionem. & ff. fam. ercis. l. alienationes. Sed quia contraria parum mouent, non est ad ea necessarium respondere.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ De reg. iur. *Sequitur Bertr. in consi. 314. Propleniori. num. 12. vol. 3.*

De elect. & de torneamentis.

SVMMARIVM.

1 *Electus ante confirmationem non potest administrare.*
2 *Item, non valet consuetudo, quòd qui vicerit in campo, potior sit in iure. & num. 3.*
4 *Quæ sit pœna electi, & non confirmati administrantis.*

CONSILIVM CXCI.

1 NVLLO † modo videtur, quod liceat alicui sine confirmatione administrare: hoc enim est in omni officio, tam authoritate publica, sed vtilitate priuata: vt in tutore, & curatore: vt in Auth. vt hi, qui oblig. se ha. prohib. §. pen. col. 6. C. arbit. tutel. l. vltim. in officio publico authoritate, & vtilitate: vt in Auth. de manda. princ. col. 3. ibi, placuit omnibus iudicibus nostris, &c. & C. de diuer. offi. & app. iud. l. probatorias. lib. 12. constat etiam iurisdictionem, & administrationem imperij esse penes Papam, quicunq; eam sibi sine superioris authoritate vsurpat, prædo est: vt ff. de acquir. poss. l. ex stip. & solut. matr. l. dotis. Nec videtur posse consuetudine introduci, quod quis sine confirmatione, vel superioris authoritate administret: & quia esset contra bonos mores, & posset administrare excommunicatus: hæreticus, ac alias prauus: & talis administrationis non capax, & ideò in hoc nulla consuetudo tenet: vt in Authentic. vt nulli iudic. circa princip. & extrà de consuet. cap. vltim. præsertim in electis in discordia, quia cùm non appareat, quis ius habeat, magis iuri conuenit vtrunque seruare, quàm vtrunq; se administrationi immiscere imprudenter: vt ff. de testam. tute. l. duo sunt Titij. de re. dub. l. si fuerit. §. 1. & sic alter alterum concursu impediat: vt 2 ff. de vsufruct. l. quoties. & de leg. 1. l. huius. ¶ † Et absit illa abusio, quod qui vincit in campo, sit in iure potior: quoniam talis abusio duo habet absurda, propter quæ redditur impræscriptibilis: quia inuitat ad delicta, scilicet, ad arma, & rixam contra legem. ff. de vsufr. l. si auus. §. si inter duos. & delictorum sit quædam occasio: & hoc dixit text. legis, dum dicit, ita dum fortitudinem in armis appellet solùm: & si quis ab ea iustitiam subtrahat, delictorum occasio solummodo, non quorundam bonorum fiet occasio, &c. hæc leguntur in Authent. vt omnes obedi. iudi. prouin. in princ. collat. 6. talis autem huiusmodi est abusio: quia subtrahit iusticiam à fortitudine: ergò non inducibilis, nec præscriptibilis: vt potè quæ delictorum est occasio, ex qua animarum, & corporum pericula sæpè proueniunt: vt extrà de torneamentis. c. primo. ¶ † Secundò, quia per eam contra Euangelium Deus tentatur, vt 2. quæst. 5. monomachiam. vt extra de purg. vulg. capit. vltim. per totum. ¶ Tertiò, videtur etiam iure ciuili prohibita: vt C. de gladia. l. vnica. libr. 10. quicquid notet gloss. ordinaria: ff. ad l. Aquil. l. à qua actione. §. si quis in colluctatione. & instit. de hæred. abinteslat. §. per contrarium.
3 ¶ † Quartò, si ista abusio obtineret iam in electione, vel prælectione, sorti locus esset: quod Hieron. detestatur. 16. quæstio. 2. non statim, &c. non exemplo. & extra de sortileg. cap. vltim. & hæc fuit opin. Innoc. extra de præbend. cap. proposuit. & Compost. extra de consuet. cum venerabilis. & Archid. extra de præben. capit. eum, qui. libr. 6. Præsuppositis autem absurditatibus, quę consuetudinem impediunt: Eadem etiam priuilegio obstant, iuxta illud legale: ne sub prætextu concessi priuilegij, vel flagitiorum crescat authoritas, vel publica vacillet vtilitas: vt C. de priuileg. scholarium. l. 2. in fin. & de mi. l. meminerit. † De
4 pœna verò sic se miscentis sine confirmatione, si quis quærat, videtur dici posse priuari iure sibi ex electione quæsito: quia quis perdit dominium sibi iuris dispositione quæsitum per hoc, q̃ rem sua authoritate occupat: vt apparet in legat. C. de le. l. non est dubiũ. Et nõ est dubiũ talẽ in l. Iuli. ambitus incidere, cuius pœna est infamia: vt ff. ad l. Iul. ambitus. l. 1. Infamia autem ab habenda dignitate repellit, vt C. de dign. l. 2. libro duodecimo. & extrà de excess. præl. c. cum inter dilectos. & cum imperium ab Ecclesia teneatur in feudum. vt 63. distinct. ego Ludouicus. & est declaratum extra de iureiu. c. Romani. in concilio Vienen. & not. Innocent. extra de for. compet. licet. nulli dubium est inexcusabiliter errare eum, qui non solum negligenter: immò potius contumaciter sacramenti fidelitatis oblationem neglexerit, & eum esse feudo priuandum: vt in 10. collat. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. cap. 1. & de capitul. Corradi. c. vnico. & tamen is, de quo quæritur, monitus fuit à tali vsurpatione cessare: nec cessans irreuerens, & contumax fuit aduersus Dominum: quare vel capite plectendus militiam amittet: vt ff. de re mili. l. omne delictum. §. contumacia. & l. milites agrum. §. irreuerens miles. & extra de maio. & obe. ca. 2. & hoc probant iura Canonica. extrà de elect. cap. qualiter. & in eod. tit. c. auaritię. de præben. c. eum, qui. lib. 6.

De testibus.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter, & per quos testes sit in causa criminali procedendum: & concluditur, quòd per integros, & maiores 20. annis. & num. seq. per totum.*

CONSILIVM CXCII.

VISO † diligenter processu habito contra G. de Conchis pro veritatis examinatione præmitto aliquas regulas à iure in criminalibus traditas. ¶ Vna est, vt ibi diligentius examinetur, vbi de salute hominis agitur: vt C. de app. l. addictos supplicio. Quia & vbi maius periculum vertitur: ibi cautius est agendum: vt ff. ad Carbo. l. 1. §. sed & si quis. constat autem maius periculum vertii in qualibet modica criminali, quàm in quantumcunque magna ciuili: vt ff. de pœnis. l. in seruorum. in fin. ¶ Alia est, vt qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, vt non prius capitalem in quemquam proferat sententiam, quam sua confessione, vel certa omnium super hoc interrogatorum

depositione victus sit. Et sic in obiecto flagitio, vt vix. etiam ipse ea, quæ commiserit, negare sufficiat: vt C. de pœ. l. qui sententiam. Nec in hoc est seueritatis gloria affectanda: quinimò debet iudex in grauioribus causis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi, vt ff. de pœn. l. respiciendum. Alia est, quod non debet quis criminaliter damnari ex præsumptionibus. ff. de pœ. l. absentem. Et ideò licet Salomon ex violenta præsumptione filium iusserit restitui matri suæ nequaquam subripientem ipsum criminaliter damnauit de plagio: vt extra de præsumpt. capit. afferte. & c. quia verisimile. & ibi clarè not. de hoc per Innocent. Alia est, quod vt quis condemnetur de crimine, oportet eum districtissimis probationibus, & luce clarioribus esse conuictum: vt C. de probat. l. sciant. 5. quæstion. 6. Epiphanium. Alia est, quod maleficium non probatur, nisi per testes, qui facto interfuisse dicuntur, & sub obtutibus maleficium dicunt esse commissum: vt ff. de quæstio. l. vnius facinoris. §. testes. C. de erog. milli. anno. l. per hanc. §. sciant verò. & in Authent. de testi. §. sancimus. Vltima est, quod oportet testes sanæ,
a atque integræ opinionis esse: *a* quia si hoc in ciuili requiritur, quod vtique verum est: vt C. de testi. l. testium facilitatem. oportet namque iudicantem illud duntaxat testimonium aduertere, quod integri fructus homo protulerit: vt ff. de testi. l. quæsitum.
2 † Hinc est, quod testimonium laborantis sola infamia facti non recipitur: vt ff. de senat. l. Cassius. & ibi not. Multò fortius hæc in criminali seruabuntur: vt C. de agen. in rebus. l. ex eo. lib. 12. ¶ His igitur sic præmissis, accedamus ad probationes, & quidem testes, qui de auditu percepto à vulnerato deponunt, ad propositum nihil faciunt: vt ff. ad Sille. l. si quis in graui. §. primo. Nec enim morientes semper verum
b dicunt: *b* vt ff. ad Carbo. l. 1. §. idem ait. & ad Velle. l. Seia. Testes etiam, qui de infamia dicunt, parum faciunt: quia infamia non probat, sed fidem factam confirmat: vt ff. de testi. l. 3. §. eiusdem quoque principis. 4. quæstio. 3. §. item sæpè. Vnde dicunt Docto. quod fama cum vno teste in criminali non probat: vt not. extrà de testi. cap. veniens. Et dictum domini B. non videtur nocere: quia si ictus cuiusque est contemplandus: vt ff. ad leg. Corne. de sica. l. vltim. ipse non deponit, quod viderit G. percutientem cum gladio, sed cum palma, vel cum pugno: & sic non probat vulnus illud, de quo dicitur decessisse. Et eodem modo respondetur ad dictum B. filij supradicti B. cuius dictum & alio vicio laborat: quia ipse B. tempore per eum depositi testimonij erat minor 20. annis: cuius dictum in causa criminali fidem non fa-
c cit: *c* vt ff. de testi. l. in testimonium. & not. in eod. titul. l. inuiti. dictum Petri Marcelli in tali causa fidem non facit: quia probatum est per multos testes eum esse furem, vilis, & abiectæ conditionis, non integri fructus, vel status hominem: & sic eius dictum non arguit: maximè contra hominem claræ famæ & emendatioris vitæ. ar. optimum ff. de don. l. non
3 debet. § primo. † Dictum enim Ambrosij non probat, nec valet: quia probatum est eum periurum, &
4 sic infamem, vt C. de transact. l. si quis maior. † Nec periuri testimonio est credendum. extra de testi. c. sicut. 6. quæstion. 1. quicunque. & not. ff. de testi. l. 3. §. lex Iulia. Dictum G. de podio fidem non facit. Infamatus enim est infamia iuris: quia damnatus fuit de crimine publico. illud est lex Iulia de vi publica: quia aggressus fuit alium, immò alios cum armis. C. ad leg. Iulia. de vi pub. l. si criminis. & ff. eodem tit. l. qui dolo. §. vltimo. ad legem Corne. de sica. l. qui cum telo, & sic est infamis: vt ff. de publi. iudi. l. in-
famem. Et propter hoc fustigatus fuit, quare, &c. vt ff. de his qui not. infam. l. ictus fustium. & ibi not. & C. eodem tit. l. fustibus cæsum. Et in omnem euentum facti infamiæ non aspergitur: vt not. in eodem titul. l. nullam. Sunt etiam plures ex testibus productis extranei, & ignoti, qui secundum legem montis Pessulani recipi non debent ad testimonium: quæ lex in hoc seruanda est: vt argument. ff. de testi. l. 3. §. vltimo. & sic recipi non debuerunt, quia recepti religionem iudicantis non instruunt: vt ff. de quæstio. l. diuus. §. ex quibus causis. & ibi not. Et his omnibus diligenter consideratis, videtur posse probabiliter persuaderi ex probatis ad faciendum condemnationem de occiso contra dictum B. scilicet non debe-
d re procedi. *d*

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Opinionis esse. *Dicitur enim leuis, & temeraria præsumptio, quæ oritur ex personarum huiusmodi testimonio. Gand in tracta. malefi. sub rub. de præsumpt. & indi. dubi. columna quinta. numer. 10. & clarius in rubr. præcedenti. Qualis, & quanti sit famæ effectus Doctor. in additio. Ang. in versic. Quod fama publica præcedente. in quæstione: An vnum indicium, vel plura requirantur.*

b ¶ Verum dicunt. *Vide quæ not. Bal. & Ias. in l. 1. in vl. col. C. communia de leg. Alcia. in tracta. Præsump. regu. 3. Præsump. 4. Marsil. in practi. crimin. §. Restat in 2. col. Idem in fin. 22. Confessio offensi. Bertran. in consil. vi, & processa causa inquisitionis. in 2. col. vol. 2. Adde, quod ijsdem rationibus duellum est omni iure prohibitum. Iaf. consil. 144. in 2. dubio. volum. 2. Iacob. à Castillo Hispanus in tracta. de duello. pagina 2. Alcia. & Socin. iunior ambo præceptores, & Domini mei in consilijs illis, quæ post libros eiusdem Domini Alciati de sing. certa. vulgò imprimuntur, in princ. Parisius consi. 30. in 1. parte. Quibus in locis aliæ authoritates congeruntur.*

c ¶ Fidem non facit. *Limita, quòd dictum minoris 20. annis etiam admittitur in criminalibus, vbi aliæ probationes haberi non possunt. Puta: si duo minores viginti annis viderunt aliquod delictum, & non alij. Albe. in d. l. in testimonium. 10. An. in add. ad Spec. de teste. ver. Item excipitur, quòd est impubes. Iaf. in l. fin. col. fi. C. de his, quibus, vt indi. Diaz. reg. 465. De quo tamen vide Alexan. consi. 176. quod est alias 320. vol. 2.*

d ¶ Procedi. *In materia huius consi. quòd si simus in causa famosi latronis, etiam testis alioqui minus idoneus etiam mulier admittitur: Nam & Lucij Catilinæ coniurationem Fuluia mulier detexit. Alcia. de verborum significa. lib. 1. colum. 43.*

De rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum duobus. in fi. de rescrip. lib. 6. non habet locum in duobus impetrantibus cum illa clausula. aut si aliquis super prouisionibus sibi faciendis, &c. si non appareat, quis illorum primò impetrauit. vbi plene intellectus d. c. duobus examinatur. & num. 6.*

CONSILIVM CXCIII.

1 IN LITERA † apostolica G. de Baiona, quæ dicitur non posse includere Ecclesiam sancti Franconis, pro eo quòd alius sub eadem data impetrauit specialiter sunt ista verba, &c. Non obst. aut

obſt. autem, ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis, & de beneficijs Eccleſiaſticis in dictis ciuitate, & diœceſi ſpeciales, vel in illis partibus generales nostras, vel prędeceſſorum noſtrorum Romanorũ Pontificum, aut legatorum Apoſtolicæ ſedis impetraſſent, & ſi per eas ad inhibitionem, &c. text. cap. duobus. in fi. ponit iſta verba: Quo electo alius omninò careat impetratis, niſi ex tenore literarum ipſius expreſsè appareat, quod vtrique ipſorum voluerimus prouidere, &c. Modò eſt in quæſtione: an per verba ſupradicta in litera Apoſtolica poſita habeant locum verba. c. duobus. in litera ſuprà poſita. Et videtur dicendum, quòd non, quia verba in gratia poſita ſunt per tempus præteritum pluſquã perfectum impetraſſent, & referuntur ad eos, qui antè impetraſſent, &c. ſed ex his duobus, quis prius impetrauerit, non apparet: & ſi coimpetrantes dicuntur, ergo hos duos, vel eorum alterum nõ includunt verba. c. quoniam, quæ æquè ſimul ſunt, neutrum prius altero. ff. de re. du. l. ſi fuerit. §. 1. & de do. inter vir. & vxor. l. cùm hic ſtatus §. ſi ambo. ibi, nõ videtur autem prior deceſsiſſe, qui donatum accepit, cùm ſimul deceſſerit, &c. ¶ † Secundo c. duobus, ad hoc vt vtrique de impetrantibus vna die gratia ſalua ſit, requirit aliquam maiorem expreſsionem voluntatis concedentis, per quam appareat, voluiſſe eum prouidere vtrique de impetrantibus diuerſis diebus vel eadem, in quibus tamen apparet de ordine, vt ex diſcurſu illius. c. duobus. colligitur euidenter, ſed in impetrantibus diuerſis diebus, illa clauſula, non obſtante, ſi pro alio ſcripſimus, &c. ſemper requiritur, vt ſecunda impetratio teneat: vt extra de reſcript. c. mandatum. vbi verò in coimpetrantibus eadem die, illa clauſula non ſufficit ad faciendum vtrunque, ſiue ſecundum admitti: alias eſſent pares impetrantes eadem die, & ſucceſsiuè. ſed hoc eſt falſum, ergo, &c. ¶ Tertiò, ſi attendantur verba. c. duobus. niſi ex literarũ ipſius, &c. ſcilicet, ſecundo venientis appareat, quod vtrique Papa voluerit prouidere, ſed quod voluerit priorum impetrantium obſtaculum amouere: inter hæc autem verba refert largiter, vt ff. de hære. inſtit. l. ſi verò. in princ. de no. ope. nun. l. ſciendum. & extra de reſcri. c. cum aliquibus. lib. 6. ¶ † Quartò requiritur, quod expreſsè appareat per literã ſecundi, quod vterque, &c. Sed cùm in litera ſecundi de alio coimpetrante mentio nulla fiat, non poteſt dici apparere per eam, quod ei voluerit prouidere. argum. à contrario ſenſu. ff. de le. 1. l. qui filiabus. in prin. Nec poteſt dici expreſſum, quod eſt ſub verbis tam generalibus denunciatum: vt extra de prębend. c. ſi motu proprio. & c. licet Eccleſiarum. in fi. & de reſcript. c. cum aliquibus. in fin. præſertim cùm non vnum duntaxat genus expectantium per hoc commemoret: commemorat enim ſuos expectantes, & aliorum ſummorum Pontificum, & legatorum Apoſtolicæ ſedis. Non eſt igitur expreſſum, quod eſt tot generibus expectantium inuolutum: ſicut nec filius dicitur nominatim exhæredatus, qui in exhæredatione cæteris gradibus eſt admixtus, puta cæteros liberos exhæredo, eò quòd appellatio liberorum omnium deſcendentium gradus continet: vt inſtit. de exhære. lib. §. prin. ¶ † Prętera litera dicit, vtriq; eorum, quod verbum vterque diſtribuit inter duos: vt C. de impu. & alijs ſub. l. cum quidam duobus. & ff. ad Tre. l. hæredes palam. §. cùm ita. ſed hic nullum verbum eſt, quod ad duos determinate referatur, igitur, &c. maximè cum tex. dicat eorum, ſcilicet coimpetrantium eadem die, &c. ¶ † Quintò, cùm de cõſuetudine cauſa cellariæ in literis Apoſtolicis ſemper ponatur. Non

1 obſt. ſi pro alio direximus ſcripta noſtra, &c. vel alia æquipollens. & hoc conditorem illius decret. duobus latere non poterat, quia in conceſsionibus continuè verſabatur: & turpe eſt patricio, & nobili viro, & cauſas peroranti, ſicut fuerunt compilatores illius decretalis, modum, in quo verſantur, ignorare: vt ff. de ori. iur. l. 2. §. poſt hos Quintus Mutius. Dicendum eſt omnino, quod de coimpetrantibus cum illa clauſula debeat. c. duobus. intelligi: ſcilicet, vt ſecundo veniens repellatur. arg. ff. ſi menſ. falſ. mo. dixe. l. 1. §. hæc actio. in fi. ibi, vtiq; enim ſcit prætor, & mercede eos interuenire, aliàs nunquã vel rariſsimè
6 poteſt ille caſus contingere. ¶ † Sextò tex. c. duobus. circa prin. ibi, dum dicit, ſi non appareat, quis primo impetrauit ex iiſdem, &c. innuit vnam diuiſionem talem, ſcilicet, quod ex impetrantibus vna die, ſi apparet ordo, quilibet admittitur, ſuo tamen ordine: ſi non apparet ordo, vnus admittitur, alter ex toto repellitur. Quis autem admittatur, & quis repellatur, diſtinguit text. Vt ergo ſit bona diuiſio, oportet, quod fiat relatio ad idem thema, aliàs cauillatio eſſet: vt ff. de reg. iur. l. natura cauillationis. & de le. 2. l. debitor. §. vltimo. ſed in primo caſu non apparet ordo, ad hoc, vt admittatur vterque ſecundum ordinem. Neceſſe eſt autem clauſulam illam in literis eſſe, non obſtante, ſi aliqui noſtrũm, vel Romanorum Pontificum, &c. vt clarè deducunt Innocen. & Compoſt. extra de reſcript. c. Capitulum ſanctæ Crucis. Cùm ergo principium loquatur, vbi apparet ordo de habentibus clauſulam, totus textus de eadem forma impetrandi intelligitur, aliàs (vt dictum eſt) non eſſet bona diuiſio, ſi themata eſſent diuerſa. Et quale principium eſt conſtitutionis, talem eam totam eſſe debet intelligi: vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. vlt. & C. de impo. lucra. deſcript. l. 2. lib. 10.
7 ¶ † Septimò, ſi intelligimus text. c. duobus. inquantum dicit de impetrantibus vna die vnum admitti, & alterum omninò repelli, de non habente clauſulam, ſequeretur abſurdum. Finge enim ex duobus impetrantibus vna die vnum non habere clauſulam, & hunc primo ſuas literas impetraſſe. Alterum verò habere, & ſecundò venire. Secundum hunc intellectum præfertur illi, cuius litera eſſet dubia, vtrum ſubreptitia ſit, vel non, ille, cuius litera conſtat vitium obreptionis non pati, contra l. C. de libe. præte. vel exhæred. l. maximum vitium. ibi, nam cùm adiutorium vltimum, &c. & ibi, cùm enim per contratab. &c. Debet ergo intelligi c. duobus. quando ambo ſunt ſimiles in formą, ſcilicet, quod vterque habet clauſulam, vel neuter. Hoc voluit dicere verbum ſimili, quod eſt in principio facta relatione ad ſimilitudinem, per cuius omiſsionem poſſet litera vitiari ex toto, vt in ſuperiori exemplo. Non autem requirit omnimodam ſimilitudinem, vt apparet in tex. de canonico, & canonicando, ſed illa diſsimilitu-
8 do neutram literarum vitiat. ¶ † Octauò, & vltimò, ſecundum intellectum eorum, qui dicunt, ſecundo venientem ex duobus eadem die impetrantibus omninò excludi, quando clauſulam non habet, oportet de neceſsitate dicere. c. duobus. inquantum diſponit vnum præferri, & alterum omninò excludi, habere locum ſolum in Eccleſia, in qua nulli alij ſunt expectantes ante iſtos duos coimpetrantes, quod ſic declaratur: Aut ambo coimpetrantes habent clauſulam, non obſtat, ſi pro alijs ſcripſerimus, &c. Aut nullus habet, aut vnus habet, & alter non. Primo caſu vterq; admittitur ſecundum intellectum iſtorum. Secundo caſu nullus, quia vtraque litera eſt ſubreptitia propter alios expectantes. Tertio caſu non poteſt loqui, cùm loquatur in duobus, quorum

quilibet est admissibilis, nisi fuisset præuentum præ-
9 cursu alterius coimpetrantis. † Sed cùm vnus nõ habeat clausulam, ille non est admissibilis propter subreptionẽ aliorum impetrantium, & sic coimpetrans non præfertur ei virtute præcursus, sed quia litera eius est obreptitia, & hic non potest dici propriè præferri, quia prælatio dicitur propriè inter plures ad idem venire volentes & valentes. ff. qui po. in pign. ha. l. 2. in fi. & sic non posset habere locum. c. duobus. in Ecclesia, vbi essent aliqui expectantes, quod irrisorium est dicere, vel sentire, quia sic ferè eius prouisio inutilis redderetur, contra l. ff. de cap. & postlim. reuer. l. postliminij ius. in fine. ad Carb. l. quod Labeo. & de euic. l. si ita quis.

De consue. & de elect. & de verb. significat.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia Laudunen. licet sit de consuetudine, quòd Archidiaconi habent emolumentum iurisdictionis vacante Ecclesia, emolumentum tamen, quod obuenit post prouisionem, & ante apprehensam possessionem non debetur eis.*
2 *Item habetur prouisio pro affirmatione. & num. seq.*

CONSILIVM CXCIIII.

FACTVM tale est. Supposito, quod vacante Ecclesia Laudunen. Archidiaconi Laudunen. ratione suarum dignitatum percipiant de consuetudine totum emolumentum, quod prouenit ex iurisdictione spirituali: supponendum est etiam, quod ita seruatur in Ecclesia Laudunen. quod antequam reddantur sigilla Curiæ nouo prælato, ipse tenetur præstare certum iuramentum Capitulo Laudunen. Istis suppositis, per sedem Apostolicam prouidetur de Ecclesia Laudunen. & tunc confirmatus reputatur, ipse petit dictum emolumentum maximè à tempore suę prouisionis, dicens, quod postquam de eo prouisum tibi amplius non dicitur vacare Ecclesia Laudunen. Dicunt Archi. quod vsque ad tempus illud, quo redduntur nouo prælato sigilla, de vsu, & consuetudine consueuerunt percipere dictum emolumentum. ¶ Quæritur, ad quem pertinebunt dicta emolumenta à tempore dictæ prouisionis vsque ad redditionem dictorum sigillorum? Et vtrum consuetudo in tali casu pro dictis Archi. pos-
1 sit introduci. † Pro euidentia verò dictorũ sciendum est, quod licet Arch. sede vacante dictum emolumentum percipiant, iurisdictio tamen residet penes Capitulum, & nomine Capituli, & per Capitulum, non nomine Archidiaconorum redduntur nouo prælato sigilla Curiæ. Item sciendum est, quòd si Capitulum differat, reddere sigilla Curiæ nouo prælato, quousq; dictus prælatus dictum iuramentum præstiterit, hoc non fit in fauorem Archidiaconorum aliquo modo, sed in fauorem Capituli, vt citius dictum iuramentum præstetur Capitulo à nouo prælato. Item sciendum est, quod quando dicta sigilla redduntur à Capitulo, non vocantur ad hoc Archidiaconi, sed totum fit nomine Capituli. In quæstione prædicta dicẽdum videtur, quòd Archidiaconi benè dicant, & Episcopus malè. argum. eius, quod de vsufructuario dicitur. qui licet cesserit dies legati, non prius facit fructus suos, quam satisfecerit: vt ff. de vsufru. le. l. vxori. Sed contrarium ego credo: Primò, quia non potest dici Ecclesia vacare, quæ habet Episcopum confirmatum, vel pro cõfirmato habitum, quia tunc potest omnia, quæ sunt iurisdictionis, vt extra de elect. c. nosti. & c. transmissam. cui profecto episcopalis dignitas nihil addit, vt extra de transl. epi. vel electi. c. inter corporalia. circa princ. imò hoc est proprium confirmationis dare exercitium administrationis: vt not. 63. dist. quanto. Cùm igitur talis habeatur pro confirmato,
2 non potest dici Ecclesia vacare. ¶ † Secundò consuetudo ista contradicit iuri communi, 75. distinct. quoniam quidem. 12. q. 2. illud. extra de offic. ord. c. cùm nos. Fructu enim augetur hæreditas: vt C. de pet. hære. l. 2. non est igitur extendenda, sed rigidè in suis finibus tenenda: vt ff. de iti. actu. & pri. l. 1. §. vlt. delegi. & Senat. consul. l. quod verò contra. Ergo de sola vera, & totali vacatione debet intelligi: vt ff. de actio. empt. l. 2. §. 1. sed hæc dignitas episcopalis non est huiusmodi, ergo, &c. Porrò aduertant Archidiaconi, quod omnia priuilegia, statuta, & consuetudines obuiantes, quominus commodum sigilli Ecclesia vacante obueniens etiam futuro prælato seruetur, sint sublatæ: vt extra de elect. c. quia sæpe. iuncta deliberatione facta in Concilio Viennen. in eo. tit. statutum, nisi in casu ibi excepto in vltimo responso, scilicet, quando iurisdictio cum eius emolumento deuoluitur de consuetudine, vel priuilegio, vel alio iure speciali. Hîc autem non dicitur in facto, quod iurisdictio ad Archidiaconum deuoluatur, sed ad Capitulum in communi, & hoc de iure communi est. extra de hæret. ad abolendam. & de ma. & obe. his, quæ. licet exerceatur per Archidiaconos, vt per ministros. sint ergo contenti Archidiaconi, si super obuentionib. vacante durante dimittuntur in pace. Tertiò Archidiac. videntur hoc commodum velle vendicare ex persona Capituli sigilla retinentis. Cùm igitur Capitulum hoc iure non vtatur, habent ipsi silere. argum. ff. de leg. præst. contra tab. bono. poss. peti. l. nonnunquam.

De his, quæ fiunt à præla. sine consensu Capit. & de dolo & contu.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus solus potest priuare canonicum, qui citatus non venit ad faciendam residentiam.*
2 *Item, quòd talis propriè non dicitur sententia.*
3 *Sufficit citatio per edictum, quando nescitur, vbi sint canonici, si proponitur in Ecclesia, vbi debent residere, & quod non requiruntur tres citationes. & num. 6.*

CONSILIVM CXCV.

ARTICVLI domini Arnoldi dati coram nobis super canonicatu, & præben. Eccleſię Vincen. cõtra magistrum Ioan. de Ponte Curuo duplicem finem considerant. Vnus enim tendit ad canonizandum prouisionem suam. Alter verò ad tollendum sententiam cõtra eum latam. circa primum, quia canonizari non potest prouisio sua, nisi ostendatur iusta priuatio: Ioan. duo facit. Primò ostendit iustam & legitimam priuationem ex protestate facientis, id est, Episcopi faciẽtis ex causa, quia propter absentiam, & contumaciam ad residendum in Ecclesia, & propter formam debitam seruatam in procedendo: videlicet, quia præcesserunt solemnes, & peremptoriæ citationes, imò magis vocationes publicè

publicè factæ in Ecclesia Vincen. cùm nesciretur, vbi esset, & propter expectationem diutinam, quia post primam vocationem in Ecclesia propositam, quę fuit proposita 5. idus Decembris anno Domini 1315. fuit expectatus, antequam contra eum aliquid fieret, vsque ad 14. Kalend. Augusti, anno Domini 1317. Et tunc fuit facta citatio alia publicè in Ecclesia ad Kalend. Octobris. Et quia tunc non comparuit sequenti die fuit lata priuationis sententia contra eum. † Ex quibus apparet, quod iusti, siue iustificati sunt articuli ex fine, quia quod factum est, fieri de iure potuit, id est, absens ad residentiam fine rationabili cau-
1 sa redire renuens priuari potuit: vt extra de cler. non resi. c. vlti. Cùm enim talis clericus, siue canonicus censeatur desertor: vt 21. quæstio. 2. placuit. dignum est, vt propter desertionem gradu priuetur: vt C. de come. l. 2. lib. 12. & ff. de re milit. l. desertorem. §. 1. Verùm, quia contra articulos duo opponuntur, restat breuiter respondere ad illa, & primus obiectus
2 impingit in potestatem priuantis. ¶ Secundus in forma priuationis. † Circa primum dicitur: quod solus Episcopus sine capitulo suo priuare non potuit: vt 15. quæst. 7. Episcopus. & extra de excess. prælato. cap. 1. Circa secundum dicitur, quod citatio de magistro Ioanne non fuit facta in loco debito, quia non in loco de Ponte Curuo, vbi dicit, tunc notoriè se fuisse,
3 sed in Ecclesia Vincen. allegat extra de cler. non resi. c. ex tuæ. ¶ † Ad primum respondetur dupliciter. vno modo per viam iuris. Alio modo per viam facti sic, quod absentes ad residentiam reuocare, & contumaces priuare principaliter pertinet ad officium Episcopi, sicut ad officium regentis exercitum pertinet potissimè militi commeatũ dare, & datum reuocare: vt ff. de re milit. l. officium. & quod hoc etiam soli Episcopo sit commissum habetur. 91. distin. c. vlt. 50. di. contumaces. 6. quæst. 1. si quis presbyter. extra de cle. non resi. c. conquerente. & in cap. inter quatuor expresse. in c. vlt. eod. tit. & de app. peruenit. 2. & not. per Compost. extra de constit. c. cùm omnes. Non obst. Capitulum, Episcopus, & similia, in contrarium allegata, quia habent illa locum, vbi solemnitas iudicij requireretur, quod hîc non est, quia si super hoc propriè solemnitas iudicij requireretur, exigeretur citatio, eò, quod ipsa est principium omnis iudicij, vt instit. de pœ. teme. litigan. §. vlti. quæ hic non requiritur. Vnde non est propriè dictum, quod absens debeat citari, sed requiri. Nec est propriè dictum, quod sententia priuationis feratur contra absentem: imò dicuntur magis suis beneficijs spoliari: vt d. cle. non resi. c. ex parte. & ibi not. per Hostien. in glo. signata super verbo, quod si vocatus, &c. & in c. ex tuæ. in glo. signata super verbo, quod spoliari. & in fi. glo. signata super verbo, remoueat. & sic non est mirum, si in hoc non requiritur consensus Capituli, quia est quædam executio iuris scripti, in quo non semper requiritur consensus Capituli. & not. Innoc. extra de temp. or. c. ad aures. & est super re notoria. Non enim potest esse non notorium Episcopo, & canonicis, si eorũ canonicus est absens. extra de translat. c. quanto. & ideo non debet super hoc iudicium fieri, nec testes recipi, nec causa in iudicium deduci: vt extra de fi. presbyt. c. quoniam in sapresse Host. in præalleg. c. ex parte. extra de cle. non
4 resi. in glos. signata super verbo, quod si vocatus, &c. quæ glos. diligenter videatur. ¶ † Per viam facti respondetur, quia dantur sufficientes articuli de consuetudine præscripta, per spatium 40. annor. & tanti temporis, cuius contrarij memoria non existit, quod ad Episcopum Vincen. solum & insolidum fine requisitione Concilij, vel assensu Capituli, pertinet inquirere, & punire, & priuare, & conferre præben. canonicorum, & videantur etiam declarationes articulorum, in quibus dantur multi actus. Vnde videtur, quod casus decret. extra de consuet. non est libro 6. determinet hos articulos debere admitti, præsertim cùm in articulis ipsis fiat mentio de possessione tanti temporis, cuius contrarij memoria non existit, ex qua ius resultat: vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. vlt. & l. in sum. & de aqua quot. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Nedum quia ad hoc, vt alicuius tanquam iudicis, seruarentur sententiæ, sufficit probare eum esse in quasi possessione exercitij iurisdictionis, donec contraria veritas, scilicet, quod ei iurisdictio nõ competat, probetur. ff. de offi. præto. Barbarius. extra de re iud. c. suborta. & not. per Inno. de reli. do. c. dilectus. & ibi not. per Host. qui sic exponit dictum Inn.
5 ¶ † Ad secundum respondetur, cùm dicitur, quod citatio nõ fuit facta in loco debito, quod imò facta fuit in loco debito, quia cùm ignoraretur, vbi esset facta publicè fuit in Ecclesia, quasi ad domum, id est, domicilium eius: vt ff. de agno. lib. à paren. l. 1. circa prin. ff. de dam. infec. l. 4. §. toties. extra de dolo & contu. c. quæ inter F. & c. venerabilis. & habetur expressè extra de cle. non resi. c. ex tuæ. & ibi not. per Innoc. & Host. imò cùm magister Ioannes ponat, quod ipse tunc erat in Ponte Curuo, manifestum est, quod vocari potuit per edicta in Ecclesia publicè proposita, quia extra prouinciam non tenetur quis alium citare: vt extra de dolo & contu. cùm olim. §. volentes. & not. Hosti. in sum. de cler. non resi. §. quæ fit pœ-
6 na. in ver. hoc tamen notandum, &c. ¶ † Ad aliud, quod dicitur, quod nõ fuerunt factæ tres citationes. Respondetur, quod ius non requirit tres propter numerum, qui sit de esse, sed ne præmaturè ad decisionem negocij procedatur, & vt iudicibus immodicè sæuientibus freni quædam temperies imposita videatur. arg. ff. de dam. infec. l. si finita. §. si fortè. & C. de custo. & exhi. reorum. l. si quis in ea. Et ideo licet ad peremptorium proponendum tres debeant præcedere citationes. ff. de iudi. l. Ad peremptorium. cum duabus legibus, tamen vnum potest pro omnibus proponi. ff. to. l. nonnunquam. & in nihilo iustitia læditur, si illud tantum tempus contineat, quantum omnia tria continerent. ar. ff. de verb. sign. l. ter enixa. & not. in d. l. nonnunquam. Cùm igitur ex facto suprà proposito, & in articulis domini Arnoldi clarè comprehenso, manifestè appareat inter alias citationes, quæ ambæ peremptoriæ fuerunt, tantum tempus intercessisse, quantum ad hunc actum iura requirunt, secundum not. extra vt lite non contest. l. quoniam frequenter. §. si verò alter. clarè patet iuri satisfactum esse. & quæcunque acta sunt facta fuere legitimè. Vltima verò pars articulorum, siue vltimum genus, quod ostendit dolum magistri Ioannis, circa obtinendam sententiam domini Hostien. fundatur super l. ff. de iudi. si prætor. §. Marcellus. & extra de re iud. c. cùm olim Magodolonen. ¶ Ex prædictis itaque apparet patenter omnes articulos datos pro parte magistri Arnoldi esse bonos in materia, & forma, & benè concludere, & ideo de iure admittendos esse: cætera suppleat discretio iudicantis.

Qui filij sint legit. & de condi. & appos. & de oblig. ad ratiocinia.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis, si suscipit filiam ex soluta Pedissequa, & instituit*

stituit eum hæredem appellando eum filium non propterea dicitur filius naturalis.

2 *Item, si testator reliquit duos hæredes, & donec implerent certum, quid mandauit vsumfructum hæreditatis esse apud executores, tunc si vnus pro parte sua vult implere conditionem, licet alter non impleat, satisfacit pro parte sua. & num. 3.*

4 *Et tutores vel curatores testamentarij non remouentur, nisi ex calida conuersatione.*

CONSILIVM CXCVI.

a 1 FACTVM tale est. *a* † Quidam nobilis conuertit se ad quandam mulierem solutam, & totaliter ignobilem, & ex ea habuit filium, quæ mulier portabat aquam de fonte ad domum ipsius nobilis, & mundificabat domum ipsius nobilis, & similia faciebat, quando veniebat ad domum ipsius nobilis, & sic paupercula mulier, antequam dictus nobilis eam cognosceret, postea ibat ad messes, & conducebat se ad opera manualia, & de laboribus manuum suarum viuebat, quia dictus nobilis non prouidebat sibi, nisi quod de duobus, vel tribus annis ad supplicationem mulieris, & aliarũ dabat eidem mulieri vnum supertunicale, & quolibet anno duas, vel tres somatas de Blado. Modò quæritur, an iste filius de tali muliere susceptus, quem iste nobilis in testamento suo naturalem vocauit, possit, aut debeat dici naturalis de iure, & si pater potuit sibi aliquid legare
2 in testamento? ¶ † Ad istam quæstionem dicendũ est, quòd tales filij nõ possint nec debeant naturales censeri sic, quòd capere possint, quia oportet, quod sint ex libera muliere in schemate concubinæ sociata: vt in auth. quib. mo. na. effi. sui. §. si quis autem defunctus. col. 7. & in auth. de trien. & se. §. & hoc dicimus,
b si vni concubinæ: &c. *b* Hæc autem non stabat in schemate concubinæ, &c. quia schema cõcubinæ adeò affine, & proximum est vxoris schemati, vt propter difficilem discretionem vnius ab altera lex protestationem requisiuerit, quod sit concubina: vt ff. de concubi. l. in concubinatu. & de ri. nup. l. in liberæ. & præsumptionem indubitatæ affectionis ad ipsam, quę requiritur in concubinatu, multum retrahit vilitas, & abiecta conditio mulieris. ar. ff. de do. l. donationes. circa prin. & ff. de his, qui. vt indi. l. post legatum. §. de eo. Nec erat ibi cohabitatio, quæ videtur esse necessa-
3 ria secundũ iura superius alleg. ¶ † Secunda quæstio est, cùm ipse testamentator in suo testamento ordinauerit, quòd omnia debita, & iniurię persoluantur per filium, sicut supradictum est, ex dicta muliere susceptum, & alium hæredem suum vniuersalem instituit per medium, & hæres sit paratus soluere partẽ suam, & executores nolunt eam requirere propter clausulam testamẽti, qua cauetur, quod ipsi executores tanto tempore, & tãdiu teneant omnia bona dicti testatoris, & donec de omnibus debitis, & iniurijs fuerit plenariè satisfactum, an ipsi executores teneantur de iure recipere solutionem, quam hęres vult facere pro
4 sua parte, & teneantur hæreditatẽ ipsam hæredi contingentem liberè tradere eidem hęredi. ¶ † Ad istam quæstionẽ videtur, quòd executores teneantur recipere solutionẽ, quam hæres offert pro parte sua. & videtur casus. ff. de vsufru. & no. ff. fa. erc. inter cohęredes. §. vsusfructus. Respondetur, vt ibi not. per gloss. & probantur benè prædicta. ff. de condi. & demon. l.
5 pen. §. de illo. cum si. ¶ † Tertia quæstio est, quod cùm dicti executores sint ex testamento dicti defuncti dati curatores, & tutores isti filio, sicut suprà dictũ est, ex dicta muliere nato, & ex hoc partẽ faciunt cum dicto filio contra hæredem, & pro dicto filio stent publicè, & damna hæredi procurent, propter quod hæredi eidem merito sunt suspecti, quæritur, an iudex ordinarius ad requisitionem dicti hæredis possit eos remouere ab executione testamenti prædicti? Ad istam dicendum, quod propter ea, quæ in quæstione ponuntur, possunt executores, vt suspecti, remoueri. Illi enim soli remouentur, vt tales quos callida conuersatio suspectos commendat: vt ff. de priu. cre. l. credi-
tores. de suspe. tuto. l. suspectum. & C. eod. tit. l. in postulandis. cum sim.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Tale est. *Præclarum, & omnibus fortè aljs præstantius in hac materia Votum Domini Tho. Gram. Quod est 4. inord. Et illud vide omninò.*

b ¶ Si vni concubinæ, &c. *Spec. de successio. ab intesta. §. 1. versic. Nunc de naturalium. 10. And. in Rub. Qui filij sint legitimi. in addi. eiusdem Spec. in princ. Signoro. de homo. consil. 221. incip. Factum sic se habet. Bar. in l. fi. C. de nat. & in l. fin. in prin. de his, quib. vt indi. Bal. in l. fi. C. de natu. lib. & cons. 206. incip. Casus talis est. Quidam A. vol. 3. Ab. in c. Innotuit de elect. & in c. tanta. Qui filij sint legit. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. col. 14. ad fi. Trebel. Et cons. 60. incip. Visa legitimatione. col. 3. Et in cons. 174. incip. super eo. col. 2. vol. 5. Aret. in §. fi. instit. de nup. Matti. Laud. in tract. legitimatio. versic. In Christi nomine, & men. Priusquam, &c. Præpo. in c. lator. Qui filij sint legitimi. Cacialu. in repet. l. si qua illustris. in 1. Carta. ad fi. Orfi. Ang. in cons. 123. Pro decis. Vbaldum in tracta. successio. ab intesta. circa prin. ver. secunda species liberorum. Matheſi. in tract. eiusdem nominis. col. 2. ver. secundum membrum. Aret. cons. 48. Reuocatur in dubium, in princ. Corn. cons. 9. incip. Memini. col. 2. vol. 4. Bertr. cons. 27. incip. Ex processu. num. 5. & 7. vol. 2. & consil. 227. incip. Prout dicit Oldr. num. 4. vol. 1. Alciat. præceptor meus in tractat. Præsumpt. Reg. 2. Præsumpt. 5. vbi concludit filium in dubio, potius quàm concubinatũ præsumi, & per consequens filios spurios, potius quàm naturales. Addit ibi dictum Bal. in consil. 262. vol. 1. quod pauci sint verè naturales propter multa, quæ requiruntur ad cõcubinatum. Idem quoq; Bal. in l. eam, quam. col. 7. C. de fideicom. & Alber. in rub. C. de natu. lib. hanc Oldr. opin. sequuntur in terminis fortioribus, vt refert ipse ibidem Alciat. quoniam concludunt filios, quos habet quispiam ex seruitrice sua licet non coniugata dici spurios, & non naturales. Quæ not. vide etiam Lud. Sard. in tracta. de natu. lib. qui tractatus est in vno vol. tractatuum. pag. 2. §. De concubina. Bertr. eundem in cons. 135. incip. Quia scienti. num. 3. par. 2. & Bal. in cons. 344. Pro veritatis indagatione in antiquis. Et quis dicatur concubinatus, idem Bal. tradit in consil. 240. Ad euidentiam. vol. 5. in antiq.*

De testamen. & de dona. extraord. ff. de condi. & demon.

SVMMARIVM.

1 *Testator, cùm legat certas terras sub certa mensura causa demonstrationis, licet mensura sit maior, nõ propterea vitiatur legatum, sed totum accrescit legatario, secus, si legat per certum numerum, non causa demonstrandi. idem in donatione. cum num. seq.*

CONSILIVM CXCVII.

1 IN concessione † cuiusdam donationis hæc clausula continetur: Item dedit, & concessit eodem modo, quo melius potuit, & authorizauit eisdem canonicis, & capitulo sequẽtem terram insulam, quæ est

quæ est iuxta dicta loca episcopalia à parte meridiei, quatenus infra vias publicas comprehenditur, & quę habet 50. brachiatas in longum, & 15. in latum, & cæt. ¶ Ex ista clausula tale oritur dubium in eo, quod dicit terram sequentem, quatenus infra vias publicas comprehenditur. Ex eo quod dicit specificando, quæ habet 50. brachiatas in longum: & in dicta specificata concesione non sunt datæ, nec concessæ nisi 50. brachiatæ in longum, & sic reperiuntur, & sunt magis
2 quatuor brachiatæ in dicta insula in longum. † Modo quæritur, vtrum dictæ quatuor brachiatæ sint datæ, & concessæ per generalitatem prædictam in eo, quod dicit totam insulam comprehensam infra vias publicas, vel sint retentæ per specialitatem prædictam in eo, quod dicit 50. brachiatas in longum, &c. vel quid iuris? plerisque videtur dicendum sola enumerata brachia, scilicet, 50. deberi. vt ff. de contrahen. empt. & vend. l. comprehensum. & de actio. empt. & vend. l. penult. §. vltim. Sed ego contrarium credo per leges. ff. de leg. 1. l. si fundum sub conditione. §. si
3 §. qui filio. † Et videtur multum referre, vtrum loquens incipiat mentis conceptum explicare à nominib. explicantibus numerum, & mensuram, & tunc non plus in actum deducitur, quam significetur per præcedentem numerum, vel mensuram, vt ff. de leg. 1. si quis testamento. in princ. an à nominibus designantibus certam speciem, vel corpus determinatum: quod postea mensurat, quia tunc adiectio mensuræ est loco demonstrationis falsæ, quæ nec vitiat, nec minuit id, cui additur: vt ff. de lega. 1. l. si seruus legatus. §. qui quinque. de lega. 3. l. his verbis. §. pater. de condi. & demonst. l. demonstratio. & C. de Fal. causa adiect. l. 1. refert largiter, & per totum titulum. & sic est in proposito, & videtur hoc determinari per l. ff. de actio. empt. & vend. l. si venditor. in prin. & ita no. gloss. in secunda solutione, quam ponit in præall. l. §. vltim. de actio. empt. & vend. *a*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Empt. & vend. *Vide in consimili materia consi. Paul. de Castr. quod est in antiq. sub numer. 378. & incipit. In causa vertente coram domino Potestate Mestre. Item vide Spec. in §. 1. col. fin. de empt. & vend. ver. super quo not. Et ibi Io. And. in additione longa, quæ incipit. Hic quæritur. Ias. in consil. 79. in 1. col. volu. 1. Qui Ias. loquitur in venditione: Alex. in consi. 73. col. 2. volu. 3. Bertran. consi. 337. non puto in 1. col. vol. 1. Paris. consi. 65. volu. 1. Afflict. Decis. 68. Bologni. post Ioan. And. consi. 98. Socin. in l. demonstratio. in princip. colum. 2. de cond. & de con. Paul. in no. est 219. in 2. volu.*

De proba. & de ver. sig. & de rescri. & de fide instru. & de concess. præben.

SVMMARIVM.

1 Facultas certa, quando conceditur prælato vel alteri pro certis familiaribus suis oportet quod tempore datæ gratiæ probetur illum qui vult gaudere eadem prærogatiua fuisse familiarem continuum commensalem illius, alias succumbit.

2 Item clausula (anteferri) posita in gratia scilicet seu aliqui, &c. impetrauerint, &c. intelligitur quo ad impetrantes de præterito & non de futuro & dicta clausula ponitur ad tollendam surreptionem. & num. seq.

4 Item clausula anteferri est odiosa & restringenda.

5 Item etiamsi expectans apostolicus non habeat mensem ad acceptandum, sed decretum irritans tamen illud decretum ligat alios dum tamen ipse vellet eo vti et non sit negligens alias secus.

6 Item illud brocardicum si vinco vincentem te, &c. habet locum, quando ego, qui vinco te habeo, à te causam quæ mediante vinco, quem tu vincis eiusdem generis & rationis & ordinis, alias secus.

7 Item producens literam pro se videtur confiteri omnia contempta contra se ex qua appareat infra tempus non fuisse diligentias factas.

CONSILIVM CXCVIII.

1 CIRCA † primum punctum sic dicit pars magistri P. texen. quod ad hoc, vt præbenda Ioannis de Fortianis caderet sub gratia apostolica domino regẽti regnum Francię concessa, necesse est, quod dictus Ioannes tempore concessæ gratiæ fuerit eius Clericus domini regentis talis. Sicut requirit text. extra de verborum significa cap. sicut nobis. lib. 6. videlicet, quod fuerit eius Clericus familiaris, & in eius expensis continue domesticus commensalis. Et in hoc bene dedit firmũ articulum. 7. in ordine suorum, & nixus est ipsum probare, & non probauit. Magister verò P. licet non indigeret, dedit articulos contra Firminũ. & sunt 14. 15. & 16. & satis sufficienter probauit: & ex hoc solo apparet, quod Firminus nullum ius habet in præbenda Eccle siæ Rothomagen. de qua agitur, vt pote non inclusa in gratia domino regenti concessa, cui innitatur.
2 ¶ † Circa secundum punctum dicit pars Magistri P. quod fundata est intentio sua de iure communi, videlicet quod ipse habens gratiam specialem in certa Ecclesia puta Rothomagen. debet præferri, innitenti gratiæ generali concessæ domino regenti. Et de hoc est casus extra de præbend. ca. quamuis. libr. 6. & accedit cap. dudum. eodem tit. Non obstant verba in gratia domino regenti concessa contenta, quæ talia sunt. Non obstantibus, quibuscunque statutis, & sub
ijcitur, seu si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales, vel speciales dictæ sedis, vel legatorum eius literas impetrauerint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, decretum, vel alias quõlibet sit processum, quibus omnib. personas easdem in ipsorum beneficiorum affectione volumus anteferri, &c. per quam clausam dicit Firminus, quod debet præferri Magistro P. post dictam gratiam regenti concessam per plures annos impetranti. † Et verè non ob-
3 dicta clausula, quia illud verbum impetrauerint potest esse præteriti perfecti, & potest esse futuri temporis, vt extra de rescript. cap. ad hoc fumus. & ibi not. in gloss. signata super verbo elegerint. Hic autem debet intelligi in præterito, quod apparet in tribus. Primo, quia illa verba, sed si aliqui, &c. ponũtur in literis apostolicis ad tollendum subreptionem, vt extra de rescript. cap. mandatum. subreptio autem non contingit ex eo, quod tacerentur per impetrantem illi, qui in posterum impetrabunt, quia hoc esset hominẽ ad impossibilem diuinationem contra iura compellere. Sed contingit solum ex præteritis. & ideò verbum impetrauerit habet solam significationem præteriti. Secundò, hoc idem probatur per illa verba in clausula prædicta apposita: etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, & alias quõlibet sit processum: quę verba solum ad præteritas gratias adaptantur. Tertiò, clausula anteferri est odiosa, & iuri communi repugnans, & ideo arctanda, quantum fieri põt, vt iura manifestè probant, & no. apertè

Comp. extra de resc. c. causam, quæ. & Arch. extra de præben. c. quodam. li. 6. dummodo ergo possit in aliquo verificari satis est: quia quoties nihil sine captione inuestigari potest, id potius accipi debet, quod minimum captionis habet: vt ff. de regul. iur. l. quoties. Nec videatur cuiquam absurdum hanc clausulam referri ad pręteritos, & non futuros, quia pręteriti sunt certi, futuri verò incerti: vt ff. ne quid in flu. pu. l. 1. §. his autem. Item præteriti sunt pauci, quia duo tantum: futurorum non est determinatus numerus. Item per hoc, quod Papa eos præfert præteritis, nullam sibi legem imponit. Si autem præferret futuris, sibi quodammodo legem indiceret, quod non est verisimile, vt ff. de fideicommiss. liber. l. cum fideicom. cum sim. Et ad hoc probandum inducitur declaratoria litera domini Papæ rescribentis regi, quod nequaquam sua intentio fuerat per gratiam regenti concessam dictæ gratiæ innitentes his præferre, qui postea à sede Apostolica impetrarent, & per contrarium impetrari non posset sine iuris iniuria alieni: quæ declaratio est producta, seu facta sufficiens fides de ea. Illud etiam non videtur absurdum dicere, scilicet, quod clausula (anteferri) posita in gratia domino regenti concessa non includat præteritos, vel futuros, qui de manu domini Ioannis concedętis expectant: quia in tali effuso sermone ea sola veniunt, quæ sunt moris, & consuetudinis. arg. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. vlt. de aur. & arg. leg. l. pen. de aqua plu. ar. l. si prius. §. placuit. Non autem consuetudo est, nec vnquam alicuius Romani pontificis fuit aliquem in genere à se posterius impetrantem præferre alicui, qui ab eodem prius in certa Ecclesia impetrasset.

4 ¶ † Ad tertium punctum, quo quæritur, an Firminus possit se iuuare ex persona præcedentium, & per cap. auctoritate Martini dicit pars Magistri P. quod non, quia cum tales primi infra tempus eis datum ad acceptandum non sunt vsi iure suo, perindè est, ac si non fuissent nondum, ergo nomen eorum non potest excludere tertium, scilicet, Magistrum P. & hic est casus. ff. ad Tertul. siue ingenua. §. liberi. ibi & tunc obstent ei, quoties rem haberent, nedum videtur, &c. & in §. sed si quis cum status, &c. ibi, ita demum autem, &c. ergo capitulum auctoritate Martini loquitur in tribus gratijs durantibus, & afficientibus præbendam, de qua agitur, nisi alter per alterius prærogatiuam

5 impediretur. ¶ † Secundò, pro intellectu diuersitatis inter capitulum auctoritate Martini ad casum nostrum præmitto, quod illa, quæ sunt de iure communi, & ei inhærent, longè vberiora sunt, quam quæ ex priuilegio procedunt, & iuri communi repugnant. argumen. ff. de actio. & obligat. l. in honorarijs. §. sed cum recisa. de milit. testam. l. eius militis. §. 1. Attendendum ergo, quod in ca. auctoritate Martini secundus impetrans inchoat victoriam suam de iure communi, qui ex prioritate temporis contra tertium, & ideo ipsa facile extenditur propter pręrogatiuam tertij contra primum. Hic autem Firminus nihil habet de iure communi, sed quicquid habet in præbenda, de qua agitur, hoc est totum ex priuilegio iniuriosæ clausulæ (anteferri) respicientis præteritos, siue prędecentes: quam extensionem non recipit contra alios, de quibus non apparet expressè concedentem sensisse, & huiusmodi sunt futuri per gratiam regenti concessam impetrantes, de quorum numero est Magister P. & hoc bene probat, si quis aduertat. ff.

6 qui po. in pignor. hab. l. in l. Claudius fœlix. ¶ † Ad Brocardicum verò, si vinco vincentem te, &c. Respondeo, quod illud propriè locum habet, quando ego, qui vinco te, habeo à te causam: quia tunc mediante illa causa vinco illum, quem tu vincis, & ita loquitur l. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. de accessionibus. Vel quando tu, quem vinco, & ille quem tu vincis, estis eiusdē generis, rationis, & ordinis. tunc enim, quæ ratio facit me vincere te, faciet & me vincere omnes, quos tu vincis: vt patet in exemplo. ff. ad Tertull. l. æquissimum. §. 1. vbi omnis manumissor, si. ue emancipator nepotis vincit patrem in successio. ne nepotis, certè eadem ratio vel maior est, quod vincat etiam matrem, quæ est eiusdem gradus cum patre: quia ambo in primo, & in capite. non sic priuilegiato in successione: quia pater vel est, vel fuit in capite agnatorum, qui auctoritate Authent. de hæred. ab intest. præferebantur cognatis. Mater verò in capite cognatorum. & idem est videre in exemplo posito. ff. ad Tert. l. 2. §. objcitur. Vbi mater vincit in successione filij omnes agnatos: ergo & patrem in adoptione datum, qui desierat pacto huiusmodi esse agnatus: cùm agnatio esset causa ad successionem vocans. Sed vbi hæc non sunt, cessat regula: vt apparet in duobus creditoribus, quorum vnus est prior tempore, si is habet priuilegium refectionis, puta, qui præfertur primo: vt ff. qui po. in pignor. ha. l. interdum. cum duabus ll. sequent. si enim ponas mulierem mediam, hæc pro dote sua vincit vltimum creditorem priuilegio innitentem, & tamen non vincet primum innitentem iuri communi, qui tamen vincitur à tertio priuilegiato: vt in Authentic. de æqua. do. §. his sequens. Et apparet in exemplo posito in Authent. qui. mod. na. effic. sui. §. discretis, vbi naturalis in duabus partibus vincit agnatos, & tamen non vincit coniugem, quæ vincitur ab agnatis: quia agnati, & coniunx nō sunt eiusdem ordinis, generis,

7 & rationis. ¶ † Ad quartum, quo quęritur, an sufficienter sit probata acceptatio facta per Magistrum P. in tra tempus debitum: dicit Magister P. quod sic. quia Firminus produxit vnam literā regis, per quam productionem videtur confiteri ea, quæ in ipsa contine

a nentur, *a* esse vera, vt extra de except. c. cum venerabilis, & de censi. c. cum olim. In illa autem litera dicitur in effectu, quod tres impetrantes præfato Magistro P. in simili gratia pręferantur, dum adhuc sunt infra tempus, si quod ius sibi competat acceptandi, &c. cùm igitur tempus ad acceptandum currat à tempore notę vacationis in Ecclesia: vt extra de præben. c. cum ei, quem in concilio Viennen. impossibile est præcedentes Magistrum P. in simili gratia esse infra tempus acceptandi. Magistrum verò P. non esse, & si attendatur data illius literæ acceptatio illius per Magistrum P. facta fuit anno Domini 1319. die 12. Ianuarij. litera verò fuit data anno eodem 25. Februarij. &

8 sic constat, quod est posterioris datæ. ¶ † Ad quintum, quo quæritur, an facto in relationibus posito sit probatum, quod collatio facta Magistro P. sit facta contra decretum aliorum præcedentium, etsi facta sit, an conualescat, quia non apparet, quod aliquis aliorum imperantium voluerit vti gratia sua, quantum ad præbendam istam: dicit Magister P. quod nullo eum præcedente decreto pendente collatio sibi facta fuit, omnes enim habebant mensem ad acceptandum, excepto Ioanne de Fargetis. Ex prędictis autem apparet, quod nominatio facta per regem de Firmino facta fuit vigilia natalis Domini, & processus executorum datoris factus in fauorem Firmini factus fuit in eodem anno 25. die Decembris. Firminus ergo non potest dicere tunc temporis non vacare. Etsi habemus veritatem vacationis, notitiam

b verò *b* habere non possumus, ex iuris præsumptione concludo. cùm enim quodlibet beneficium de iure requirat residentiam, præsumitur, quòd Magister Io. de Frage, residerit in Ecclesia Rothomagensi, atq; ibi decesse.

decesserit, quod non potuit non esse notum in Ecclesia. Magister verò P. die 12. Ianuarij, & sic infra mensem sibi præfixum ad acceptandum acceptauit. quæ acceptatio non est impedita per aliquod decretum, sed solum collatio: collationem verò, cui per libi fieri 19. Februar. & sic post lapsum mensis præfixi 9 prioribus. † Etsi dicatur, Magister Ioannes de Fragetis non habebat mensem. Respondetur, verum est, sed decretum simplex, & non habebat interim. Vnde illud decretum habebat tacitam conditionem, si Magister Ioannes vti voluerit gratia sua, & in ea negligens non fuerit, vt extra de rescript. c. tibi, qui gratiam. in fin. de concess. præbend. c. quia cunctis. Vnde cùm vere impetrauerit ante Magistrum P. per triennium, nec producta fit aliqua præsentatio gratiæ sibi factæ oblata capitulo, nec aliqua prosecutio, manifestum est, quod decretum nō ligauit manus aliorum, præsertim cùm ipse in dicto suo dicat se in eadem Ecclesia præbendam aliam assecutum. Item in via iuris dicitur, quod omne decretum habet tacitam conditionem, si is, in cuius fauorem est interpositum, eo vti voluerit, vt ff. de leg. 1. l. seruum filij. in princip. & de castren. pec. l. proponebatur. Et no. Ioan. Mo. extra de præben. statutum. & facit bene pro hoc. ff. pro socio. l. cum duob. §. idem respondit. ¶ Ex prædictis apparet itaque, Firminum in præbenda, de qua agitur, nullum ius habere, & collationem Magistro P. factam fuisse canonicam, & in euentum, quo non appareat illam fuisse canonicam, cùm appareat sibi debitam, & concessam petit sibi per vos dominum auditorē conferri secundum c. auditor. extra de rescript. in concilio Viennen.

ADDITIO ANTIQVA CVM Rainaldo Corso.

a ¶ Continentur esse vera. *Adde quod producens instrumentum videtur confiteri omnia in instrumento contenta esse vera, tamen si probetur contrarium per aduersarium ista confessio non præiudicat confitenti, quia eneruata est secundum In. qui ita notat de iureiur. c. mulieri. & c. cùm venerabilis. de except. vbi omnino vide. idem voluit Bal. in l. si quis testibus. C. de testi. vide Bald. in l. cum precum. ad fi. C. de liber. causa. & vide Bald. in l. alia causa. C. de his quibus vt indi. & quando instrumento producto quis possit partem acceptare, & partē non vide. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsit ff. de libe. caus. & Bart. in l. Publia Mæuia. §. ff. de poss.* * Huius loci Bertr. meminit in consi. 11. examinato processu. num. 44. volu. 2. Et multa ibi in hoc allegat. Idem agit de hac materia in consi. 78. existimo sub correctione. vol. 1. & in consi. 282. viso processu, num. 2. eo. vo. Et in consi. 314. Per pleniori, num. 11. vol. 3.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

b ¶ Notitiam verò. *Expone notitiam verò, id est, probationem verò notitiæ.*

Vt lite pend. & de restit. spolia. & de prob. & de procur. & de libel. obla. & de verborum significatio.

SVMMARIVM.

1 *Causa attentatorum magis priuilegiata est, quam interdictum vnde vi. etiam quo ad probationem.*

5 *Item per instrumentum probari potest delictum in quantū in facto consistit, sed nō inquantum consistit in iure.*

6 *Item si apparet de mandato ad capiendam possessionē & postea probatur spoliatio præsumitur ratihabitio domini, nisi cùm sciuit contradixerit protestando, &c.*

7 *Etsi libellus detur contra dominum spoliantem concludit probata ratihabitione. & num. seq.*

11 *Item ea quæ requiruntur in mandato, requiruntur in ratihabitione.*

CONSILIVM CXCIX.

a 1 PRO fundamento a † attendendum est, quod agitur reuocatione attentatorum causa pendente, & post inhibitionem, cui causæ maius, & præstantius debetur priuilegiū, & fauor, quam etiam interdicto recuperandæ possessionis, vel vnde vi. Et est ratio, quia per illud parti spoliatæ succurritur. per hanc nec parti spoliatæ succurritur. nec contempta iudicis maiestas vindicatur: vt arg. ff. de iurisd. omn. iu. l. si familia. & prætorum, siue iudicum edicta fiunt cluſoria, vt ff. ne quid in so. pu. fiat. l. vlti. & de iu. l. si prætor. Et hac ratione motus (vt puto) dixit dominus In. quod agens interdicto vnde vi, plus oneratur probationibus, quia oportet se deiectum probare per hunc, & deiectionis tempore possedisse: vt ff. de vi & vi arma. l. 1. §. interdictum autem hoc. & extra de offic. & po. iud. deleg. c. con-
2 sultationibus. ¶ † In reuocatione autem attentatorum sufficit probare se possedisse, & nunc aduersarium possidere licet spoliatio facta per aduersarium non probetur, vt extra de appel. capit. bonæ memoriæ. cap. de camerar. & not. Innoc. extra de rescript. c. ex parte. & ff. ne vis fiat ei, qui in poss. mis. esse dicetur l. 1. §. hæc actio. Non obst. si dicatur quod c. bonę memoriæ. loquitur de attentatis post appellationem quia verum est, quod loquitur de appellatione extrajudiciali, quæ non est, nisi quædam prouocatio ad causam: vt extra de appel. cùm sit Romana. & nemo dubitat non maioris esse virtutis simplicem prouocationem ad causam, quam ipsam realem litis dependentiam, & iudicis inhibitionem secutam. Ex quibus manifestè concluditur, quod cessantibus omnib. ambagibus, cùm probatum sit per testes dominum Stephanum possedisse, & Magistrum Io. seu alium pro eo hodie possidere, & hoc etiam ius improba appellatio detegit interposita à sententia domini P. Guilielmi auditoris Palatij: talique attestatione facta de domino Stephano, cùm ipse Magister Ioannes sit ab expensis & fructibus absolutus (Si enim non possideret, restitutio facta, vel fieri iussa domino Stephano in nullo magistrum Ioannem afficeret) non debet audiri appellans, nec appellationem prosequens: vt ff. de appel. reci. vel non. l. 1. & extra de elect. capi. cùm inter R. appellando igitur, & prosequendo ostendit rem ad se pertinere: vt C. de filijsfam. & quemadmod. paren. pro his tene. l. cùm appellasset. Et per hæc apparet bonam factam fuisse, & esse sententiam domini Petri Guilielmi, in qua restituit dominum Stephanum. attendatur etiam, quod Magister Ioannes appellans à sententia Armandi de Marcesio non comparuit coram eo in termino sibi dato ad recipiendos Apostolos, per quod videtur appellationi suæ renunciasse: vt extra de appel. cap. quamuis rigor. in
3 conci. Vienn. ¶ † Sed his cessantibus, quæ tamen verè non cessant, adhuc probata sunt omnia necessaria in vero restitutorio iudicio, quia probatum est plenè per testes dominum Stephanum possedisse, quia procurator suus P. nomine domum decanatus possidebat pro eo: & possidet ille, cuius nomine possidetur: vt ff. de acquir. poss. l. generaliter. extra de restitu.

spo. c. cum veniſſet. & poſitum eſt Magiſtro Stephano reuerentiam exhibitam, vt Decano, per quæ poſſeſsio quæritur, vt extra de præbend. cap. dilecto. de elect. c. in Geneſi. & ff. de ſol. l. Titia. & extra de his quæ fiunt à maio. par. ca. c. ex ore. ¶ Probata eſt item ſpoliatio manifeſtè tàm per inſtrumentum, quàm
4 per teſtes. † Non obſtat, quod dicitur, quod ſpoliatio,
b vt potè maleficium nõ poteſt probari per teſtes, *b* per ea, quæ not. B. extra de maio. & obed. ca. in Eccleſijs. & quia præſupponit poſſeſsionem, quæ per teſtes ſimiliter non probatur, vt hic eſt caſus extra de reſtit. ſpoli. c. cùm ad ſedem, ibi vel etiam inſtrumenta, quæ
5 nullatenus de ſpoliatione tractabant. † Quòd autem dicitur maleficium non probari, niſi per teſtes, dico, quod in maleficio ſunt duo, ſcilicet, ipſum rude factum, & iuris diſpoſitio iudicans, & diſcernens de tali facto, an ſit licitum, vel illicitum. v.g. in homicidio eſt hominis extinctio, ſiue rude factum, quo mediante homo extinguitur. Verum quia non omnis hominis extinctio eſt illicita, puta ea, quæ fit ad defenſionem eſt ibi quædam iuris diſpoſitio diſcernens licitum ab illicito, quod eſt proprium iuris affectum, vt ff. de iuſti. & iur. l. 1. circa prin. Primum quidem tanquam ſubiacens hominis ſenſui, puta in ſui defenſionem ſubiacet probationi tàm inſtrumẽtorum, quàm teſtium. vt C. de prob. l. ſciant. C. quorum appel. non rec. l. obſeruare. & no. ff. ad Turpil. l. in ſenatus. circa princ. & not. C. ad l. aqui. l. contra negantem. ¶ Secundum verò, quia quod in re eſt incorporali, hominis ſenſu non percipitur, probationi ſubiacet ſecundum not. per Inno. extra de teſt. cum cauſam. & effectum huius diſtinctionis poſuit Inno. extra de offi. &
6 po. iu. deleg. c. ſtatuimus. † & idem de poſſeſsione eadem ratione, quia per quod quæritur, & retinetur poſſeſsio, probatur per inſtrumentum, vt C. de acq. poſſ. l. quod ſeruus. vera autem poſſeſsio à ſimplici detentione per inſtrumenta non probatur, quia nihil iuris probatur, vt ff. de proba. l. ab ea parte. Sed con-
c tra eam à iure præſumitur, & inde probata detentione rei præſumitur vera poſſeſsio, *c* niſi contrarium diceretur argum. 17. quæſt. 1. c. 1. & no. Inno. extra de priui. c. cùm olim propter quæſtiones. ¶ Nunc verò ſolum parti aduerſæ vnum ſupereſt fragile, & debile ſubſidium. dicit enim quod etſi poſſeſsio, & ſpoliatio ſunt probatæ, non tamẽ eſt probatum, quod per magiſtrum Io. vel per alium eo mandante, vel ex poſtfacto ratum habente. ¶ Ad iſtud reſpondetur, quod de mandato procuratoris dato ad apprehẽdendam poſſeſsionem decanatus apparet per publicum inſtrumentum confectum lite pendente, & poſt inhibitionem, quo tempore apprehenſio licita fieri non potuit, & ideo ex tempore præſumitur fraus: vt ff. de manu. l. qui pœnæ. ſecundo reſp. de bo. eo. qui mor. ſibi conſci. l. 3. §. primo. in ſecundo reſponſ. & ex defectu. id eſt, expoliatione ſecuta: vt arg. ff. ad Mace. l. Iuli. §. ſed ſi ab initio. & de vi, & vi ar. l. 3. §. armis deiectum. in 2. reſponſo. ſed dato, quod mandatum, licet ex tempore ſuſceptum, ad huius ſpoliationem non tra-
7 heretur: † tamen conſtat de ratihabitione, quia conſtat per producta, quod Procurator Magiſtri Io. hanc deiectionem fecit, & fieri procurauit nomine Magiſtri Ioan. & Magiſter Io. ex poſtfacto ſciuit, & nõ contradixit, ex quo ſequitur ratihabitio debita. debuit enim, ſi ſibi factum diſplicebat, cùm ſciuit, interpone re proteſtationem contrariæ voluntatis, vt ff. ad Mace. l. ſi filius. & furti aduer. naut. caup. ſtab. l. 1. in fin. de nox. l. in delictis. alioquin videtur habere ratum. vt not. ff. rem ra. ha. l. quo. §. 1. & hoc eſt generaliter verum in geſtis per Procuratorem, & ad id mandatum habentem, vt C. de execut. & exact. annonarum. l. ſi.

lib. 12. extra de reſcri. c. ex parte decani. & ibi aliquid per Inno. extra de iureiu. c. cùm in poſitionibus. in fi. Et hanc quæſtionem ſic in iſtis terminis decidit Ioan. Mo. extra de ſent. excom. cùm quis. lib. 6. & tangit extra de reg. iu. ratihabitione. & ff. eod. tit. l. hoc iure. §. deiecit. & de vi, & vi arm. l. 1. §. deieciſſe. & videtur expreſſum extra de offic. & po. iu. deleg. c. cùm olim. Abbas. ibi, plenius contradixit, &c. ¶ Ad id autem, quod pars aduerſa ſatis friuolè fugiendo dicit, quod non eſt datus libellus contra Magiſtrum Ioan. tanquam habentem ratam ſpoliationem huius, ſed tanquam contra ſpoliantem ſeu ſpoliari facientem, vel man-
8 dantem, &c. † Reſpondetur, ſpoliationem quis facit aut per ſe, aut per alium. & quæ fit per alium, eſt duplex. vna, quę fit per alium prẽcedente mandato: alia, quæ fit per alium nomine abſentis, qui poſt ea ratum
d habet. *d* ergo & is dicitur ſpoliaſſe, vel ſpoliari mandaſſe, qui eam ſuo nomine factam ex poſtfacto ratam habet: vt ff. de vi, & vi arm. l. 1. §. deieciſſe. & de re iur.
9 l. hoc iure. §. deiecit. † Cùm ergo regula libellorum ſit, quod omnia videantur in petitione venire, quæcunque quomodocunq; poſſunt ſub petitione clausi, niſi actum ſit, quod non veniant: vt ff. de iudi. l. ſolemnis. & extra de cauſa poſſ. & proprie. c. cum Eccleſia. & alia regula, ad actorem ſuum pertinet interpretari libellum, alioqui reus ſemper negat ita intelexiſſe, vt ff. de iudi. l. ſi quis intentione. & dictus Stephanus in articulis ſuis declarauit, quod etiam de ratihabitione intelligebat, & ideo dedit articulũ, quod ipſe dictam ſpoliationem ſuo nomine factam ratam habuit, manifeſtum eſt, quod iſta ratihabitio, ſeu ſpoliatio rata habita in iudicium eſt deducta. argum. C.
10 ad Mace. l. vltimo. † Et proſecutio declarat intentionem agentis. C. de tranſact. l. age. & de iudi. l. 2. & vtrobiq; no. & per Innoc. in d. cap. cum Eccleſia. in fi. primæ gloſſ. & per hoc patet ſolut. ad id, quod ipſe Innoc. not. extra de dona. cap. inter dilectos, quia ibi ex vna duntaxat cauſa egerat, & illam tantum fuerat proſecutus: & ſic patet ſententiam ſe proſecutum fuiſſe, vt dicebat. hocauté eſt totum oppoſitum, vt ex ſuperioribus patet. & hoc expreſsè not. Ioan. Mon.
11 extra de regul. iur. qui facit per alium. libr. 6. † Non obſtat, quod dicitur, quicquid requiritur in mandato, requiritur & in ratihabitione. vt not. Innoc. extra de empt. & vend, cap. cum dilecti. Sed in mandato ad deijciendum requiritur expreſſum, & ſpeciale mandatum, quia illicita in generali mandato non veniunt: vt ff. de condi. indeb. l. ſi Procurator. §. Celſus. cum ſimi. Et in ratihabitione ſunt duo. eſt actus expreſſus, vel tacitus, ex quo ratihabitio reſultat: & eſt quædam iuris conſiſtentia faciens id, quod ratihabitione inducitur, tenere, vel non, de primo non proceditargum. & eſt ratio, quia mandatum circa futura verſatur, quæ incerta ſunt. & ideo requiritur expreſſum: Rati verò habitio verſatur circa iam facta, quæ certa ſunt: vt ff. man. ſi vero non remunerandi. §. ſi poſt creditam. & ibi not. & in Authen. de fideiuſ. circa princ. & probatur hæc reſponſio. ne quid in flu. pub. l. 1. §. is autem. ¶ Circa ſecundum verò procedit arg. Vnde ſicut decretum requiritur in alienationis rei Eccleſiaſticæ, ita & ratihabitione alienationis iam factæ, & ſic loquitur Innoc. Non obſtat, extra de reſti. ſpol. cum ad ſedem. quia ibi non ſuccubuerunt agentes propter defectum iuris, ſed propter inepti-
tudinem propoſitæ actionis, vt ibidem not. Innocen. Vel dic, quod nulla ſpoliatio facta fuit, quia oblatio crucum fuit magis rapina, quàm ſpoliatio, vel deiectio, per quam competat interdictum. Illud enim requirit deiectionem corporis de re: vt ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. interdictum autem hoc. §. idem Iulianus.

12 lianus. † Et in rebus immobilibus locum habet rapina, aut in rebus mobilibus, ſicut & furtum: vt ff. vi bo. rap. l. 2. §. & generaliter. & in c. ſecundo. eod. ti.
13 §. fin. † conſtat autem furtum in immobilibus locum non habere: vt ff. de vſucap. l. quare. inhibitio verò facta hoſpitalarijs, ne ad Eccleſiam redirent, ſimiliter non fuit ſpoliatio, ſed quædam minæ euaſoriæ, ex quibus actio non daretur, & curare non debuerunt: vt ff. ſi cui pluſquam per l. Falc. l. hæc autem ſatiſdatio. Vel ſi actio deberet dari, magis daretur quod met. cauſa, quam interdictum reſtitutorium, quia non fuit ibi deiectio: vt ff. de vi & vi ar. l. ſi verum. & quod me. cauſa. l. metum autem præſente. circa princ. Ex prædictis itaque liquet, quod tam de iure, quàm ſecundum opiniones Doctorum, benè & iuſtè pronunciauit dom. P. Gulielmi auditor ſacri Palatij, inquantum reſtituit domino Stephano: inquantum verò abſoluit magiſtrum Ioan. à fructibus, & expenſis malè, & indebitè. Et ideò quantum ad primam partem, vos reuerende Pater habetis, pronunciare bene proceſſum, & ſententiatum per eum, & benè appellatum per dominum Stephanum, ac per hoc magiſtrum Ioan. condemnare in expenſis vtriuſque inſtantiæ in fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, & in totum domini Armandi primi auditoris ſententiam confirmare, & ſic ſententiauit dominus G. de Baioh. Epiſcopus Sabinen. ſuper decanatu Eboracenſi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Pro fundamento. *Contrarium inquit autor ſuprà conſil. 1. num. 16.*

b ¶ Probari per teſtes. *An crimẽ probetur per inſtrumentum. Vide Ioan. And. in addi. Spec. de proba. §. fin. col. 5. in additione longa, quæ incipit: Sciant, quæ eſt lex vltima. Fede. conſil. 24. Alex. conſil. 15. in 2. par.*

c ¶ Vera poſſeſsio. *Iunge hîc conſil. infrà 209. in 2. col. in prin. Bert. in conſ. 253. Viſo proceſſu. in 1. col. vol. 1. vbi plurimum multæ concordantiæ.*

d ¶ Qui poſtea ratum habet. *Circa illa, quæ de ratihabitione hîc traduntur, videre eſt Alex. conſ. 46. & 78. in fi. vol. 4. Felin. in c. cauſam. col. vlt. de iudi. Et de ratihabitionis materia generaliter habemus Dyn. in c. Ratum. & in c. ſeq. de reg. iur. in 6.*

De exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 Excommunicationem obijciens in perſona Epiſcopi tempore prouiſionis ſibi factæ per capitulum non tenetur ſeruare formam. cap. vt circa. de elect. libr. 6. quia facit principaliter ad conſeruationem iuris ſui proprij. & num. ſequen.

CONSILIVM CC.

PRINCIPIVM eſt de eſſe, & de iure principiati, ſicut pars de eſſe totius, & fundamentum de eſſe ſuperædificati: vt ff. de ori. iur. l. 1. de exec. rei iudic. l. ſi quis cùm in totum. in princ. & ſecundo reſponſo. de ſolu. l. qui res. §. aream. de actio. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet. & de le. 1. l. ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. Sed ius eligendi inſolidum penes capitulum eſt eo caſu, quo alias ad Epiſcopum, & Capitulum communiter pertinet, cauſatur ex defectu, vel inhabilitate Epiſcopi, ergo qui alle. hoc modo defectum, vel inhabilitatem Epiſcopi, non dicitur obijcere, ſed principium, & cauſam ſui iuris defendere, quare in c. vt circa. de elect. lib. 6. non cadit. ar. ff. de iur. fiſ. l. delator. Vbi dicitur, quod delator non eſt, qui protegendæ cauſæ ſuæ gratia aliquid ad fiſcum denunciat. & l. fiſcus in quæſtione. §. vltimo. eod.
2 tit. ¶ † Secundò obijcientes loco accuſatorum habentur: vt in auth. quomodo opor. epi. & cæte. cler. ad ordi. perduci. §. ſi quis autem talis. iuncto §. ſi verò nemo. qui ibi ſtatim ſequitur. in authen. de ſanct. Epiſ. §. ſi quis ad ordinationem, ſicut ergo ex voluntate, & propoſito inter ſe crimina diſtinguuntur: vt ff. ad l. Corn. de ſica. l. diuus. & de furtis. l. verum, ſic obiectus à non obiectibus cognoſcuntur, quia obijciens intendit alterum excludere, & ad id concludit, ſe ipſum verò defendens ius ſuum dicit, ex propoſito verò alterum non onerat. Iuxta illud, lenocinium igitur maritum ipſum onerat, nõ mulierem excuſat. ff. de adul. l. 1. §. ſi publico. In propoſito verò Dominicus de prouiſione facta Alfonſo Roderici nullam mentionem facit, nec de tempore, quo facta fuit, ſed dat de ſua tantùm, quæ facta fuit poſt prouiſionem Roderici, ſcilicet, circa 1359. die ſeptimo menſis Aprilis. Et intendit Dominicus dicere, & probare, quod tempore ſuæ collationis ſibi factæ per Capitulum, Epiſcopus erat excommunicatus. Non autem dicit, quod eſſet excommunicatus tempore, quo prouidit Alfonſo, quia nec hoc indiget, licet tempus excommunicationis datum in articulis neceſſario concludat excommunicationem in tempore prouiſionis factæ, ſed hoc eſt, quia aliter de iure ſuo dare non poterat, & ex hoc fit licitum, quod aliàs non liceret. argum. bonum. C. de iud. l. quoties. ex quodam neceſſario conſequenti: vt habetur. ff. de lib. leg. l. ſi is, qui duos. in vlt. reſponſo. Et quoniam obiectus excommunicationis reſpectu eius, cui obijcitur, videtur quandam iniuriam continere, in caſu noſtro omnis ceſſat iniuria, quia ab ea deſcendit conſeruatio proprij iuris ex hoc cauſati: vt argum. ff. de iniu. l. ſi quis deliberatè. & de bon. liber. l. ſi quis li-
3 bertum. ¶ † Tertiò, omnis obiectus, aut eſt in perſonam petitoris, vel competitoris, aut in formam: vt in cap. vt circa. Sed iſte nec eſt in perſonam Alfonſi, nec eſt in formã, quia (vt dictum eſt ſuprà) dicit Dominicus Epiſcopum Vlixbon. fuiſſe excommunicatum tempore prouiſionis factæ Alfonſo, vel commiſſionis factæ de prouidendo, ſed tempore prouiſionis factæ ſibi Dominico, licet ex facti accidentia ſic fuerit, & ſic, quod excommunicatio vtrumq; tempus præceſſerit, & hoc licitum eſt abſque eo, quòd dicatur obijcere, ſicut iura dicunt, quod non licet alicui in ſuo ſuffodere animo auertendi fontem vicini, ſed ſi, vt ſibi profit, faciat, poteſt, licet venæ vicini putei
4 præcidantur. de damn. infec. l. Proculus. & de aqua plu. arc. l. 1. §. denique. & l. ſi in meo. ¶ † Quartò, in caſu propoſito, ſiue Dominicus alleget quandam deuolutionem, ſiue conſolidationem poteſtatis de Epiſcopo ad Capitulum, vt de vno ex conſortibus eiuſdem iuris reddito inhabili alter inſolidum iſtud ius incorporale exerceat. argum. ff. de ſtipu. ſer. l. 1. §. communis. & l. proinde. §. vlt. & l. ſe. & de bo. poſ. contratab. l. ſi poſt mortem. §. liberi. & C. de cadu. tol. l. vnica. §. in primo. & §. pro ſecundo. Doctores autem notant, quod allegans deuolutionem non dicitur obijcere, ſed ius ſuum defendere: vt not. Io. An. extra de elect. c. conſtitutionem. in princip. in Concilio Vien. in gloſ. quæ incipit: Beneficium ad ſe ſpectare, &c. Et ex his patet ſolutio ad id, ꝙ aliqui Docto. notauerunt in c. vt circa. quod ſi duo ſunt electi vnus à 6, & alter à 6, vnus opponens alteri, quod duo ex

electoribus partis aduersæ erant excommunicati dicitur obijcere in formam, & habet seruare. c. vt circa. Et hoc verè non obstat, quia in casu illo radicaliter, & fundamentaliter non creatur ius illius, qui excommunicationem opponit, sicut in proposito. ¶ Præterea ibi, qui habet ius, habet ab eodem, s. Capitulo, licet in diuersas partes diuiso. Vnde ibi deuolutio, seu consolidatio propriè locum habet: vt instit. de vsufruct. §. vltimo. ¶ Præterea ibi ex proposito, & principaliter excludere intendit alterum, ac per hoc suum ius augere. Hic autem ad nullius exclusionem intendit, quia nec in articulis de aliquo secum contendente mentionem facit, & in talibus inspicitur, quid principaliter intendatur: vt ff. de iniu. l. eum, qui nocentem. §. si iniuria. ¶ † Præterea ibi propter excommunicationem duorum nullum ius accedit, vel accesisse dicitur alijs sex, sed solus numerus Capituli minoratur. & hic est casus. ff. quemadmod. seru. amit. l. aquam. §. vlti. In proposito verò ius Capituli augetur, quia quod prius erat duorum remanet vnius tantum: vt ff. de vsufruct. accre. l. 1. §. interdum. in vers. sed in vsufruct. hoc plus est, &c. & ideo primum sapit obiectum, per quod aduersario decrescit, & opponenti nihil accrescit. secundum autem non, sed realiter est de iure dantis, quinimò ex quo totum ius dependet, vt ex superioribus satis patet.

De conces. præben. & de verb. signific.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans gratiam expectatiuam in aliqua Ecclesia cum clausula (dummodo pro alijs quatuor non scripserimus) si scripsit Papa pro septem, quorum tres ante vacationem beneficij, quod iste expectat, erant assecuti beneficia, benè potest iste consequi beneficium ibidem vacans. & num. seq.*

CONSILIVM CCI.

CASVS talis est. Quidam clericus impetrauit literas in forma pauperum, per quas mandabatur sibi prouideri de beneficio pertinente communiter, vel diuisim ad collationem, vel præsentationem Abbatis, & conuentus cuiusdam monasterij, cum ista clausula, dummodò non nisi pro quatuor alijs in consimili forma scripserimus, &c. post quam impetrationem, & decretum executorum, & notificationem ipsis Abbati, & Conuentui factas, vacat quædam Ecclesia, pertinens ad ipsorum Abbatis & Conuentus præsentationem patroni, & Abbas & Conuentus præsentant ad illam Titium Episcopo, & Episcopus instituit illum. Pauper impetrans acceptat illam, & ei prouidetur de eadem per executores suos virtute dictarum literarum, præsentatus opponit se illi, & dicit, literas non valere, nec vigore ipsarum dicto pauperi ius aliquod in dicta Ecclesia competere, quia ante datam ipsarum literarum iam Papa scripserat in consimili forma pro alijs septem clericis beneficiandis, ante collationem ipsorum Abbatis & Conuentus: pauper respondet, quod antequam dicta Ecclesia vacaret, & antequam prouideretur ipsi impetranti, tres de dictis septem erant assecuti beneficia pertinentia, non ad Abbatis, & Conuentus prædictorum, sed ad alterius extranei collationem. Non autem dicit, quod ante datam suæ gratiæ essent assecuti. Modò quæritur, nunquid dicta Ecclesia debeatur ipsi pauperi, vel excludi possit
1 propter prædicta? ¶ † Ad quæstionem prædictam videtur dicendum, quod Ecclesia, de qua quæritur, impetranti pauperi debeatur, quod probatur sic: Primò, clausula posita in literis pauperis, scilicet, dummodò non nisi pro quatuor scripserimus, &c. apposita est, vt occurratur oneri Ecclesiæ, hoc est, vt non oneretur vltra quatuor, sed secundum thema propositum non reperitur vltra quatuor realiter onerata, quia alij ad collationes alterius beneficia sunt sortiti, ergo, &c. Regula enim est, quod omnis dispositio cum templatione oneris inducta cessante onere cessat: vt ff. de adimen. & transfe. leg. l. alumnæ. §. ab hæredibus. & argum. ff. de ali. & cib. le. l. Caio, in prin.
2 ¶ † Secundò, hoc idem probatur sic. l. Falcid. succurrit hæredi vltra dodrantem grauatum per detractionem falcidiæ. Pone ergo hæredem vltra dodrantem grauatum, ex post facto grauamen definit: certè quacunque ratione definat, prouisio contra grauamen inuenta, videlicet detractio falcidiæ locum non habet: vt ff. ad l. Falc. l. non est dubium. & nec interest. & l. ex asse. & l. id autem, quod conditionis. in fi. sic in proposito, cum clausula dummodò, &c. apposita fuerit ad obuiandum oneri quaternarium numerum excedenti, quomodocunque illud sit sublatum,
3 clausula illa locum non habet. ¶ † Tertiò, videtur expressum extra de rescript. cap. mandatum. vbi obtinens beneficium computatur in numero eorum, de quibus clausula loquitur. Ergo à contrario non obtinens, nec obtinere valens in eodem numero non computabitur, quales sunt tres, de quibus in themate dicitur: vt ff. ne vis fiat ei. l. 1. 10. hæc verba. secundo responso. quia verba cum effectu sunt accipienda: vt ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi eximat. l. pen.
4 ¶ † Quartò, l. occurrit oneri tutelarum iniungendarum, vt quis Romæ vltra tria onera suscipere non compellatur, & tamen non solùm iam finita tutela non computatur in numero trium tutelarum, sed etiam ea, quæ prope finem est: vt ff. de excu. tu. non tantum. q. d. omnis prouisio, siue hominis, siue legis adinuenta, vt alicui oneri occurratur, etiam si ex accidenti cesset onus actuale, & effectuale, cessat & ipsa. Vnde oneraria tutela, cùm administrationi non implicetur, licet periculum subeat in numero trium tutelarum non computatur: vt ff. de excu. tu. l. Spadonem. §. si cunctis. in fin. & de ritu nuptiarum. l. si quis tutor. §. quid ergo. In proposito igitur, cum cessauerit onus vltra quatuor, cessat virtus clausulæ, quæ ad occurrendum tali oneri erat apposita. Et per hoc patet responsio ad argum. quod sumitur ex verbo præteriti temporis, scripserimus, quia intelligi debet de effectuali scriptura onus vltra quatuor inducente, qualis hic non fuit. † Nec obstat proprietas
5 præteriti, quia eius significatio considerabitur solum eo tempore, quo vacabit præbenda, & pro hoc expressè. ff. testamen. tu. l. tutoribus ita datis. & ff. de manu. testam. l. fama. & argum. ff. arbo. fur. cæsarum. l. cædere. §. subsecare. Et in hac sententia fuerunt domini Innoc. & expressius Compost. extra de rescript. c. mandatum.

De apostatis. & de electio.

SVMMARIVM.

1 *Monachus, si causa leuitatis dimisit habitum, & reassumpto habitu, redit ad monasterium, & absolutus est, potest eligi in Abbatem, quia per hoc non fuit irregularis, sed solum excommunicatus. cum num. seq.*

CON-

CONSILIVM CCII.

QVIDAM Monachus ex leuitate habitu suæ religionis dimisso excommunicationem incurrit. Deinde eo reassumpto ad monasterium est reuersus: deinde ibidem aliquibus temporibus ab excommunicatione canonicè absolutus laudabiliter extitit conuersatus: tandem in Abbatem eiusdem monasterij eligitur. ¶ † Modò quæritur, an electio facta de tali teneatur: & videtur, quod non, quia transgressor est canonicæ regulæ, & sic ineligibilis: vt in quæst. vlt. si quis omnem. & videtur expressum. 16. quæstio. 1. legi. Et in hac sententia fuit Archid. ibi in opere suo super decretum. Et idem nota. extra de cler. & mona. c. vt periculosa. lib. 6. ¶ Sed contrarium verius videtur, constat nanque talem irregularem non esse. Est nanque irregularitas à iure positiuo, & nunquam contrahitur, nisi hoc iure exprestè caueatur: vt extra de senten. excommun. c. is, qui. lib. 6. & notat Innocentius extra de renunc. nisi cùm pridem. & de excess. prælat. c. tanta. sed hoc in iure cautum non est. ergo, &c. si arguit l. C. de dithent. de non eligen. secundo nub. §. optimum. & extra ne sede vacan. c. illa. ¶ † Vna itaque tali habitum sic dimittenti inuenitur pœna imposita, scilicet excommunicatio, per c. vt periculosa. & illa debere-mus esse contenti: vt ff. de verborum obligat. l. si stipulatio facta. & C. de operis liber. l. libertæ tuæ. Illa autem, & omnes eius effectus sunt absolutione sublati, sicut quod induxit deportatio, hoc in integrum restitutione tollitur, & quod induxit captiuitas, hoc per reditum aboletur: vt C. de sentent. pass. & re. l. prima, & vltima. adeò quòd quis per hoc fit habilis ad nouos honores: vt ff. de decu. l. 1. & argum. §. de postulan. l. Imperatores. ¶ † Est enim regulare, quòd non minus absolutio potest tollere, quam potuerit excommunicatio inducere, sicut est videre de acceptilatione, & operis noui nunciatione, & remissione: vt ff. de acceptila. l. pluribus. & de noui oper. nuncia. l. quia in re præsenti. in princ. & §. 1. de remiss. l. 1. in principio. & hoc scilicet, quod excommunicatus post absolutionem potest eligi, apud canonitas indubitatum videtur: vt 32. quæst. 7. præceptum. extra de elect. quia diligenti. & ibi not. per gloss. ordinariam, & per Vincen. in eod. tit. c. Ecclesia vestra. & per Innocen. extra de testi. cap. testimonium. & 4. quæst. 1. in summa. ¶ † Nec talis est censendus apostata irregularitatis vitio, de quo loquitur extra de apostat. c. 1. & ibi not. Innocent. & cap. vltimo. & 50. distinct. §. fin. quia & si habitum ex leuitate dimittit, animum tamen religionis non deponit, nec ad secu-lum totaliter se conuertit, argumen. ff. de edi. edic. l. quis sit fugitiuus. §. idem ait. & in verbo, illud est, &c. de re militari. l. omne delictum. §. qui se vulnerauit, in fine. & pro hoc facit ff. de iudic. l. destitisse. & ad Turpil. l. ab accusatione. §. primo. & l. desistisse. ¶ † Talis nempe leuitas siue lasciuia non concludit de necessitate animum relinquendi religionem, sicut nec in occidente concludit animum occidendi, & mitius punitur: vt ff. ad legem Cornel. de sicarijs. l. lege Cornelia. §. cum quidam per lasciuiam. & de tali apostata largo modo sumpto vocabulo potest intelligi, quod dicitur in canone: omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem. 3. quæst. 4. beatus. & vocabitur argumentum à contrario sensu. Et ad hoc extra de voto, & voti redemptio. c. per tuas. vbi durante transgressione voti non potest quis episcopatum salua conscientia retinere, sed voto impleto, factus est eligibilis, vt ibi dicitur. Et in hac opinione videtur Innocent. fuisse extra de æta. & quali. intelleximus.

De rerum permutatione, & de priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiam parochialem habens infra annum promotionis ad Sacros potest eam permutare, etiam decies, nec præsumitur fraus in foro contentioso.*

2 *Item, si dispensetur cum habente parochialem ad septennium, incipit septennium à tempore dispensationis.*

3 *Item, si Episcopus dispensat ad septennium, non potest eius successor reuocare sine causa talem dispensationem, & si secundus Episcopus durante primo septennio dispensat ad triennium, intelligitur à tempore datæ dispensationis, & non post finitum primum.*

CONSILIVM CCIII.

a FACTVM tale est. *a* Collata fuit Ecclesia parochialis cuidam clerico, qui eam tenuit per decem menses sine promotione aliqua, & cùm esset prope finem anni, permutauit eam cum alia Ecclesia parochiali, quam etiam tenuit per decem menses, & postea permutauit istam secundam Ecclesiam cum tertia, & tertiam cum quarta, & cum ista quarta fecit se ad subdiaconatus ordinem promoueri, & istam quartam iteratò permutauit cum quinta sine fraude, & infra annum, & cum ista quinta & vltima, quam nunc tenet, & possidet pacificè, & quietè, fuit dispensatum cum eo ad septennium ratione studij, iuxta cap. cùm ex eo. de elect. libr. 6. per Episcopum, qui tunc erat, Episcopus, qui nunc est, vult reuocare dispensationem cum eo factam ex toto, vel vult eum restringere ad triennium, vel quinquennium. ¶ Ex hoc primò quæritur: vtrum istæ tales permutationes possint fieri, & stare de iure, vel præsumantur fraudulentæ, quia fuerunt plures, antequã promoueretur ad aliquem sacrum ordinem, & quia stetit per tantum tempus sine promotione, nisi expurgata præsumptio, quia cum quarta Ecclesia fuit ad subdiaconatus ordinem promotus, & cum eo dispensatum ad septennium, iuxta c. cum eo. lib. 6. ¶ Secundò queritur, quo tempore incæperit currere septenniũ nunquid à tempore susceptionis primæ Ecclesiæ, vel secundæ, vel tertiæ, licet non fuisset tunc cum eo dispensatum, sicut à tempore datæ cõcessionis, seu dispensationis cum eo factæ, cùm aliqui dicant, quòd non currit sibi tempus, donec est cum eo dispensatum? ¶ Tertiò quæritur, vtrum si Episcopus dispensauerit ad septennium cum aliquo, iuxta c. cùm ex eo potest restringere tempus ad triennium, vel quinquennium durante causa, & præter voluntatem impetrantis. ¶ Quartò, & vltimò quæritur, si Episcopus dispensauerit ad septennium cum aliquo, iuxta cap. cum eo. de electionib. lib. 6. & illo Episcopo mortuo alius Episcopus dispensat, etiam cum eodem clerico ad triennium, vel quinquennium, nunquid propter istam secundam dispensationem fit prima reuocata, cùm non fit de intertione impetrantis renunciare primæ? ¶ † Circa primam quæstionem sciat quærens, vtrum tales permutationes fecerit ad fraudem, vel non, quantum ad forum

forum conscientiæ, quantum verò ad forum contentiosum videtur dicendum, alijs cessantibus, quæ impediant, permutationes de iure tenere. certum namque est, quod per omissionem promotionis ad sacros Ecclesia parochialis non vacat, nisi prius totus annus labatur: licet etiam tam modicum de anno supersit, quod certum sit obtinentem Ecclesiam intra annum promoueri non posse. argu. ff. de verborum obligat. l. in illa. & l. insula. & est casus extrà de elec. cap. commissa. lib. 6. Ante ergò quàm vacet, eam obtinens nõ minus in ea iuris habet, quia vacatura speretur. & ideo potest in permutatione deduci. arg. ff. famil. erciscund. l. post. §. res, quæ de condi. fur. l. si seruus. & de noxa. si quis seruum. & de rei vendi. l. non ideo. nec pluralitas permutationum vitium, id est, fraudem necessariò concludit, quia omni vitio cessante vel fructuum tenuitas, vel vicinitas, vel loci amænitas, vel aeris salubritas, vel multa alia potuerunt esse causa iterandæ permutationis. arg. ff. de leg. 1. Et si æquo. de leg. 2. l. si cui fundus. de bon. lib. l. libertus, qui soluendo. & si quid in frau. patron. l. 1. §. & alias videamus. de minori. l. si in emptione. nedum quia his cessantibus variæ sunt hominum voluntates: vt ff. ad Treb. quia poterat. & ad Tertull. l. 1. §. si quis. Nec debet fraus præsumi in eo, quod iure permittente fit. vt C. de adul l. Gracchus. ff. de admi. tut. l. sancimus. & de regul. iur. l. nemo damnum. ¶ † Ad secundam quæstionem videtur dicendum, quod septennium incipiat currere à tempore concessæ dispensationis. Absurdum namque videtur dicere, vel sentire tempus currere dispensationi nondum ortæ: vt C. præscript. triginta vel quadraginta ann. l. cum notissimi. §. illud autem plusquam manifestum. & sicut ad prescriptionem rei corporalis necesse est rem esse, & possideri, quæ præscribitur: vt ff. de vsucap. l. iusto. §. si cùm apud hostes. 2. responso. sic necesse est priuilegium esse, vt ei tempus currere possit: aliàs sequeretur rem perdi, antequam sit. contra l. ff. de condit. & demonstrat. l. Titio. quib. mod. vsusfruct. amit. l. 1. §. & quemadmod. ser. amit. l. si partem. & risibile videtur quasi vtenti tempus currere ei, qui vti non potest. ar. ff. de stip. ser. l. si seruus hæreditarius. Et absurdum esse visum est ante diem præcurrere, quàm is existeret, quem oportet accipere: vt ff. de condit. & demonst. l. si diem. in princ. & de statu lib. l. 2. §. si quis hæreditarius. & hoc videmus in annuo legato, contra quod, quia multipliciter censetur, prescriptio non currit pro futuro tempore: vt C. de præscript. triginta vel quadraginta anno. l. cùm notissimi. §. in his etiam. nec in hoc aliqua æquitas læditur. Nam filio excluso à bonorum possessione vnde liberi, per lapsum anni, datur alter annus venienti per vnde agnati: nec iste secundus annus currit ei, nisi cum agnatis bonorum possess. fuerit delata: vt ff. de success. edic. l. 1. §. sed videndum. & ad dotis restitutionem non currit tempus, nisi à tempore vltimi diuortij: vt ff. sol. matr. l. in his. §. vxor. ¶ † Ad tertiam quæstionem videtur dicendum, quòd successor reuocare non possit sine causa: quia omne priuilegium decet esse mansurum: vt in Auth. consti. quæ de dig. & Episc. libe. à pa. po. §. generaliter. colla. 6. & extra de reg. iur. decet. lib. 6. & adiuuari, non decipi beneficijs nos oportet: vt ff. commo. l. in commodato. §. sicut. & nemo potest mutare consilium in alterius iniuriam: vt ff. de reg. iur. l. nemo. & cùm per cõcessionem talis priuilegij: siue per talem dispensationem iuris quasi cuiusdam donationis clerico sit ius quæsitum. arg. ff. de acquirend. poss. l. qui absenti. non videtur posse reuocari: *b* vt C. de reuoc. donatio. l. possessionem. & l. si donationem. & l. velles nécne. ¶ † Mouet etiam me illa ratio Doct. dum dicunt, & tenent, quòd casus, in quo dispensatio hæc deberet de iure concedi, si Episcopus nollet eam concedere, posset superior adiri. argu. de iure patr. cap. nullus. & not. 1. quæst. 7. exigunt. quasi videatur hoc casu iniuriam fieri, si non concedat. arg. ff. de aqua quot. & æstiua. l. 1. §. permittitur. Ad eius itaque reuocationem non admittitur, quod dare compelleretur: quia cui damus actionem &c. vt ff. de reg. iur. l. inuitus. §. cui damus. & de superficie. l. 1. §. planè. & turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes: vt extra de iureiurand. cap. quemadmodum. & hanc literam sequuntur Ioan. And. & Archi. de electio. cap. cùm ex eo. lib. 6. & haberet hoc locum præsertim re non integra: puta quia fortè scholaris libros comparauit, & studere incæpit: vt ff. de condi. ob causam. l. si pecuniam. de do. l. qui saxum. & de dolo. l. si cùm mihi permisisset. ¶ † Ad quartam quæstionem dimisso iudicio intentionis impetrantis: quia de hoc non liquet, videtur dicendum primam dispensationem expirasse. argu. C. de iure deliberand. impe. l. secunda. talia namque verba in impetratione dispensationis apposita, scilicet, vsque ad triennium, vel quinquennium, &c. taxatiuè ponuntur, ac si diceretur vsq; ad triennium, vel quinquennium tantum. argu. ff. de postul. l. Imperatores. de negot. gest. l. qui aliena. §. 1. & de interrogatorijs actionibus. l. de ætate. §. si cùm esset. alij ergò diei appositioni *c* videtur primæ renunciatum, siue à prima recessum. arg. ff. de præto. stipulationibus. l. Valerianus. & quod ibi notatur: & in eo, quòd conceditur secunda quinquennium, post quinquennium prohiberi videtur. argu. ff. de legibus, & senatusconsultis. l. cùm lex. & in hoc est secunda contraria priori, ac per hoc videtur à prima discessum. argum. extrà de præscriptionibus. c. veniens. & quod ibi not. per Innoc. & Hosti.

1 2 3 4 5 a b c

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Tale est. *Hoc cons. deseruit quæstioni de matre, quæ non petijt dari tutorem filio impuberi vsque prope finem anni, quo tempore absoluere non poterat amplius solennitates requisitas in datione tutoris ante annum finitum: in qua quæstione Paul. de Castro sibi ipsi aduersatus est. Alexand. verò constanter tenuit, non idcò priuatus dam esse matrem successione filij, donec totus lapsus sit annus. Vide Alex. remissiuè in l. non omnis. in fine principio. ff. si cert. pet. at. Dato scilicet, quòd ille filius moriatur intra annum, & postquam iam constat non superesse tempus ad solennitates adhibendas. Quæ decisio Alex. conformis est huic consil. Oldrad.*

b ¶ Reuocari. *Vide Glos. in c. cùm ex eo. in ver. septennium. de elect. in 6. ex qua Gloss. Rom. sing. 517. notat, quòd inferior à Principe non potest dispensationem à se factam reuocare sine causa. Vide dictum singulare 517. Et quæ ibi iunguntur in additio. Item vide Dec. in c. at si clerici. §. de adulteriys. colum. 7. vers. prædicta conclusio. de tudi. Domin. de Sancto Gemi. in d. c. cùm ex eo.*

c ¶ Appositioni. *Id est, per alterius dici siue temporis appositionem.*

De statu. Mona. & Canoni. regula. & de censi.

SVMMARIVM.

1 *Abbas Cluniacen. est vnum caput tantum in ordine, & competit ei visitare subditos mediatos immediatos. & num. sequent.*

CONSI.

CONSILIVM CCIIII.

PRIMA † quæstio est a vtrum Abbas Cluniacen. sit vnum tantum caput in ordine Cluniacen. præsuppositio semper dominio summi Pontificis, quod omnes superexcedit, & nihil trahitur per aliquos immediatos. Et quod vnũ tantum sit caput, probatur primò ex corporis mystici ad corporis veri similitudinem. Sicut. n. in corpore naturali vnum est caput, alias diceretur declinare ad monstrum, vel prodigium: vt ff. de sta. ho. l. non sunt libe. C. de posthum. hæred. instit. l. certum. & ff. de verborum significatio, l. ostentum. in princi. sic & in corpore Mystico: vt extra de offic. ordin. cap. quoniam in plerisque. ibi, vnum corpus habeat diuersa capita, quasi monstrum, &c. constat autem, quòd vniuersitas, & religio vnum corpus repræsentat: vt ff. de fideiuss. l. mortuo, &c. ¶ † Secundò, ex cuiusque vniuersitatis, & collegij ordinata dispositione, ex quo sic arguitur, oportet omnem ordinatam vniuersitatem, & collegium rectè dispositum ad vnum reduci, vt ad caput: vt ff. de orig. iu. l. 2. §. nouissimè. de offic. præfec. vigilum. l. 3. in Authen. quando opor. Episcop. & cæte cle. ad ordinem perduci. in princ. & 7. quæst. 1. in apibus. & probatur clarè in extrauag. Bonifacij 8. quæ incipit: Vnam sanctam. Sed ordo Cluniacen. est bene dispositus, & regulatus, ergò oportet ipsum vni, sicut capiti subiacere. Vnde & Philosophus in fine metaphysicæ arguit, & concludit sic dicens: Vnus ergò princeps. quod autem solus Abbas Cluniacen. sit caput, probatur sic: illud se habet per modum capitis, vnde principaliter procedit regimen vniuersi. Vnde scribitur in Prouerbijs: Oculi sapientis in capite eius. Et accedit, quòd legitur. C. de aquæduc. l. eos. ff. de aqua quo. & æsti. l. 1. §. hoc interdictum. Sed cessariò. Sed Abbas Cluniacen. est huiusmodi, quod apparet, quia ipse, vt vniuersalis Rector, omnes causas terminat, vt in priuilegio apparet ibi, vbi dicitur, omnes verò causæ ordinis, quæ per Abbatẽ non fuerint terminatæ, ad capitulum referantur, &c. vt dici posset, nihil est in prouincia, quod per ipsum non expediatur: vt ff. de offic. proconsul. & legati. lege, ne quicquam. ¶ † Secundò, ex quo oportet vnum caput dare, illud debet caput censeri, cui excellentiora conueniunt: vt argument. ff. de religiosis, & sumptibus funerum. l. cùm in diuersis. Sed Abbas Cluniacen. est huiusmodi, quod apparet: quia ipse (vt arguamus de indubitatis ad dubitata.) præest omnib. alijs Abbatibus, & prioribus ordinis. Ergò maior omnibus est, quia inferioribus præest. vt in Authentico de defensoribus ciuitatum. §. nos igitur. ibi, quantò enim quilibet præest, tantò maior ipse, & honestior est. ergò, &c. ¶ † Tertiò, quod per excellentiam dicitur, vni soli conuenit: vt ff. de verborum obligati. lege, vbi autem non apparet. §. primo. Sed solus Cluniacensis in toto ordine Cluniacensi dicitur Abbas simpliciter, ergò cùm hoc nomen anthonomaticè sibi sit attributum, in eo notabit prærogatiuam excellentiæ capitis, quia cætera nominantur à parte: ipse verò à toto, quod denotat amplitudinem potestatis, & partem sollicitudinis: prima quęstione quinta. qui se. & de auro. & vsu. pal. cap. ad honorem. ¶ † Secunda quæstio est, an Abbati Cluniacensi competat visitare subditos tàm mediatos, quàm immediatos? & ostenditur, quod sic principaliter ex tribus: ex iuris dispositione, & Apostolica ordinatione, & antiqua & inueterata obseruatione. Et primò sic arguitur. Constat ipsum ordinariam iurisdictionem habere in omnes subditos: vt potè quia ab vniuersitate eligitur, & per summum Pontificem confirmatur. ergò ordinariam habet: vt ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. & quia. C. eodem titul. l. vltim. in Authentico de defensoribus ciuitatum. §. interim. & extra de offic. ordin. cùm ab Ecclesia. immò dicit Inno. quòd habet merum imperium: vt ipse notat extra de sententent. excommunic. vt famæ. Sed ad quemlibet ordinarium pertinet visitare inferiores: vt ff. de officio præsidis. lege congruit. decima, quæst. 1. decernimus Episcopum. & c. placuit. extra de censi. Romana. lib. 6. immò quantum ad prælatos, videtur cadere sub præcepto. Vnde Propheta loquens de prælatis dicit: Visita omnes gentes, & non miserearis omnibus operantibus iniquitatem: vt scribitur in 58. Psal. ¶ † Secundò sic arguitur. in statutis dom. Nicolai Papæ sic continetur. Quia verò propter defectum Abbatis remotas prouincias minimè visitantis, domos ordinis existentes in eius spiritualibus, & temporalibus malè tranctant, & aliquæ à subiectione ordinis se subtrahere moliuntur, præcipimus, vt Abbas Cluniacẽ. studeat, sicut ei possibile fuerit, ordinem visitare, & infra, quòd si dictus Abbas in eiusdem ordinis visitatione, quam per se, vel per alium facere debet, negligens fuerit, aut remissus, eum diffinitores corrigere teneantur, qui etiam, dum sui ordinis loca visitat, sit temperatus, & sobrius. &c. Cùm igitur ei Papa visitationem iniunxerit ordinis, & locorum: ergò omnium, vt ff. de offic. præfec vrb. l. 1. §. cùm vrbem. ac si specialiter nominasset: vt ff. de leg. l. si chorus. & de vsu, & habitatione. l. si ita. ¶ † Tertiò arguitur sic. quando in eodẽ corpore sunt plura indiuidua, quod superior in maiori parte indiuiduorum seruauit, hoc in omnibus obseruabit, vt extra de censi. cap. sopitæ. & de reli. domi. cap. 1. quia vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri: vt ff. de vsucap. l. eum, qui ædes. extra de decim. cap. cùm in tua. & 12. quæstio. 2. cognouimus. Sed in omnibus alijs prioratibus Abbas visitat mediatos, & immediatos: ergò & in prioratu de charitate supra ligerim, de quo est quæstio, Abbas Cluniacensis visitare debet, immo & in dicto prioratu procurationem recipit omni anno absurdumq; esset nimis, quòd reciperet stipendium, & non impleret debitum.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quæstio est. *Præclarum, & speciale responsum prõ Domino Abbat. Cluniacensi, & eius authoritate, ac dignitate:*

De testa. & de condi. appo. & de libel. obla. extraord. C. ad Trebell. & de reb. alie. non alie. & de leg. & ff. de interroga. actio.

SVMMARIVM.

1 *Filius rogatus siue pure, siue sub conditione de iure ciuili non detrahit nisi vnam quartam. cum plu. seq.*
12 *Item testator ex iusta causa potest prohibere alienationem rerum per se legatarum.*
13 *Item quòd substitutus & postea institutus ab hærede tenetur soluere legata ipsius hæredis.*
14 *Item procedit libellus fundatus super actione ex testamento, quæ competit pro legato.*
15 *Et hodie de consuetudine procedit libellus, in quo fiunt interrogationes, licet debeant præcedere libellum.*

CONSILIVM CCV.

PRIMA dubitatio est de filio instituto & rogato restituere sub conditione, si decesserit sine liberis: an † cessante conditione restitutionis possit duas detrahere portiones, scilicet, debitam iure naturæ, & Trebellianicam? Et videtur quod sic: quia in eo ius geminum consideratur, scilicet, filij, & extranei grauati: vt ff. de lib. ho. exhib. l. 3. §. si cum quis. in Authent. vt iudi. sine quoquo suffr. §. illud tamen. & §. sequent. vbi vnus, & idem pro duplici administratione, quam sustinet, duplex salarium percipit de publico. ff. de his, quibus vt indi. l. erroré. ¶ † Secunda ratio est, quòd vna vno: altera altero iure detrahitur, vt debitum, & quasi æs alienum: vt C. de codicillis. l. vltim. de impo. lucra. descriptio. l. 1. ff. de bonis damna. l. cum ratio. de inoffic. testam. l. Papinianns. §. si quis autem non implens. & not. ff. ad l. Corn. de Falc. l. si quis legatum. §. vltimo. Trebellianica verò detrahitur, vt lucrum, seu quoddam commodum, vt in Authent. de fideicommiss. hæred. §. sed quia hæredem. & ff. ad Trebellian. l. namque. §. qui compulsus. & ideo neutra in altera computatur: vt C. ad legem Falc. l. imponenda. & l. irritum. ¶ † Tertia ratio est, quia vbi sunt plures causæ deducendi, plures fiunt deductiones: nec vna per alteram impeditur, vt apparet in eo, cui relinquitur vltra quàm capere possit. Primò namque de tali relicto falcidia deducitur, demum si adhuc plus remanet in legato, quàm capere possit, in eo, quod propriam capacitatem excedit, minuitur, prima falcidia non obstante: vt ff. ad legem falc. quoties cuidam. ¶ † Quarta ratio sic sumitur. constat, quod in filio instituto, & de restituendo grauato grauamen non tenuit in legitima: vt C. de inoffic. testam. l. quoniam in prioribus. ergò illam indubitanter retinet. Sed quòd Trebellianicam retineat, est casus. C. ad legem falcid. l. quanquam, vbi eius hæres ex ipsius filij persona retinet. ergò constat, quòd vtramque retinet. Et hanc opinionem Azo amplectitur in rogato sub conditione: *a* secus in rogato purè. & sic not. in dict. l. quanquam. & de inoffic. testament. l. Papinianus. §. meminisse. Sed hæc opinio videtur contradicere rationi, æquitati, & expresso iuri. Rationi, quod ostenditur sic. Certum est, quòd Trebellianicam nemo deducit, nisi grauatus vltra dodrantem: vt ff. ad Trebellianum. l. prima. §. is qui quadraginta. & instit. de fideicommiss. hæredi. §. quia. sed ad Falcidiam, siue Trebellianicam submouendam paria sunt onus non esse impositum, & quod non teneat, seu præstari non debeat: vt ff. ad legem Falcid. l. non est dubium. & l. nec interest. & l. ex asse. & l. si à seruo. & l. id autem, quod conditionis. in fin. Sed grauamen impositum in legitima ipso iure non tenet: vt in præallegat. l. quoniam in prioribus. ergò à toto principio non videtur dodrans excessus, si sic, Trebellianicæ deductioni secundum primam regulam locus non erit. ¶ † Secundò, hoc idem probatur argumento sumpto à pari sic. æquè debetur quarta filio adoptiuo in bonis patris adoptiui, sicut Trebellianica grauato in bonis grauantis. vtrunque enim debetur à lege. Prima ex constitutione diui Pij, quasi æs alienum debeatur, onus aliquod non admittit: vt ff. de adoptionibus. l. si arrogator. de vulg. & pupil. sub. l. sed si plures. §. in arrogato. ¶ † Secunda verò ex officio Trebellianic. imò certè prima est magis debita adoptiuo, quàm secunda grauato: quod apparet, quia alienata in fraudem sine diminutione primæ reuocantur per Caluianam, vel Fauianam actionem, vt ff. si quid in fraud. patroni. l. vltima. quod de secunda non requir tur: immo magis oppositum. argument. ff. si à parent. quis fuer. manu. l. non vsque adeo. Sed in prima, si filius emancipatus ab emancipatore rogetur, & ab eodem instituatur, sufficit vna quarta duntaxat, & altera absorbetur in illa: vt ff. de inoffic. testament. l. Papinianus. §. si quis impubes. ergò multò fortius Trebellianica, quæ minus debetur, absorbetur per debitam iuris naturæ, quasi per seipsa maiorem. argument. ff. de fideicommiss. generaliter. & ad legem Falcidiam. l. fundo. ¶ † Tertia verò ratio sumitur per similitudinem Patroni, cui in bonis liberti debetur certa portio de iure: vt instit. de success. liber. §. licet nostra. in qua grauari nullo modo potest: vt ff. de legat. 2. l. cùm Patronus. & debo. libe. l. si Patronus ex debita. & tamen si Patronus ex asse instituatur, & per legata grauetur, non deducet legitimam, id est, à lege sibi taxatam portionem, & Falcidiam, sed alteram tantum, videlicet legitimam. & illa ei sufficit pro vtraque: vt ff. si cui pluspquam per l. Falcid. l. 1. §. interdum. Sic videtur in proposito per similitudinem suprà positam, æquitati enim contradicit: quia secundum eam plus grauatus minus detrahit. Constat namque plus esse grauatum eum, qui purè restituere rogatur, eo, qui sub conditione: vt ff. ad legem Falcid. l. in lege Falcidia non habetur. & l. circa. & l. qui quadraginta. §. fin. & tamen secundum hanc opinionem grauatus purè non detrahit, nisi vnam quartam. rogatus verò sub conditione, qui est minus grauatus, detrahit duas: quod quam sit ridiculosum dicere, nulli non patet: iuri verò expresè contradicit secundum legem. C. ad Trebellianum. iubemus. vbi est casus in filio instituto, & rogato restituere, si decesserit sine liberis: & sic sub conditione. Et tamen dicit text. quod rogatus quartam retinet, & dodrantem restituit. Item, iure nouo cauetur, quod institutus, & de restituendo rogatus possit dodrantem attingere pro dote, & ante nuptiali donatione, ita demum, si ad hos vsus quarta sibi non sufficit: quòd non diceret, si duas quartas retineret. Et ex his videtur concludendum, quòd de veritate iuris ciuilis vna duntaxat quarta deducitur, siuè quis sit purè rogatus, siuè sub conditione. ¶ † Ad contraria breuiter respondetur, quòd primum argumentum sumptum ex consideratione duplicis iuris concurrentis arguit, quòd filius potest habere quartam, si vult, aut legitimam, vt extraneus, aut vtranque, quatenus vna excedere potest alia, vt argument. ff. vi bo. rapto. lege prima. ff. pro socio. l. quod ex stipulatu. commo. l. vnde quæritur. §. vltimo. de actio empt. & vendit. l. prædia. Sed non arguit, quod vtranque possit habere. Cùm enim filiatio, vt dicit relationem, contradicat extraneitati, non potuerit vnam partem petere, vt filius, alteram, vt extraneus. argument. ff. de conditio. & demonstratio. l. Titio. ¶ † Ad secundum videtur, quòd debitum iure naturæ non est vere æs alienum, sed quasi, vt dicunt iura allegata: quia minui *b* potest, tamen ex testamento capitur, immò institutionis iure necesse est hodie relinqui. vt in Authentic. vt cùm de appella. cogno. §. aliud quoque Capitulum. & ideo in quartam Trebellianicam imputatur. vt ff. ad l. Falc. in l. 4. in tertio responso. Si enim esset verè æs alienum, non minueretur eius computatio ære alieno deducto, si concurreret cum alio ære alieno: quod tamen non fit, nisi prius æris alieni ratio habeatur: vt ff. de inofficioso testament. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ¶ † Ad tertium respondetur, quòd in l. quoties. ideo fit duplex deductio, quia per primam non erat plene legis prohibitioni

1 2 3 4 5 6 a 7 8 9 b 10

bibitione occurſum: quia defalcato legato ille, qui totius capax non erat, adhuc penes legatarium aliquid remanebat, quod capere non poterat. Sed hîc per vnius deductionem plenè ſatisfecit exceſſui deductis, qui eſt cauſa deductionis. Et ideò amplius non deducit, immò certè, ſi quis rectè conſiderat dicta, l. quoties, magis facit pro vltima opinione, quam pro prima. Quæ enim eſt ratio, quare in legato relicto ei, qui totius non erat capax, primò detrahitur falcidia, ſecundò detrahitur, ſi quid eſt apud eum, quod capere non poſsit, magis quàm contra? ratio eſt, vt quantum fieri poſsit, voluntati teſtatoris ſatis fiat. Vnde ſi primus antè detraheret, quicquid legatarius capere non poteſt de iure, vel de facto: deinde de reſiduo falcidia detraheretur, minus caperet legatarius, quàm ſi contra fieret. Ergo duæ deductiones non fiunt, ſed altera alteram minuit ſcilicet primam, & non fit ſecunda, niſi quatenus excedit primam. & ſic dico in propoſito fieri, id eſt, in deductione duarum quartarum. ¶ † Ad quartum reſpondetur, quòd l. quanquam. probat Trebellianicam deduci: ſed non prohibet in ea legitimam imputari. Vnde l. illa nihil arguit contra ſecundam opinionem, quę dicit vtranque deduci, quatenus plus eſt in vna, quàm in altera: ſed quatenus concurrunt, minimè. ¶ Secunda quæſtio eſt, an centum libræ cenſuales promiſſæ in confeſsione dotis poſsint ſtatim peti à Gulielm. Et videtur dicendum, quòd non: quia promiſsio illa conditionem habuit, ſcilicet ſi Guliel. filium, vel filios procrearet: & dictus filius, vel filij ex dicto Gul. tunc remanerent hæredes. dictus G. &c. & per hanc conditionem habuit diem ſcilicet poſt mortem. G. argument. ff. quando. di. leg. ce. l. ſi Titio. in princip. videtur enim hæc promiſsio collata in tempus, quo. G. poterat habere hæredes: vt ff. qui pe. tu. l. credendum. §. ſi verò maritus. & ibi nota. & argument. eorum, quæ not. C. de impub. & alijs ſubſtitutio. l. prę. cibus. hoc autem tempus eſt ſolum poſt mortem G. vt ff. de acquirend. hæredi. l. neminem. & de hæred. vel actio. vendi. l. 1. & hoc eſſe manifeſtè inſinuat alternatiua, quæ infra ſequitur in teſtamento, dum dicit, ſi autem dictus Arnaldus, vel dictus G. vel ambo decederent ſine liberis, &c. & infra dum dicit. Item, fuit actum, quòd ſi contingeret dominum Arnaldum, & G. decedere ſine hæredibus ab ipſis, &c. & ex adiectione facta vni alternatiuarum intelligitur, quid in altera proferens ſenſerit: vt ff. de vſufructu. legat. l. Titio. & quando dies legat. ce. ſi cùm ita. in princip. ſi autem ſic eſt, quòd hæc promiſsio videatur collata poſt mortem G. ſecundum. l. C. vt actio. ab hærede, & contra hæredes incipiant, in rubro, & nigro, & inſtitut. de inutil. ſtipul. §. poſt mortem. conſtat, quòd quamuis conditio, vel conditiones adiectæ extarent, vel eas exituras eſſe certum eſſet, nihilominus dies ſupereſt, & ante diem male agitur: vt ff. de verborum obligatio. l. in illa ſtipulatione, ſi Kalendis. & l. interdum. de conditio. & demonſtratio. l. Publius. §. primo. ¶ Ad aliam quæſtionem, quæ quæritur: an legata relicta per dominum Arlandum Helenæ filiæ ſuæ valeant, & in quantum propter inhibitionem alienationis, &cæt. videtur dicendum, quòd cum alienationis prohibitio probabilem cauſam habeat, ſcilicet ne vnquam exeat de nomine, & genere teſtatoris, & etiam appareant perſonæ, quarum contemplatione dicta prohibitio facta fuit, roboratur prohibitionis præſupponi oportet: vt ff. de lega. l. filiusfamili. §. diui. 2. c de legat. 3. l. pater. §. Iulius Agrippa. C. pro empt. l. ſi contra. in Authent. de reſtitut. fideicommiſ. §. primo. hoc autem præſuppoſito, certum eſt contra prohibitionē fieri etiam præ.

c

legatum, & inſtitutionem. vt ff. de legat. 2. l. pero. §. fratre. C. de ſecund. nupt. l. ſi quis prioris. §. primo. & de verborum obligation. l. ita quis. §. ea lege. niſi quatenus onus reſtitutionis iniunctæ, & præceptum alienationis prohibitæ non tenerent: cuius rei cognitio, pendet ex noticia quæſtionis primæ, in qua actum eſt de deductione duarum quartarum, vel vnius duntaxat. † Ad aliam quæſtionem, qua quæritur, an G. domino Arnaldo ſubſtitutus, & per eundem inſtitutus, qui eius hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarij, teneatur ſoluere legatum per dominum Arnaldum prædictū relictum? Videtur ſtandum legi. ff. de le. 2. l. cum pater. §. Titio C. ad l. Fal. l. irritum. ff. ad l. Falc. l. quod ex bonis. §. cum fideiuſſore. & l. ſi fundum. §. ſi quis hæredem. & per hæc & per ſuperius dicta patet reſponſio. ¶ † Ad aliam quæſtionem, qua quæritur, an libellus procedat ex forma, quia fundatus videtur ſuper actione ex teſtamento, quæ competit pro legato? vt C. communia. de leg. l. 1. obtinebit agens in tantum, quantum fuerit poſsibile leganti legare, puta vſque ad legitimam, in quam imputabuntur res per filium alienatæ: vt ff. ad Treb. l. Marcellus. §. res, quæ. & data cauſa dotis filiæ, vt in Authent. de reſti. & ea quæ parit. §. quamobrem. colum. 4. ¶ † Ad alteram quæſtionem, qua quæritur, an interrogationibus factis in libello ſit reſpondendum? dicendum videtur, quòd ſuper hoc non ſit per tinax diſputatio facienda: quia licet interrogationes huiuſmodi deberent libellum de iure præcedere, eas tamen ſimul fieri conſuetudo admittit, ita tamen quod iudex ſui natura priora: puta interrogationes prius expediat: vt G. de nouo codi. compo. l. vnica. §. fin. & not. ff. de inter. acti. l. 1. in pṛinc. & pro hoc. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. ibi proximus quiſque primo loco, &c ad Trebel. l. hæredes. §. fin. & de liber. & poſthum. l. Gallus. §. quidam rectè. & extra de teſti. c. cauſam, quæ inter præmonſtrantem: illud autem dictum non videtur ratione carere, quod interrogationes videntur inducere obſcuritatem in libello: quia illæ, per quas petitur interrogari, an ſit hæres, & pro qua parte: & an ex teſtō, vel abinteſtato, videntur hoc caſu reſpicere actionē perſonalem ex teſtato, quæ non ſequitur fundum, id eſt, fundi poſſeſſorem: vt ff. de iudi. l. ſi fideicom. §. iniuriæ. debet ergo actor eligere inter actiones, & per conſequens inter interrogationes. ff. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. & de leg. 2. l. cum filius. §. varijs. Ex prædictis itaque patet reſponſio ad prædicta quæſita.

13

14

15

ADDITIO ANTIQVA CVM Rainaldo Corſo.

a ¶ Interrogato ſub conditione. *Nunquid poſsit indiſtinctè detrahere duas quartas, vide omnino domi. Guido. Papæ. in quæſt. 52. incip. licet Doct. & Iac. Bu. Rayn. Peru.*

* *in l. quanquam. C. ad l. Falcid.* * *Iaſ. in Auth. res, quæ. C. communia de lega in 3. col. teſtatur crebiorem Docto. ſententiam eſſe, quod duæ quartæ detrahantur: excepto caſu, cùm filius inſtitutus eſt in re certa: & cùm teſtator iuſsit Trebellianica legitimam imputari.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

b ¶ Quia minui non poteſt. *Legendum eſt aſſertiue: Quia minui non poteſt. Et hoc verba ſequentia oſtendunt. Item deciſ. Ro. 18. in no. quæ deciſio poſt plures allegationes citat hunc locum in vlti. col. & dicit omnes modernos legentes Old. ſequi, & ita fere per vniuerſam Italiam obſeruari, & communiter dentq; teneri, quod legitima filiorum, item & omnis facultas ſucceſsionis priuatæ perſonæ*

possit tolli, minui, & restringi. & ita de re agitur & supra hoc consi. 107. & consi. 135. Bertran. in consi. 95. Quæstum est. volum. 3. Ioan. Nicol. 128. Præsump. Alcia. Reg. 1. col. 3. Curt. Iun. consi. 10. feud.

c ¶ §. Diui. 11. *In hoc §. Diui. vide Bar. & Docto. Quoniam ibi propriè agitur de prohibitione alienationis, quæ fit à testatore.*

Vt lite pend. & de excep. & de libel. obla. & de caus. poss.

SVMMARIVM.

1 *Attentata qualiter lite pendente vel post prohibitionem iudicis veniant reuocanda.*
2 *Et an & quando exceptió repellatur, quia inepta.*
3 *Item dominus potest agere pro vexatione subditi.*
7 *Item in accessorijs admittitur generalitas, puta in reuocatione attentatorum.*

CONSILIVM CCVI.

1 IN causa Carnoc. super attendatis † orta dudum materia quæstionis inter Episcopum Carnocen. ex vna, & Decanum & Capitulum eiusdem Ecclesiæ super obiectione, & libertate ipsorum Decani, Canonicorum, Diaconorum, Archidiaconorum, & Capituli, necnon super iurisdictione, quam dicti Decanus, & Capitulum, & Archidiaconi competere prætendebant in diuersas personas nominatas in articulis datis coram dom. Gancelino Card. necnon super alijs multis iuribus, de quibus in articulis fit mentio: emanauit quædam sancta ordinatio à domino Ioan. Papa. 22. in qua inter cætera ordinauit, quod quælibet partium prædictarum remaneret in ea possessione, & statu, in quibus tunc erant, & neutra pars contra alteram per sententiam excommunicationis, vel alias aliquid attétaret, postquam ordinationem dominus Episcopus per se, & suas gentes secundum assertionem capituli plurima attentauit contra ipsam ordinationem. ad quorum omnium attentatorum reuocationem, & ad ipsius ordinationis obseruantiam compulsi sunt vobis reuerendo patri do. Ia. Gaytano Cardinali commisisse ex transgressionis primæ ordinationis commissione vobis facta nouæ iurisdictionis datus est libellus, qui coram paternitate vestra nouiter est porrectus: cuius libelli finalis æquitas, & iusticia colligitur tam ex dependentia litis, quam ex prohibitione superioris. Ex dependentia litis: quia lite penden. nihil debet innouari, & innouata omnia debent reuocari. vt extra, vt lit. pend. cap. Ecclesia S. Mariæ. de const. cum M. ad fi. de despons. impu. c. ad dissoluendum. 11. quæst. 1. quia res ex prohibitione quidē superioris, qui prohibuit, nihil debere fieri, ergò contra factum debet tolli, quasi factum contra legem: vt ff. de reg. iur. l. qui vetante. alioquin irrisorium erit prætoris imperium: vt ff. ne quod in lo. pub. l. vlti. de no. ope. nun. l. 1. in princ. nam & hic contempta maiestas prætoris vindicatur. vt ff. de iu. l. si familia. Et probatur hoc bene extra de app. cap. non solum. Nunc igitur paternitatis vestræ iurisdictione fundata, & petitionis oblatæ iusticia, &
2 æquitate detecta. † Restat ad quasdam friuolas exceptiones contra ipsam petitionem porrectas breuiter respondere, quæ opponuntur, vt tam patentis iusticiæ exitus obscuretur. & primo vno vitio omnes laborant. cùm enim in exceptionibus reus fiat actor. ff. de prob. l. in exceptionib. & de excep. l. 1. sicut libellus ex parte agentis debet esse clarus, vt deliberare possit reus, an velit cedere, vel contendere, vt ff. de ædend. l. 1. in princip. ita exceptio ex ineptitudine formæ repellitur: vt ff. de flumin. l. 1. §. Labeo. Nunc autem ita est, quòd omnes exceptiones peccant in nimia generalitate, & obscuritate euidenti personarum, & rerum, vt ex inspectione cuiuslibet earum apparet. Eis ergò ex inepta forma repulsis procedit libellus. Sed ne videamur declinare certamen: est singulariter ad singulas respondendum. Et primò ad primam, in qua dicitur, quod oblata est petitio per personam non habentem sufficiens mandatum pro personis quam pluribus, de quibus in dicta petiti-
3 tione fit mentio. ¶ † Ad intelligentiam responsionis est sciendum, quòd cùm quis qui se alicuius subditum prætendit vexatur per alterum, eum sibi subditum prætendentem, considerari potest duplex interesse. Vnum respectu subditi: quia interest eius magis vni subesse, quam alteri: quia omnis gens sub maiori constitutus iudice maiorem sentit prouidentiam: vt in Authent. de defen. ciui. §. audiens quoque leuiora crimina. col. 3. & ar. vt ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. quoties. & C. de ali. & cib. le. l. cum vnus. in 2. responso. Alterum verò respectu eius, cuius se subditum prætendit. C. de lib. causa. l. principaliter. & extra de ma. & obe. ca. inter quatuor. Et sicut duplex est interesse: ita duobus competit actio, cuilibet pro interesse suo. & secundum hoc inuenitur ex vno, & eodem facto, id est, ex vna, & eadem vexatione duas, & duobus actiones oriri: vt ff. de iniur. l. 1. §. vltimo. & adeo sunt discretæ, quod decisio vnius alteri ignoranti non affert præiudicium, vt ff. de fur. l. inter omnes. §. hæc actio. & argumen. ff. de procurat. l. non solum. §. si pater. Et de his duabus actionibus, & duplici interesse nota. Innocent. extra de offic. ordin. cap. conquerente. de præscrip. c. auditis. Et quia interesse superioris satisfieri non potest, nisi reuocetur, quicquid factum est contra subiectionē, quam sibi soli, & insolidum prætendit competere, & in posterum à simili vexatione cessetur, non mirū, si pro suo interesse ad agēdum admittitur, licet ex hoc etiam inferiori commodum applicetur, agit enim causam suam, & suum interesse prosequitur: vt in libello expressè dicitur: & hoc est regulare, vbi cunq; alicuius interest alteri dari, vel fieri, quomodo agit, vt alteri detur, vel fiat, licet ex hoc alteri commodum applicetur: vt ff. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. si stipuler. & §. si quis insulam. Et ideo dictum est, quòd vno succumbente alius pro suo proprio interesse appellat: secunda tamen die quasi propriam causam agens: vt ff. quando app. fit. l. procuratorio. §. 1. & hoc volunt dicere Doct. dum dicunt superiorem agere posse pro vexatione, quæ subditis infertur, sicut egit Archiepiscopus Rauenans pro defensione habitatorum castri Arioli: vt extra de proba. c. licet. in fi. & ibi not. per Hosti. vexatio enim inferioris est causa interesse superioris, & causa interesse superioris est causa sibi dandæ actionis: vt extra de succes. ab intest. c. vlt. de app. c. dilectis. & ibi not. per In. de sent. exc. Romana. & ibi similiter per eundem. & extra de sent. & de re iu. c. apostolicæ. lib. 6. & ibi not. per Archi. in gloss. signata super verbo suis. Si autem vellet prælatus pro interesse subditi agere, & eius respectu actionem mouere, vel defensionē suscipere, hoc non posset: vt extra de priui. c. auctoritate. in fin. lib. 6. & ibi not. per Archi. Cùm ergò in libello dicatur expresse, quod agitur solùm, pro ipsorum agentium iure, & interesse: & quantum pertinet ad ipsos agentes, vt ex inspectione apparet, manifestum est libellum pro-
4 cedere, & exceptionem omninò cessare. ¶ † Ad secundam quæstionem, quæ fundatur super hoc, quod data in impetratione nunc oblata contingunt negocium principale. Respondetur, quod non est verum, quia in primo iudicio actū est petitorio, & possessio-

ne longissimi temporis allegata non est ad finē alicuius possessorij iudicij, sed tanquam causa causans petitorium: vt C. per quas personas nobis acquir. l. 1. & de acqui. poss. l. 1. in 2. responso. Nunc autem reuocatio attentatorum, quæ petitur, sapit naturam meri possessorij recuperandæ possessionis respectu prætoritorum, & retinendæ respectu futurorum, possessio autem & proprietas nihil commune habent: vt ff. de acqui. poss. l. naturaliter. §. nihil. & l. permiscerī. in 2. responso. Preterea, si ista exceptio procederet, nunquam peteretur aliquid reuocari per modū attentati, quia semper finalis iustitia speraretur, etiam si appareret, eum, contra quē attentata sunt, in actu, cuius virtute reuocatio facta est, puta in appellatione, ius non habere. ar. C. de confirma. tuto. l. fi, vt proponis. & extra de resti. spo. c. audita. & no. per Card. extra de elec. c. cupientes. in glo. magna. in ver. sed ostendendo, quod hoc beneficium nō debet dari, cum pendeat 5 ex euentu, &c. ¶ † Ad tertiam, quæ plures partes in se continet, respondetur. Et primò ad primam partem, qua dicitur, quod nulla ex contentis clauduntur sub cōmissione vobis facta, quod hoc est falsum in facto, vt ex inspectione commissionis apparet, quæ est generalis, omnia ambiens, & omnia attētata post ordinationē breuiter cōprehendens. ¶ Ad secundā partem, qua dicitur, quod super nonnullis contentis in petitione erat corā vobis iudiciū inchoatū: Respondetur, quod huic petitioni non obuiat: pluries enim idē petere nō implicat contrarietatē, vel cōtradictionē aliquam, sed ostēdit desideriū geminantis petitionem: vt ff. de libel. dimi. l. 1. in prin. de pig. act. l. si conuenerit. & 31. q. 2. Lotharius. & not. per Inn. extra de ap. c. dilecto. ¶ Ad tertiam partē, qua dicitur, quod pro aliquib. dictis cōtentis in petitione nō proponitur sufficiens interesse, &c. Respōdetur, hoc falsum esse, quia 6 (vt dictū est) in 1. exceptione ipsorū agentiū interesse ꝓponitur, & manifestè apparet. ¶ † Ad 4. partē, qua dicitur, ꝙ sup aliqb. ex dict. cōtentis, &c. fuit alias datus terminus pēptorius, &c. Respōdetur, ꝙ ille terminus nō potuit excludere ius, seu officiū iudicis ex noua cōmissione q̄stū: vt ff. de iud. l. nō potest. Preterea illi, qb. fuit datus terminus peremptorius, ꝓsequebā tur interesse ꝓpriū. Decanus aūt, & Cap. aliud ꝓseqtur: vt ostēsum est ꝛ. & ideò cū sint diuersa iudicia: vt ff. de iniur. l. pater, cuius filio. terminus datus in vno, 7 nō ob. in alio. ¶ † Ad 5. & vlt. de principalib. exceptionib. q̄ dicit petitionē esse nimis & gñalem, & obscurā, respōdetur, ꝙ petitio istorū attētatorū hēt se ad modum cuiusdā accessorij ad principale negociū. In accessorijs aūt omnib. talis generalitas admittitur: vt ꝛ. de resti. spo. c. cùm ad sedē. & ibi no. per Inn. & de do. c. inter dilectos. & ibi per eundē. & de sepū. c. certificari attōtata est à Doc. tradita: vt per Inn. ꝛ. de except. c. dilectæ. & per eundem. ꝛ. de app. c. consuluit.

De vsuris, & de empt. & vend. & de his, quæ fiunt à præla.

SVMMARIVM.

1 Contractus non est vsurarius, si constitui alicui certam pensionem ad vitam pro certo pretio, etiamsi fiat ab Abbate, & Conuentu in eorum monasterio, sed est emptio iuris percipiendorum reddituum in vita mentis.

CONSILIVM CCVII.

1 VNIVERSIS *a* præsentes literas inspecturis G. permissione diuina Abbas monasterij S. Dionysij in Francia, totiusq; eiusdem loci conuētus, Salutem in Domino: nos euidenti vtilitate monasterij iure plurimorū grauium onerib. debitorum his temporib. prægrauati considerantes solicitè & attentè habito super hoc diligenti tractatu concordi, & vnanimi vestrûm omnium, scilicet talium, & talium: accedente consensu vendidimus, & venditionis nomine concessimus reuerendo Patri, domino L. Archiepiscopo Brimen. pensionem annuam seu redditum quadringentarum librarum Parisiensium bonæ monetæ percipiendam, leuandam, & habendam in monasterio nostro ab eodem dom. Archiepiscopo singulis annis in posterum, quamdiu vitam duxerit in humanis, terminis infrascriptis, videlicet, ducentas libras Parisien. in octauis instantis festi Ascensionis Domini, & ducentas libras Paris. in octauis festi omnium Sanctorum immediatè sequentis, & in quolibet dictorum terminorum annis singulis, quoad vixerit, pretio duarum millium, & quadragintarum librarum Paris. bonæ & fortis monetæ, quam pecuniæ summā ab eodem do. Archiepiscopo accepimus, & habuimus in pecunia numerata, & eam totaliter conuertimus in necessitatē debitorum vrgentem, & eam iam conuersam esse confitemur in acquietationem & vtilitatem monasterij nostri euidentem promittentes bona fide dictā pensionē annuatim eidem do. Archiepiscopo vsq; ad ipsius vitæ exitum absque difficultate quolibet anno, & terminis supradictis. & infrà eo. acto, & conuento inter nos, & ipsum do. Archi. quod si eundem dom. Archiepiscopum decedere contingat infra biennium à data præsentium numerandum, suis executorib. mille libras Paris. de dicta pecunia restituere tenebimur, & etiam promittimus. ita tamen, quod si eundem do. Archiepiscopum secundo anno proximo venienti decedere contingat, omnia quæ ab ipso vel eius procuratore prædicto secundo anno recepta fuerint de dictis mille libris eius executoribus (vt præmittitur) restituendis ante omnia deducantur, & etiam defalcentur ex residuo, facturi, pro ipsius remedio animę, prout videbimus expedire. In quorū testimonium, &c. Datum anno Do. 1308. die mensis Nouembris pontificatus, &c. Modò dictus Archiepiscopus superuixit ann. 15. vel plus. Abbas, & Conuentus mouent sibi litem recusantes soluere, & allegantes cōtractum fuisse vsurarium & illicitum. ¶ Nunc quæritur, quid iuris? & quod contractus illicitus prædictus nō sit, nec debeat illicitus, vel vsurarius iudicari, probatur sic: cui non congruit diffinitio, nec cadit sub diffinito: vt ff. de aur. & arg. leg. I. Quintus Mutius. cui autem. Diffinitio autem vsuræ tradita tam per Theologos, quàm Iuristas, talis est. ¶ Vsura est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum: vt colligitur 14. q. 4. c. vsuræ. & in Euangelio Lucæ dicitur: Mutuum dantes nihil inde sperantes, &c. & colligitur extra de vsu. c. consuluit. Nunc ita est, quod hîc nullum est lucrum, quoniam lucrum est id, quod forte manente ei accedit: vt ff. pro soc. l. Mutius. hic autem à toto principio sors vel pars sortis 2 consumitur, ergo lucrum non est. ¶ † Præterea non est mutuū: datur enim mutuū animo recipiendi non idem specie, sed genere: vt ff. si cer. pe. l. 2. hic aūt nunquam debet recipi, ꝙ est materiale in vsura, videlicet lucrum accedens mutuo, si sic, ergo, &c. Sed dicet aliquis, in quod nomē contractuum incidit iste contractus. Respondetur, quod est vera emptio iuris percipiendi talem redditū, seu tot reddituum percipiendorum in vita mentis: vt ff. de pericul. & commo. rei vend. l. necessario. §. vlt. & de contrahen. empt. & 3 vend. l. vlt. §. fi. ¶ † Nec dicat quis, quod in venditione debet esse precium, & merces: dices hic mercem non subesse, quia verè subest, sicut cùm emuntur fructus futuri, qui nondū in rerum natura sunt: vt ff. de

contrahen. empt. & vend. l. nec emptio. & de hæred. vel actio. vendi. l. cùm hæreditatem. & in hoc contractu emptionis, vel venditionis licet contrahentibus in precio naturaliter se decipere: vt ff. de mino. l. in causæ. 2. §. pen. & sic non ipsum, quod in pactum deductum est, partem precij debere in omnem euentum penes monasterium remanere, & totum in euentum, si Archiepiscopus post biennium decedet, hoc totum prætium rei fuit. ff. de contrah. empt. & vend. l. partem fundi. & de actio. empt. & vend. l. si sterilis. §. si cui fundum. Si ergo monasterium dicat se in hoc prætio esse deceptum, hoc non reddit contractum illicitum, quia in contractu venditionis hoc licet, vt
4 probatum est suprà. ¶ † Præterea hoc nihil aliud est, quàm conqueri, quod Archiepiscopus vltra vixerit, quam credebant Abbas & Monachi vēditores, & hoc non est aliud, quam accusare naturam contra l. C. de lib. præte. vel exhęre. l. maximum vitium. & ad allegationem talem nullus admittitur, etiam persona alias restituibilis. nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas: vt ff. de mino. l. verum. §. sciendum. & §. seq. & erubescant venditores nolentes hunc contractum seruari, eò, quia Archiepiscopus aliquo tempore plus vixerit, quàm crederent, qui vtique voluissent sibi seruari, si Archiepiscopus sequenti die post contractum celebratū diem extremum clausisset: non igitur debent audiri postu
5 lantes aliquid, cuius contrarium postulaturi non essent: vt C. de solu. l. pe. ¶ † Amplius ad ostendendum manifestè licitum esse contractum, facit dubia duratio emptæ perceptionis, quæ debebit cum ipsius elementis vita finiri: sicut dicitur de donatione annuæ perceptionis collata in aliquem, quoad vixerit, quæ libera est à monumentorum obseruatione. Et subdit l. rationem dicens; incertus enim & fortunæ exitus hoc nobis suggesit, vt possibile sit vnius anni tantummodo, vel breuioris, vel etiam amplioris temporis metas superuiuere, vel donatorem, vel eum, qui donationem accepit: vt C. de dona. l. sancimus. §. pen. hoc etiam probatur sic: Sicut canones simplices prohibent vsuras, sic leges prohibēt excessiuas: puta centesimas, sed si res detur pignori, vt fructus in vicem vsurarum cedant, licet fructus legitimas vsuras excesserint, non per hoc tamen propter dubium euentum fructuum talis perceptio censetur illicita. & hoc est, quod lex dicit: obtentu maioris percepti emolumenti propter incertum fructuum euentum rescindi placita non possunt: vt C. de vsur. l. si ea lege. & l. si à pactione. & eod. tit. l. oleo. & ar. C. de vsufruct. l. ambiguitatem. §. 1. & pro hoc facit expressè extra de vsu. c. nauiganti. §. 1. Nec ob. prin. eiusdem c. quia loquitur in mutuo, in quo mutuans ex intentione semper agit sortem vna cum lucro ad se redire, & ideo illud est illicitum, licet creditor periculum subeat. Hic autem oppositum est, quia nunquam egit Archiepiscopus, quod in aliquo casu sors integra redderetur: sed in aliquo casu nihil, & in aliquo aliquid, per quæ constat casus omnes de se loquentes esse ab isto casu dis-
6 similes. ¶ † Vltimò, ista quæstio est determinata pro parte domini Archiepiscopi per Hostien. extra de vsuris. c. in ciuitate. Et in sum. de vsuris. §. in alijs autem casib. in ver. quid de his, qui oues, &c. & in ver. quid de his, qui emerunt, &c. Et idem tenuit Innoc. Vincen. & Gof. in d. c. in ciuitate. si benè intelligitur, & Bertr. in c. nauiganti. de vsu. qui omnes tenent, quod talis contractus ratione incertitudinis est licitus, & ratione incertitudinis tollitur præsumptio vsurarum: nec est omittendum, quod persona Archiepiscopi non facit contractum alicuius illiciti esse suspectum, vtpote qui fœnerari non consueuit, sed bona sua ferè omnia in pios vsus erogauit, & ad construendas Ecclesias, & Capellas, arg. eorum, quæ not. C. de vsu. l. cùm allegas. & ff. de actio. empt. & l. Iu-
7 lianus. §. idem Papinianus. ¶ † Corroborat etiam contractum ipsummet, & ab omni suspitione illiciti redit alienum ipsius regni, imò ferè totius mundi consuetudo, secundum quam tales contractus continuè celebrantur. argum. ff. de contrahen. empt. & vend. l. si in emptione. §. 1. commu. præd. l. venditor. §. si constat. cum simil. Ex prædictis itaque patet, & euidenter apparet contractum iudicandum esse licitum, & Abbatem, & Monachos, esse ad eius obseruantiam compellendos.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Vniuersis. *Hoc cons. sustinet erectionem collegij nostri Lauretani, quam fecit sanctissimus dominus Paulus diuina prouidentia, Papa III. vt ex eius Bulla apparet, incip. Paulus Episcopus, seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam cœlestu patris familias, &c. Et adde in hac materia Ioan. And. in addi. ad Spec. De vsu. incip. Quia dum hæc scriberem. Bal. consil. 154. in 2. par. & 210. in 3. Alex. cons. 103. in 5. col. in 4. par. Paul. de Cast. cons. 289. incip. Præsens dubium, in 1. par. Ro. consil. 202. & 520. De plura allegantem, & limitantem duobus modis hanc decisum l. De fideicom. C. de transact. vbi ante eum & alij Doct. & Bert. in consil. 5. quod incipit: Viso processu causarum. vol. 2. vol. 3. Lau. Rodul. intra de vsu. pag. 8. in 2. par. quæst. 18. Cæp. in cons. 10. Bertr. in 3. par. cons. 170. si non sine grandi. Pari. cons. 60. vol. 1. Iaf. in l. si pater. in fi. C. de inoff. test. vbi distinguens tenet attendi ætatem emptoris, quia simile erat illum tanto tempore victurum, vt fructus æquales pretio perciperet, vsura est. Tamen se remittit.*

De concessio. præben. & de app. & de rescript.

SVMMARIVM.

1 *De c. gratia. de rescript. lib. 6.*
3 *Item, administrator datus in spiritualibus vacante Ecclesia, potest conferre beneficia vacantia.*
7 *Item infirmitas auditoris, vel procuratoris excusat à prosecutione appellationis.*

CONSILIVM CCVIII.

QVONIAM ex tempore omnibus distinctis, nodosa etiam dubitatio consuetudinibus diuersis temporibus factis, quiescit: vt C. de fur. l. apud antiquos. §. & ficigitur. Et cū hic de duabus propositionibus vna Petro Balsebræ canonico Celsonarum per administratores in temporalibus, & spiritualibus vacante monasterio auctoritate Apostolica constitutos. Altera verò facta per dominum Papam Bernardo de Fauonellis agatur, cuiuscunque prouisionis tempora describentur: vt, quis iustitiam habeat, declaretur. ¶ Sciendum est igitur, quod reuerendus Pater, dominus P. tit. sancti Marcellini presbyter Cardi. auctoritate Apostolica sibi oraculo viuę vocis fac. mandauit Episcopo Vrgel. quòd aliquos viros idoneos ordinaret in mona. Celsonarū, qui in dicto monasterio in spiritualibus & temporalibus administrarent, & ista litera manauit de curia anno Dom. 1519. 6. Kalen. Decem. Institutio verò vicariorum, seu administratorum facta per Episcopum auctoritate commissionis

missionis prædictæ facta fuit anno ab incarnatione domini. Mcccxix. idibus Ianuarij. Et quia duo erant vicarij, scilicet, Bartholomeus maior infirmari contigit, ipse Petrus de Balsebre, qui ad hoc habebat filium Bernardo de Brusano collegæ suo, quòd posset de sacristia prædicta prouidere, sicut sibi melius videtur: & hoc fuit anno domini Mcccxxj. v. Kalendas Septem. Et huiusmodi commissionis virtute dictus Bernard. prouidit de dicta sacristia præfato Petro de Balsebre anno Domini Mcccxxj. 9. Kalen. Septemb. & per procur. eius, seu negotiorum gestorem fecit induci in possessionem eodem anno sexto mensis Octobris. Post quæ omnia excepta missione in possessione Ber. de Fauonel. asserens dictam sacristiam vacare, & de iure alij non deberi, nec alium esse, præter dom. Papam, qui posset de huiusmodi beneficio prouidere pro eo, quod ipsum monasteriū vacabat prępposito, ad quē ipsius sacristiæ collatio ptinebat, de ipsa sacristia sibi obtinuit per do. Papam prouideri adiectis in gratia his vebis: si vt præmittitur, vacat, & de iure alij non debetur &c. obtinuit etiam executoriam, in qua mandabatur eum in corporalem possessionem huius beneficij induci adiectis in executoria his verbis: veris existentib. supradictis &c. hæc omnia facta sunt anno d. Mcccxxj. 7. idus Septembris. & sic per nouem dies post gratiam iam factam Petro de Balsebre. 2 ¶ † Postquam ipse Bernardus de Fauonel. personaliter fecit se mitti in possessionem sacristiæ prædictæ. 9. Kalendas Nouemb. eodem anno possessore scilicet, Petro de Balsebre, vel eius procuratore aliqualiter nō vocato. Ex hoc facto sic per tempora distincta, & quod ex actis colligitur, insurgit quęstio, quis prædictorum duorum Ber. vel Pet. in dicta sacristia ius habeat? Et dicendum est primò, quod dictus Ber. nullum habet ius ex manifesta obreptione. Asseruit enim dictam sacristiam vacare, quod debet intelligi de facto, & de iure, quia non potest dici vacare, nisi vtroque modo vacet. vt ff. de ac. empt. & vend. l. 2. §. vacua. Et probat bene hoc Io. Mona. extra de præb. c. si tibi absenti. & probatur de conce. præben. c. cum nodus de Fauonel. gratiam impetrauit, sacristia non vacabat de iure, nec de facto: vel saltem libera non erat, per c. si tibi absenti. & sic gratia eius nulla, tanquam subrepticia manifestè. Nec his obuiat, quod Ber. dicat se ignorasse collationem factam Pe. per c. gratia, extra de rescr. l. 6. quia aliud est tacere verum incognitum, de quo loquitur c. prædictum, gratia. Et aliud temerariè asserere falsum, sicut hic fuit. vt ff. de ac. emp. & vendi. l. Iulianus. §. 1. & extra de rescri. c. si proponente. & ibi no. Suggessit etiā aliud falsum dicens, quod nullus erat, qui posset de dicta sacristia disponere, prę ter Papam: quod falsum erat: quia erant vicarij auctoritate apostolica dati, vt ex facto supra narrato pa- 3 ter. † Et quod dicti administratores potuerint dictam sacristiam conferre, apparet, quod omnes vicarij dati per sedem apostolicam possunt, & debent omnem cu tam gerere, quā ageret pręlatus, si viueret, vt 7. q. 1. circa fi. qui posset eius curam omnem agere &c. & eadem causa, & quæstione quamuis triste, ibi enim si nullo tempore & c. ex quo tex. apparet quod talis sim pliciter datus intelligitur in spiritualibus, & temporalibus datus: & potest omnia facere, quæ posset facere prælatus: quia qui omne dicit, nihil excipit. ff. de vsufr. earum rerum quæ vsu cons. l. 1. & de sup. le. l. vltim in fi. gl. quæ incipit per hoc. &c. & est hodie expressum extra de sup. negl. præla. c. ecclesiæ cathedrali. li. 6. vbi dicit, quod talis administrator non potest beneficia conferre, si fuerit ab alio, quam à Romano Pontifice deputatus. ergo si ab eo, potest. nec mirum, quia & procurator Cęsaris potest hæreditatem adire: quod non potest a terius procurator. de primo pro- 4 batur. ff. de offi. proc. cęsa. l. 1. §. vlt. † De secundo probatur. ff. de acqu. hære. l. Paulus respondit per proc. quia non ob. extra de elect. is, cui procurator. istud ar. non sequitur, cui procuratio plena in temporalibus, & spiritualibus est commissa, hoc potest: ergo nullus alter: quia ex affirmatiua non concluditur propriè negatiua, sicut nec é contra, vt ff. de test. manu. l. Titia. ¶ † Prętera potest & aliter respondeti, vt 5 dicatur sic, qui habet plenam, & liberam potestatem in spiritualibus, & temporalibus à Papa, hoc potest: sed omnis à Papa simpliciter constitutus hanc habere videtur, ergo hoc potest. minor probatur per præalle. c. Ecclesiæ cathedrali. & ibi no. per Ar. & per hoc. 6 ff. de offi. prępfe. vrb. l. 1. §. in initio. ¶ † Præterea hic ex presse data fuit pótestas administrandi in spiritualibus, & temporalibus, vt ex tenore commissionis apparet, ergo obiectus cessant. sed ad hoc opponitur per Ber. de Fauonel. quod Cardinalis hanc potestatem non habuit, scilicet, committendi in spiritualibus & temporalibus. Ad hoc respondetur, quod imò habuit iuris dispositione vt probatum est supra: alias prouisio Papæ, si arctaretur ad temporalia tantum, fuisset imperfecta: quod non est sentiendum, ne Princeps philosophiæ plenus videatur imperfecte aliquid sensisse, cōtra l. C. ad Sill. l. cum Sillanianum. Et in hoc est standum interpretationi, quam Cardinalis ipso facto committendo fecit, vt extra de postula. prælato. c. 1. Et dato quod dicta gratia ex prædictis non deberet censeri subreptitia (quod verum non est) Vigilanti tamen studio attendenda sunt verba Papæ, qui in gratia sua dixit, Si, vt præmittitur, vacat. Hanc autem conditionem constat falsam fuisse de præsenti per prouisionem factam Petro de Balsebre, sic dato quod non fuisset fraus in impetrante, non tamen fuisset voluntas in concedente eam concedere, nisi vacaret. Sed tamen hæc esset de præsenti falsa, ergo & impossibilis: & sic gratia non est aliquem effectum sortita: vt ff. de iniu. rup. & irri. testa. l. cum in secundo. de hære. instit. l. in facto talis. §. vl. si cer. pet. 7 l. cum ad prędens. ¶ † Vltimo dati sunt boni, & sufficientes articuli contra dictum B. tam per dictum P. quam per alios canonicos Celsonarum, per quos nihil rationabile obijcitur, nisi quia dici consueuit appellationem lapsu temporis esse desertam. sed ad hoc respondetur, quod ab hac desertione excusat infirmitas auditoris: vt ff. qui ex cau. maio. l. sed & si per prætorem. Et expressè habetur in Auth. vt sponsa. lar. §. hoc quoque sancimus. colla. 9. & infirmitas procura- a toris: *a* vt C. qui pet. tuto. l. cum matribus. & de ap. 8 præses. ¶ † Ex prædictis itaque apparet, quod in sacristia de qua agitur. P. de Balsebre plenum ius habet Ber. autem nullum. ad quod multum facit: quia passus est: imo fecit se intrudi in sacristiam prædictam possessore nō amoto, nec vocato, contra id, quod habetur extra de præb. c. licet: li. 6. & no. per Ho. extra de ele. c. per inquisitionem. in fi. & per Campo. extra de rescr. in c. capitulum Sanctæ crucis. in gl. magna. in §. item quæritur, vtrum executor ad prouidendum datus, &c. ac per hoc dictus Petrus secundū formam libelli in petitorio, & possessorio obtinere debet, & dicto Bernardo perpetuum imponi silentiū, & in euentum, quo remissio peteretur, debet concedi de iure: vt ex superioribus satis patet.

ADDITIO ANTIQVA.

a ¶ Et infirmitas procuratoris. *Adde Pet. de Anch. in c. querelam. de procurat. vbi dicit, quod infirmus citatus ad indi-*

iudicium excusatur à pœna contumaciæ, & non solùm propria infirmitas, sed suorum, quinimò si iudex sciret impedimentum esset citatio ipso iure nulla: vt not. in l. quæsitum. ff. de re iu. vbi Bart. dat consilium, quod quis mittat ad iudicem, & ei notificet. vbi etiam tangit qualiter probetur infirmitas: vt l. si semel. C. de re mili. lib. 12. poterit etiam infirmus de hoc fidem facere proprio iuramento cum alijs indicijs, puta quia facies eius est extenuata, quasi hominis surgentis ab infirmitate: vt l. minor ex aspectu. ff. de mino. item poterit per alios astantes sibi familiares: vt l. consensu. C. de repu. & quomodo infirmus restituatur aduersus sententiam, vide Bar. in l. inter minores. ff. de in inte. restit.

De causa poss. & de restitut. spolia.

SVMMARIVM.

1 *Per traditionem clauium maximè armariorum monasterij factam à Rege alicui præceptori non acquiritur possessio hospitalis, & si acquireretur & spoliaretur talis præceptor non debet restitui, quia vitiosè habuit, & quod authoritas Regis in similibus videtur metum adijcere.*

CONSILIVM CCIX.

1 IN causa hospitalis S. Egidij † Vlixbon. ad habendum melius veritatem est primò videndum, vtrum probatum sit, quod fratres & Abbas de Alcobatia vnquam dicti hospitalis possessionem habuerint quoquo modo? quia si vnquã possessores fuerunt, non expediret, quid vltra quęrere, quia in hoc restitutorio iudicio indubitanter deberent succumbere, cum in eo principaliter requiratur, quod quis possederit, & possidens spoliatus fuerit: vt not. extra de offic. deleg. c. consultationibus. ¶ Secundò, in casu, quo apparet ipsos de Alcobatia possessionem habuisse, vtrum canonicè eam habuerunt, an vitiosè. ¶ † Tertiò, si non canonicè habuerunt, esto quod fuerint (prout asserunt) spoliati, vtrum in hoc restitutorio iudicio sint actores Abbas, & fratres de Alcobatia dicti hospitalis sancti Egidij, qui nunquam possessionem habuerunt per aliqua, quæ probata sint, sicut probatur, siue declaratur? Circa quod attendendum est, quod dictam possessionem dicti Abbas, & conuentus solum ex hoc asserunt se habuisse, quia dicunt, quod hæres, tanquam executor vltimæ voluntatis illius Episcopi Vlixbon. qui dictum hospitale construxit, & dotauit, existens in Ecclesia eiusdem hospitalis fecit sibi tradi claues eiusdem per illũ, qui tunc temporis erat præceptor, quas sic receptas assignauit, & tradidit dicto Abbati de Alcobatia, & ille Abbas easdem claues postmodum assignauit dicto præceptori, & dictũ hospitale commendauit, donec de eo aliter prouideret. Si ergo tollatur, quod per hunc modum non videatur eius acquisita possessio, clarum remanet, quod in hoc possessorio iu-
3 dicio est contra eos sententia proferenda. † Hoc autem sic colligitur apertè. Nam certum est etiam in vera traditione possessionis alicuius rei, quod eã nemo tradere, seu in alium transferre potest, qui ipsam non habet. Vnde illud magistrale dicitur. Nemo dat, quod non habet, licet quandoque, quale non habet.
a Sed in hoc casu pręceptor ille, qui primò claues *a* reg. dicitur tradidisse, & easdem postmodum ab Abbate recipisse, possessionem hospitalis solus non habebat, vt statim ostendetur, ergo concluditur, quod per huiusmodi clauium dationem, nec in regem primò, nec in Abbatem secundo potest dici fuisse translata possessio. Primum per se patet, & nihilominus notorium est in iure. ff. de acqui. re. do. l. traditio. & de re. iu. l. nemo plus iuris, & extra eod. tit. nemo potest.
4 cum fim. lib. 6. † Secundum scilicet, quod dictus prędictus præceptor dicto tempore possessionem non haberet, solus saltem, patet, quia probatum est per testes multos productos super 16. articulo dato pro parte præceptoris, qualiter dicto tempore vnà cum prędicto erant in possessione dicti hospitalis multi facendotes, & pauperes inibi instituti perpetuo, nec aliquis dicat, quod licet in possessione essent, non propterea sequitur, quod possiderent, cùm aliud sit possidere, aliud verò in possessione esse: vt ff. de acquir. poss. l. ſi quis autem. quoniam in dubio quicunque rem aliquã tenuit, in possessione eius est, & intelligitur possidere, nisi contrarium doceatur: *b* vt not. Innoc. extra de priuil. c. cùm olim. 2. in glo. & malè, & in fin.
b & not. 7. quæst. 1. Pontifices, in glos. ſi. Vnde manifestè concluditur, quod traditio illarum clauium, quæ dicitur fuisse facta per dominum præceptorem, non fecit statum possessionis mutari: ad quod euidenter facit, quod not. ff. de acquir. possess. l. quamuis. ſ. 1. in glos. sed hic quomodo, &c. in fi. Et hoc etiam alibi confirmat Inn. dum dicit, quod per defectum Abbatis non amittitur possessio, sed consensu Conuentus: vt extra de reli. do. c. cum dilectus. in glo. quia nõ potuit, &c. quod autem hic nõ interuenerit Consensus Cõuentus, scilicet, illorum, qui ibi erant iam perpetuò instituti, imò contradictio, & clamor, patet per depositionem multorum ex testibus productis pro parte præceptoris super articulo 25, super quibus deponunt dicti testes. Est etiam attendendum inter cætera, quod non claues hospitalis fuerint in dictis actibus traditæ, sed claues quarundam Lampadum, & armariorum Ecclesiæ. Et hæc sufficiunt circa primum articulum, per quæ satis videtur tota quæstio
5 terminari. ¶ † Circa secundum articulum, scilicet, in casu, in quo posset dici per prædictos actus, scilicet, per traditionem clauium esse aliquam possessionem translatã in illos de Alcobatio, dicitur pro parte præceptoris factam esse translationem huiusmodi vitiosè rationibus in fra scriptis. Primò, quia contra voluntatem fundatoris, non solũ per Vlixbon. episcopum, sed & per summum Pontificem ex certa scientia confirmatam. Nam (vt per prædicta apparet) ille dominus Episcopus Vlixbon. fundauit, & dotauit dictum hospitale, ita, quod ibi esset vnus præceptor, & aliqui presbyteri seculares, & certi pauperes, & ille, qui esset præceptor, nihil agere posset sine *consilio presbyterorum*, & pauperum, & hæc habentur specialiter in primo, secundo, & sexto articulo. Patet ergo, quod per introductionem huiusmodi religiosorum de Al-
6 cobatia enarratur dicti fundatoris voluntas. † Nec obst. quod in contrarium allegatur de quadam clausula, Nostra est intentio, &c. quoniam non probatur, & dato sine præiudicio, quod esset probata, adhuc nihil prædictis noceret. Aut enim dictus Episcopus dicta verba dixisset, tanquam dicti hospitalis fundator, aut tanquã Episcopus. Si tanquam fundator, certum est, quod facere nequiuisset. Non enim per fundationem, & dotationem potuisset ipse statum hospitalis huiusmodi mutare, quia postquam dictum hospitale fuit ad hospitalitatis vsum, & prouisionem pauperum destinatum, desijt esse in potestate fundatoris, & cœpit ad ordinationem Episcopi pertinere: vt 10. q. 1. decretum. & c. nouerint. Et accedit, quod leg. & nõ extra de reli. do. c. ad hoc. Si autem tanquam Episcopus,

pus, tunc hoc minus potuisset facere. Licet enim possit Episcopus Ecclesiam sibi subiectam, in qua sunt instituti clerici seculares, ad statum regularem deducere interuenientibus multis, de quibus infra dicetur, præsertim capituli sui consensu: non tamē potest ordinare hoc post eius obitum faciendum, ita quod successor eius hoc facere teneatur. arg. extra de ele. c. innotuit, & de app. c. ex insinuatione. & quod no. C. de leg. l. digna. † Certum est autem, quòd successor eius huiusmodi mutationi minimè consensit, imò contra dixit expressè, vt patet per prædicta. Item dato quòd prædicta cessarent, non caruit vitio immutatio, & dictæ possessionis translatio talis. Primò, quia fuit facta per illos, quibus secundum data per partem Abbatis hoc erat iniunctum, scilicet, quod executores, imò multi de executoribus restiterunt: sed fuit facta per regem, qui non fuit executor, sed exhortator, vel compulsor, inter quos erat magna differentia: vt colligitur extra de concess. præben. cap. si capitulo. & c. si soli. lib. 6. & in multis alijs locis. Secundò, quia dato, quòd omnes executores vna cum rege in communi concordia mutationem huiusmodi facere voluissent, hoc per se facere nequiuissent cessantibus consensib. Episcopi, & capituli, qui nondum consenserunt: imò contradictio expressè probatur. arg. ad hoc, quod no. extra de his, quæ vi, metusue causa fiunt. cap. cùm dilectus. & extra de Eccles. ædi. capi. ad audientiam. 2. Tertiò, quia dato, quòd dicti executores dictam immutationem facere potuissent sine consensu Episcopi, saltem dicti Abbas, & fratres possessionem dicti hospitalis licitè, & sine vitio assequi nequiuerunt sine auctoritate Episcopi: vt extra de instit. c. frequentib. Et not. per Hostien. extra de concess. præb. ca. proposuit. Ex quibus relinquitur, quod fratres prædicti, vel nullam sunt reputandi possessionem habuisse hospitalis, vel vanam. † Et sic concluditur, quo ad articulum tertium, quod restitutionē talis possessionis cum pertinentijs suis de iure petere nequeunt, procedendo. Et not. Innoc. extra de resti. spo. c. in literis. in gloss. C. de rei vend. ver. item hoc intelligo verum, &c. & in eadem glo. circa medium, ibi, tamen ad hoc, vt possit petere restitutionē, &c. Etsi prædicta non sufficiunt ad victoriam consequendam, ostendam per alias rationes, quod præceptor dicti hospitalis debet ab illorum de Alcobatio petitione absolui. Primò epilogum faciēdo: quia clausula, Nostra est intentio, &c. de qua datus est, per eos quartus articulus nullo modo probatur. Circa quod attendatur, quod dupliciter potest dari articulus. Vno modo de facto. Alio modo de scripto, vt extra de elect. c. cum inter R. articulus autem iste datus fuit de facto: quod apparet: quia dicit inter cæteras clausulas, quas apposuit in suo testamento prædicto Vlixbō. Episcopus fundator hospitalis, hanc apposuit: nostra autem est intentio, &c. super hoc autem nulli testes possunt deponere, nisi qui ordinatio interfuissent, & testatorem etiam cognouissent: vt de quæstio. l. vnus. §. testes. C. de testi. l. testium. de iure autem delib. l. vlt. §. 1. & de erog. milit. anno. l. pen. nullus autem talis est productus, excepto quodam Egidio qui etiam de veritate non deposuit: sed de credulitate duntaxat. Quod ergò cæteri dicunt, se vidisse scripturam, &c. dicunt non iurati, quare, &c. vt extra de fide. ca. de testibus. ¶ † Et probare alicuius rei, se vidisse scripturam, non est sufficiens probatio, etiam si hoc dicat fuisset articulus, qui tamen non fuit: vt C. de fide instru. l. sicut iniquum. & ibi not. immò necesse est probare, scripturam casu amissam: vt C. de fide instru. l. vltim. & de priuil. c. cùm olim. 1. & ibi no. per Innoc. in 1. gloss. Ista autem non probata manet ordinatio hospitalis facta per fundatorem, & confirmatio facta per alterum eius successorem, & confirmatio facta per dominum Bonifacium Papam VIII. ex certa scientia, ad quam tollendam obijcit pars monasterij de Alcobatia obreptionem: quia dicit hanc clausulam Papæ fuisse tacitam. cùm verò obreptio crimen sit: vt ff. ad l. Cor. de fal. l. si quis obrepserit. & de his, qui not. infa. l. debuerit. ¶ † Oportuit hanc clausulam plene probari, vt ex ea iustificetur, immò verificetur obreptionis obiectus. quod cùm factum non fuerit (vt ostensum est supra) deficit ex toto intentio monasterij de Alcobatia etiam in possessorio, cùm ex productis appareat nullum ius habere: sed totum est penes conuentum S. Egidij: vt extra de diuort. capitu. signi. & not. per Innocent. extra de filijs presbyter. veniens. secundo, quia secundum clausulam, etiam si probata esset, Rex non erat executor, sed habebat duntaxat consulere, & compellere. Et suadentis, vel etiam consulentis officium non seruauit: sed ipse idem est executus: & inter hæc est magna differentia. vt ff. admi. tu. l. quidam decedens. & l. Titium & Mæuium. in princip. extra de elect. capi. cum in veteri. de arbit. cap. cùm olim. & ne sede vacan. ca. vnico. libr. 6. sed sic nihil valuit, quòd fecit, quia alij commissum alius vsurpauit, contra legem. C. de exe. & exa. annona. l. 2. libr. 12. & de testament. l. consulta.

¶ † Non obstat consensus aliorum executorum, qui allegatur: quoniam hunc euacuat Regis reuerentia, quæ timorem probabilem repræsentat. Consueuit enim dici, quòd rogamina maiorum minoribus sunt præcepta: *c* quod Docto. eliciunt ex eo. cap. Salonitane. 64. distinct. in verbo, præceptor: vt ff. de fideicommis. li. l. cùm verò. §. apparet. de fur. l. pen. & quarum rerum act. non datur. l. 1. §. quæ honorandæ. & quod not. 23. quæstio. 8. conuenior. & ibi not. Tertiò, non fuit seruata forma, quæ debuisset seruari: quia nullū consilium Regis interuenit: sed Rex ab executione incipiens immaturè nimis nulla deliberatione præcedente (de quo vide 2. quæst. 6. anteriorum. vt enim Archi. no. ibi deliberatio hominem refrænat & à malo iudicio retrahit, quæ est pars consilij) claues tradidit: vnde fecit contra l. 1. C. de execu. rei iud. concilium enim quærit, scrutatur, & deliberat, & in hoc differt Eubulia, quæ est bona cōciliatio ab Eustocia, quæ est bona coniecturatio: quoniam prima cum quæstione, collatione, tempore, & deliberatione fit. Secunda verò sine tempore. & probat Aristoteles 6. ethi. 7. c. & probatur. C. de diuort. l. dubium. & in præalleg. capit. cùm in veteri. ¶ † Quartò, clausula non dicit, quòd executores hæc faciant, sed fieri faciant, quod debet intelligi secundum ius commune, scilicet, per Episcopum, in cuius & maioris Ecclesiæ dominium ipsum hospitale tranfiuerat: vt extra de priuil. c. cùm olim. 2. & hoc clarè probatur extra de offic. dele. cap. super eo. ¶ † Quintò, per adoptionem possessionis per Mona. de Alcobatia, quæ impedit, quòd hospitale possidebatur per alios, quàm per solum tradentes claues. quod autem hoc adeptionem possessionis impediat, probatur. ff. de acqui. poss. l. quod meo. §. vlt. quod alij verò possiderent, vel composiderent, probatum est in primis allegationibus: & probatur sic, omnis, qui habet ius in re, ratione illius iuris quod actualiter est in re, dicitur ipsam naturaliter possidere: vt apparet in vsufructuario. ff. vti poss. l. vlt. in fin. in creditore. ff. de acquir. poss. l. 1. §. per seruum corporaliter. Isti autem erant huiusmodi, quia erant perpetui, & ibi debebant perpetuo habitare, & de bonis nutriri: & hoc expressè not. Innoc. extra de do. inter dilectos. in glo. hæc subiectio, &c. in ver. vel dic, quod bene erat licitum collegium, &c. ¶ † Sextò & vltimò

attendatur, quod interdicta, quæ de locis sacris, vel religiosis proponuntur, veluti proprietatis causam continent: vt ff. de interd. l. 2. §. quædam interdicta. & his perfunctoriè tactis manifestè apparet præcepto rem sancti Egidij debere à monasterij de Alcobatia petitione absolui.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Qui primo claues. *Per traditionem clauium probatur possessio, & talis probatio sufficit, vt spoliatus restituatur. Rota in anti. decisi. 717. videre est Gloss. & Doct. in l. 1. de acqui. pos. præsertim verò Alex. col. 19. num. 78. ver. Habetis diligenter notare.*

b ¶ Docentur. *Vide, quæ notaui supra in consi. 199.*

c ¶ Sunt præcepta. *Hinc Plato Epistola 7. Preces, inquit, Tyrannorum necessitati permistæ. Et Alci. præceptor meus in adagium redegit: Dominus, cùm rogat, præcipit. De ver. signific. libr. 4.*

De hære. & de sortil. & de testib.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis debet apertis indicijs probari. Item quid sit hæresis. & num. 2.*

3 *Item sortilegia vel pocula amatoria: vel non consecrare hostiam propter conscientiam non sunt hæretica, sed attribuere diabolo, quod est attribuendum Deo: puta petere ab eo responsa & sacrificia facere est hæreticum, tamen inuocare diabolum ad id, quod sibi attribuitur: puta ad attentandum vel decipiendum mulierem non est hæreticum.*

6 *Item de multiplici impugnatione testium, cum num. seq.*

CONSILIVM CCX.

REGVLARIS habet traditio, quod in omni crimine, vt condemnatio sequi possit, debēt esse probationes luce clariores: vt C. de prob. l. sciant. & de procurat. qui sententiam. & si hoc in aliquo crimine, multò fortius in crimine hæresis, vbi simul & quis criminaliter condemnatur: & ciuiliter punitur: & eius posteritas perpetua notatur infamia: sola eis vita quadam lenitate relicta a & in quo breuiter concurrere videntur omnia cognitionum genera: de quibus legitur. ff. de var. & extraordin. cogni. l. cognitionum genera. cùm vbi maius periculum vertatur, vbi vtique cautius sit agendum: vt ff. de Carbo. l. 1. §. sed si quis. C. de app. l. addictos supplicio. & de hoc crimine specialiter dictum est, quod ex suspitione, quamuis vehementi, non debet quis de tanto crimine condemnari: vt extra de præsump. cap. literas. & ff. de pœn. l. absentem. & hoc propter pœnas graues, quę sequuntur: vt supra dictū est. & probatur extra de hære. c. vrgentis. & eod. ti. c. quicunq;. §. hæretici. lib. 6. & licet qui leui argumento à fide catholica deuiat, hæreticus sit censendus: vt C. de hæreti. & mani. l. 2. tamen deuiationem talem plenè probari oportet per indicia: & vt Doct. dicunt illa indicia debent per testes plenè probari. vt C. famil. her. l. vlt. vbi not. in glos. signata super verbo: iudicis. ¶ His igitur sic peroratis, ad propositam materiam accedamus, ad cuius veritatem habendam diuidatur causa in duas partes: scilicet in rem, quæ dicitur commissa, & probationem, quæ dicitur facta.

1 ¶ † Circa primum esset examinandum, vtrum ea, quę imponuntur domin. Io. de Partimacho, sint hæretica, vel hæresin sapiant manifestè. ¶ Circa quod est attendendum, quòd Augustinus diffinit hæreticum esse, qui falsas vel nouas opiniones gignit, vel sequitur: vt 24. quæst. 3. hæreticus. Et secundū hoc dicunt

b Doctores, quòd hæresis *b* habet principium, & complementum: principium quidem est error in ratione. Sed complementum est pertinacia in voluntate: vt 23. quæst. 3. dixit Apostolus, & dicitur hæresis, quasi diuisio ab vnitate fidei: vt ff. de excu. tu. l. si duas. §. 1. vel dicitur hæresis, quasi elexis ab eligo, eligis, eligis, vel dicitur hæresis, quasi electio ab eligo, eligis, eligis, quis non secutus doctrinam Christi, vel Apostolorū, vel Romanę Ecclesiæ eligit sibi aliquam nouam & falsam credulitatem, cōtra quos dicit Apostolus ad Galatas: Si Angelus vobis de cœlo aliud Euangelizauerit, anathema sit. Sed istud imponitur domi. Ioan. de

2 Partimacho, ergò, &c. ¶ † Nunc itaq; videndum est, an hæresim sapiant manifestè? & videtur, quod sortilegia simplicia, vel etiam pocula amatoria, vel propter conscientiam hostiam non consecratam sumere, hæresim non sapiant manifestè: vt patet ex crimi-num distinctione, & pœnarum impositione: Vt de rubrica separata ponitur à rubrica de hæreti. cap. accusatus. §. sanè de hære. libr. 6. ¶ De secundo habetur extra de celebratio. missarum. cap. de homine. ¶ De tertio habetur. ff. de pœn. l. si quis. §. qui abortiuos. Imagines verò facere ad amorem mulierum prouocandum magis videtur superstitiosum, quàm hæreticum: licèt hoc indubitanter secundum Augustinum lib. 10. de ciuitate Dei ad dæmones pertineat iudicare. tores animarum sibi subditarum. Sicut etiam tradidit S. Thomas de Aquino in secunda secundæ. 96. distinct. in tit. de superstitionibus obseruantiarum. §. 2. dæmonia inuocare, eis nepharias preces emittere: etiam funesta sacrificia offerre, hisque celebrantibus eorum responsa exposcere, viderentur hæresim sapere manifestam: vt 26. quæst. 4. igitur genus diuinatio-

3 nis. † Sed circa hoc tres considerationes occurrunt. Prima est, cùm actus mortales iudicentur ex fine intento: & ideò scribitur, quod voluntas, & propositū distinguunt maleficia: vt ff. ad leg. Cor. de sica. l. diuus. & ff. de furt. l. verum. multum refert inuocare dæmonia, & eorum responsa exposcere ad sciendum futura, & hoc hæresin sapit manifestè, quia creaturæ attribuitur, quod est proprium creatoris, iuxta illud Esaiæ 14. capit. Annunciate, quæ futura sunt in futurum, & scimus, quia dij estis vos. An verò damones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris. & tunc quia inuocatur Diabolus ad id, quod est eius proprium, scilicet tentari. Vnde Saluator eum Tentatorem vocauit. Tunc licet hoc facere sit turpe, & fœdum, & mortale peccatum: non censetur tamen hæresim sapere manifestam? Et hæc dubitatio procedit per modum imperij, non adorationis: si enim adorares, hæreticum esset, vel hæresim saperet manifestè. & hoc non est propter personam, sed propter vitium: ergò vbi erit maius vitium, sicut in adoratione Diaboli maius erit peccatum: vt extra de hæret. accusatus. §. primo. & ibi not. per Ioan. Mo. ¶ Secunda consideratio est, nunquid dato, quod hæc non sint formaliter hæretica, sed hæresim sapientia, propter simplicitatem militarem tali crimine detrahatur? vt C. de iur. & fac. ignor. l. 1. de iure delibe. l. vltima. §. vltimo. & de his qui sibi in testam. ascribunt.

4 l. penultim. ¶ † Tertia consideratio est, cùm ex decursu omnium actorum factorum in causa ista appareat domin. Ioan. de Partimacho captum, & infatuatum amore cuiusdam mulieris ad finem libidinis exercēdę fecisse, quod fecit: an crimini detrahatur, cùm quasi furiosus, & demens fecerit? Scriptum est enim, quòd nihil furorę amoris vehementius, quam reti-

nere phi-

c nere philosophiæ monentis c & in exilientem concupiscentiam refrenantis: vt in Authentic. qui. mo. na. effic. legi. §. illud quoque melius. Et Philosophus dicit 7. ethicorum in 2. cap. Coire enim & concupiscentiæ venereorum: & quædam talium manifestè & corpus transmutant: quibusdam autem & insanias faciunt, &c. In quocunque autem crimine, furioso parcitur: ad legem Corneliam de Sica. l. infans, & furioſus, etiam in crimine læsæ maiesta. vt ff. ad leg. Iuliam maiest. l. famosi. Et hæc sufficiant circa rem imposita. ¶ † Nunc videndum est de probatione factæ: & ista est duplex. Vna est per propriam voluntatem vel confessionem dicti Ioan. de Partimacho. Alia est per testes. De prima quidem me expedio: quia illa scilicet confessio Domini Ioannis de Partimacho ei nihil nocet, quantum ad id, de quo quæritur, vt ex inspectione eius apparet. Alia verò diuiditur in duas: quia quædam est de confessione, quæ dicitur per eum alias facta, quædam verò de multiplici fœditate, quæ per eum dicitur esse commissa. ¶ † Circa primum deponunt duo fratres prædicatores, quos ex inspectione depositionum eorum apparet sæpè, & in pluribus officium testis excedere, quia dum interrogantur de verbis in confessione emissis, quasi officium iudicis assumentes de effectu verborum deponunt contra legem. C. de erogan. mili. anno. l. per hanc 30. quæstion. 5. iudicantem. 3. quæstion. 9. pura & simplex. & not. plenè Innoc. & Hostiens. extra de testamen. cap. cùm causam. Dicunt etiam in multis parum verisimilia, quasi in memoriam retinentes: & inter verba subtiles differentias facientes: quę humana memoria verisimiliter retinere non potest, contra. l. ff. de testi. ob carmen. §. vltimo. & loquuntur sæpe eundem præmeditatum sermonem, non legalibus amica simplicitate vtentes, sed magis astutè, & malitiosè deponentes contra. l. ff. de testi. l. 3. §. 1. & in Authentic. de testi. §. si vero astu. columna 7. & in multis sunt sibi inuicem discordes, & in serie sui testimonij contradicunt contra ius. extra de probat. capit. licet causam. ¶ † Sunt etiam inquisitores sogitij, & quasi participes negocij, & inimici Domini Ioannis de Partimacho, & nimia affectione, vt dicunt ad ordinem suum & inquisitionis officium ducti: quibus non est credendum: vt ff. de testi. l. 3. in principio. & §. primo. & l. ob carmen. §. vltimo. & aliquis corum puta Ioan. de Bordineria adulator, & dicti Domini Ioannis de Partimacho, proditor: vt apparet ex literis quas ipse misit Domin. Ioan. de Partimacho, & quæ productæ sunt in iudicio. & pro hoc. ff. de liber. homin. exhib. l. 3. §. si quis volentem. & quia huiusmodi vitia, quæ ipsorum depositionibus ascribuntur, melius ex oculorum inspectione perpenduntur, quam auribus percipiantur, datur vobis reuerendis partibus scriptura depositionum, in cuius margine prædicta vitia, & alia per ordinem, sicut cadunt, inuenietis per ordinem esse scripta. ¶ † Circa secundam depositionem vnus quondam iudæus, nunc Christianus factus: cuius testimonio, inquantum verò contra eum dicit, in aliquo tum pro eo dicit, vtitur Dominus Ioan. de Partimacho, inquantum non d obstante ratione vilitatis, vitæ, & facinorum eorum, tàm ante Baptismum, quàm post: & quia vnus est, cuius etiam in causa ciuili dicto non staretur: vt C. de testi. l. iusiurand. & quia inimicus, vt in fine dicti sui manifestè fatetur. & quia in multis nominat Alanum Britonem, tanquam contestem, qui quasi in omnibus dicit se non fuisse præsentem. De depositionibus verò Alani Britonis, & Hugonis Bisio Domicelli non est expediens loqui: quia contra Domin. Ioan. de Partimacho nihil deponunt, sed magis pro eo. ¶ † Circa infamiam non est attendendum: quia ortum habuit, vt testes ipsi dicunt, à quadam muliere eius inimica, & à quodam Ioan. eius inimico, quæ infamia curanda non est: vt extra de accusat. capit. cum oporteat. & cap. inquisitionis. in ver. & an fides, &c. cum multis similibus. Et ex his salua correctione sanctitatis Domini nostri, & reuerendarum paternitatum vestrarum, cui allegantes suas allegationes, & dicta submittunt, videtur posse concludi, Domin. Ioan. de Partimacho ab hæresi, & quæ hæresim sapiunt, piè, & misericorditer absoluendum: & sic absolutus fuit per Dominum Ebrudinen. Archiepiscopum auditorem contradictarum & Dominum Episcopum sancti pauli nunc cardinales auditores in causa illa deputatos per Dominum nostrum Ioannem Papam XXII.

9

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Lenitare relicta. *Not. quanta sit pœnæ grauitas in Hæresi. Et quid sit Hæresis, vel quis propriè hæreticus, habes infra consi. 271. nu. 2. & 3. Quæ potes coniungere cum hic notatis.*

b ¶ Quod hæresis. *Hæresis vnde dicta. Verius est autem si hoc nomen, vt Græcum accipiamus, cuius vis sit electionem, siue sectam significare, à verbo αἱρέω quod significat eligo.*

c ¶ Monentis. *Est perfectè monentis, & insilientem, atq; inhærentem.*

d ¶ In aliquo non. *In aliquo non, ac si dixisset Minimè.*

De consuet. & de priuil. de ver. signifi. & de sepul.

SVMMARIVM.

1 *Fratres sancti Antonij habent ministrare sacramenta curialibus de consuetudine: talis consuetudo valet: & vendicat sibi locum in cardinalibus & familiaribus eorum: maximè, quia est confirmata per priuilegium Papæ.*

Item quid sit curia. cum numer. sequent.

CONSILIVM CCXI.

1 a AD propositum † a fratrum sancti Antonij diœcesis Viennen. & ius eorum comprobandum, eo quod ex consuetudine, & vsu videtur sumpsisse principium, vtile videtur de ipsius rationabilitate tractare, vt per hoc eius effectus, & maioris extensionis, & fauorabilioris interpretationis appareat: vt C. quæ sit lon. consuet. l. 1. & ff. de legi. & senatusc on. l. quod non ratione. Ad rationem autem huiusmodi clarius intelligendam est aduertendum, quod sicut in secularibus in vrbe Romana legitur duos fuisse prætores, vnum, qui peregrinis præerat, alterum verò, qui Romanis iustitiam exhibebat: vt ff. de orig. iur. l. 2. §. & cum placuisset. & de iudi. l. 2. sic in spiritualibus dignum, & rationi consonum fuit, vbicunque est ipsa vrbs, id est, Romana curia, diuersos esse super intendentes curię animarum: quosdam incolis: vt sunt parochiani, & religiosi quantum ex dispensatione Apostolicæ sedis permittitur, quosdam verò peregrinis, siue curialibus: vt sunt fratres sancti Antonij: vt satis clarè probatur de offic. ordin. c. quoniam in plerisq;. & de temp. ordi. c. cum secundum. Rationabiliter ergò Romana Ecclesia voluit,

& in vsum deduxit, quòd essent in curia sancti Antonij, qui pro pauperibus curialibus hospitale haberẽt confessiones curialium audirẽt, & ecclesiastica sacramenta ministrarent, & sepulturis eorum interesse de
2 berent. ¶ † Visa ergò ratione adinuentionis huiusmodi videnda est ratio emoluměti eis per huiusmodi consuetudinem attributi: quartæ, scilicet aut dimidiæ secundum diuersos casus occurrentes. & circa hoc duo considerari possunt: scilicet ipsi Antoniani, qui istud emolumentum percipiunt: & hoc quidem videtur dignissimum, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore reperiuntur suum commodare obsequium: vt 12. quæst. 2. charitatem. Et qui vocantur ad onus, repelli non debeant à mercede: vt extra de præb. c. cum secundum Apostolum, & vtriusq; iuris regula est, vt eum commoda sequi debeant quem sequuntur incommoda, & econtra: vt ff. de reiu. l. Secundum naturam. C. de caduc. toll. l. vnica. §. pro secundo. & ff. de adi. & transfer. leg. l. alumnæ. §. ab hæredibus. & de ali. & cib. leg. l. Caio. & huic sententiæ alludẽs decretalis loquens de onere ministrandorum ecclesiasticorum sacramentorũ, ac per hoc de participatione eorum quæ relinquuntur in morte, dicit dignum esse, vt sint socij consolationum, qui fuerunt & passionum, secundum Apostolum: vt extra de sepul. c. 1. & cum eadem, quantum ad curiales, onera subeant, quæ parochiani quantum ad ciues, cum eadem militia sit dignum est vtrunq; officium eisdem priuilegijs gloriari: vt C. de pala. sacr. largi. & rerum priua. l. iubemus. lib. 12. & ff. de bo. poss. ex testa. mili. l. 1. & parochiani, siue religiosi, qui de eius incremento curiæ, id est, ex curialibus decedentibus multa percipiũt, nec debent ex eis velle rationabiliter tantum percipere, quantũ ex incolis: quoniam non tantum circa eos laborant: quia eis Ecclesiastica sacramenta non ministrant, nec eorum pauperib. hospitalitatem præstant: non igitur ægrè ferant, si tàm labor, quàm pecunia recipiat diuisionem: vt ff. de anu. lega. l. Seio amico. in princ. & qui minus laborat, minus manducet. arg. de noxa. l. si ex duob. §. vlti. & de dam. infe. l. quamuis alienus. in secundo responso. & ibi not. hoc enim incrementum non est alluuione latenter accrescens, sed apparenter aduenies: & vt in plurimis numerum incolarum excedens. Non igitur assumit naturam primi, quasi accessorium, sed per se existit: vt ff. de acqui. rerũ do. l. adeò. §. præterea. de vsufr. l. si fundi. §. huic. cùm ibi nota. † Visa nanq; rationabilitate
3 consuetudinis, quæ tantæ fuit auctoritatis, vt multo tẽpore non fuerit necesse eam in scriptis redigere. vt ff. de leg. & sena. cons. l. imò tantæ. & inst. de iure natu. gen. & ciuil. §. ex non scripto. Et tandem propter labilem memoriam, & locorum mutationem fuit coram commissario per fœlicis recordationis Domin. Clemen. V. dato legimè probata, & per ipsum Dominum Papam ex certa scientia confirmata, & supplet⁹ omnis defectus: si quis esset: de apostolicæ plenitudine potestatis, & datus & conseruator eiusdem, quicunq; esset Camerarius Domini Papę, de cuius efficacia dubitare sacrilegij instar est: vt supra de crimi. sacrileg. l. 2. verum qui eius efficaciam attentare non audent, eius amplitudinem fraudulenter legitimare conantur, dicentes, quod huiusmodi consuetudo reuerendos patres dominos Cardinal. & eorum familiares nequaquam amplectitur: & quod de pannis sericis, & equis, qui cum funeribus portantur, & vadunt: huiusmodi portio non debetur: & sic quantum ad ambitum consuetudinis iam in scriptis redactæ, & Apostolico munimine roboratæ est quæstio de perso
4 nis, & rebus. ¶ † De personis ergò est primò videndum, Et quòd domini Cardinal. huiusmodi consuetudine includantur, probat identitas rationis: proprietas locutionis: interp̃tatio obseruationis. ¶ Circa primum, quo dicitur, vbicunq; est eadem ratio, est idem ius: vt ff. ad l. Aqui. l. illud. ff. de fonte. l. vnica. & C. de consti. pec. l. fi. sed in Cardi. est eadem ratio, quę in alijs curialibus: ergò, &c. minor propositio probatur sic. Curia, vt curia, est vnũ corpus repræsentatum
b ex multorum maiorum *b* aggregatione collectum. vt ff. de fideiu. l. mortuo. ibi, sicut municipium, & curia: & quibus ex cau. maior. l. ergò. in fin. de quo corpore loquitur. l. ff. de vsuc. rerum mixtura. & de iudi. l. pro ponebatur. Vnum autem, & idem corpus non potest diuerso iure censeri: vt ff. de vsu. l. eum, qui ædes. extra de dec. cùm in tua. & 11. quæst. 2. cognouimus. nec eos eripit excellentia status: vt ff. de procur. l. minor. §. vlt. & l. consularis. & de testa. tu. l. tutor incertus. §. vlt. eis enim (vt probatum est) exhibita sunt per tempora ecclesiastica sacramenta: & isti sunt illi pręcipui, qui ad pauperes curiales deflectentes pietatis affectum habent dicere secundum Euangelicam veritatem: Qui vos recipit, me recipit: quod vni ex minimis istis feciſtis, mihi feciſtis. Et corporibus rectè dispositis, qui tangit partem quantumcunque minimam, videtur tangere ipsum totum. Vnde qui aurem hominis tangit, totum hominem tetigisse videtur, vt ff. de fur. l. vulgaris. Si igitur & in sacramentorum participatione, & in hospitalitate communicant, eos consuetudinis ratio comprehendit: ergò & ipsos
5 complectitur consuetudo. ¶ † Circa secundum est attendendũ, quod in priuilegio attestante, & approbante consuetudinẽ iam dictam de duob. verbis sit mentio, scilicet de curialibus & curiam sequentibus. Dubium autem non videtur, quin inter oẽs alios d. Cardinales curiales debeant curiales. Ad quod intelligendum ad memoriam reducitur, quòd Romulus Romanum populum in triginta partes diuisit: quas l. dicit eum curias appellasse, propterea, quòd Reipublicæ curas per sententias partium earum expediebat. Si ergò curia
c dicta est à cura, *c* illi potissimè curiales dici debent, per quorum curam, & consilia respublica regitur. tales autem sunt cardinales: ergò, &c. vt hæc leguntur per ordinem. ff. de origi. iur. l. 2. circa prin. & ad idem accedit, quod decuriones anthonomaticè curiales appellantur in iure: vt C. de decurio. l. ad subeunda. & ibi not. & l. curiales. Nec ab huiusmodi vocabuli proprietate eos excludit excellentia status: quoniam nec excellentia imperialis culminis principem eximit ab ordine senatorum: vt C. de di. l. ius senatorum, & auctoritatem eius ordinis, in quo nosipsos connumeramus, &c. libr. 12. nec è numero commilitonum: vt ff. de mili. testa. l. 1. in princ. imò certè cum eorum reuerentia loquendo dici possunt eriam Romanam curiam sequi: quia quicunq; de jurisdictione curiæ sunt, vt curia est, dicuntur curiam ipsam sequi: vt ff. de ver. sig. l. qui neq; sequuntur. dñi ergò Cardinales sunt huiusmodi, ergò, &c. Nec obst. si dicatur, quòd magis construũt, quam sequuntur: quia equi, qui demonstrant quadrigam, sunt de numero construente quadrigam: vt ff. de lega. 2. l. si peculium. §. quadrigę. & paterfamiliâs: vnde tota agnatio assumẽs ordinem, appellatione familiæ continetur: vt ff. de
d verb. sign. l. familiæ. *d* † Circa tertium est sciendum,
6 quòd mota pluries qõne de funere dñorum Cardinalium, quater vel quinquies est in contradictorio terminatũ allegata præfata consuetudine, & contradictione secuta pro ipsis antonianis, & eis secundũ allegata cõsuetudine debitam portione assignata: & sic sufficit rerum sic sæpè iudicatarum auctoritas. ff. ad Sille. l. 1. §. hoc autẽ senatus. Et pro hoc facit, quod dici solet, prędes prouincię probatis his, quę frequenter in eo-

ter in eodem genere contr ouersiarum seruata sunt, causa cognita sic statuit: vt C. quæ sit longa consuet. l.1.& de æd if. priua. l. an in totum. Et si hæc vera sunt in dominis Cardinalibus, nulli dubium est, quin mul tò fortius dicẽdum sit locum habere in eorum familiaribus, qui propriè dicuntur curiã sequi. Sunt enim obsequiosi vitæ, qui de alimẽtis pẽdent: vt ff. de transact. l. cùm hi. §. sed ad personarum. Concludendũ ergo videtur, quod huic sententiæ verborũ significatio non repũgnet, & ratio consuetudinis congruat, ipsos reuerendos patres huiusmodi consuetudine comprehendi, præsertim cùm huiusmodi quæstio locum habeat eo tẽpore, quo iã esse curiæ vertices desierunt, sicut dicitur de ea, quę sibi potest eligere sepulturam. Et subditur ratio in text. cùm electio ista ad eũ potius fiatũ pertingat, in quo mulier soluitur à lege viri, &c. vt extra de sep. c. de muliere. & ar. C. de do. ante nup. l. quod sponsæ. & de do. inter vir. & vxo. l. si eum ferpedito igitur de personis, vnũ tantũ verbũ dicam de reb, & quod panniserici veniant, dubiũ non videtur: quoniam vestis, puta stamẽ, vel cilicium, quod portabatur cum funere, impẽsa funeris dicebatur: vt ff. de relig. & sumpt. fune. l. & si quis. §. impensa. & l. funeris. Si ergo mutato more hodie pannus aureus defertur, debet funeralibus annumerari, sicut in iure dicitur, quod olim suppellectili annumerabantur vasa fictilia & lignea: hodie verò propter imperitiã imperitorũ, vel peritorũ elationem argentea annumerantur: vt ff. de sup. le. l. 3. in fi. Parua enim res, vel magna in iure discretionẽ non facit: vt ff. de coniugẽ. cum etiam. lib. 1. §. illud non interest. vt in pos. le. l. quamuis minima, si cui plusquã per legem Fal. l. 1. §. cùm dicitur. & de dam. infec. l. si proprietarius. Et quod de istis omnibus pannis, & equis portio debeatur, est ca sos extra de sepul. c. in nostra. vbi ponitur speciale in hospitalarijs, in equis, & alijs propter subsidium terræ sanctæ. ergo in alijs relinquitur in oppositũ ius commune, & est expressum extra de verb. sign. c. cùm intersos. Cætera suppleat incommensurabilis profunditas sedentis in throno, & venerandus cætus dominorum Cardinalium assistentium eidem.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ad propositum. *Iunge hic cons. infrà 293. & 321.*
b ¶ Multorum maiorum. *Minorum, & maiorum.*
c ¶ A. cura. *Not. suprà cons. 587. col. 1.*
d ¶ In aliquo non. *Et ibi vide Alci. qui talem huius rei rationem reddit, quoniam nomina collectiua, vel vniuersitatum non membris solum, sed & capite constant, ideò illud quoque comprehendunt.*

De verb. sign. extraor. ff. de liberis & posthumis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus instituendo ventrem vxoris suæ non solum vnum posthumum, sed plures, si ex ea nascantur, videtur instituisse hæredes.*

CONSILIVM CCXII.

VIDAM in suo testamento sic dixit: † In omnibus bonis meis quæcunque sint, & vbicunq; sint, instituo mihi hæredem vniuersalẽ ventrem vxoris meę, & si partus dictæ vxoris meæ ad lucem non veniret: vel si ad lucem venerit, & decesserit infra pupillarem ætatem, vel postea quandocunque sine libero vel liberis legitimis de se natis substituo sibi in prædictis omnibus bonis meis talem, & suos. modò quæritur, si post factum testamentum dictus testamentator plures liberos habuerit de eadem vxore, vtrum dictum testamentũ sit ruptum? Et videtur, quod non, quia dicendo instituo mihi hæredem vniuersalem ventrẽ vxoris meæ videtur mentionem fecisse de omnibus posthumis. ff. de lib. & posthum. l. placet. & l. seq. & sicut videtur, stat prædicta substitutio, cùm dictum testamentum non sit ruptum, dicendum, quod dubium non est, quia instituendo ventrem vxoris videtur instituisse posthumum: vt ff. de iniusto, rup. & irri. test. l. posthumi per virilem. §. vlt. institutio autem posthumi iuris interpretatione etiam plures posthumos comprehendit, quia sic est in omnibus actibus fauorabilibus: vt ff. de test. tu. l. si quis ita dederit. §. 1. & de le. 1. l. qui filiab. §. 1. de hęre. instit. l. Clemens patronus. vt videtur casus. C. de fideic. li. l. cùm inter veteres. & probatur in a præalle. l. placet. ff. de liber. & posthum. a

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ De liber. & posthum. *Accedat vis ipsa nominis, quia ventris appellatione venit quicquid mulier habet in vtero, siue ergo vnum posthumum tantũ, siue plures gerat de omnibus videtur cogitasse testator, qui verbo generali est vsus. ar. l. De pretio. de publicia. cum si. Et hæc est huius articuli medulla. Colligitur q, vltra rationem Grammaticæ ex titulis ipsis de ven. inspi. & si ven. nomine muli. & si mu. nomine ven. Quibus omnibus titulis æquè est locus, siue mulier prægnans sit de vno duntaxat filio, siue de pluribus. Generaliq, est iterum partes significatio, vt inde probatur. Et hoc ipsum manifestat fabula à Iustino relata in lib. pe. Canem aliquando partu grauidã locum à pastore precario petiisse, quo pareret, quo obtento iterato petiisse, vt sibi educare eodem loco catulos liceret, ad postremum adultis catulis fultam domestico præsidio proprietatem ibi sibi vendicasse. Sicq, Iustinus, quem primo partum singulariter dixerat, plurali postea numero hic catulos appellat. Confirmat ad hanc materiam Fed. de Se. q. 42. vbi instituto singulariter posthumo si bini nascantur ad vtrumq, porrigitur institutio. idem habendum est in casu nostro, argumen. à fortiori. Et pro Fed. facit l. Quidam. §. fi. cum l. seq. de rebus dub. vnde sumitur regula, quod instituto posthumo nascituro, quot quot posthumi nascentur, vocati sunt, duplici ratione. Quia testator, quot nascituri forent, ignorauit. Et quia nomen Posthumi collectiuum est, Doctor. in l. fin. C. de impub. & alijs substit. Atque hæ rationes ambæ ad rem præsentem faciunt. Quia ventrem vxoris instituit, si masculum pareret, eiq, Seium substituit, & si fœminam, vel neminem, Ptochotrophium: At vxor in puerperio cæso ventre extracto q, fœtu masculo decessit, qui etiam aliquantulum superuixit. An Seius admittetur? Dubium faciebat l. Anniculus. §. fin. de verb. signific. Tamen Seium admitti communi calculo probatum est. Alciat. de verb. sign. lib. 3. col. 20. Item, quid si testator ventrem instituit, & si masculus nascatur, & impubes decedat, ei substituit Sempronium. si nascantur fœminæ, instituit eas in certa portione. Venter nihil peperit, nunquid locus erit substituto? Alexand. censuit locum esse consil. 188. vol. 2. Tamen Alciat. eo. li. col. 17. contra illud Alexandri responsum ratiocinatur. Quid etiam cùm quis ægrotus instituerit partum, si vxor sua prægnans esset, & hæc tunc temporis prægnans non fuit, sed post aliquos annos peperit, vel & tunc peperit, & alios deinde filios testatore superuiuente. Num quid huc porrigetur institutio? Et magis est, vt porrigatur. Nam credidit testator se moriturum de illa infirmitate, &*

consequenter non posse in futurum amplius generare. Nec per ea verba, si vxor sua prægnans esset, debemus præsumere, illum voluisse eligere viam, qua iudicia sua subuerterentur. Ita respondit Paul. de Cast. consil. 79. Casus iste frequenter in vltim. dub. in antiq. quem refert & sequitur Alciat. de præsump. reg. 3. Præsum. 35. numero septimo. Hisq; rationibus, & auctoritatibus maximè comprobatur hoc consilium.

De condi. appo. & de secun. nup.

SVMMARIVM.

1 *Vidua transiens ad secundas nuptias, an amittat legatum sibi à proprio viro relictum, quandiu in hospitio suo vixerit in & super bonis suis, si vult cohabitare marito suo secundo.*

CONSILIVM CCXIII.

AD quæstionem, qua quæritur vtrum legatum vxori sub his verbis relictũ. Item lego tali vxori meæ victum, & vestitum quandiu *a* vixerit in & super bonis meis, & in meo hospitio stare voluerit, &c. ad secundas nuptias conuolanti, & marito secundo cohabitanti debeatur necne? dicendum est quod non, per l. ff. de legat. 3. l. qui concubinam. §. vxori, in secundo responso, & ibi b est casus. *b*

2

ADDITIO ANTIQVA CVM Rainaldo Corso.

a ¶ Quandiu vixerit in & super bonis. *Et quid si fecerit legatum vxori nulla conditione adiecta, & mulier postea transeat ad secundas nuptias, an in totum priuetur legato? vide omninò do. Ias. in l. ambiguitates. in 1. no. C. de indi. viduita.* * *Quid etiam si vir sub nomine appellatiuo vxori leget, contingatq; illam viro superstite decedere, & eum alteri nubere: An scilicet testamento non mutato debeatur legatum secundæ vxori? Pulchra est quæstio, & vario modo finita. Bal. in l. fin. C. de indi. vidui. toll. negat deberi: atque eum sequitur Cremen. in fin. suo 8. Contrarium tamen alij tenent, pro quibus facit l. fi cognatis. in 2. respons. de reb. dub. Et videre est eos allegatos ab Ioan. Bapt. Castelliono in addi. ad d. Cremen. in loco mox adducto.*

ADDITIO RAINALDI Corsi.

b ¶ Et ibi est casus. *Adde in hac materia Alexan. in consil. 45. in 4. volum.*

De condi. appo. extraor. C. de bo. quæ lib.

SVMMARIVM.

Pater emancipando filium, si dicit, quòd retinebat vsumfructum in omnibus bonis per filium acquirendis: talis retentio non tenet. & num seq.

CONSILIVM CCIIII.

1 EA CTVM tale est: In instrumento cuiusdam emancipationis factæ per patrem de filio sunt posita verba ista: Retento ei patri vsufructu in omnibus bonis, & rebus per dictum G. filium emancipatum quoquo modo de cætero acquirendis, quem vsumfructum remittere non intendit, quibus omnibus sic peractis in præsentia dictorum dominorum, & iudicis pro tribunali sedentium ad instantiã & requisitionem dictorum patris. & filij prædictæ emancipationi, & omnibus, & singulis supradictis auctoritatem suam interposuerunt pariter, & decretum, & ea omnia, & singula decreuerunt legitimè facta esse. Quare quæritur, vtrum dicta retentio in emancipatione facta, de iure teneat, necne? videtur in quæstione proposita de iure dicendum, quòd retentio facta per patrem de vsufructu quærendorum per filium post emancipationem, præsertim concepta per ea verba, per quæ concepta proponitur, non teneat. Certum est enim de iure communi, quòd pater nihil iuris habet in quæsitis per filium post emancipationem: vt ff. de verb. obli. l. si filius. de stipu. ser. l. vlt. Et propter hoc fuit æquitas collationis inuenta, vt emancipatus suis conferat, quæcunque patri quæsijsset, si in eius potestate mansisset: vt ff. de collat. bon. l. cum emancipati. §. si duo. Et in remunerationem huius præstitæ libertatis debetur præmium patri per filium, vt C. de offic. præt. l. 1. qui enim prius poterat habere peculium, factus sui iuris incipit habere patrimonium: vt C. de inoffi. testa. l. vlt. & ff. de verb. signific. l. pater. Et ob hoc Iustinianus tali patri propter huiusmodi præstitæ libertatis præmium contribuit medietatem vsusfructus quæsitorum exaduentitia causa durante patria potestate: vt C. de bon. quæ lib. l. cùm oportet. §. penult. & instit. per quas perso. nobis acqui. §. 1. ¶ † Expedito ergo iure com- 2 muni sequitur videre de virtute retentionis. Circa quod notandum, quòd si quis verba diligenter attendat, videtur, quòd pater non intendat nouum ius quærere: sed sibi competere credebat, non remittere, sicut de confirmante, & nouante dicitur: vt ff. de iurisdict. om. iud. l. & quia. extra de confirma. vtil. vel inutil. c. cum dilecta. & de priuileg. c. quia intentio- 3 nis. † Cùm ergo nullum ius sibi competeret in acquirendis (vt probatum est suprà) talis retentio nihil operatur: sed censenda est potius inutilis, & inanis per ll. ff. de euic. l. minor. §. vlt. de vsufruct. l. sub conditione, & de contrahend. empt. & ven. l. pacta. §. vlt. aliàs est l. quæ incipit, l. conuentionis. & de leg. 1. l. 1. quis legauerit fundum. & videtur in tali retentione, & patientia fuisse quidam error iuris, qui alias etiam obligationem impedit: vt ff. de leg. 1. l. videndum. de ope. li. l. cerdonem. de fideiusso. l. si quis postquam. cum multis similib.

De verb. signifi. & de fil. presbyt. de priui. & de æta. & quali. ordi. & de excep.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus super defectu natalium non tenetur in consecutiuis illius dispensationis facere mentionem dispensationis. In alia impetratione, secùs in non consecutiuis. Item dispensatus quod posset beneficia obtinere non obstante defectu natalium potest in Ecclesia cathedrali beneficium obtinere, quando dispensatio respectu concedentis est fauorabilis. Item dispensatio potest trahi ad similia vel minora eiusdem generis, secùs si simul diuersi. & num. seq.*

4 *Clausula ad arctationem dispensationis apposita non debet eum ampliare: vt in exemplis hic positis. Item ordinatus à non suo Episcopo videtur ordinatus de licentia sui Episcopi.*

CON-

CONSILIVM CCXV.

PVNCTA breuia in causa Pisana pro magistro A. de cessia sunt infrascripta, dimissa prolixitate facti vobis D. audi-
1 tori peracta, & narrata vtriusq; partis ad conclusionem sic breuiter perue-
2 nitur. ¶ † Ex actis constat prębendam, de qua agitur, fuisse, & esse sacerdotalem, & B. de Armi-nio fuisse tempore prouisionis, quâ sibi de ea factam prætendit, minorem annis, & per consequens non capacem: vt extra de præben. ei, cui. ff. de excu. tu. l. excusantur, in 2. responso. §. numerum autem libe-rorum. & de vacatione & excu. mu. l. 2. §. qui ad mu-nera. A. verò constat fuisse, & esse ætatis legitimæ, ac per consequens, cessantibus obiectis, de quibus infra dicetur, debere competitori præferri: vt ff. de decu-
3 rionibus. l. generaliter. §. 1. in 2. responso. † Nunc restat respondere ad obiectus, qui fiunt magistro A. & quia vnus fit ex gratia à domino nostro Papa per B. impetrata. Alij verò fiunt contra personam ipsius A. Primò expediemus primum. ¶ Circa quod est cum summa diligentia attendenda forma gratiæ vltimo factæ B. per dominum Papam, in qua narrata gratia, quam dominus Papa eidem fecerat in Ecclesia Pisana, sic subdit. Cunque in eadem Ecclesia nulla tunc ibi vacante prębenda fuisses auctoritate dictarum lite-rarum receptus in canonicum, & in fratrem, demum inibi quædam prębenda vacaret per obitum cuius-dam I. canonici Pisani, quæ tibi alias de iure dicta-rum literarum vigore debetur, nec de illa alicui al-teri est prouisum, &c. & infra tuis supplicationibus inclinati tecum, quod prębendam eandem, dum-modo de iure nulli alteri auctoritate nostrarum lite-rarum deberetur, liberè recipere, & licitè retinere valeas, & tenearis, & infra de speciali dono gratiæ
3 dispensamus, &c. † Hanc autem gratiam constat ob-repticiam fuisse: narrauit enim impetrans, quod hæc prębenda alias cessante defectu ætatis virtute di-ctarum literarum sibi debebatur, nec narrauit se in suis literis habere aliquam clausulam anteferri. Nar-rans autem suam impetrationem simplicem absque prærogatiua clausulæ, & dicens aliquam pręben-dam actu vacantem nulli alij de iure deberi, dicit nul-lum alium eum in data præcedere, quia si alius in da-ta præcederet, alij deberetur de iure, iuxta regulam iuris, qui prior est tempore, potior est in iure: vt ff. de re. iur. l. quoties vtriusque. & extra eod. tit. qui prior. Hoc autem patenter falsum est, quia magister A. eum in data præcedebat, ergo, &c. Sed ad hoc re-sponder pars aduersa dupliciter. Primò, quia licet magister A. haberet portionem datam, tamen B. ha-bebat clausulam anteferri, & cessante defectu æta-tis ei debebatur, ac per hoc verum dixit, cùm dixit nulli alij de iure deberi, sed ad hoc respõdetur, quod licet hoc esset verum, vt virtute clausulæ præferre-tur, tamen hoc non asseruit Papa: & ideo ex gratia Pa-pæ asserta, quæ sine prærogatiua clausulæ asserebā-tur ex illa propositione nulli alij de iure deberi, nul-lus poterat alius resultare intellectus, nisi quod nul-lus alius præcedebat in data, vel si præcedebat, erat inhabilis. Hoc autem falsum erat, vt suprà dictum est, ergo, &c. quia gratiæ, quæ conceduntur ex eo, quod fit, vel non fit, vitium obreptionis non fugi-unt, sed ex eo, quod asseritur, vel non asseritur: vt ff. de pec. l. cùm dominus. de excu. tu. l. idemq; Vlpia-nus. Et hoc pro tanto, quia non potest Papa, & si lo-cum Dei teneat in terris, diuinare de occultis: vt ex-tra de eccle. bene. c. 1. 22. quæstio. 2. beatus. ff. man-da. l. si fideiussor. Secundò respondet pars aduersa, & dicit, quod non obst. quod alius præcedat B. in data, adhuc tamen ista prębenda sibi debetur per verba apposita in dispensatione Papæ secum habita, quæ ta-lia sunt. tecum quod prębendam eandem dummo-dò de iure auctoritate literarum nostrarum nulli a-lij deberetur, liberè recipere, & tenere valeas, & in-fra de speciali dono gratiæ dispensamus, & sic vide-tur voluisse præferre eum omnibus, præterquam au-ctoritate sua expectantibus. ¶ Sed ad hoc responde-tur, quod hoc fecit secutus falsam assertionem sup-plicantis, qui (vt ostensum est) in effectu dixit nul-lum alium auctoritate Papæ alterius spectare, sed supplicauit solùm tolli ętatis defectum in eo casu, quo alias dixit B. dictam prębendam assequi debere, & id-eò quia defectus ætatis poterat ei obstare respectu se-quentium in data, non autem respectu præcedenti-um, qui obiectu defectus ætatis non indigent, quia prioritas temporis eis sufficit ad excludendum B. etiamsi esset ætatis perfectæ, cessante prærogatiua clausulæ anteferri, de qua mentionem non fecit, ad-huc voluit Papa secum dispensare in præiudicium se-quentium eum in data, sed cùm ipse haberet grati-am à domino Ioan. nulli poterant eum in data sequi, nisi à domino Ioan. & ideò supponens domino Ioan. Papa, sicut & ipse supplicans asserebat, quod nul-lus eum in data præcedebat, sed solus defectus æta-tis ei obstabat, apposuit verba illa, dummodo nulli alij de iure debeatur auctoritate literarum nostra-rum, ad arctandum dispensationem, ne in alicuius præiudicium cedat præcedentibus eum, tanquam habentibus ei præiudicare, supponit, sequentibus
4 † verò nolle præiudicari disponit, & sic clausula ad arctationem dispensationis apposita eam ampliare non debet: vt ff. ad Trebell. l. deducta. §. penult. de vulga. & pup. substit. l. ex facto. 1. & de adi. & transfe. leg. legata inutiliter. nec per hoc tollitur vitium
5 obreptionis, de quo suprà dictum est. † Nunc verò ad obiectus, qui personam dicti A. respiciunt, descenda-mus, & quia vnus est communis personæ, & formæ, illum prius expediri oportet: dicitur enim per par-tem alteram gratiam factam per dominum Clemen. Papam V. magistro A. fuisse, & esse obrepticiã, pro eo, quod de dispẽsatione secum habita, seu sibi facta nul-lam mentionẽ fecit, & quod in eo etiam post dispen-sationem remanet quædam nebula eum afficiens, de qua necesse est fieri mentionem: vt extra de filijs pres-byte. c. 2. lib. 6. sed hoc non obstat, quia refert largi-ter, vtrum agamus de executione actus, circa quem dispensatio emanauit, an alterius. Primo casu non est necesse de aliqua dispensatione mentionem fieri, quia quantum ad id, dispensatio ius agnationis ei tribuit: vt ff. de nata. resti. l. 2. in fin. & l. quæris. & l. vltima. & de in ius vocan. l. sed si in hac lege. §. pa-tronum. in verfic. aliud si natalibus. Alioquin si ille, cum quo dispensatum est ad ordines, vel beneficia, haberet iterum de dispensatione mentionem facere, diceremus nugatoriè dispensationem iterari, quia vna esset expressa, alia tacita per concessionem bene-ficij scienter facta per illum, qui potest dispensare. argumen. ff. de re iudic. l. quidam consulebat. de bo. poss. l. seruus. C. qui admit. ad bon. posses. possunt. l. bonorum. & pro hoc optimè. C. de nupt. imperia-lis. §. primo. ibi, nam omnium macula penitus dele-ta. & not. per Innocent. extra de filijs presbyt. c. ve-niens. Et iste est casus noster. ¶ Secundo verò casu necesse est de dispensatione fieri mentionem, vt si ille, qui impetrauit dispensationem super defectu natalium, impetret modo dispensationem super plu-ralitate beneficiorum, quæ nullo modo potest dici prioris dispẽsationis effectus loquuntur iura in con-

trarium

trarium allegata, præsertim extra de filijs presbyte. c.
6 2. lib. 6. ¶ † Deinde dicitur, quod dispensatio prædicta non habilitat eam ad præbendam, quia dispensatio, vtpote odiosa, non trahitur ad Ecclesiam cathedralem, & præsertim Metropolitanam, & primatem, sed ad istud respondetur, quod in hoc attendenda est forma dispensationis, quia quædam est arida, & arcta, vt cùm dispensatur cum aliquo illegitimo, quod possit beneficia ecclesiastica obtinere, & tunc per excellentiam cathedralis, & multò fortius Metropolitana, vel primas secundum multorum opinionem sub dispensatione non veniunt. ar. extra de præb. c. quamuis. lib. 6. & 12. distin. nos consuetudinem. & not. per Ioan. Mo. extra de filijs presbyt. c. 2. lib. 6. Quædam ex intentione concedentis est fauorabilis & ampla, sicut nostra, in qua dispensans dispensat in omni eo, quod est citra dignitatem. Dispensat enim primò, quod possit ad omnes ordines promoueri, per quod videtur dispensasse, quod possit beneficia ecclesiastica simplicia obtinere, ne mendicet in opprobrium ordinis clericalis. extra de præben. c. cùm secundum. de æta. & qualit. c. accepimus. & C. de decur. l. neminem. de filijs presby. c. proposuit. & no. per Inno. eod. tit. c. vlt. deinde subdit in dispensatione, & beneficia ecclesiastica obtinere, &c. sub cuius vocabuli virtute comprehenduntur omnia beneficia maiora: vt extra de verb. signif. c. tua nobis. dummodo non sit dignitas, personatus, vel cura: vt extra de præben. c. vlt. Et hac ratione moti Docto. dicunt, quod Episcopi possunt dispensare cum illegitimo, quod possit esse canonicus in Ecclesia cathedrali: vt innuit Host. in sum. de filijs presby. §. vlt. iuxta fin. ver. circa hoc notandum, &c. & expressè Arch. extra de filijs presbyt. c. 1. lib. 6. in fin. glos. non potest Episcopus, &c. & subdit in dispensatione, etiamsi illorum aliquod curam habeat animarum, &c. si igitur potest habere curatum, in quo requiritur omnis integritas, natalium, ętatis & scientię: vt extra de æta. & quali. c. cùm sit ars artium. Quis dicet talem à simplici cuiuscunq; Ecclesiæ canonicatu repelli, vbi hoc non sit requisitum? vt extra de elect. c. ex eo. Certè nullus, nisi qui vellet dicere, quod in eodem genere licent maiora minoribus denegatis, contra iura. C. de offic. diuer. iud. l. vlt. ff. de re. iu. l. non debet. & extra de æta. &
7 quali. accepimus. & 84. distinct. gesta. † Non ob. extra de transla. Episcopi. c. vlt. propter rationem, quæ ibi ponitur in tex. videlicet propter maiorem vtilitatem, quæ erat in promotione ad Archiepiscopatum, quam in translatione ad Episcopatum. Præterea ibi dispensatio non tollebat impedimentum translationis ex fauore proueniens, scilicet primi vinculi, quo Episcopus erat suæ Ecclesiæ matrimonialiter alligatus, quia adhuc post dispensationem posset ad Archiepiscopatum tranfire. Item is, cum quo dispensatum erat, Episcopus remanebat in dispensatione, de qua loquimur, agimus de tollendo defectu irregularitatis contractæ præter omnem culpam irregularitatis: vt C. de natu. li. l. lege. Non autem est par ratio fauorem dissoluere, vt in primo casu, & odium abolere, vt in secundo. Et hoc plenius deducit, & probat Archi. de filijs presbyt. c. 1. in glo. ff. de lib. & posthum. &c. & quod dicunt Docto. præsertim Hostien. in c. postulasti. extra de rescript. quod non licet arguere in dispensationibus de maiori ad minus. Verum est in diuersis generibus, hic autem vtrunque est in eodem genere, scilicet, beneficij dignitate, & personatu carentis, & hanc sententiam mens dispensantis admittit, & verborum significatio non repugnat, igitur est sequenda: vt ff. de le. 1. l. ab omnibus. circa principium. Et hæc videtur fuisse intentio Spec. & Hostien. si quis iura per eos allegata diligenter aduertat. de hoc not. in Spec. in tit. de leg. in tractatu dispensationu. §. postremo. & Host. in sum. de filijs presby. §. si quis posit. in ver. quid si fit cum tali dispensatum, &c. & ambo vtuntur eisdem verbis: & si intelligantur perfectè, respondere possumus ad quæstionę, quam quę-
runt. Manifestè enim dicunt, quod talis, cum quo sic dispensatum est, poterit habere canonicatum, & prębendam in Ecclesia cathedrali, & allegant duas decre. in quarum vna, scilicet, extra de præben. pro illorum, sub gratia venit Ecclesia cathedralis, scilicet, Xancton. In alia, scilicet, de æta. & qualit. accepimus, venit Metropo. quia Bracaren. & sic apparet de intentione istorum Doctorum fuisse, quod virtute talis dispensationis quis possit, tam in cathedrali, quàm in Metropolitana Ecclesia, beneficium obtinere, & tamen non loquuntur de tam plena, & tam exuberante dispensatione, sicut est nostra, quia ibi in quæstione, quam ponunt, non erat dispensatum in curato. Amplius hoc manifestè probatur sic: Nónne in ampliori gratia totam prouinciam complectente sub per beneficijs, quę debet, vt ambitiosa, restringi, continprehendit omnem Ecclesiam cathedralem, imò etiam Metropolitanam? vtique propter intentionem concedentis vberiorem gratiam impartiri: vt extra de præben. c. quamuis. §. vlt. lib. 6. ergo multò fortius in magis ampla, sed gratia dispensationis super defectu natalium est huiusmodi, quia reddit quem habilem, non solum in ciuitate vna, & vna prouincia, sed in toto mundo: vt ff. de posthu. l. pen. & 11. q. 3. si quis à proprio. Et hanc responsionem manifestè probat decre. extra qui filij sint legit. c. per venerabilem, vbi dispensatio facta super defectu natalium ad ordines, quasi maius, trahitur ad successionem temporalium, quasi ad minus, & tamen illa omninò in genere sunt
8 diuersa. † Deinde opponitur, quod per literam domini Ioan. Papæ productam per magistrum A. apparet, quod gratiam habuit in Ecclesia Tudertina. Vnde cùm non appareat, quæ fuerit prior, per Tudertinam, dicit pars aduersa, tanquam per primam post dispensationem, nisi per A. aliud probetur, apparet effectum dispensationis extinctum. ¶ Sed ad istud respondetur dupliciter. Vno modo, quia ex ipsa litera, ex qua arguit pars aduersa, apparet gratiarum ordo. Continetur enim ibi, quod in Pisana ecclesia expectauerat per octo annos, & in Tudertina per quatuor, & sic Pisana fuit prima, vnde cessat oppositio. Alio modo respondetur sic, quod per vnicum beneficium nō erat effectus dispensationis extinctus, quæ ad plura beneficia extendebatur. Sunt enim verba pluralis numeri, quæ saltem dualitatē requirunt, nec eorum propria significatio saluatur in vno: vt ff. de manumiss. l. libertas, quæ in vltimum. §. vlt. de verb. signif. inter illam. §. fin. & de testi. l. vbi numerus. Et hoc demonstrant expressè verba, quæ in dispensatione sequuntur, etiamsi illorum aliquod curam habeat animarum, &c. quod signum partitiuum non saluatur
9 in vno. † Deinde opponitur, quod A. fuit factus clericus à non suo Episcopo, ac per hoc ordinis executionem non habuit, quem defectum tacuit in impetratione. Ad hoc respondetur dupliciter. Primò, quod per aliqua producta non apparet, quod A. ordinatus fuerit à nō suo Episcopo, imò pars aduersa fin-pliciter est confessa eum clericum, & ideo oppositio locum non habet. Secundò, quod dato, quod esset ordinatus à non suo Episcopo, per auctoritatem tamen ordinantis, nisi aliud probaretur, præsumeretur ordinatus voluntate proprij Episcopi: vt not. Innoc. de
10 clericis peregrinis. c. 1. † Ad vltimum, quo dicunt articulos, quiarguunt negligentiam magistri A. debe-

re admitti, Respondetur nõ esse verum, eo quod omnes dicti articuli sint impertinentes: quod sic declaratur. dato quod ante vacationem huiusmodi præbendæ, de qua agitur. A. in faciendo sibi prouideri de prę benda fuisset negligens, cùm tñ Papa fecit eum canonicum Pisanum, statim cum ista prębenda vacauit, eo quod nullus alius Apostolicus erat, quod ex actis appareat, cui deberi posset, incipit ista prębenda deberi. A. quia negligentia eum ab effectu gratiæ non excludit, licet faciat de priore posteriorem: vt extra de prę ben. c. si clericus. Igitur in ipsa vacatione, cum B. propter defectum ætatis ad hanc præbendam non esset idoneus, solus A. Apostolicus fuit, cùm incipit de iure deberi dispensatio. Ita super ætatis defectu quam impetrauit B. dicens hanc præbendam nulli de iure debitam, falsitatem manifestam continuit: vt ostensum est supra super primo articulo: ergò ad B. nihil pertinet de negligentia loqui: quia etsi interuenisset, non per hoc B. admisibilis fieret, nec A. excluderetur, qui tempore, quo hæc præbenda vacare cæpit, à tempore prouisionis sibi factæ de ea se solũ ad ipsam aptum inuenit. ¶ † Deinde opponit pars aduersa specialiter de negligentia adhibita circa acceptationem prębendæ, quæ vacauit per mortem do. Iac. de Penudo. & ad augendum obiectum dicit, quòd litera collationis factæ per dom. Alban. sedis Apostolicæ legatum C. de Cuchinaco auctoritate sedis Apostolicę nõ excusat A. imò magis accusat, quoniam ex inspectione eius apparet, quod C. non erat idoneus propter pluralitatem beneficiorum, quæ obtinebat: sed istud non obstat duplici ratione. Vna quę colligitur ex iam dictis, scilicet quod nulla negligentia potest A. obstare per præalle. c. si clericus. extra de præb. Altera quia constat hanc præbendam, de qua nunc obijcitur, vacasse ante mortem Iac. de Lafranch. de qua nunc agitur: aut ergo tenuit collatio de eo facta per legatum, & cessat obiectus. aut non tenuit, & tunc illa est debita B. & fuit etiam tempore, quo impetrauit gratiam super dispensatione ætatis. Et per hoc apparet, quod illa dispensatio fuit obreptitia, quia dicit illam sacerdotalem sibi debitam cessante ætatis defectu: & tamẽ non erat verum, secundum istum obiectum, imò sibi debebatur illa, quæ vacauit per mortẽ Iac. de Panico, quæ sacerdotalis non erat: & cuius collatio, secundũ obiectionem non tenebat, & hoc quia clausula anteferri, quam habet B. in prima sua gratia de canonicatu
2 faciebat eum præferri. ¶ † Deinde opponit pars aduersa, & dat articulos, quod quidam Procurator A. ad hoc mandatum habens acceptauit ante vacationem prębendæ, de qua nunc agitur, præbendam, quæ vacauit per mortem Iaco. de Malpe. & illam quę vacauit per mortem Ioan. Accursij. Sed illud non obst. & articuli omnes super hoc dati sunt impertinentes: quia forma mandati in articulis data est. quod Magister A. fecit Procuratorẽ suum ad acceptandum præbendam, si vacauerit, vel proximè vacaturam. Nunc autem ita est, quod post datam mandati, quod allegat pars aduersa, primò vacauit præbenda, hæc per mortem Iaco. de Caualcantibus. in illa ergò fuit finitum mandatum procuratoris, qui habebat de proximo vacaturam. Articuli ergò dati in acceptatione facta per talem Procuratorem de quacunque alia præbenda, quæ post illam domini Iaco. de Caualcan. vacauerit, sunt impertinentes, quia sunt vltra fines mandati. l. si quis pro eo. & C. de procu. l. maritus. illud etiam est vigilanti studio attendendum, quod Magister A. ante gratiam impetratam per B. super defectu ætatis acceptauerat præbendam sacerdotalem, de qua agitur: & sic erat iam sibi affecta. Et per hoc etiam redditur dispensatio B. obreptitia, qua existente vitiosa constat, quod nullum ius habet, & quod articuli omnes per eum dati, præsertim continẽtes obiectus negligentiæ, & acceptationis de alia, vel alijs præbendis factæ repelli debent, vtpotè dati per eum, cuius probabiliter non interest, vt notat Innoc. extra de re iudicata. cum Bertoldus. circa finem. ¶ Ex prædictis patet, quod obiectionum turba cessante debet Magister A. in causa prædicta victoriam reportare, & debetis vos reuerende pater pro eo ferre iustitia exigente sententiam.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Peracta & natura vtriusq; partis. *Lege tu, patefacta, & narrata ab vtraque parte. Quare.*

De rescript. & appella. & de sepul. de except. & de verbor. signific.

SVMMARIVM.

1 *Clericis Ecclesiæ quicquid obuenit propter obitus aliquorum parochianorum vel aliorum non computantur in facultatib. Ecclesiæ: ideò impetrans in Ecclesia tali vnũ beneficium vel portionem, si suppetunt facultates Ecclesiæ non obtinet probando illud quod obuenit ex obijcibus Parochianorum ipsis clericis: etsi aliquis fuit receptus in tali Ecclesia etiam vltra numerum post impetrationem ipsius non obstat Ecclesiæ: quia fortè fuit receptus per errorem. & num. seq.*

3 *Item non prodest interpretanti, quòd post datam suæ literæ gratiosæ fuerunt aliqui mortui ex beneficiatis in eadem Ecclesia, quando à principio fuit surreptitia: et sic nulla: secus si fuisset annullanda.*

4 *Item non requiritur declaratio iudicis in casibus in quib. ipso iure quis seruatur illæsus: puta in lapsu fatalium.*

CONSILIVM CCXVI.

1 CIRCA primum articulum, † an obitus in mensæ facultatibus computentur? dicendum videtur, quod si tales obitus, seu præstationes ex mera prę stantium voluntate dependeant, in facultatibus Ecclesiæ computandi non sunt. arg. ff. de an. le. l. Seio amico. §. medico. & de off. procon. & leg. l. solent. §. vlti. in fin. Si vero sint tales, quod ab inuitis exigi possint, in facultatibus Ecclesię computandi sunt: quia pro eis petendis cõpetit actio, & exceptio: vt ff. de acquir. re. do. l. status, & l. rem in bonis. fam. er. l. inter cohęredes. §. 1. & bene. ff. de ver. significa. l. propemodum. Verum, quia Ecclesia habet mensam communem, cui sunt certi redditus deputati: licet sint in facultatibus Ecclesiæ: non tamen sequitur, quòd communis mensę: quia hę prestationes certum vsum respiciunt. vt ff. de tributoria. l. procuratoris. §. sed præsens. sic & legatũ ciuitati in certum vsum erogandũ in bonis ciuitatis est: vt ff. de leg. 1. l. si quis à filio. §. etiam. & l. si hęres. §. intra. & l. ciuitatibus. & ad Trebe. l. omnib. & tamen non licet ciuitati in alium vsum erogare, si modo in illum valent erogari: vt ff. de vsufru. l. legatum. & l. quædam prædia. ff. de administratione rerum ad ciuita. pertinen. l. 1. & l. legatum. Cùm ergò istorum obituũ perceptio ex fortuna dependeat, videlicet pro numero præsentium in anniuersario. ff. de condit. & demon. l. conditionum. & de manumiss. test. l. Titia. non videtur cõputari in facultatibus Ecclesię in fauorem impetrantis, cùm enim debeat esse quædam commensuratio

facultatum Ecclesiæ ad numerum ponendorum: vt in Authen. vt de termina. sit nume. clerico. in princ. & per totum. & extra de vita, & hone. clerico. ca. quoniam, vt ait. & de insti. c. 1. & c. auctoritate. non potest esse commensuratio per respectum ad aliquod incertum de futuro: & ideò per incertitudinem de talibus ex conditione pendentibus Falcidia regulariter non detrahitur, sed detractioni alio remedio prouidetur: vt ff. ad legem Falci. l. in lege Falcidia non habetur. l. Titia. nec in facultatibus est, quod quæri potest. vt ff. quæ in fraud. cre. l. qui autem. in princi. quæ in fraud. patro. l. 1. §. vtrum autem. Tales autem obitus videntur posse quæri ex assistentia in anniuersario: vt ff. de aur. & ar. leg. l. Quintus. §. argento, & melius. ff. de re iudi. l. quæ legata. & C. de condi. inser. l. si vxorem. ¶ Ad secundum, quo quæritur, an receptio aliquorum facta post gratiam, iniustam reddat appellationem contra istum impetrantem interpositam? videtur dicendum, quòd non. argum. ff. de lega. 2. l. Lucius. §. testator. secundum intellectum Azo. & C. de excusatio. tuto. l. voluntariæ. de his qui spontè munera subeunt. per totum. Hoc enim potuit contingere per errorem, qui defensionem non excludit: vt ff. ad muni. l. libertus. §. error. & etiam per gratiam. vt ff. ad Trebellia. l. seruo inuito. §. cum prætor. & de adult. l. denunciasse. §. fin. non obst. extra de præben. ca. pro illorum. quia ibi per propriam receptionem vltra numerum perdiderant exceptionem numeri. Hic verò per receptionem plurium non perdiderant exceptionem inopiæ: immò magis aucta est. Vnde huic nouo dici poterit verbum Euangelij: accipe, quod tuum est, & vade: an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum? Et pro hoc. C. ne vxor. pro marit. l. Iul. ff. de oper. liber. l. operis. & C. de pact. l. si certis annis. cum
3 simil. ¶ † Ad tertium, quo quæritur, an mors aliquorum possit impetrantem adiuuare? videtur dicendum, quòd cùm litera gratiæ fuerit obreptitia, ac per hoc ipso iure nulla: vt extrà de testi. ad audientiam. & ibi not. non potest conualescere: secus si esset annullanda: vt notat extra de elect. ca. dudum. ad audientiam. & in c. Rothomagen. §. nos autem. & in talibus tempus datæ est inspiciendum: vt extra de rescriptis. eam te. & not. per Innoc. in eodem titu. cap. postulasti. Secus (sicut dictum est supra) vbi exceptio esset necessaria: vt ff. de mun. & hono. l. cura deficientium. & est casus. ff. de vaca. & excu. mun. l. his honoribus. §. Auth. licet secus esset in excusatione superueniente: quia illa non excusat à munere publico auctoritate, & vtilitate: vt in eodem titu. l. sextum decimum. §. 1. & de excu. tuto. l. excusantur. §. munerum.
4 ¶ † Ad aliam quæstionem, qua quæritur, an sit necessaria declaratio iudicis in his in quibus ipso iure quis seruatur illæsus? dicendum est, quod non, vt super hoc de per se fiat iudicium: vt ff. de conditio. institu. l. quæ sub conditione. §. vltimo. Sed vtetur iuris beneficio: & si excipiatur de lapsu fatalium, replicabitur de causa cursum fatalium impediente: vt argument. ff. de inofficio. testament. l. Pomponius. §. si filius. de bo. poss. contratabul. l. si præteritus. & argum. eorum, quæ not. ff. qui ex caus. maior. l. necnon. §. exemplo. licet aliquantulum contra videatur. C. in qui. cau. ser. pro pre. acci. liber. l. 1.

De fide instru. & de verb. signifi.

SVMMARIVM.

1 *In instrumento si continentur ista verba: Inuestiuit nomine donationis: per hoc probatur præsentia. Item quid sit inuestitura. & num. seq.*

CONSILIVM CCXVII.

SVPER eo, quod quæritur, an illi inuestiti per verba in instrumento apposita † scilicet, Nomine donationis inuestiuit Leonem, &c. videantur contrarij
1 fuisse præsentes: videtur breuiter, quod non: quia quoties de alicuius rei substantia est alicuius personæ præsentia necessaria, debet ad liquidum probari: vt ff. de public. l. quocunque. §. qui à Pupillo: vt videtur text. C. de statu. & ima. l. 2. & not. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis. l. 1. libro decimo. not. C. si quis ignor. rem minor. l. si contrà. Sed in præsenti casu ego contrarium credo: & hoc ex verborum proprietate: sic enim dicitur: Inuestiuit:
a 4 per quod denotatur quidam actus à præsente in præsentem collatus: vt baculum porrigere, & similia: vt in consuetudine feudorum quid sit inuestitura. cap. 1. inuestitura enim non inducit titulum, sed est aliud à titulo: quia titulus est modificatio possessionis: vt potest colligi, de rei vendit. l. nemo. ff. de vsurpat. l. Celsus. de petitio. hæred. l. nec nullam. & in quibus causis cessat long. tempor. præscript. l. hæreditatem. nec est possessionis translatio: vt extra de donatio. capi. per tuas. & ibi not. ergò est aliquid per se: quia est actus à præsente præsenti collatus præcedentis contractus iudicatiuus ad apprehensionem possessionis viam sine alia traditione, vel noua concessione aperiens. Et hæc fuisse dicitur opinio domini Azo. vt notat Dominus Innocent. extra de consti. cap. ex literis. Et hoc etiam apparet: quia in instrumento dicitur: nomine veræ, & irreuocabilis donationis ecce titu. infra dicit: vsumfructum rerum donatarum retinuit: ecce translationem possessionis: vt C. de donation. l. quisquis. sequitur ergò ne illud verbum inuestiuit sit superuacuum, quod denoter eum actum, quem superius dixi, argumento. ff. de le-
2 gat. 1. l. si quando, & de vsuris. l. stipulatus. ¶ † Præterea sicut de esse stipulationis est stipulantis, & promittentis præsentia: vt ff. de verborum obligatio. l. 1. sic de esse inuestituræ est inuestientis, & inuestiti præsentia, alias quicquid fieret inter absentes: puta missio anuli pro inuestitura: non induceret inuestituram: sed signum tantum inuestituræ: vt extra de his quæ fiunt à maior. parte capitul. ex ore. Qua ergò ratione in stipulatione præsumitur vtriusque præsentia: vt C. de contrahend. & committenda stipulatione. l. optimam. & not. eodem titulo. l. 1. ergò fiet in inuestitura. Et est ratio vtriusque: quia partium præsentia, & verborum est quidam gradus materialis rem in debito, & efficienti esse constituens: & ideò adesse præsumitur: vt de verborum obligati. l. sciendum. institut. de fideiussor. §. vltimo. & de inutili. stipulatio. §. item verborum. † Vltimò, quòd
3 inuestitura fiat tantum à præsente præsenti, colligitur ex coniunctione duorum capitulorum, extra de re iudi. c. cùm olim. & de his, quæ fiunt à maiori parte cap. ex ore. Standum est ergò proprietati verborum inuestiuit, nisi aliud diceretur: & in verbis ambiguis sumenda est interpretatio, vt res valeat potius: vt ff. de legat. 2. Titia. §. Lucius. & de verbor. obligatio. l. quoties. & de reb. dub. l. quoties.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Inuestiuit. *Vide Abbat. in cap. Tenor. colum. penulti. de re iudi. Roman. in consil. 509. Circa propositam consultationem, col. fi.*

De priui-

De priuile. & de probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Regi, & comiti si conceſſum eſt, vt ſingulos nominent: regi tamen primitus eſt conceſſum: & de nominatione nō apparet: ille præſumitur nominatus primus, cuius data eſt prior. & num. ſeq.*

4 *Et dicens ſe prius nominatum debet probare.*

CONSILIVM CCXVIII.

GRATIA domino regi Francię fuit prior in data, quam gratia facta comiti Diocenen. In cæteris verò, quæ ſequuta ſunt, puta nominatione, collatione, &c. non apparet, quis fuerit prior: vtrum rogatus eſt dominus Vincen. an aduerſarius, & dominus Vincent. poſidet, & ab eo petitur per libellum præbenda Rothomagen. & confitetur aduerſarius, quod ipſe poſſedit per multos annos, & adhuc poſſidet aliam præbendam in eadem Eccleſia ſciens eam ad ſe non pertinere. Modo quæritur, quis in hac cauſa debeat obtinere de iure? vtrum dominus Vincent. qui eſt reus, & quem ſufficit ab aduerſarij petitione abſolui? an aduerſarius, qui prouiſionem ſuam canonicam pronunciari: & dominum Vincen. ad præbendæ dimiſsionem, & reſtitutionem condemnari petit. † Et breuiter eſt dicendum dominū Vincent. debere in hac cauſa victoriam reportare, & ab aduerſarij petitione abſolui: & hoc pluribus rationibus. Primò, quia ſi prioritatem initij iuris vtriuſque partis inſpiciamus, quod fuit in gratijs conceſsis regi, & comiti: & quod videtur inſpiciendum: vt à primordio tituli poſterior formetur euentus: vt C. de imponen. luc. deſcri. l. 1. ff. de leg. 2. l. cum filius. §. hæres. C. ad Mace. l. ſi filius. & ff. de fideiuſ. l. tutor. primo fuit gratia regis in tempore, ergò potior in iure debet eſſe, dicit regula iuris, qui prior. & C. qui potiores in pigno. habean. l. 2. præſertim, cùm de nulla notabili negligentia regis, vel nominati per eum appareat: vt extra de reſcript. cap. tibi qui gratiam. ¶ † Secundò non licuit aduerſario Ioan. de Aluagoria, & nunc domini Vincentij, & ſic in iſta præbenda, de qua nunc agitur, & quam dicit omni tempore ſibi de bitam fuiſſe, iniuria inferebatur, propter hoc aliam occupare: vt C. de iure deliber. l. ſi de bonis. ff. de deiuſſori. l. except. & habetur expreſsè nonageſima ſecunda diſtinctione. ſi qui Epiſcopi. Et cùm hoc ferit, merito dici debet cecidiſſe ab omni iure, ſi quod ei competebat in iſta, de qua nunc agitur. Cùm enim non liceat alicui duas præbendas in eadem Eccleſia obtinere: vt extra de conceſsione præbendæ. capit. literas. de conſuetud. cap. 1. libro 6. recipiendo vnam alteri renunciare videtur: vt arg. ff. de diuort. & repud. l. vltima. etiam ſi recipiat licite: quia actus licitus prioris vacationem induceret. Hoc idem ſa, etiamſi licitè committatur. argumen. in Authen. de reſtitutio. & ea, quæ parit. §. primo. de donationibus inter virum & vxorem. l. 3. §. 1. & extra de prę- bend. eum, qui. & ibi not. per Ioan. Andræ. ¶ Præterea tenendo iſtam, quam tenet nunc, ſcienter indebitè, iniuriam facit ſequentibus in ordine: vnde videtur incidere in mentem & rationem. cap. ſi beneficia. extra de præbend. libr. 6. ¶ † Tertiò, tàm dominus Vincentius, quàm dominus Ioan. de Aluagoria, in cuius locum dominus Vincentius fuit ſubrogatus, ius habuit à ſede Apoſtolica mediante nominatione regia, & aduerſarius eius ab eadem ſede ita ſe habere prætendit mediante nominatione comitis. Cùm ergò dominus Vincentius poſsideat, ex hac poſſeſsione hoc commodum habet, vt nunquam euincatur ab eo poſſeſsio, niſi euincere volēs de ſui proprietate edoceat: vt extra de præb. c. ſi à ſede Apoſtolica.

4 libro 6. † Sed hic aduerſarius domini Vincentij de nulla prioritate oſtendit: ergò debet domi. Vincent. abſolui de iure, quo poſſeſſores vincunt: vt ff. ſi vſusfruct. peta. l. vtifrui, omnis namq; qui proprietate indiget, eam probare debet: vt C. de rei vendic. l. quoties. de probat. l. matrem, & de donatio. ante nupt. l. de rebus. ſic itaq; apparet ex principij conſideratione & ex alterius præbendæ non compatientis ſe cum illicita iſta detentione, & ex præſenti domin. Vincen. poſſeſsione, & ex parte actoris ceſſante prioritatis probatione, debere dominum Vincen. ab oblata contra eum petitione abſolui, & actorē eidem in expenſis legitimis condemnari.

De verborum ſignificatione.

SVMMARIVM.

1 *Legatis mobilibus non veniunt nomina debitorum etiam nomine pœnæ, quia licet nomina non ſint immobilia, eo quòd certum locum nō occupent, ſicut nec actiones, tamen faciunt tertium genus à mobilibus, & immobilibus. & num. ſeq.*

CONSILIVM CCXIX.

1 FACTVM tale eſt. † Dominus Rex Franciæ dimiſit omnia mobilia ſua in certos pios vſus eroganda per exequutores ſuos. Modò quæritur, vtrum petitio pœnæ incurſæ per aliquos ſpectet ad Regem, qui eſt hæres, an computeatur inter mobilia, a & ſpectet ad exequutores? Hæc quæſtio videtur pendēre ex illa quæſtione: an nomina computentur inter mobilia, vel immobilia? & qa gloſſatores noſtri variant, rogamus vos, vt ſcribatis nobis, quid ſit dicendum. ¶ Item eſt attendendum, quod maxima, & exceſsiua quantitas computetur ſecundum aliquos inter mobilia: vnde quæritur, an hoc poſsit facere ad quæſtionem. Nam pœna aſcendit ad centum millia florenos. Reſpondeo, & dico, quòd mobilium & immobilium appellatio cadit in his duntaxat, quæ loco circumſcribuntur. Idcirco enim aliquid dicitur immobile: quia à loco non mouetur, vel quia, ſi moueatur, fictitiè tamen ſemper pars rei immobilis cenſetur. mobile verò aliquid dicitur, quia aptum eſt ſui natura de loco ad locum moueri. Si ergò prima propoſitio vera eſt, quæ eſt, quòd mobile & immobile in verbis dūtaxat ſunt, q̄ loco circūſcribuntur, & hæc colligi p̄t ff. de fru. l. ſi neceſſe. & de diuer. & tempo. præſcrip. l. longè. & de verbor. ſignific. l. mouentium. de ac. re. do. l. Titia. ſed nomina non ſunt huiuſmodi, quia non circumſcribuntur loco, vtpotè incorporalia: vt C. de præſcriptio. long. temp. l. vltim. & argum. ff. de iudi. ſi fideicom-

2 miſſum, & ad Trebellia. l. 1. §. ſi hæres. † Qui ergò dicunt nomina inter mobilia computari, verius dicūt, inquantum imprimaut, vt quicquid non eſt mobile, dicatur immobile, ſed inquantum immobilia appellantur, quæ certum locum habent, à quo moueri nō poſſunt, eo modo iſta nomina immobilia dici non poſſunt: quia certum locum non habent, & hoc reſpectu eſt dare tertium genus, quod neutri extremorum cedit ſecundum. l. ff. de verbo. ſignifi. ſi ita quis. Et ideò, ſi quis leges rectè attendat, actiones, & nomi-

na cuidam tertio generi annumerare potest: vt ff. de re iudi. l. à diuo. §. 1. & C. quando & qui. quarta pars
3 debetur. l. 2. §. mobiles autem res. † Sed quicquid de
b ista subtilitate sit, *b* ego non credo in legato mobilium nomina includi: quia in sermonibus exorbitantibus non tam verborum proprietas est attendenda, quam vsus, & norma loquendi. Nunquam enim homines abusiuè loquuntur: vt ff. de le. 3. l. non aliter. & eodem tit. l. librorum. §. quod tamen Cassius. & ibi not. in gloss. regis. de verbor. significa. l. annic-ulus. de testam. manu. l. si ita. de fun. instru. & instru. lega. l. cum de lanionis. §. Asinam. & extra de sponsa. c. ex literis. Cùm igitur in communi sermone homines mobilia sua appellant suppellectilem suam alteri generi non ascriptam: vt ff. de supel. leg. l. suppellectili. videntur nomina, de quib. apud legistas dubium est, an mobilia vel immobilia censeantur, debere intelligi mobilium legato includi: quia talia ad factum magis, quàm ad ius sunt referenda. argumen. ff. de condi. & demonst. l. quibus diebus. §. dominus. de verb. obligat. l. stipulatio ista. §. hæc quoq; stipulatio. Hæc sub correctione sanctitatis vestræ perstrinxi: videat vestra omnibus rationib. perspicacitas ingenij, quid tenendum sit.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

c ¶ Inter mobilia. *In præsentis cons. quæstione dic verum esse, quòd actiones tertium genus constituunt à rebus mobilibus, atque immobilibus omnino distinctum. Barto. in l. fin. num. 4. de vsufru. legat. Bertran. in consil. 246. part. 1. & 74. item 59. item 105. part. 2. Nec non 162. par. 3. Dec. consi. 442. col. 1. vol. 3.*

b ¶ Subtilitate sit. *Iunge hic, quæ superius scripta sunt in consil. 45.*

De consue. & de cler. non resid.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio, vel consuetudo Ecclesiæ habens, quòd nouus canonicus nihil percipiat vsque ad quadriennium, est reuocata per capitulum susceptri regiminis, inquantum deuiat à verbis dictæ constitutionis susceptri regiminis aliàs minimè.*

Item canonicus potest habere in studio de licentia episcopi fructus, quos aliàs permittit extrauagans susceptri. & num. sequent.

CONSILIVM CCXX.

SVPPOSITA consuetudine iurata, & per legatum sedis Apostolicæ confirmata in Ecclesia sancti Andreæ Humoren. quod Canonicus de nouo electus ad canonicatum, & præbendam Ecclesiæ prę dictæ infra primũ quadriennium non percipit aliquos fructus grossos, nec habet vocem capitularem, nec distributiones, quæ dantur in anniuersarijs defunctorum, & sic penitus nihil. Sed ipsi fructus grossi accrescunt ipsi Ecclesiæ, vel alteri, cui hoc competit de consuetudine. Distributiones verò accrescunt canonicis, & socijs ipsius Ecclesiæ chorum quotidie frequentantibus. Titius clericus electus est concorditer in canonicum, & in fratrem dictæ Ecclesiæ, & ad canonicatum, & præbendam vacantes per mortem Sempronij. Titius ille frequentans chorum Ecclesiæ prædictæ, & illo primo quadriennio deseruiens petit portionem illam, quæ sibi debetur virtute dictæ constitutionis nouellæ, quæ incipit: Suscepti regiminis. & est domini Ioannis Papæ XXII. petit etiam vocem capitularem. Item petit distributiones, quæ dantur in anniuersarijs defunctorum, non obstante consuetudine præmissa, quam dicit reuocatam saltem quò ad prędicta per dictam constitutionem capitulum dictæ Ecclesiæ con-
1 tradicit: quæritur, quid iuris. † Item quæritur, vtrum portio præbendæ secundum taxationem antiquæ decimæ absque præsentijs infra primum quadriennium existentibus in studio debeatur, præsumpta rationabilitate, ac robore consuetudinis, extra quam nihil potest certum iudicari, eo quòd secundum diuersitatem locorum, & temporum consuetudinis ratio varietur: vt duodecima distinctio, sic sancta. & capi. nouit. & illa. & extra de sepultur. capitu. certificari. Et ideò notauit Hostiens. in summa. de consuetudine. §. quid sit consuetudo. circa principi, quòd an sit rationabilis, vel non, iudicis committitur arbitrio: nec potest certa regula dari, sicut in mora, & alijs multis: vt ff. de vsur. l. mora. in princip. & de impensis in re. dota. fac. l. penultim. in fin. dico per nouam constitutionem, susceptri regiminis eatenus duntaxat consuetudine esse detractum, quatenus ipsa verba constitutionis sonant illæsa in cæteris consuetudine remanente: vt de ædific. priua. l. cum proponebatur. ff. de adim. & transfer. leg. l. alumnæ. §. qui filias. sicut est etiam in iure scripto, quod non mutatur, cur stare prohibetur: vt C. de testament. l. sancimus. de appellatio. l. præcipimus. & in Authentico de admin. officio. in sacris appellatio. ad finem. multò fortius in consuetudine hoc locum habet: vt extra de constit. cap. licet Romana. libr. 6. Vtde si Titius habebat portionem prębendę secundum taxationem decimæ, satis est sibi ius suum secundum consuetudinem seruari. argum. ff. ad Trebellian. l.
2 ex asse. † Ab illicitis igitur petitionibus abstinendo faciet consultius: vt C. de rescind. vendi. non idcirco. cùm igitur per constitutionem susceptri regiminis verbis eius attentis non videatur sublata, nec reuocata consuetudo quo ad præsentias, & vocem capitularem non assignandas, in illis stabit consuetudo. Et credo quod illam partem, quæ debetur canonico ex beneficio constitutionis susceptri regiminis, suscipere poterit existens in studio de licentia Episcopi. quoniam licet hoc fit sibi concessum propter obsequium Ecclesiæ impendendum, sicut est in omnibus fructibus Ecclesiasticis, tamen debetur etiam taliter absenti: vt extra de cle. non residend. cap. relatum.
3 & cap. tuæ. † Non potest censeri omninò ab Ecclesia absens, qui studiorum causa abest: vt ff. de lega. 3. l. quæsitum. in princip. de fund. instru. & instru. leg. l. Seię. §. Pamphilæ. Nec omninò Ecclesiæ dicitur non seruire, qui proficiendo in studio literarum paratę se, vt ipsi, imò & vniuersali Ecclesiæ possit existere fructuosus. argument. ff. de statu lib. l. 3. §. Stichus annua. argument. extra de Magistris. capitu. primo. de elect. cap. cùm ex eo. lib. 6. iuncta decretali. extra de cler. non residend. cap. dę cætero.

De iudi. & de probat. extraord. de actionib.

SVMMARIVM.

1 *Per hoc, quòd quis desinit rem possidere, cuius ratione personali actione poterat conuentri, liberatur à personali actione probata amissione in casu, quo non tenetur de iure. Et quis debet probare, & quomodo, & quando quis tenetur de dolo, & lata culpa hic traditur. cum nume. seq.*

CON-

CONSILIVM CCXXI.

AD QVÆSTIONEM, qua quæritur, *a* an per † hoc, quod quis definit rem possidere, cuius nomine personali actione poterat conueniri, liberetur à personali? Respondetur distinguendo, aut in obligatione est quantitas pro specie. *b* Primo casu non liberatur debitor: vt ff. ad l. C. si cert. peta. l. incendium. Et est ratio, quia est debitor generis, & genus perire non potest: vt ff. ad l. Fal. l. in ratione. §. incertæ. In secundo casu liberatur legati causa. & de legat. 1. l. cùm res. §. vltimo. In tertio casu idem, vt liberetur à quantitate per interitum speciei, cuius respectu quantitas debebatur: vt ff. de noxa. l. si ad libertatem. §. 1. & si cui plusquam per l. Falcid. l. 1. §. vltimo. cum l. seq. Verum, quia sub secundo membro cadit casus, de quo hîc quæritur, de hoc est aliquantulum latius dicendum, & considerandum, vtrum obligatio oriatur ex contractu, ex cuius natura contrahens teneatur de dolo, & lata culpa tantum, vt ex depositо regulariter, vel de dolo, & lata culpa, & leui, & leuissima, vt in commodato gratia commodatarij tantum celebrato: & hoc habetur ff. de regu. iur. l. contractus. commoda. l. si certo. §. nunc videndum. Nam secundum naturam cuiuscunque contractus per hoc, quod obligatus personali rem, ad quam obligatus est, perdat, nunc liberatur, nunc non. Sed cùm contractus locationis, & conductionis vtriusque gratia celebretur, in eo venit dolus, lata culpa, & leuis. Si itaque sine ipsorum aliquo conductor desijsset rem habere, non esset dubium eum liberatum esse. Si autem istorum aliquod interuenit, non est liberatus: vt ff. loca. & condu. l. videamus. §. qui vnum. & eod. tit. l. si cui. §. qui seruum. Remanet ergo solum quæstio in onere probandi, & licet super hoc sit diuersimodè scriptum: hæc tamen videtur veritas, quod conductor ad rei restitutionem personali conuentus habeat pro bare rei amissionem, qua probata locator haberet probare dolum, vel culpam in conductore: vt ff. de leg. 2. l. cùm item. §. species. & est casus. ff. locat. & conduc. l. si quis domum. aliàs incipit l. si quis fundum. §. Imperator. prout loquitur C. de pigno. actio. l. si creditor. sed melius & clarius ponitur ordo probandi per gloss. instituta, quib. mo. re contrahitur obligat. §. vltimo. Ex quibus apparet, quod nec sufficienter excipit, nec sufficienter ponit conductor, qui ex locato ad rerum restitutionem conuentus dicit se non possidere, nec dolo desijsse possidere, quia de culpa, ad quam, seu de qua tenebatur, mentionem non fecit. ¶ † Præterea nihil probat de rei amissione, cuius onus ei incumbit, vt ostensum est suprà, & in hoc differt à reali, vbi sufficit, conuento dicere se non possidere, nisi actor probet contrarium: vt ff. de rei vendi. l. vlt. & in authen. de trien. & semisse. §. studium verò maliuolentiæ. gl. verò, quæ est ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. prohibet. Facta relatione ad textum illum, ad propositum non accedit, & ibi loquitur de argentario volente sibi rationem edi propter casum. Vnde allegatur ibi casus ad actionem consequendam: quæstio autem nostra quærit de se defendente.

a a

b

1

2

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Qua quæritur. *Hoc est notabile cons. Maximè pro formandis libellis, & exceptionibus in causa locati, & conducti re amissa.*

b ¶ Pro specie. *Ex enumeratis proximè speciebus constat Oldradum hoc loco multa indigere restitutione. Nam & alioqui superflua est coniunctio illa præposita AVT. Vnde ego ita supplendum opinor. Aut in obligatione est genus, Aut species, Aut quantitas pro specie. Atq; hoc pacto quicquid annectitur, clarum est.*

De statu regularium.

SVMMARIVM.

t *Casus. dispositio cle. ne in agro. §. sane de statu reg. an habeat locum in canonicis regularibus?*

CONSILIVM CCXXII.

a DICENDVM est, quod sic. *a* Et hoc ostenditur triplici ratione breuissima. † Prima est, quia in illo tit. præter dictum. c. ne in agro. non est nisi vnum aliud capitulũ, quod incipit: Attendentes. quod de Monialibus loquitur, nec potest trahi ad canonicos regulares. Cùm igitur in rubrica dicatur, de statu Monacho. & Canonicorum
b regularium. arguendo à rubrica: *b* sicut arguit l. 1. ff. si cert. petat. oportet. c. ne in agro. etiam de canonicis regula. intelligi: aliàs illa verba, & canonicorum regularium, essent superflua in rubri. quod non est sentiendum: vt ff. de le. 1. l. si quando. & extra de maio. & obe. c. solitæ. ¶ Secunda ratio est, quia & si in viuendo regulæ inseruiant laxiori, quantum tamen ad probationes canonicas à sanctorum Monachorum consortio non putantur esse seiuncti: vt extra de statu Monachorum. cap. quod Dei timorem. circa finem. & videtur satis ista dubitatio tolli, extra de postulan. cap. ex parte. ¶ Tertia ratio est, quia ante cap. ne in agro. erat aliud capit. extra de electio. capit. nullus. quod prohibebat omnem religiosum eligi ad Abbatiam, vel prælaturam suæ, vel alterius religionis, nisi esset expressè professus. ¶ Ad declarationem autem illius c. factus fuit. §. sanè. qui extendit, & declarat illud cap. in duobus. vt quod dicebat illud cap. in electione. hoc dicat iste §. in quacunque commissione, vel promissione. & quod dicebat illud cap. de Abbatia, vel prælatura, hoc dicat iste §. in prioratu, & administratione quacunque. sicut igitur c. nullus. Monachos & regulares Canonic. sub eadem prohibitione includebat: sic & §. sanè. qui ad eius interpretationem factus est: vt in authent. de natu. li. ante dota. instru. na. in fine. & ibi not. & C. de inoffic. do. l. vnica.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quod sic. *In hoc consil. 222. exactè declaratur cle. Ne in agro. §. sanè. De statu regu.*

b ¶ Arguendo à Rubrica. *A Rubrica licet arguere. Et adde, quod quoties rubrica generalior est nigro, toties nigrum ipsum per rubricam extenditur. Item verba nigri obscura & ambigua per rubricam declarantur. Et si deficiat, nigrum suppletur per rubricam. Riteq; allegatur pro nigro rubrica, vbi continet orationem perfectam. Hæc Doctores, & præcipuè Iaſ. in l. 1. si cert. petat. Glo. quædam notab. in l. si. in princ. ff. de cond. indeb. Alia glo. in c. 1. in ver. Conseruatores. de offi. deleg. lib. 6. Spec. de disputa. & allegatio. aduocato. §. fin. in fi. Vide Iaſo. cons. 198. num. 2. par. 2. & consil. 205. num. 4. ea par. vbi concludit duo copulatiuè requiri, vt allegetur pro lege. Primum, vt habeat orationem perfectam. Secundum, vt decisiuam.*

Quæ not. idem Iaſ. ad ea multa dicit inſtit. de actio. in Rubrica Ioan. de Ana. in Rub. de accuſa. & de ſagit. Archid. & Gem. 9. diſtinct. Quis neſciat. Præpo. in Prin. Decre. & 81. diſtinct. 1. Pet. Ghe. not. 7. Alexan. inter cætera. conſ. 6. vol. 7. Betr. conſ. 66. col. 2. 283. col. 1. vol. 1.

De conceſsione præben. & de conditione appo. & de verbo. ſignific.

SVMMARIVM.

1 *Papa, ſi concedit poteſtatem Epiſcopo vniendi quatuor Eccleſias menſæ ſuæ, & ipſe Epiſcopus vniuit eas viuentibus Rectoribus earum ſine eorum præiudicio, mortuo illo Papa ſucceſſor dedit expectatiuas cum clauſula, Anteferri: tunc ſi moriatur aliquis prædictorum Rectorum, non præfertur expectans Epiſcopo, quia illa clauſula poſita in poteſtate vniendi, ſcilicet, cedentibus, vel decedentibus non denotat conditionem, ſed ex nunc habet effectum.*
Item illa clauſula, Anteferri, habet locum, quo ad ſimiles expectantes, & non quo ad vniones, & habet locum, quo ad perſonas expectantes, & non quo ad Eccleſiam, quæ non eſt perſona. cum num. ſeq.

CONSILIVM CCXXIII.

FACTVM tale eſt. Dominus Clemens Papa V. ad ſupplicationem dom. Guil. Epiſcopi Monacen. conceſsit quatuor Eccleſias parochiales ad eiuſdem collationem ſpectantes, quas idem Epiſcopus duceret eligendas, quarum fructus 100. librarum, iuxta taxationem decimę annis ſingulis non excederent menſæ dicti Epiſcopi Apoſtolica auctoritate in perpetuum cedentibus, vel decedentibus earum Eccleſiarum Rectoribus conceſsit, annexuit, & vniuit, decernens ex tunc irritum, & inane, & conceſsit dicto domino Epiſcopo ex ſpeciali gratia, vt dictas Eccleſias cedentibus. vel decedentibus (vt prę-mittitur) earum Rectoribus poſsit idem Epiſcopus dicta Apoſtolica auctoritate ad manus ſuas recipere, tenere, & poſsidere pacificè, & fructus earum percipere, & habere, prouiſo quod eædem Eccleſiæ debitis obſequijs non fraudarentur, nec animarum cura in eis negligeretur. ¶ Item virtute dicti reſcripti Apoſtolici idem Epiſcopus volens vti gratia ſua, & poteſtate prædicta, Apoſtolica auctoritate elegit, & acceptauit quatuor Eccleſias infraſcriptas ad eius collationem liberè pertinentes, quarum valor ſummam dictarum centum librarum annui reditus iuxta taxationem decimæ non excedit, videlicet Eccleſias de Beriacho ſancti Bandilij, & ſancti Hippolyti de Granditino, & eaſdem Eccleſias, quamprimum eas, & earum quamlibet vacare contingeret perpetuo iuxta dicti reſcripti continentiam cum earum iuribus, & prouentibus vniendas, & applicandas exnunc, prout extunc, & extunc, prout exnunc: menſæ ſuæ Epiſcopali auctoritate prædicta vniuit, & perpetuo applicauit abſque alia electione, & acceptatione, vtiliter, & realiter vniri, & applicari, & prædictam vnionem, & applicationem executioni mandari voluit, idem dominus Epiſcopus incontinenti, cùm ſimul, vel diuiſim eaſdem Eccleſias vacare cõtigerit, nolens tamen, quòd ante dictam vacationem Rectoribus ipſarum Eccleſiarum, qui ſuperſtites erant in ipſis Eccleſijs, priuſquam cederent, vel decederent, aliquod prorſus propter præmiſſa præiudicium generaretur, & eaſdem vniones idem Epiſcopus reuocauit in præſentia canonicorum, tunc prę-ſentium in ciuitate Monacen. & in præſentia eorum publicauit eaſdem. Poſt hoc mortuo domino Clemen. Papa V. dominus noſter Papa Ioan. XXII. gratias fecit ſub certis formis certis clericis ſpeciales de beneficijs eccleſiaſticis ad collationem Epiſcopi prædicti, vel præſentationem, vel quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus, ſi quod in ciuitate vel diœceſi Mona. tunc vacabat, & ſi nullum beneficium vacabat, pro dictis clericis ſimilia beneficia de proximo ibidem vacatura donationi Apoſtolicæ reſeruauit, cum clauſula anteferri, decernentes, inhibentes, &c. & cum omnibus non obſtan. & clauſulis opportunis. Nouiſsimè autem dicta Eccleſia curata ſancti Bandilij per mortem ſui Rectoris vacauit, & vicarius dicti Epiſcopi nomine eiuſdem Epiſcopi intimata ſibi morte dicti Rectoris per procuratorem dicti Epiſcopi, ac reſcripto Apoſtolico dictæ vnionis, necnon inſtrumento prædictis coram eo perlectis, auctoritate Apoſtolica, & virtute contentorum in reſcripto, & inſtrumento prædictis, ac Vicarius dicti domini Epiſcopi dictam Eccleſiam cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis ad manum dicti Epiſcopi accepit, & eam menſæ dicti Epiſcopi, inquantum de iure poterat, vniuit, & de facto dictam Eccleſiam, & eius poſſeſsionem corporalem virtute dictæ vnionis, & eandem vnionem nomine dicti Epiſcopi exequendo mandauit apprehendi, & fuit per dictum procuratorem nomine dicti Epiſcopi, & mandato Vicarij pacificè apprehenſa. Nunc verò dicti clerici dicunt virtute ſuarum gratiarum in dicta Eccleſia ſe ius habere, & vnione, ac electione huiuſmodi non obſtantibus ſe eſſe potiores dicto Epiſcopo in exequutione, & aſſequutione ſic vacantis Eccleſię ſupradictę maximè cum tempore gratiarum eis factarum poſſeſsionem dictæ Eccleſiæ realiter idem Epiſcopus non fuiſſet aſſequutus, nec Rector dictæ Eccleſiæ ſic vacantis, licet antea vnitæ (vt dictum eſt) & electæ, nec Rector deceſsiſſet, nec ceſsiſſet, nec plenum haberet effectum vnio ſupradicta: imò dicto Epiſcopo, & eius vnioni virtute ſuarum gratiarum, & clauſulę anteferri in aſſequutione dictæ Eccleſiæ, ſicut in alijs impetratoribus à domino Clemente gratiam obtinentibus præferuntur in iure, parte Epiſcopi hoc negante, & in contrarium aſſerente dictam Eccleſiam ſic vnitã virtute dictæ vnionis conſolidatã eſſe proprietati menſæ dicti domini Epiſcopi, & per dictam vnionem ſtatim immutatam fuiſſe eiuſdem Eccleſiæ naturam, adeò quod licet prius eſſet rectoria, & eccleſiaſticum beneficium per ſe ſubſiſtens, per ipſam vnionem ſimen deſijt eſſe talis, & ſtatim fuit facta pars menſæ prædictæ, licet ipſius vnionis effectus, cõſiderato exitu, quò ad emolumẽta exinde prouenientia, collatus fuerit in tempus, quo nullum potuit dicto Rectori tunc viuenti præiudicium generari, per illa verba in reſcripto contenta, ſcilicet, ſine præiudicio, &c. & ſic dicta Eccleſia, vt rectoria, vel eccleſiaſticũ beneficium per ſe ſubſiſtens, nõ vacauit, nec vacare potuit de iure, nec in ea ius aliquod morte dicti Rectoris ſuperueniente dictis clericis virtute gratiarum poſſe competere, ſed tanquam per vnionem ſtatim plenè affectam, & menſæ epiſcopali conſolidatã ad dictum dominum Epiſcopũ debere competere pleno iure. ¶ Et ex dicto themate ſpecialiter quæritur, an dicta vnio teneat, & valeat, ac tenuerit, & valuerit de iure? ¶ Secundò quæritur, quid iuris de quæſtione ſuborta ex dicto themate inter Epiſcopum, & Clericos ſupradictos? † Ad quæſtiones prædictas, quarũ vna alteram

1 præſupponit, multis fortè videretur dicendũ, quod impetrans clericus potior eſt Epiſcopo in hac parte, & hoc

& hoc ea ratione, quia vnio collata videtur in tempus mortis, vel cessionis Rectoris. Omne enim, quod confertur in tempus mortis, vel alterius, quã eius, cui defertur in tempus mortis, vel alterius, quã eius, cui debet commodũ applicari videtur conditionẽ habere: vt ff. de condi. & demon. l. à testatore. & ibi not. si sic, ante conditionis existentiam non habebat Episcopus ius aliquod saltem iure spectans, ergo poterat Episcopus dici, sed conditione pendente superuenit fortior illo propter prærogatiuam clausulæ anteferri: vt C. qui po. in pi. ha. l. licet. ergo debebit clericus impetrans Episcopo anteponi: vt extra de preb. c. quędam. & c. auctoritate. de concess. præben. lib. 6. & de rescri. c. si pro te. & ar. ff. qui po. in pig. l. qui balneum. §. 1. & 2. l. potior. ¶† Sed contrarium magis videtur, pro declaratione cuius est attendendum, quod vnio, siue gratia vnionis non fuit ex parte Episcopi personalis, sed realis. mensam eius respiciens, non personam, vt ex inspectione eius apparet. ar. ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. vnto. de instit. l. procuratoris. §. si plures. si de persona facta non est mentio, vt appareat impetrans: vt ff. de pact. l. iurisgen. §. pactorum. ac per hoc gratia est perpetua, non impetrantis morte finienda: vt ff. de censi. l. 3. & §. quanquam. de serui. l. pater. & C. de excu. mu. l. sordidorum. & ibi not. libr. 10. ac per hoc apparet, quod illa verba, Cedentibus, vel decedentibus, propriè conditionem non faciunt, sed magis diem adijciunt, quam diem dicit extituram, quia certum est Rectores, aut cessuros, aut morituros, & non est verisimile mensam Episcopalem eam desinere. argumen. ff. de fun. do. l. 1. & extra de rescript. c. si gratiosè. nisi fortè per casum, & aduersam fortunam, cuius consideratio haberi non debet: vt ff. qui, & à quib. manu. liberi non fiant. l. iu. & per hoc videtur, quod vel sit dies, vel sit conditio habens se adesse tantum, quæ propriè naturam conditionis vnio habet: vt ff. de noua. l. si pupillus. §. 1. & de condit. & demonstr. nam & si cùm moriar. Et per hoc apparet, quod argumenta, quæ de conditione loquuntur, magis pro ista parte faciunt, quàm contra.

3 ¶† Secundò, hoc idem probatur sic, quod tacitè inest actui, expressè 4 actum conditionalem non reddit: vt ff. de leg. 1. l. 3. & de condit. & demonstr. quæ conditiones extrinsecus, sed ista conditio, cedentibus, vel decedentibus, tacitè inerat: vt extra de do. c. consultationibus. ergo, &c. vt magis videatur Papa demonstrasse, quo tempore sit ista vnio sortitura de fatem Papæ expressè indicant illa verba, liberè ad manus suas accipere, tenere, & possidere pacificè, & fructus eorum percipere, & habere, & c. quæ omnia verba non videntur noui iuris collatiua, sed iam collati exequutiua. argumen. ff. de do. præleg. l. cum quis vxori. & omnia facti sunt: vt ff. de acquir. possess. l. 3. §. vltimo. & l. si quis autem. & de lega. 2. Titia. §. 1. & C. de pign. l. 3. præsupponunt tamen ius efficacis vnionis, & ex talibus verbis arguit l. C. de pact. inter empt. & vend. l. 2. & 3. & not. ff. de dona. l. 1. in ver. Item cùm ipse. & sic manifestè patet, quod illa verba efficaciam vnionis non suspenderunt, sed realem fructuum perceptionem distulerunt. argum. C. quando dies leg. ced. l. ex his verbis. & C. eod. tit. si vnio, §. 1. & ad Trebel. l. Seius Saturninus. & pro hoc beneficit. ff. de dona. inter virum & vxor. l. cùm hic

5 status. §. sententia autem. ¶† Quartò posito, quòd vnio fuisset conditione pendens, in morte Rectoris simul extitit conditio vnionis, & impetrantis, sed ex prærogatiua prioritatis temporis in concessione vnionis conditio prius extitisse videtur, & effectum suum induxisse. argumen. ff. de excu. tuto. l. si is, qui res, & de bo. poss. contrab. l. 1. §. sed & si pater, & C. de secun. nupt. l. hac edictali. §. omnibus. & extra de rescript. cap. duobus. & hoc facit etiam fauor, quia vna gratia, scilicet, Episcopi fauorabilis in fauorem Ecclesiæ impetrata, altera ambitiosa: vt extra de præben. c. quamuis. aliàs sicut. & ex hoc, licet videatur simul conditio vtriusque existere, tamen prior, id est, fauorabilis priuilegium habet præsumptæ præexistentiæ: vt ff. de leg. 1. l. post mortem. in tertio responso. Præterea existentia conditionis respectu diuersorum diuersos operaretur effectus: vt ff. de solu. l. in numerationibus. & ff. ad l. Falcidiam. l. si pupillus. quia respectu vnionis operatur translationem proprietatis in mensam: vt ff. de acquir. possess. l. qui absenti. §. 1. & de solutio. l. sub conditione. quantum verò ad impetrantem, operatur, quod incipit, beneficium esse illi debitum ante prouisionem factam de illo: vt extra de concessio. præben. c. vlti. lib. 6. concursu verò sui, & sibi debiti suum præfertur: vt ff. de pecu. l. deposui. in 1. & 2. responso. & l.

6 ex facto. §. planè. & ibi not. ¶† Quintò, si quid iuris competit impetranti, hoc habet ex virtute clausulæ anteferri: sed illa in nullo præiudicat domino Episcopo, ergo, &c. prima de se patet, secunda probatur, quia clausula illa non extendit vim suam, nisi ad sibi similes. argumen. ff. de vi. triti. & oleo lega. l. vlti. §. fin. non ad maiores: vt extra de rescript. cap. sedes Apostolica. & not. extra de procur. c. qui ad agendum. lib. 6. sed gratia facta impetranti mensæ est omninò dissimilis, & maior gratia finita impetranti. Est enim illa perpetua, hæc temporalis, illa fauorabilis, hæc odiosa, illa Ecclesias per modum proprietatis applicans, hæc per modum beneficij, inter quæ omnia constat esse magnam differentiam: vt extra de eo, qui mit. in possess. causa rei ser. c. eum, qui. lib. 6. Ex quibus apparet, quod non clauditur sub generalitate clausulæ omnibus alijs anteferri, quo vero exi-

b stente, *b* quæstio est sopita. ¶† Præterea pro intentio-

7 ne domini Episcopi cõsiderandum est, quod ad vnionem de aliqua Ecclesiæ alicui mensæ, vel loco faciendam non est necessarium Ecclesiam ipsam, quæ vnitur vacare, cùm & ea non vacante fieri soleat, & possit: vt 16. quæst. 1. c. & temporis qualitas. extra de conces. præben. c. sicut. & not. de hoc ne sede vacan. c. 1. & hoc ideo, quia vnio huiusmodi fuit de Ecclesia ipsa, vt de proprietate quadam, non autem vt de beneficio, pro quo facit extra de dolo, & contum. eum, qui. lib. 6. quia rei fit, non personæ. Vnde cùm facta est, realis dicitur, non personalis: vt extra de instit. cap. cùm venissent. & magis rei, cui fit, quàm personæ dicitur esse, & per eam ius quæri. arg. ff. de re. eo. qui sub tuto. vel cura. sunt. l. si pecuniam. §. si quis. adeò quod iniuria, quæ ex hoc emerget, mensæ fieri diceretur: vt C. de via publ. l. fin. de neg. gest. l. qui aliena. §. fin. personæ verò, vt beneficium non vacans, concedi non posset: vt extra de conces. præben. c. 1. & 2. & expressè extra de dona. c. consultationibus. & si sic est, non est, quia impediuerit, quominus vnio supradicta statim, quo ad sui essentiam, & translationem proprietatis in mensam electione Episcopi sequuta tenuerit, & sortita fuerit effectum, quanquam confectus ipsius vnionis, hoc est, possessionis apprehensiò, & fruendi facultas (pro quo extra de restitut. spol. cap. sæpe.) in tempus mortis, vel cessionis Rectoris dilata censeantur, ne videlicet ipsi Rectores absque culpa prægrauentur, & forsan doleant diligentes incremento fructuum operam dedisse, & suam sibi diligentiam damnosam intelligant. C. de allu. & pal. l. fin. & hoc modo disposuit decreta. talem vnionem esse faciendam: vt in præallega. c. consultationibus, extra de do. quæ decre. nisi nimia subtilitate

tilitate vtamur, sufficere debet ad successionem præsentis quęstionis: nec miretur, quis actum aliquando statim tenere, & petitionem, seu emolumenti consequutionẽ ex eo in tempus differri, intelligi delatum. Nam hoc in stipulationibus ei delegatis cõtingit, quę licet tempus, quo ad huius petitionem, & persecutionem, eis insit, non minus ex re ipsa puræ, seu pura censentur: vt ff. de dona. inter vir. & vxor. l. cùm hic status. §. fine. & de verb. oblig. l. interdum, & de condit. & demonstra. l. 1. §. fin. ad Treb. l. Seius Saturninus. & C. quando dies leg. ced. l. ex his. & expressè in
3 vnione, & in dicta decret. consultationibus. † Verba igitur in vnione, de qua sermo est, apposita, scilicet, cedentibus, vel decedentibus, magis demonstrant tempus effectus vnionis, hoc est, fraudis facultatis, quam conditionem adijciant vnioni, vt alibi patet. ff. de condi. & demonst. l. in conditionibus. §. 1. & l. hæres meus. in princip. & hoc etiam ex alijs verbis in eadem vnione insertis satis euidenter apparet, ibi, ad manus suas recipere, tenere, & possidere, & fructus percipere, &c. quasi propter solum vnionis emolumentum, quod in istis consistit, tempus distulerit, nõ autem essentiam, & perfectionem vnionis eiusdem, & proprietatis Ecclesiarum translationem in mensam, ad quod esse facit verbum præsentis temporis, Vnimus, &c. quo vsus est Papa, non autem dixit vniri mandamus. Item, cùm impetrans vendicet beneficium, pertinens ad collationem, vel præsentationem, seu dispositionẽ aliam Episcopi, quomodo potest dicere hanc Ecclesiam ad collationẽ, vel dispositionem Episcopi pertinere, cùm de ipsa iam Papa disposuisset, prouidendo de ea indigentiæ mensæ Episcopalis? certè nullo modo, nunquid est verisimile, quod dominus Ioan. Papa prouisioni domi. Clementis Papæ gratioſè, & fauorabiliter factę mensę Episcopi voluerit per suam clausulam anteferri derogare, & ad tales prouisiones eam referre? certè minimè, & pro hoc extra de rescript. c. si propter. libr. 6. † Vltimò clausula
9 ipsa habet, quod impetrans expectantibus beneficia præferatur, quod profectò intelligendum est de expectantibus beneficia, vt beneficia cõferenda eorum personis. In casu autem nostro nõ est persona aliqua, quæ Ecclesiam, de qua agitur, vt beneficium sibi conferendum expectet, cùm (vt iam dictũ est circa prin.) vnio fuerit rei, non personæ, & tanquam de proprietate, non tanquam de beneficio facta, & sic apparet, quòd clausula prædicta, quo ad talia, non operatur quicquam. ¶ Ex quibus concluditur impetrantem posse, & debere excludi, & per hæc habetur responsio ad quæsita prædicta.

ADDITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶ Expressè. *Expone, id est, si exprimatur.*
b ¶ Vero existente. *Expone, id est, quod verum cum sit.*

De succeſſ. abinteſt. & de reſtit. ſpolia.

CONSILIVM CCXXIIII.

a IMSTÆ sunt allegationes *a* factæ in causa comitatus sancti Seuerini super iure primogenituræ, & agebatur de causa dicta in ciuitate Auenionensi, corã inclyto Principe domino Rober. Hierusalem, & Siciliæ Rege assistentibus eidem aliquibus dominis Cardinal. solemnibus iure ciuili Doct. Et primò præmittitur quædam constitutio regni ad factum faciens. Regni regia constitutione sancimus feuda tenenti filios, & nepotes, & ex eis pronepotes, trinepotes, & vsq; in infinitum ex descendenti linea descendentes, cuiuscunq; sexus sint, liberè, & absolutè, possunt succedere, seruata tamen sexus prærogatiua, mulieri masculus præferatur, necnon maioris ætatis inter eos, qui viuunt in regno specialiter iure Francorum, contigit, quòd Comes quidam habens ex primogenito nepotem minorem, & filium ætate maiorem moritur, modò est in quæstione, quis admittatur ad bonorum feudalium successionẽ huic Comiti? nunquid nepos ex primogenito, licet ętate minor, vel secundogenitus, licet ętate maior? prouiso quod recolendę memoriæ, dom. Rex Carolus I. ordinauit, per suas patentes literas, ex voluntate dicti Comitis, viuente dicto primogenito, quod primogenitus ipse, & hæredes ipsius primogeniti succedant eidem Comiti in Comitatu, baronijs, certis, & quibuslibet bonis feudalibus, quæ ad eum Comitẽ pertinerunt ex successione materna, cui prædicto Comiti concessum etiam fuit per eandem regiam maiestatem, quod ad bona feudalia per eum acquisita nouiter, rationabiliter esset successurus. Prouiso etiam, quod dominus Rex Robertus per suas patentes literas declarauit, quod si contingeret dictum primogenitum præmori Comiti memorato, ordine naturæ turbato ipsius primogeniti liberi sic succedant Comiti supradicto, sicut foret primogenitus ipse, si dicto Comiti superuiueret, successurus: & allegatum fuit pro parte domini Iaco. secundogeniti domini Comitis per honorabilẽ virum dominum G. de sancto Geminiano, vtriusque iuris Doctorem, in Romana Curia Aduocatum, defensorem dicti domini Iacobi, vt
1 sequitur: † Primò, super iuris possessorio proponebat, cùm de mandato domini Ducis Calabrię filij domini Regis Roberti processisset, quod dominus præfatus Iacobus comitatus Marcisi, & baroniarum sancti Seuerini, & Selenti possessionem quibusdam eius nuncijs assignaret, quam (vt alleg.) idem dominus Iacobus detinebat, propter quod mandatum præfatus dom. Iaco. prędictis nuncijs assignauit possessionem (vt dicitur) comitatus, & baroniarum superius expressarum, nunc possessionem petebat pro parte domini Iacobi ante omnia reuocari, eò, quod prętextu exceptionis proprietatis causam tangentis nõ cit. ipsa possessionis restitutio retardanda, & per hoc ff. de vi & vi ar. l. 1. quod dicitur sentire glo. eod. tit. l. 3. §. fin. in gloss. quæ incipit, id est, fructus percepi. C. loca. & conduc. l. si quis conductionis titulo. tunc mõstrabatur violentiam Comiti pariter per iudicem inferri, sicut etiam per priuatum, ad quod allegabat opin. domini Inocent. extra de restit. spol. c. ex conquestione. & c. conquerente. & quod no. Azo in sum. C. vnde vi. in 1. col. in fi. & tunc arguebat, & si mandetur colono, vel alteri, vt fructuum perceptio impediatur, licet vti possidetis interdictum videatur competere, tamen secundum opinionem dom. Inno. decisus videtur, & competit interdictum, vnde vi pro recuperanda possessione: vt ff. de vi & vi ar. l. 3. §. per. tinet. & §. item si non vsus fructus, ex quo concludebat, restitutionem ante omnia faciendam eidem domino Iacobo comitatus, & baroniarum superius expressarum, subiuncto, quod cùm sit minus iustè facta sequestratio antedicta, pro eo, quod idem dominus Iacobus non est persona suspecta, & est paratus dare fideiussoriam idoneam cautionem de standoiuri, debet ipsum sequestrum reuocari per l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cog. eo maximè, quod nec dubitabatur de scan-

de scandalo, nec erat de casibus, in quibus sequestratio est permissa: vt not. C. de prohib. sequestra. pecu. l. i. tamen cum protestatione, quod ex præmissis nec priuilegio restituendæ possessionis intendebat per infrà dicenda suæ parti generari præiudicium, prosecutis materiam ingressus, dicens, quod dominus Iacob. domino Thomasio nepoti ex primogenito prę fati comitis in dicto comitatu, & Baronijs sit omnimodò præferēdus: quod ostendebat hoc modo: considerabat enim circa dictarum partium successionē, & prælationē ius commune primò demum ius constitutionis regni. † Tertiò, efficaciam priuilegiorum eiusdem comiti concessorum tàm per bonæ memoriæ quondam dominum Regem Carolum secundum, quàm per dominum Regem Robertum: & primò quantum ad ius commune considerabat, quod in successione ascendentium filij, & ex filio nepotes ad successionem ascendentium, seu parentum eorum pariter admittuntur. † Est differentia tantum quod filij in capita, ex filio nepotes in stirpem, vt in corpore in Authen. de hære. quæ ab intest. deferun. §. 1. collat. 9. C. de suis & legi. hære. l. nepotes. alias in tit. de suc. transfuer. & de iure antiquo Codicis soror in secundo gradu, fratrum filijs pręferebatur illa ratione prętensa, quod soror fratri defuncto attinebat in secundo gradu, & defuncti fratris filij defuncto, de cuius hæreditate agitur, sunt in gradu tertio constituti: vt C. de le. hære. l. consanguinitatis. quam rationem. l. non sine ministerio, & suę partis adminiculo dicebat assumere, vt ex infrà dicendis dicebat velle ostēdere. licet. d. l. consanguinitatis, esset per iura Authentico rum correcta: vt in Authent. cessante. & Authen. post fratres, signatis. in d. l. C. de lega. hære. & in Auth. vt fratrum fil. per totum tit. † Considerabat secundo iura constitutionum regni declarata in constitutione, quæ incipit. Vt de successionibus comitum, & baronum, qua cauetur, quòd in feudis filij, & nepotes possint succedere seruata sexus prærogatiua in maioritate ætatis. Cùm ergò inter liberos, & nepotes comitis quondam T. de cuius successione agitur, nunc dom. Iacob. ætate sit maior, & in gradu proximior, assumpta ratione in dict. l. consanguinitatis, & ipsius constitutionis, idem Dominus Iacobus in prædictis præfato comiti T. nepoti præferendus erat ex coniunctis duabus rationibus memoratis, maioritatis ætatis videlicet, & proximitatis in gradu dicti comitis, de cuius successione tractatur. ¶ † Considerabat tertio formam literarum Regis Caroli, circa quas dicebat, quòd idem Rex præfato quondam comiti T. concessit licentiam, ac etiam potestatem constitutione Regis memorati reseruata quondam Domini H. primogenito eius hæredibus eius genitori comitis T. supradicti, quod ad eum & hæredes suos pertineant comitatus, baronię, & alia bona feudalia dicti Domini T. comitis ad ipsum ex antiqua successione spectantia, cùm ad eum de iure debeant pertinere, seruato successionis ordine, & cuiuslibet iuris semper saluis. ¶ † Circa quod taliter arguebat, aut enim dictus Dominus H. & eius hęredes in dicto comitatu, & Baronijs, & alijs bonis feudalibus suprà dictis non debebat de iure succedere. & per obreptionem, seu falsam expositionem idem Dominus Rex concesserit, aut ignorantia, si per obreptionem dato intelligi Regi Carolo, quòd idem Dominus H. & eius hęredes debebant in præmissis succedere, cùm non esset de iure verum, vt ostensum est supra, non valet rescriptum: vt ff. de Falcid. l. si quis per ignorantiam, similiter nō valet rescriptum: quia obrepserit. & C. de his, qui à non Domino Ma. l. fi. si in eo primo debet esse cōsensus. Nihil enim tàm contrarium est consensui, quàm error, qui imperitiam
7 detegit. ff. de iur. omn. iudi. l. si per errorem. † Non ergò obstat dictum priuilegium, dum enim in priuilegio per modum causę ponitur, quod ad dictum Dominum H. & eius hęredem spectabat de iure successiuo, in dubio de antiquiori iure Romano intelligendum est: vt ff. de iusti. & iur. l. 1. §. 1. & melius facit. ff. fini. regun. l. fi. Sed constat, quòd illo iure ad dictum Dominum H. & eius hęredes præfatorum comitatum, & baroniarū non spectat successio, ergò vel per
b obreptionem, vel per Principis ignorantiam obtinuit priuilegium, seu literas supradictas, cùm nec de iure nouo *b* constitutionum ad dicti Domini H. hęredes eo prę mortuo dicti quondam comitis patris sui successio comitatus, baroniarum, & aliorum bonorum feudalium prę fatorum, pertineat, etiam quæ nouiter acquisiuit. quinimo & dictæ literę successionis ius ciuiuslibet alterius seruauerunt. Sed cùm secundum verba constitutionis maior ætate minori debeat anteferri successionibus feudalibus, cuius successionis ius fuit ex dictis literis reseruatum: ergò dicti priuilegij auctoritate excludi non potest, immò
8 iuuari debet Dominus Iacob. supradictus. ¶ † Circa priuilegium vero Domini Regis Roberti taliter arguebat, quod non obesset Domino Iacob. supradicto. In eodem enim priuilegio continetur, quod pro eo quod idem Dominus H. reipublicę vtilis existebat, ac propter reipublicę vtilitatem, necnon quia & eius liberi gradum ingrediuntur ipsius, & personam eius, quo ad successionis ordinem, repręsentant, si turbato ordine dicto qnondam comiti Thomæ, Domin. H. prędecederet, eius liberi in prefatis baronijs comitatu, & bonis alijs succedant, successionis seruato ordine inter eos, vt foret dictus quondam Dominus H. si viueret, dicto quondam T. comiti successurus. Tunc arguebat ex dictis rationibus sic. Aut enim prætextu dictæ publicæ vtilitatis est dubium, nunquid voluerit alij ius auferre, aut est certum, quod
9 voluit ius auferre. † Si est dubium, non est verisimile, quod per rescriptum velit alicui ius auferre: vt ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. si quis à principe. si vero est certum, quod voluerit alicui ius auferre, licèt quidam dicant, quod propter publicam vtilitatem princeps hoc posit per l. ff. de rei vendit. item, si verberatum. & de eui. l. Lucius. dicebat tamen ipse, quòd Doctores communiter intelligunt, quòd in dictis legi. Dominorum prædiorum delictum præcesserat, propter quòd eorum prædia eis tollebantur, & assignabantur militibus. licèt enim princeps sit Dominus omnium: verum est, quo ad protectionem, non autem quòd in mei Codicis vendicatione mihi esset rationabiliter præferendus: vt C. de quadrin. præscript. in l. benè à Zenone. Subiungebat & aliud, quod primogenituræ ius est priuilegium personale, nec potest ad hæredem transmitti: vt ff. de regu. iur. l. licèt in omnib. quamuis fallat. C. qui po. in pignor.
10 ha. l. assiduis. §. fin. † Præterea non obstat verbum iudicamus, quia necessitatem non importat. arg. C. de legi. & constit. l. digna. nec verbum declaramus. quia quæ declarat, nihil noui inducit. ff. de acquir. re. do. l. adeo. §. cùm quis. & ff. si ser. vend. l. sicut. §. sed si quæritur. & his breuiter fuit contentus. Allegauit secundo pro eadem parte Dominus R. Planterij legū Doctor. in Romana curia aduocatus, & primo sic: filius quo ad auum nepos, locum patris non repręsentat: quod ostenditur, quia si aliquis habens filium, & ex eo nepotem, filium exhæreder, & extraneum sub conditione instituat: si pendente conditione post mortem eius, de cuius hæreditate agitur, moriatur filius, nepos volens rumpere testamentū, quasi præ-

teritus, nõ auditur: quòd esset si patris sui personam
repręsentaret, aut locum. ff. de iniu. rup. & irri. testa.
si quis filio exhæredato. in princip. allegabat etiam,
quod vni pater filio substituit, si viuo patre filius prę-
decedat apud hostes, substituit filio, ex substitutionis
viribus non succedunt: vt ff. de vulga. & pup. sub. l.
lex Cornelia. sic in casu proposito, vbi dictus Domi-
nus H. viuo dicto T. quondam comite patre suo de-
cessit, primogenituræ ius ad eius filium non transit,
sicut nec in prælleg. l. lex Cornelia. ius defuncti filij
in vita patris ad substitutos successio pertinebat.
11 ¶ † Præterea, vbi libertus moritur superstite patro
ni filio, & nepote, filius in illo iure patronatus nepo-
tem excludit. ff. de bon. liber. l. si libertus. §. 1. sic & in
casu nostræ quæstionis, vbi de iure primogenituræ
tractatur, filius tempore mortis eius, de cuius hære-
ditate agitur, primogenitus maximè, nepotem ex-
cludit. Præterea regni constitutio in feudi successio-
ne facit ordinem, vt in eo succedant filij, & nepotes
sexus, & ætatis consideratione prębabita. Primo er-
gò secundum dictam considerationem admittentur
filij, & in eorum defectum secundum eandem consi-
derationem nepotes, vt est videre in eo, quia patrem,
& filium hęredes instituit: primo etenim pater, de-
inde in eius defectum videtur filius institutus: vt no.
ff. de liber. & posthum. l. Gallus. in princip. Præterea
12 vbicunq; cessat ratio legis, cessat lex ipsa. † Constat
enim, quod secundum antiquam legem ante consti-
tutionem regni non erat ætatis differentia in feudo-
rum successionibus introducta, sed sexus tantum-
modo, vt in decima collatio. de natu. succes. feud. ca-
pitul. primo. & de gradu successi. in feud. capit. 1. §. fi-
lia. Ius tantum constitutionis considerauit causam
prælationis in successione feudi primogenituram. ex
quo ergò causa, seu ratio legis cessat, cessat & lex. vt ff.
de iurepa. l. adigere. §. quamuis. sed in personam dicti
comitis Thomæ nepotis cessat primogenitura: quia
Dominus Iacobus prædictus, quo ad eum, primoge-
nitus est, & ætate maior: ergò cessat in personam ipsi-
us nepotis ius prælationis in successione prędicta: vt
non ipse Domino Iacobo, sed eidem Dom. Iacob. prę-
13 feratur in successione præmissa. † Præterea vbi feu-
dũ alicui conceditur, & ipsius liberis masculini sexus,
& eis deficientib. fœminini sexus, si superstite tantũ
filia moriantur nati ex filio, alij à dicti feudi prędicto
modo concessi successione eam repellunt: vt in 10.
collat. de eo, qui sibi, & hęredib. suis masculis, & fœ-
minis inuesti. accepit. c. 1. circa prin. sic in proposito,
licèt in filij masculi locum succederet: ratione tamen
defectus sui sexus à successione repellitur. sic in casu
quæstionis nostrę dictus comes T. ratione defectus
minoris ætatis suę, licèt ætate, & natu maiori succes-
serit, vincatur, & succumbat in successione præfato-
rum bonorum à dicto Domino Iacobo propter verba
constitutionis regni, quę prędict in feudorũ succes-
sione inter liberos ætate maiores. Cùm idem Domi-
nus Iacob. interdicti quondam comitis T. omnes li-
beros tempore suę mortis superstites ętate sit maior.
tangebat etiam vltra hoc, materiam possessorij, quod
facienda sit restitutio dicto Domino Iacobo præfa-
torum bonorum ad quæst. allegabat. C. de donat. in-
ter vir. & vxor. l. si maritus. asserens concludendo su-
per hoc fore satis per Dominum G. allegatum. Et his
14 breuiter fuit contentus. ¶ † Allegauit tertiò in
eadem parte Domin. R. Rausulus. Et primo sic, Regni
constitutio sępè statuit, quòd primogenitus secundo
genito prędict, nullam de primogenita filia in iu-
re prędationis faciens mentionem. Et tunc arguebat
sic. Casus non expressus à lege, testatore, vel contrahẽ-
tibus pro omisso habetur: ff. sol. mat. l. si dos. de lib. &
post. l. commodissimè. cùm ergò casus iste non sit ex-
pressus, & habeatur propterea pro omisso, non succe-
det nepos ratione primogenituræ, seu maioris ætatis,
Sed Dominus Iacob. qui tempore mortis eius quon-
dam dicti comitis T. inter eius masculi sexus liberos,
de cuius bonis agitur, inuenitur maior ætate. Acce-
dit etiam ad prędmissa, quia si legislator aliud de pri-
mogenito filio voluisset, expressisset. C. de cadu. toll.
l. fi. §. finautem ad deficientes. ibi, nam si contrarium,
&c. Prędterea iura corrigentia, & odiosa sunt restringẽ
da, & non amplianda, nisi in casu, in quo loquuntur
expressè: vt ff. de liber. & posth. l. cùm quidam. Cùm
ergò constitutio de primogenito filio non loquatur,
quæ in commune corrigens est, & odiosa: quia natu-
rę differentiam introducens contra l. maximum vi-
tium. C. de lib. prędter. vel exhęre. de solo filio primo-
genito intelligenda est, nõ de primogeniti filio. Cùm
igitur dictus Dominus Iacob. sit primogenitus tem-
pore mortis dicti comitis T. de cuius bonis agitur, ex
cludit dictum nepotem, licèt sit primogenitus filius,
cùm ad eum prędmissa ratione se dicta constitutio non
extendat. Prędterea vbi primogenitus filius ex aliqua
15 ratione inhabilitatis, vel maculę à successione impe-
ditur, nec eius filius ad successionem admittitur: vt
C. de quęstione. l. diuo Marco. quia quod obstat pa-
tri, obstat & filio: vt ff. de re. iu. l. in his. §. non de-
beo. & l. aliud. §. fin. tunc arguitur. paria sunt inhabi-
lem esse, & nullo modo esse: vt ff. quod cuiusque vni-
no. l. 1. §. fin. Sicut ergò, vbi esset inhabilis filius, ex
eo nepos à successione repellitur, ita & cùm primo-
genitus tempore mortis eius, de cuius hæreditate
agitur, non est in rerum natura, nepos ex eo repel-
16 litur à successione prędicta. † Prędterea maius ius
habet feudatarius in feudo, quàm Dominus, à quo
feudum tenetur: quia feudatarius habet vtile domi-
nium: vt ff. si ager vectig. l. final. & nota. ff. de rei
vendi. in Gloss. rubricæ. Dominus autem feudi ha-
bet tantum directum dominium: vt in prælleggati-
17 ibus. † Sed constat, quòd qui habet vtile actio-
nem, prędfertur habenti directam: vt ff. de procurat.
l. in causę. §. fina. & de superfi. l. prima. in princ. tunc
arguitur sic: habens maius ius, vt feudatarius non po
test de feudo disponere sine Domini licentia: vt in 10.
collatio. de prohib. feud. alien. per Fede. cap. impe-
rialis. & pro hoc, quia Dominus feudum, quod alius
tenet, eo viuente non potest alij iure concedere, nisi
illo consentiente: vt in 10. collat. qui successf. teneant.
capi. si quis inuestitus. §. nam si quis. ergò nec domi-
nus Rex potuit dictum priuilegium sine consensu di-
18 cti quondam comit. T. concedere. ¶ † Prędterea
quandocunque aliquis ex aliquo facto rangitur, vo-
candus est, vt consentiat, & nisi de eius consensu fiat,
non valet: vt C. de pact. l. fi. Cùm ergò in concessio-
ne dictorum priuilegiorum, & prędcipuè Regis Ro-
berti vocatus non fuerit dictus comes T. nec prælа-
tus Dominus Iacobus priuilegia ipsa de iure non va-
lent. Prędterea quando causa adijcitur, aut adijcitur
à contrahente, aut à testante, aut à lege, aut à prin-
cipe. Si à testante, vel à contrahente, tunc causa prę-
sumitur impulsiua: vt ff. de don. l. 3. §. fina. de con-
dit. & demonstr. l. cùm tale. §. falsa. Et quia hæc duo
membra non faciunt ad propositum, ipse omittebat
ea. Si verò à lege vel principe, causa finalis prædumi-
tur, & ea cessante, cessat effectus: ad quod adducebat
ff. de iu. pa. l. adigere. §. quamuis. licèt melius facit
ad causam adiectam à principe. C. de do. inter Regem,
& vxor. l. fin. aliter est sub Rubr. de do. inter Regem,
& Reginam. l. prima. cùm ergò causa adiecta in priui-
legio Domini Regis Roberti cesset: illa videlicet dicti
quondam Domin. H. liberi eius gradum adingredi-
untur, vt

untur, vt in dictis literis continetur, quæ causa cessat, vt non vera: quia prædictus Dominus H. quondam præfato quondam comiti T. in primo gradu attinebat, & eidem eius liberi in secundo, ergò quasi cesset dicta causa, dictum priuilegiũ vitiatur. † Præterea quandocunque duo rescripta conceduntur, vnum prius, & aliud posterius, nisi secundum de primo faciat mentionem, non valet secundum. extra de rescript. capi. 1. sed cùm primum dictum rescriptum Domini Regis Roberti mentionem non faciat de dictis duabus clausulis annexis in priuilegio prefati domini Regis Caroli secundi, illis videlicet, successionis ordine seruato, & iure cuiuslibet semper saluo. ergò non valet priuilegium Dom. regis Roberti prædicti. Præterea licèt in dicto priuilegio præfati Domi. regis Roberti apponantur illa duo verba, iudicamus, & declaramus, de natura dicti verbi iudicamus, non est, vt necessitatem imponat: vt in præallegat. l. digna vox. 20 † Nec verbum declaramus nouum ius tribuit regulariter, licèt interdum tribuat: vt in l. lege. ff. de verb. signifi. sed illud, quod est, seu competit, manifestat, vt in præalle. l. sicut. ff. si serui. vendi. §. sed si quæritur. & dereiuend. l. ex diuerso. Præterea ius, quod non competit, non transmittitur ad hęredes, etiam liberos. C. de cad. toll. l. vnica. §. pro secundo. Sed cùm dicta successio non competeret præfato quondam Domi. H. tempore mortis suæ: ergò successionem iure primogenituræ ad filios non transmisit. & sic fecit finem 21 Dominus R. ¶ † In contrarium verò pro parte Thomasij nepotis Domi. Ioann. de Lauduno iuris ciuilis professor dicti nepotis circa præmissam defensionem assumens, allegata primò per partẽ contrariam enervans eiusdem nepotis intentionem subscriptis legibus, & rationibus comprobauit. Et primò circa restitutionem possessionis, quæ petebatur fieri eidem Domi. Ia. quasi per violentiam de ea iniustè deiecto, prout dictus Domin. G. allegabat: Respondit dupliciter: vno modo per distinctionem. dicebat enim quod magna differentia est. Nunquid violẽtia fiat à iudice, vel à priuato. Nam si à iudice, qui non cognitione habita, sed extra ordinem bona alicui fecit auferri, & ea, ad quem de iure pertinebant, seu cui dicebantur pertinere, tradi, vel solui, nunquam eorum restitutio, seu reuocatio peti, vel fieri potest: vt ff. quod me. cau. l. fi. §. vltimo. & clarius not. 7. quæsti. 1. §. illud autem. in gloss. arg. quod si concedo in fi. gloss. Et posito quod ita fuerit in causa præsentis quæstionis. Nam Dominus noster dux Calabriæ Domini Regis Roberti primogenitus, & vicarius generalis, vt per partem aduersam ponitur, mandauit Domino Iac. vt dictorum comitatus, baroniarum, & aliorum bonorum feudalium præfatorum possessionem duobus suis nuncijs assignaret, quæ de facto procuratoribus dicti comitis Thomasij nepotis, veluti notoriè, & manifestè potiora habentis in successione præfata, tradi, & assignari mandauit, & fecit prædictorum bonorum feudalium possessionem dari. Vnde non est facienda restitutio ratione præmissa: quia ad eum dicti comitatus, baroniæ, & bona peruenerunt, ad quem de iure pertinebant, vt ex infra dicendis apparebit. bene facta fieret, esset possessionis restitutio facienda, nec retardanda esset prætextu exceptionis proprietatis obiectæ, etiamsi vellet de proprietatis iure immediatè docere. Et ita intelligitur, quod not. ff. de vi & vi armata. l. 1. & eodem tit. l. 3. §. fina. C. loca. & conducto. l. si quis conductionis. ff. de doli exce. l. dolo. licèt glos. contrarium notet, quę gloss. consueuit interdum reprobari. ff. de iudic. l. si de vi. Soluebat & aliter præmissa. Nam aut exceptio proprietatis est notoria, & manifesta, sicut est pro dicto comite Thomasio nepote, tum ex iure communi, tum declarationibus regijs: vt ex infra dicendis patebit: & tunc impeditur possessionis restitutio, nec fieri debet ratione præmissa. Hoc probatur per Innocen. extra de filijs presbyt. cap. veniens. vbi autem exceptio exigeret probationem, & examinationem altam, ante omnia facienda esset restitutio spoliato, & sic intelliguntur iura in contrarium allegata. Tunc ostendebatur, quod præmissis allegationibus non obstantibus dictus comes Thomasius nepos iure communi debet in præfatis comitatu, & baronijs, ac bonis alijs succedere T. quõdam comiti memorato, non obstante quod est minor ætate d. Domin. Iacob. filius enim cum patre sic censetur eadem esse persona, vt vbi vnus stat, vel est, alter stare, vel esse videatur: vt C. de agri. & censi. l. cùm satis. libr. 11. & vnius vox alterius esse censetur. vt insti. de inutil. stip. §. ei qui. Et propterea non considerato dicto comite Thom. vt defectiuo ratione ętatis, sed vt patre eius primogenito, & ad dictam successionem habili in successione ipsa dicto Dom. Iac. præferatur, quod pulchrè monstratur, si emancipatus emancipato de iure communi, non confert suo, conferre tenetur de iure. suppone ergò, quod emancipatus ad successionem veniens cum fratre in potestate constituto, & cum alijs filijs alterius fratris defuncti in potestate similiter constituti, quorum filiorum vnus in 23 potestate, & alius emancipatus erat. † Quæritur, nunquid dictus emancipatus huic etiam emancipato nepoti suo conferat? Iex dicit, quod sic, non considerato defectu emancipationis, qui est in ipso nepote, sed considerato, quod patris sui constituti in potestate personam repræsentat, cuius gratia sibi confertur: vt hæc probantur. ff. de coll. bo. l. 1. §. portiones, & eo. ti. l. si nepotes. ff. de coniungen. cum eman. lib. l. 1. §. si filius. circa fin. cum sim. ¶ Præterea ad idem arguit, quod dictus comes nepos admittatur ad dictam successionem non ex persona sua, sed primogeniti patris sui. Vbi enim ad successionem defuncti fratris concurrunt fratres vterini, & consanguinei ex vna parte, & consanguinei tantum vel vterini tantum ex alia: consanguinei, & vterini consanguineis tantum, vel vterinis tantum præferuntur: vt C. communia de success. Authent. itaq;. & C. de leg. hæred. Auth. post fratres ex vtroq; parente. in Auth. de consang. & vteri. frat. in princip. cum simil. Modò pone, quod quidam habens fratrem consanguineum tantùm, vel vterinum tantùm, & nepotes ex defuncto fratre consanguineo, & vterino abintestato fine libe- 24 ris est defunctus. † Quæritur, quis admittatur ad defuncti successionem? si consideremus defuncti fratris consanguinei, & vterini liberos, vel seipsos, cum nec consanguinei sint, nec vterini defuncto, de cuius successione agitur, non excludent consanguineum tantùm, vel vterinum tantùm ei, de cuius hæreditate agitur, sed propter omnimodam repræsentationem personæ patris paternum ius obtinent, & dictũ consanguineum tantùm, vel vterinum tantùm excludũt rationabiliter, & de iure, vt in Authent. de hære. quæ abintest. deferun. §. si igitur defunctus. colla. 9. & per hoc tolluntur omnia contraria, per quæ dicebatur, quod ex verbis dictæ constitutionis dictus comes Thomasius nepos ætate minor excludebatur à Domino Iacobo ætate maiore, cùm non ex persona sua ad dictam successionem veniat, sed ex persona dicti pri- 25 mogeniti patris sui. ¶ † Et ad hoc facit etiam pulchrum argumentum, vbi sponsus sponsæ alienum dabat annulum: quæ donatio tenebat, si demum matrimonio durante, in loco dicti annuli alieni, proprium dona-

um donauit annulum vxori: licèt de se non teneat: quia inter virum & vxorem sit interdicta donatio: tamen quia in locum non prohibitæ donationis donationem de se fecit prohibitam, tenet hęc donatio propter repręsentationem: vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. si denotante. §. si sponsus. cum toto illo generali, quòd ille, qui in loco alterius ponitur, eum in cuius loco ponitur, per omnia repręsentat: vt ff. quod cuiusque vni. nom. l. item eorum. §. si decuriones. C. de iudi. l. apertissimi. cum simi. Ad corroborandum
26 prædicta satis benè facit. C. de natu. lib. l. fin. † Præterea ius istud primogenituræ æquiparo iuri accrescendi: sed video, quod ius accrescendi etiam nondum competens, quia cohærede viuente, si cohæres decesserit, sibi cohærede superstite, ad hæredes suos ius accrescendi transmittit: vt ff. de suis, & legi. hæred. l. si pluribus. Idem etiam in iure deliberandi: vt C. de iure delib. l. cum antiquioribus. in principio.
27 † Nec obstat, quod dicebatur, quod nõ delatum, nec quæsitum ius non transmittitur. C. de caduc. toll. l. vnica. §. pro secundo. quia loquitur in his, quæ non erant debita, nec quasi, & poterant simplici voluntate eius, de cuius hæreditate agebatur, tolli, cum ambulatoria sit vltima voluntas vsque ad extremum vitæ exitum: vt ff. de donatio. inter vir. & vxor. l. cùm hic status. §. ait oratio. de leg. 3. l. si quis in princip. testam. & l. 3. & l. ex parte. ff. de adi. & transfer. leg. l. 1. cum fin. suis. Hoc autem ius primogenituræ, sic est primogenito debitum ex beneficio dictæ constitutionis, quod & si patris hæres non sit, habet nihilominus feudum iure primogenituræ. argum. bonum ff. de oper. lib. l. si operatum actum. ff. de verborum oblig. l. lege quod cunq;. §. si quis ita. Et pro hoc non ob. prędalleg. l. vnica. C. de his, qui ante aper. tabu. & determinatio quæstionis notatæ ibi in Gloss. Ad quod posset responderi, maximè ad dictam quęstionem per gl. not. cui congruit. ff. de vulg. & pup. sub. l. qui liberis. §. hæc verba. & tod. tit. l. sed si plures. in princ. cum simil. Nam est differentia, nunquid aliquid debeatur conditionaliter in spe alicui ex vltima voluntate, an ex contractu, seu prouisione principis. Nam vbi debetur ex vltimâ voluntate, ante conditionis euentum moriente eo, cui debetur, non transmittit. ff. de leg. 1. l. si ita legatum. §. illi si volet. Et ita loquuntur iura in contrarium allegata, quæ omnia loquũtur de successione non transmittenda. Nam quælibet substitutio ex testamento competens, conditionalis est institutio: vt prædalleg. l. quæ liberis. §. fina. & propterea
28 non transit ad hęredem. † Vbi autem ex contractu aliquid sub conditione debetur, etiam ante conditionis euentum moriens, cui debetur, ad hæredes transmittit: vt in stit. de verbor. obligati. §. ex conditionali. ff. de actio. & oblig. l. is cui. Idem vbi habetur aliquod ius conditionale ex beneficio legis, vel principis. Nam maius ius quæritur: vt in l. beneficium. ff. de consti. princ. Et non parificatur factum legis facto contrahentium: vt in l. fin. C. de fideiuss. & quod plus est, nõ vt hęreditatem primogenitus habet feudum, sed ex beneficio constitutionis, quæ ipsum alijs præfert, & formæ concessionis, seu donationis, vel infeudationis Regis, per quam feudum conceditur alicui comiti, vel baroni, & primogenito suo, & sic ex facto istius concessionis, seu donationis, quę donatio contractus dicitur: vt ff. quod me. cau. l. si donationis. & de prescrip. 30. ann. l. si quis empt. cum simi. Et quod ex dicta forma concessionis primogenito ius quæratur, probatur. ff. de lib. & posthum. l. Gallus. in princ. Gloss. quæ incipit, id est, non dicit illa verba. & argu. bon. C. de do. quæ sub modo. l. quoties. in fi. ver. sed cum. & quod ibi not. si benè attendatur. † Nec obst. quod dicebatur per partem aduersam, quia ius primogenituræ erat ius personale, & propter ea non transmittebatur: vt in prælleg. l. in omnibus. Nam priuilegia personalia transeunt in filios hęredes: vt ff. sol. mat. l. etiam. C. de promiss. do. l. 1. ff. de reg. iur. l. sciendum. imò quod fortius est, priuilegium quantumcunque merè personale, transit ad filium. C. de excu. mu. l. sordidorum. lib. 10. & ibi not. l. autem, in omnibus. de hæredibus extraneis, & non filio loquitur, vt ibi not. Non obstat, quod dicebatur in contrarium contra dicta priuilegia: & primò contra priuilegia Domini Regis Caroli secundi, scilicet quod aut fuit concessum per obreptionẽ, aut per ignorantiam Regis, &c. quia non per obreptitionem dicti quondam dum veritatem. Nec ad petitionem dicti quondam domini primogeniti, sed præfati quondam T. comitis: nec per errorem, quia eius dispositio in dicto priuilegio erat consona iuri, quò ad dictum Dominum H. & eius hæredes. immò etsi errasset, quod negatur omninò, forsitan non obesset. Nam error principis facit ius: vt ff. de sup. leg. l. 3. §. fi. Nec mirum, quia propter principem, & super facto fingitur: vt not. C. de testamen. l. omnium. cuius contrarium, est ius commune. ff. qui ex cau. maior. l. denique. ff. de capti. &
29 postlim. reuer. l. in bello. §. factæ. † Nec obst. quod dicebatur contra priuilegium do. Regis Roberti, videlicet quod causa contenta in declaratione priuilegij, illa scilicet cum parentis gradum adingrediantur liberi, & personam ordine successorio repræsentent, &c. Non fit vera, seu non subsistat, cum dictus comes T. nepos fit in tertio gradu, & dictus quondam Dom. H. dicit nepotis pater dicti quondam comitis T. primogenitus filius attinebat in gradu secundo: vnde quasi propter cessationem dictæ causæ cessat, & non valet dicta declaratio regia: nam falua gratia dicentis, varitatem non habet. nam casus est. l. & litera manifesta, quod filius gradum patris, & locum ingreditur: vt in Authen. vt fratrum filij. in princ. col. 9. Non obst. quod de publica vtilitate dicitur, quod non posset propter eam alij ius tollere, quia quod hoc posset, dicunt dictæ leges. item si verberatum. & l. Lucius. nec de delicto eius, cui tollitur. l. facit mentionem, necesse verum, quod nõ possit tolli propter publicam vtilitatem, vt patet C. commu. de leg. Auth. res, quæ subiacẽt. ff. de reli. & sum. fu. l. si quis sepulchrum. & ff. si ser. vendi. l. certum. & l. si locus. §. fi. & licet posset dici, quanquam per partem alteram non diceretur, quod in dictis legib. item si verberatum. & l. Lucius. modico dato ibi illud fuit factum, quod fieri potuit, quasi secus, vbi nihil. arg. l. venditor. §. si confiet. ff. commu. prędio. tamen satis apparet, quod nedũ modicum, immò multum datum fuit, propterea quia licentia regia dimittendi feuda nouiter acquisita inter liberos secundò genitos fieri non poterat constitutionis iure prædicto. Nec obst. quod dicebatur de dicta l. digna vox. de verbo, iudicamus. Nam ibi ideirco necessitatem non inducit, quia pari ditigitur, cui imperari non potest: vt ff. de arbitr. l. nam & magistratus. ff. ad Trebellia. l. ille, à quo. §. tempestiuum. vbi autem ad eum, cui mandari potest, dicta verba diriguntur, necessitatem inducit, vt est videre. ff. de legat. 2. l. peto. & eodem titul. l. cum pater. §. rogo. & l. cum quidam. cum fim. Nec obst. l. si quis exhæredauit, & nepotem prę to. quia auus, qui filium exhęredauit, & nepotem prę terijt, mortuus fuit superstite filio exhæredato, & ideo præterito, & nepotem præcedebat filius, & id-
30 circò nepotem non erat necesse exhæredare. † Non obst. l. Cornelia. ff. de vulg. & pub. subst. in contrarium allegata, quia ibi fuit præmortuus filius patri, & propterea substituti filio capto ab hostibus non admittun-

mittuntur, quia filius mortuus est apud hostes, qui in ciuitate nulla bona reliquit, & propterea non habet heredes, vt ibidem litera dicit, cum eo iure filius in potestate non haberet hæredem, sed omnia peculij patris occuparet: vt ff. de Castren. pec. l. 2. † Nec obst. l. si libertus. ff. de bo. libe. in contrarium alleg. quia de successione libertorũ loquimur in casu, quo nepos cum patruo non succedit, secus in successione ingenuorum: vt in authen. de hær. quæ ab intest. §. 1. col. 9. & ita soluit glo. contrarium de dicta l. si liberos. quam signat pro contraria. C. si in fraudem patro. l. 2. nec obst. quod dicitur. ff. de legi. tuto. l. 3. §. 2. vbi nepos à patruo excluditur, quia ibi de tutela loquitur, quæ nedum in spe competens, sed neque in re transmittitur, sicut prælaturæ, & administrationes, seu commissiones certæ: vt not. ff. de tute. l. tutela plerunq. vel solue, vt modò proximè dicebatur. nec obst. c. 1. 10. coll. de eo, qui sibi, vel hæredibus suis, &c. quia in concessione feudi dicebatur expressè, quod ita demum admitterentur fœminæ ad successionem feudi, si masculi omnes deficerent. Masculi autem ibi supererant, & propterea repellebantur fœminæ, licet ex masculis natæ essent, non obstat, quod constitutio nominando filios, & nepotes, videatur succedendi ordinem fecisse, vt primò filij maiores natu, & eis deficientibus nepotes maiores natu admitterentur ad successionem feudi, nec similiter obstat, quod dicebatur ex aduerso, quod in dicto nepote cessaret ratio constitutionis maioritatis ætatis, & propterea debet quoque cessare in eo beneficium constitutionis ipsius, vt in præallegat. l. adigere. §. quamuis. ¶ † Nam ad ista omnia breuiter respondetur, quod dictus nepos non ex persona sua, sed ex persona primogeniti patris sui, cuius personam repræsentat, admittitur, non obstantibus suæ personæ defectibus: vt suprà satis clarè probatum est, & maximè per l. 1. §. si filius. ff. de coniugen. cum emanci. liber. superius allegata. in quo primogenito ipsius nepotis genitore cessante prædicta in contrarium allegata. ¶ † Nec obstat, quod dicebatur de casu non expresso, quia pro omisso debet haberi. Nam verum est, nisi omissus sit similis expresso: vt ff. de do. ob cau. l. si extraneus. & not. in præallega. l. si cùm dotem. in princip. in magna gloss. casus enim primogeniti in persona dicti Comitis Thomatij nepotis, vt iam probatum est, vel potest dici, quod quasi in idem redit, quòd dictus nepos non ex persona sua, sed dicti primogeniti patris sui dictum dominum Iacobum excludit à succcessione prædicta, de quo genitore ipsius nepotis casus exprimitur in constitutione præmissa. Et eodem modo respondetur ad aliud, quod dicebatur, quod dicta constitutio odiosa non extenditur ad primogenitum filium, quia non per viam extensionis, sed interpretationis omnimodæ, quasi repræsentationis patris in filium, ad prædictam successionem admittitur nepos suprædictus: licet enim in odiosis sit prohibita interpretatio, vt patet in legum constitutionibus. ff. ad municip. l. & de interpretatione, verum est expressa, sed non declaratiua, ff. de mun. & hono. l. vt gradatim. §. & si leges. & de verborum obligat. l. quicquid. non obstat, quod dicebatur, quod vbi pater est inhabilis, filius repelleretur, & vbi nullo modo est pater primogenitus, ipsius filius repellitur per parificationem. l. 1. §. fin. quod cuiusque vniuer. no. quia illud non est de se verum, vt patet C. de lib. & eorum liber. l. 2. ff. de senat. l. emancipatum. & ibi not. ff. de interdic. & rele. l. 3. in princip. Prædicta autem vera essent, vbi patri inhabili per filium forsitan aliquid quæreretur, cuius contrarium statuitur, vbi nihil patri quæritur: vt ff. de re. diui. l. diui fratres. & ibi gloss. not. & ff. de bon. lib. l. quæritur. quod dictum argumentum inhabilitatis patris, quod inhabilitet filium, habet locum in natis post inhabilitatem: vt not. in d. l. in contrarium allegata. C. de fal. l. diuo Marco. & alijs prædictis iuribus. Attamen dictus Comes T. natus fuit ante mortem quòndam H.

34 † Nec obstat, quod in præfatis priuilegijs dicti quondam T. Comitis consensus debuit interuenire, vt per partem alteram allegatur, quia quod dicitur. ff. de pactis. l. fin. in contrarium allega. in pacto loquitur, secus in stipulatione, vt ibidem not. ¶ Sed respondeo ad l. quę magis ad propositum facit, licet per partem alteram non fuerit allegata: ff. de adopt. l. item diuus. cum eo, quod ibi not. Dico enim, quod ibi loquitur, quando per rescriptum cõfirmatur, quod iure non tenuit. Vbi autem priuilegium iuri communi congruit nõ est necesse, quod partes vocentur, seu consentiant, quia non tanguntur: dicta autem priuilegia, & maximè priuilegium dom. Regis Roberti iuri communi congruunt, vt superius est probatum. Et per hoc etiam respondetur ad aliud, q̃ dicebat, quod maius ius habet feudatarius, quã domin. feudi, quia feudatarius habet vtile dominiũ, quod præfertur directo, & tamẽ non potest sine consensu superioris domini: ergo nec superior dominus sine cõsensu feudatarij, quia illud verũ est, vbi de generando præiudicio agitur, videlicet de habẽdo nouo feudatario, ad quod quis compelli nõ potest inuitus. ar. eius, q̃ dicitur. C. de noua. l. 1. & ar. ff. pro soc. l. qui admittitur. in casu autẽ nostro priuilegia sunt secundũ iura cõmunia, vt dictum est suprà. quinimò & vbi esset rescriptũ, quod interpretaretur casum dubiũ, si cõditionaliter interpretationẽ faceret, deberet parte pręsente fieri: vt C. de leg. & const. l. fi. vbi autẽ non conditionaliter, vt in casu nostræ quæst. etiã absente parte concedi potest: facit tamen ius inter eas personas tantũ, quib. priuilegium est cõcessum: vt pulchrè no. in gl. C. de leg. l. 2.

35 in gl. quæ incipit: Imò statim. † Non ob. quod secundum rescriptũ debet de primo facere mentionẽ extra de rescri. c. 1. hoc enim fatuũ est dicere, cùm in secundo priuilegio, quod fecit Rex Robertus, nedũ de primo mentionẽ faciat, sed de verbo ad verbũ in ipso includitur. vbi ergo totũ includitur, de qualibet eius parte fit mẽtio: vt ff. de leg. 3. l. si chorus. in prin. & sic

c d. Io. finem posuit dictis suis. c Allegauit secundò pro parte nepotis pater legum, & qui ad iurium medullam pertingit, dom. Old. de Ponte de Laude, quæstionis sic materiam tangendo. Considerauit enim primò circa ius primogenituræ legem diuinam, & ius naturæ, demum iura communia ciuilia, & post hæc regalia priuilegia probauit asserens non debere dici priuilegia, sed declaratiua ius commune, cùm sint inquantum ius dicti quondam do. H. tangitur, magis communi iure, quàm speciali, & gratioso fundata. Et primo iure diuino dicebat primogenitũ in indiuisibilibus ac comitatib. & regnis secundò genitis de iure legis Mosaicę debere pręferri. Nam in Gen. vt legitur, Iacob abstulit ius primogenituræ Esau, Isaac communi eorum patre viuente. Vnde dicit Esau de Iacob: Primogenita ante me tulit. Et propterea percipitur, & clarè monstratur, quod quia viuente patre competunt, ea cedere, vendere, donare, & in alium transferre potest filius primogenitus, vt 7. quæst. 1. c. quàm periculosum. Et not. de hoc plenè per Host. extra de voto, & voti redem. cap. licet. ex quo concludebat, quod si vendere, donare, & cedere ius primogenituræ diuina lege permittitur: ergo satis constat, quod

ad hęredem transmittitur, maximè filium. argum. ff. de acquir. rer. dom. l. quædam. nec odiosum ius esse censetur. Considerabat etiam ius naturæ, ad quod deueniebat hoc modo assignando rationem, quare pater plus diligit filium, quàm filius diligit patrem, & adiecit rationem esse naturę, quia pater in filio partem sui retinet, seu habet: tunc arguit sic ex modico falsitatis tota oratio falsa redditur, vt de reb. dub. l. si is, qui ducenta. §. vtrum. quanquam enim d. H. dicti Comitis T. pater mortuus sit, cùm eiusdē do. H. pars in eodē T. Comite eius filio perseuerat, nec potest videri, vel dici mortuus, cùm eius pars viuat, nec adimi potest exinde dic. do. Iac. succedendi ratio in prędmissis. ar. ff. de vsufr. l. si cui vsufructus insulæ. & de contrah. emp. & ven. l. domum. §. si verò quantacunque. Tangebat demum iura communia hoc modo, quod iuris est de toto, quo ad totum, idem de parte, quo ad
35 partem, & econtra. ff. de rei ven. l. quæ de tota. † Sed constat, quod vbi tractatur de admittēdis ad partem in successione, cùm patruus patris personam repræsentat, non in capita, sed in stirpem ex persona patris succedunt: vt in præalleg. authen. cessante. & auth. post fratres. & in authen. de hære. quæ ab intesta. deferun. §. 1. ergo veluti patris personam repręsentantes. vbi de iure prælationis in totum ratione primogenituræ agitur, patruum in totum excludunt, sicut eius pater primogenitus eum patruum iure foret
36 primogenituræ indubitabiliter excluſurus. ¶ † Prętera tangebat materiam successionis dicti Comitis T. nepotis indagando, nunquid ad successionē prædictam veniat ex persona sua, an primogeniti patris sui? quod indubitabile reputabat, dicens, quod non ex persona sua, sed sui patris primogeniti debet admitti. Et ad hæc adducebat. ff. de colla. bo. l. dedit dotem auus. & eod. tit. l. si nepotes. & ff. de hære. instit. l. sed si in conditione. §. nepotes. In quibus dicitur, quod auus propter filij personam debet nepti dotem dare, sicut & filiæ, cùm filiæ personam repręsentat. & in dicta l. si nepotes. dicitur, quod nepotibus confertur, sicut fratri, quasi omnes aui essent, scilicet, pater eorum, ex quo percipitur, quod ex persona patris non eorum veniunt, ad quod facit ff. de re mil. l. milites agrum. nam tanta est filij, & patris identitas, quod à patre in filium videtur esse quasi quædam continuatio dominij, & etiam viuo patre videntur filij quodammodo domini rerum, & iurium paternorum, imò nec distinguitur pater à filio, nisi nota, per quam distinguitur genitor ab eo, qui est genitus: vt ff. de liber. & posthum. l. in suis. & venit hic nepos ad ius, quod nondum erat patri quæsitum in actu, sed solum in habitu, sicut de querela inofficiosi testamenti, quæ nascitur in additione hæreditatis: vt ff. de inoffic. test. l. Papinianus. §. si conditioni. & tamen filius exhæredatus decedens ante aditam hæreditatem transmittit eam ad filium suum, licet nondum natam, nec præparatam: vt C. de inoffic. testa. l. si filium. §. si quis filium. ante filij obitum spes querelæ sibi orta erat, quia pater filij exhæredati testatoris erat defunctus, & pendebat terminus hæredi instituto ad hæreditatem adeundam statutus à iure ex morte testatoris: vt in l. sancimus. in fin. C. de inoffic. test. ideò spes illa orta filio, dicta pendente deliberatione legitima, transmittitur legis beneficio, & sic nil tunc habet in casu nostro de filio primogenito, qui in bonis patris eo viuente ius nullum habebat, nullamq; spem ortam de præsenti, quæ æstimari posset, & sic quod non habuit, transmittere non potuit. Arguebat vlterius, vbi pater vni ex filijs libertum assignauit, eodem filio mortuo (non distinguitur, quo tempore) superstitibus liberis, & ex alijs derelictis, fratres eius, cui facta est assignatio, nunquam ius habent in dicto liberto, quandiu is, cui facta est liberti assignatio, vel ex eo aliquis superuiuit: vt pater ff. de assign. liber. l. 3. §. fin. cum duabus ll. sequentib. Hic autem primogenito facta est assignatio, quæ non est minoris efficaciæ, quàm illa, quæ fit per homi-
37 nem: vt ff. de iure patr. l. si libertus minore. ¶ † Prętera dum dicebatur, quod ius competens ex beneficio legis non transeat ad hæredem, antequam defecerit realiter, ipse respondebat, quod non concedebat, & hoc pulchrè lege demonstrabat, is, qui in adopti. datur, habet quartam ex beneficio constitutionis diui Pij, seu leg. vt in l. si arrogator. ff. de adopt. modò quærit. l. nunquid filius in adoptionem, vel arrogationem datus, si naturalis patris bonorum possessionem petat, quartam sibi debitam cohæredibus conferat, licet eam in spe habeat, nec sit realiter assecutus, antequam ad ipsam quæstionem legislator respondeat, dicit, dictæ quartæ ius patre arrogante superstite ad hæredem transmittere arrogatum: vt ff. de collat. bo. l. i. §. si impuberi, sic in proposito, cùm ius primogenituræ ex constitutionis beneficio primogenito debeatur, viuente eo, de cuius primogenitura agitur, primogenitus moriens ad posteros hæredes ius primogenituræ transmittit, & propterea soluebat, quod dicebatur, non delatum, seu non quæsitum ius ad posteros non transmittitur, verum est, vbi speratur deferri ex voluntate testantis, cuius contraria voluntate tolli potest, & propterea non debitum, nec quasi censetur. vbi autem ex constitutionis beneficio ius debetur, cum voluntate eius, à quo debetur, tolli non possit, vt in feudo, quod est primogenito debitum, iustè dicitur, quod ad posteros transmittatur, quasi æs suum, & respectu testatoris alienum: vt ff. de inoffi. testamen.
38 l. Papinianus. §. si quis impuberes. ¶ † Respondebat, & aliter dicens, quod iura, quæ impediunt transmissionem mortuo aliquo, eo viuente, de cuius successione agitur, habent locum in his, quæ debentur alicui, vt hæredi, non autem in his, quæ debentur alicui, vt hæredi, sed vt filio. ff. de senat. l. emancipatum. §. vltimo. à contrario tamen sumpto argumento ibi, sed si post amiserit dignitatem ante conceptionem, &c. quasi diceret, secus si post conceptionem, & per hoc, quod ibi notatur de in ius vocand. l. adonem hæredi. argum. pro hoc. C. de Lati. liber. tol. l. le autem est hoc feudum, quod debetur filio etiam non hæredi. argum. pro hoc. C. de Lati. liber. tol. l. vnica. §. sed & si sub conditione. Et de proximi. sacrorum scriniorum. l. si quis in sacris. Dicebat enim constitutionem regni, inquantum loquitur de prærogatiua ætatis, & sexus, intelligi cæteris paribus. Hæc autem est prærogatiua prælationis ex persona patris, in cuius locum succedit. Vnde ex persona eius est potior: vt ff. qui potio. in pigno. habeantur. l. qui prior. §. si Titius. & quæ res pigno. vel hypothe. oblig. non possit. l. Aristo. Ex persona nempè patris sæpè quis inter competitores priuilegium prælationis sortitur: vt C. de aduoca. diuer. iudic. l. nemini filios. & lege petitionem. §. filij. vel l. iubemus. §. & si filius. Post hoc ad argumenta in contrarium respondebat ad illud, quod dicebatur, quod personalia beneficia debent cum persona finiri, vt in iam allegata l. in omnibus causis. circa quod ipse dicebat, quod audiuerat à magistro suo domino Dyno, quòd aut persona est causa immediata, & proxima beneficij personalis: Aut non est proxima, & immediata causa beneficij personalis, sed læsio, vel alia causa, vt in propositio ætas, seu primogenitura, ¶ Primo casu beneficium cum persona extinguitur. Et ita intelligitur l.

gitur l. in omnibus. & l. priuilegium. eod. tit. Vbi autem non est causa immediata, sed alia causa tunc cum persona non extinguitur, sed transit ad hæredem: vt in l. non solùm. ff. de mino. & eodem tit. l. minor. §. fin. & l. seq. & C. ad Velle. l. hæredes. cum ergo prædicti priuilegij non fuerit causa proxima, & immediata persona dicti quondam domini H. sed vt primogeniti, quod probatur exemplo: potest enim quis pietatis gratia geminam affectionem habere. Vnam communem, quam homo homini debet, cùm inter omnes homines natura quandam cognationem constituerit: vt ff. de iusti. & iur. l. vt vim. posit & aliam habere, quæ vocatur pietas, & hæc est inter patrem, & filium, & sic est gemina, quia homo, & quia pater: vt ff. de libe. hon. exhi. l. 2. §. sed cùm quis retineat. ad quod facit ff. de adopt. l. si pater. §. qui duos. & eodem tit. l. nec enim. §. eorum. cùm ergo priuilegij causa fit, non quia dominus H. sed quia primogenitus dicti quondam T. Comitis est, dictum primogenituræ priuilegium, quia non est propter 24
39 personam principaliter, sed propter causam primogenituræ, transit proculdubio ad hæredem. ¶ † Nec obstat, quod de possessorio dicebatur de restitutione possessionis faciendæ ratione violentiæ, non obstante obiectu exceptionis proprietatis, quia tunc illud verum est, quando proprietatis exceptio est probanda. Vbi autem est iam probata, tenet Innocent. quod exceptio proprietatis impediat restitutionem possessionis: vt est videre in muliere, quæ petebat se in possessionem matrimonij viro restitui, contra quam, si probata iam exceptio opponatur, obiectus exceptionis ipsius repellit mulierem prædictam: vt extra de diuor. c. significasti. sic in proposito, cùm sit dicti Comitis, & nepotis iam probata intentio circa proprietatem, tam iure diuino, quàm iure naturali, atque etiam iure communi ciuili, non est dictæ possessionis restitutio facienda, nec consentiebat dicta priuilegia regalia iura specialia continere, sed declarationem potius iurium communium in causa quæstionis nostræ, & his breuiter fuit contentus. ¶ Tertiò, & vltimò, pro hac parte allegauit dominus Armandus de Narcisio, auditor sacri Palatij, quod dictus nepos dicto domino Iac. debebat præferri, & hoc modo: Quod possunt contrahentes, potest lex. ff. de pact. l. non impossibile. sed constat, quod contrahentis conuentio hoc potest: vt in titu. de verbor. obligat. §. ex conditionali. sic in proposito, cùm ius primogenituræ ex
40 beneficio legis, seu constitutionis competat, illud ad posteros transmittitur. ¶ † Prætereà retenta prima æquiparatione, quod idem operetur prouisio l. quod hominis, arguit sic. Vbi ab homine sibi prouidetur, in dubio videtur sibi, & suis prouidere: vt ff. de probat. l. fin. & l. si pactum. ita hic, vbi à beneficio constitutionis, seu legis prouidetur sibi, & suis hæredib. videtur esse prouisum, & ad corroborationem præ-
dicti argumenti adducebat l. quam esse dicebat, quasi casum in terminis quæstionis præsentis, vbi patronus, qui ratione iuris patronatus in iudicio contra
41 libertum egit, licet decesserit, tamen transmittit & infrapatronatum, & iudicium ad filios, etiamsi hæredes non sint: vt ff. de ope. liber. l. si operarum a-
æquiparatione, vbi duobus manumittentibus operas, sicut fecisset pater: vt ff. de oper. liber. l. à duobus. & propterea legato prædio cum villico contubernali, eius & filij, & nepotes etiam intelliguntur legati. Nam filiorum appellatione omnes, qui ex nobis condescendunt, continentur, & propterea etiam nepotes: dulciori enim nomine non possumus nostros nepotes, quàm appellatione filij nominare: 42
vt ff. de verbor. significat. l. liberorum. ¶ † Prætereà quando alicuius rei deficientis supersunt reliquiæ, non vendicat sibi locum, qui foret ex iuris ordine aliàs successurus, vt est videre in materia tutelarum: nam deficiente testamentaria, legitima de iure succedit, & in defectu legitimæ datiua vendicat sibi locum, vbi autem datiuus testamento remouetur, vel si à tutela se excusat, quia supersunt reliquiæ, non succedit legitima tutela, sed locum sibi vendicat tutela datiua: vt ff. de testa. tute. l. si qui sub conditione. §. & si semel. adiuncto, quod not. C. de testa. tute. l. 1. vbi ratio assignatur in casu præmisso, illa, scilicet, quia remanserunt reliquiæ. Sic in proposito, cùm dicti domini quondam H. supersint reliquiæ, eò, quòd eius persona repræsentetur in dict. Comitem T. non vendicat sibi locum in successione præmissa domin. Iaco. memoratus. ¶ † Prætereà ex tenore priuilegij domini Regis Roberti apparet in dubio præmissæ quæstionis sententiatum, seu iudicatum. Cùm ergo dicta sententia in se errorem non habeat manifestum, nec fit contra constitutiones, aut leges, vt per præmissa superius est monstratum, nec fuerit appellatum ab ea, sed iam transiuerit in rem iudicatam, nõ est quodammodo, quod pro parte dicti domini Iaco. contra dictum priuilegium possit opponi, & pro hoc ff. quæ sent. sine app. re. l. 1. in princip. & C. quorum app. non re. l. 1. ff. de re iudic. l. cùm prolatam. ff. de tuto. & curat. datis ab his. l. Seiæ egressæ. cum fim. allegabat etiam dictum argumentum de assignatione liberorum, pro quo propter dictas leges in dicto argumento allegatas, allegabat legem assignare. ff. de assignan. liber. & sic fecit finem. Et ita pro ista parte sententiatum fuit per dictum dominum Regem Robertum, excluso à dicta successione dicto domino Iaco. in ciuitate Auinione. Cardinales, qui astabant eidem domino Regi, fuerunt dominus B. sanctæ Mariæ in Aquino. dom. Iac. Caietanus, sancti Theodori Diaconus, Cardi. prædictas autem allegationes recollegit prædictus domin. Ioan. de Lauduno, quas postea correxit dictus dominus Oldrad. de Laude. *d*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Allegationes. *Iunge quæ notantur suprà in consil. 94. col. 3. in fin. Vide Præpos. de feu. Mar. Duc. vel com. c. 1. col. 12. Vide not. suprà consil. 94.*

b ¶ De iure nouo. *Constitutionum nomen hoc loco vsurpatum fuisse priuilegio videtur, videlicet pro regijs illis literis D. Caroli, de quibus in princ. suprà.*

c ¶ Dictis suis. *No. Laudes Oldradi, & qualiter hoc consilium non est suum integrum. Hinc autem eius allegationes incipiunt.*

d ¶ De Laude. *Not. ex hoc fi. quomodo præsens consilium, cùm sit plurium Doctorum, tribuatur Oldrado, quia scilicet illud correxit. arg. l. 1. C. de vet. iu. enucl.*

De verborum significatione, & de sepulturis.

SVMMARIVM.

1 *Spoliantes funus contra cle. super cathedram de sepul. debent restituere, & perdunt quartam sibi debitam.*
Item licitum est fratribus habentibus liberam sepulturam intrare parochiam processionaliter cum cruce ad funus deferendum.

Item

Item de legatis relictis fratribus ab his, qui se eligunt in eorum monasterijs sepeliri, non debetur quarta.
Item de relictis fratribus particularibus non vt collegio non debetur quarta.
Item hoc cauetur ad longum de alijs vndecim quæstionibus circa cle. dudum. de sepul. cum pluribus numeris sequentibus.

10 *Item verbum (libera) denotat quandam prærogatiuam absolutam & dominium super actu, cui adijcitur.*

12 *Item verbum (liber) omnem conditionem & moram excludit, ideò consuetudo contradicens cle. dudum de sepul. vbi ponitur verbum (libera) non valet.*

CONSILIVM CCXXV.

2 GRAVAMINA, *a* quæ fratribus ordinum mendicantium inferuntur contra constitutionem, super cathedram, & priuilegia eis concessa, & iura communia. ¶ † Primò enim ex eo, quod licet in ipsa constitutione dicatur expressè, quod fratres dictorum ordinum liberam habeant sepulturam, & omnes ad eam recipere valeant, qui in eorum Ecclesijs, seu locis elegerint sepeliri, & in priuilegijs ipsis à sede Apostolica cõcessis expressè dicatur in hæc verba. Sepulturam quoq; in locis cœmiterijs, vel Ecclesijs vestris concedimus, & eam liberam esse censemus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nullus obsistat: Et dicta constitutio, super cathedrã, expressè casset omnes consuetudines, conuentiones, & pacta, quæ obuiarent huiusmodi fratrum liberæ sepulturæ: Ipsi tamen Prælati, Rectores, seu curati in pluribus locis non permittunt ipsos fratres ire liberè ad assumendum corpora defunctorum, qui apud eos elegerunt, dum viuerent, sepeliri, atq; de ipsorum domibus ad suas Ecclesias deferre, quinimò faciunt, & compellunt de facto ipsa corpora primitus ad ipsorum cathedrales, vel parochiales Ecclesias deferri, vbi aliquando faciunt missam solennem cantari, & populum, & fratres diutius expectare, & oblationes omnes recipiunt quandoque quartam canonicam excedentes, & etiam aliquando pannos, & lectos, qui supra funus sunt, & cum funere ibidem sunt delati, accipiunt, & sic corpus nudatum fratribus derelinquunt, & vltra extorquere nituntur à dictis fratribus de omnibus obuentionibus, quas postea suscipiunt, tam de funeralibus, quam de quibuscunque relictis, quartã partem. ¶ Secundò licet sedes Apostolica statuerit in hæc verba, Decernimus, vt omnes Ecclesiæ dictorum fratrum, vbi conuentus existunt, conuentuales vocentur, & inter honorabiles congregationes habeantur, & tam de iure, quàm etiam de consuetudine possint dicti fratres ire ad assumendũ corpora illorum, qui apud eos elegerint sepeliri, processionaliter, & cum cruce: tamen in nonnullis partibus Prælati, Rectores, seu curati prohibent dictis fratribus, ne vadant ad assumendum ipsa corpora processionaliter, & cum cruce. ¶ Tertiò, licet dicta decret. super cathedram, expressè innuat, quod de relictis fratribus per illos, qui apud eos elegerint sepeliri, quartam dare sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus teneantur fratres prædicti, idq; tam ex textu, quã ex gl. Ioan. And. ibidem posita, & Doctorum sententijs pateat manifestè, tamen de relictis etiam ipsis fratribus per illos, qui apud eos non sepeliuntur, Prælati, & Rectores quartam exigere moliuntur. Quartò, licet dicta decreta. super cathedram, expressè loquatur solùm de relictis fratribus, quibus competit ad sepulturam recipere, qui est actus nulli singulari conueniens, sed collegio: vnde tam ex verbis, quàm ex mente, & ratione dictæ decretalis patet, quod solum de relictis pro sepultura fratribus in communi, ad quos spectat ad sepulturam recipere, quarta debetur, ipsi tamen Prælati, Rectores, seu curati contra dictam decretalem, & Doctorum sententias nituntur quartam exigere de relictis bona fide, non pro sepultura, sed ratione parentelæ, vel amicitiæ, aut recepti beneficij cuiuslibet singularis fratris. Nec obstant dicti fratribus verba dictæ decretalis, vbi dicitur, de quibuscunque relictis ipsis fratribus, distinctè vel indistinctè, ad quoscunque certos & determinatos vsus, quia hæc verba res legatas, & modos legandi respiciunt, non autem personas legatariorum ampliant, vt per iura probatur, nec etiam obstat, quod dicti Prælati, & Rectores dicunt, quod relictum singulis fratribus acquiritur conuentui, quia non persona, id est, conuentus, qui fungitur vice eius, est causa, quare quarta debeatur. Sed causa est sepultura, vt patet ex tex. dictæ decretalis, & ideò dicta opinio non procedit. ¶ Quintò, licet dicta decret. super cathedram, expressè dicat de relictis, nec non datis, vel qualitercunque donatis in morte, seu mortis articulo in infirmitate donãtis, de qua decessit, & tam ex ipso tex. quàm ex glo. ibi posita, quæ incipit: In ægritudine, &c. expressè pateat, quod de relictis ante infirmitatem, de qua decessit, qui sepulturam elegit, quarta non debetur, ab ipsis tamen fratribus de ipsis quartam exigere moliuntur. ¶ † Sextò, licet dicta decreta. expressè 2 dicat, ne parochiani Ecclesiæ, & ipsorum curati, siue Rectores debitis beneficijs fraudentur, statuimus, & ordinamus, &c. & sic causa, quare statuitur, fratres dare quartam de relictis ipsis, vt ibi dicitur, sit ne Rectores, siue curati defraudentur debitis beneficijs. Ex quo sequitur, quod vbi defunctus, qui eligit apud fratres sepeliri, relinquit ipsis Rectoribus, siue curatis tantum, quod ascẽdit ad canonicam portionem, quæ de toto inde detrahenda est: vt extra de sepul. c. 1. & c. cùm sit quæstio. & c. relatum, tamen dicti Prælati, Rectores, seu curati, quantumcunq; sit eis per testatores relictum, nullatenus cõputato, vel compensato, quod eis relictum est, volunt integram quartam de omnibus relictis fratribus sibi solui, quod est expressè contra rationem, & mentem ipsius decretalis, & contra glo. ibi positam. ¶ † Septimò, licet dicta decretalis 3 non dicat de omnibus obuentionibus simpliciter, & absolutè, sed terminatè scilicet, tàm de funeralibus, quàm de quibuscunque relictis, & non nisi de his, quæ defunctus ordinauit, quarta debeatur, vt expressè patet extra de sepul. c. 1. in text. & glo. & c. seq. & c. de his. & c. cùm super. & c. in nostra. & ex dicta decret. super cathedram, quæ licet dicat in principio de omnibus obuentionib. postea determinat de quibuscunque relictis, que & quocunque modo, & quandocunque relictis, scilicet, in vltima voluntate, vt patet cuilibet intuenti, & Ioan. And. not. ibidem. Ipsi tamen Prælati, & Rectores contra mẽtem, & verba dictæ decretalis nituntur extorquere quartam à dictis fratribus, etiam de his, quæ nõ sunt per testatorem ordinata: & etiam de his, quæ propinqui, & amici, qui veniunt ad honorandum defunctum, de Bursa sua offerunt super altare, vel ad Missas priuatas. ¶ † Octauò, licet de iure 4 mortuaria à funeralibus distinguantur: vt not. per Innoc. & Hosti. extra de excess. prælato. c. tanta. in glo. signata super verbo, post interdicti violationem. Hinc est, quod secundum ipsum Innoc. quarta mortuariorum, sicut nec decimarum, non debetur de iure communi, sicut ipse not. extra de offi. ordin. conquerente. in glo. signata super verbo honorentur, & dictæ decretalis verba loquantur tantum de funeralibus.

libus. Ipsi prælati tamen, & rectores ipsam decretalem extendentes ad mortuaria perperam, & indebitè ab ipsis fratribus quartam partem de mortuarijs exigere moliuntur. ¶ † Nonò licèt dicta decretalis aperte dicat, quod fratres prædicti quartam partem tàm de funeralibus, quàm de quibuscunq; relictis parochialibus, rectoribus, & sacerdotibus Ecclesiarum, seu curatis largiri integrè teneantur, & infra. Ab eis autem vltra portionem huiusmodi nil exigere valeant, nec amplius dicti fratres impendere sint astricti. ex quib. verbis clarè patet, quod dicti rectores, & curati dictam quartam solum ab ipsis fratribus debent exigere, & ab eis recipere. Ipsi tamen prælati, & rectores, & curati in aliquibus partibus, vt grauent defunctorum hæredes, qui apud fratres sepeliri elegerunt, & vt per consequens alij retrahantur, ne apud fratres prædictos eligant sepeliri, etiam antequam corpora ipsorum, qui apud fratres ipsos sepeliri elegerunt, tradi permittant Ecclesiasticæ sepulturæ, contra dictam decretalem compellunt dictos hęredes ad soluendum integraliter quartam prædictam, vel ad satisfaciendum de ipsa soluenda eis infra certum tempus. Et compellunt ipsos hæredes ad exhibendum publicè eis testamenta integra defunctorum. ¶ † Demùm, cùm in priuilegijs dictis fratribus per Apostolicam sedem concessis dicatur in hæc verba. Districtius inhibemus, ne de his, quæ in ornamentis, vel pro eis, aut libris, seu fabricis, luminaribus quoque, anniuersario, septimo vigesimo, trigesimo, seu alijs ad perpetuum cultum diuinum Ecclesijs, vel locis vestris in vltima voluntate legantur canonica portio ab aliquibus deducatur, dummodò in fraudem huiusmodi dilegata non fiant. & dicta priuilegia non tollantur per dictam constitutionem, cùm non sint contraria his, quæ in ipsa cõstitutione statuuntur, cùm ibidem solummodò statuatur de relictis ipsis fratrib. ad vsus eorum: relicta autem ad cultum diuinum ipsis fratribus, ad vsum eorum relicta nullatenus dici possint, & iam de ipsius quarta aliqua non detrahatur: Ipsi tamen Prælati, & Rectores de huiusmodi relictis ad cultum diuinum ab ipsis fratribus, seu hęredibus decedentium quartam exigere contra dicta priuilegia, & iura, & dictę decretalis sententiam moliuntur. ¶ Vndecimò, contra verba expressa, & mentem dictæ constitutionis, & contra omnia iura in aliquibus partibus, maximè in partibus Saxoniæ. *b* nonnulli Prælati, & Rectores Ecclesiarum de his, quæ ipsis fratrib. inter viuos amore Dei dantur, donantur, seu offerentur, de eleemosynis etiam ostiatim mendicatis, quarum ab ipsis fratrib. auferunt, & extorquẽt. ¶ † Duodecimò, licèt decretalis extra de sepultu. dicat, quod pater impuberes filios potest, si consuetudo terræ id habeat, vbi voluerit sepelire: nonnulli tamen Prælati, & Ecclesiarum Rectores in diuersis partib. mundi, & maximè in ciuitate Auinionen. in qua consuetudo habet, quod parentes possint pro filijs impuberibus vbi voluerint eligere sepulturam, de facto prohibent, & interdicunt, ne impuberes, pro quibus parentes elegerũt apud fratres ipsos sepulturam apud eos, seu eorum Ecclesias tumulentur, ipsorum impuberum corpora violenter, seu de facto arripiunt, & in quibusdam Ecclesijs parochialib. faciunt sepeliri. ¶ † Terciodecimò, licèt secundum quod nota. per Compostel. extra de consuetud. capit. vltimo. sufficere videtur, quod talis consuetudo à iure approbata fuerit per decem vel viginti annos seruata, & obtenta. Non nulli tamen prælati, & rectores ecclesiarum fratres volentes probare consuetudinem longi temporis ab huiusmodi probatione repellunt, & repelli faciunt, asserentes, quòd consuetudo præscripta per tantum tempus, cuius memoria non existit, aut saltem longissimi temporis est probanda. Et sic per huiusmodi vias dictos fratres à sepultura impuberum excludere conantur. ¶ † Quartodecimò, nonnulli prælati aliquando sic arctant numerum fratrum præsentatorum eisdem, & nonnulli alij tot casus de facto retinent, in quibus potestatem absoluendi sibijpsis solũmodo reseruant, atque in ipsos fratres, si tales casus absoluere velint excõmunicationis sententiam promulgant: quod potestas, & auctoritas dictis fratrib. per sedem Apostolicam attributa euacuatur, aut nimium eneruatur. Quæritur modò, quid iuris? † Circa primum videtur, pro fratribus sentiendum, quia verbum liberam notat quandam prærogatiuam absolutam, & dominium super actum, cui additur: vt l. procurator, cui generaliter libera. ff. de procur. & de iureiur. l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. si. & extra de elect. c. cùm nobis olim. in fi. constat autem, quod non habet dominium super actum, quia quotiescunq; illud exercere vult semper aliqualiter impeditur. omnis nanq; prohibitio, siue perpetua, siue ad tempus contradicit libertati simpliciter considerate, vt ff. de stat. ho. l. libertas. Item populus liber dicitur, qui nullius alterius potestati subiectus est: vt ff. de ca. & postli. reuer. l non dubito. §. populus autem liber. Sic & illa sola sepultura dicitur libera, quæ nullius est potestati subiecta. Sed si necesse haberet ad alterum locum declinare, videtur aliqualiter alicuius ditioni suppositus: ergò, &c. Præterea, quòd directè ad debitum locum peruenit, leuius & commodius peruenit: vt ff. de ser. vr. præd. l. seruitutes. §. stillicidiũ. † Constat autem hoc liberæ sepulturę detrahere. Constat enim, quod plus fratres consequerentur, & in commodo temporali, & in expeditione velociori, si directè ad eorum domos funera portarentur, quàm si alicubi alij deponantur, &c. vt ff. ad l. Falc. qui quadraginta. §. fin. ¶ Præterea verbum libere *c* omnẽ conditionem, & moram excludit. vt extra de præben. c. extirpandæ. §. vltim. eod. tit. c. si beneficia. lib. 6. & de offi. ord. c. ordinarij. §. quod si fortè. Et ibi de hoc per Io. An. & Archi. & de homi. c. pro humani. lib. 6. & secundum hoc talis consuetudo, vt potè contradicens aliqualiter, & detrahẽs liberę sepulturę, videtur sublata per §. vl. dictę decreta. super cathedram. Spoliantes verò funus, antequam ad domos eorum deportetur, debent aliter ablata fratribus restituere, & in eis quartam perdere ad similitudinem hæredis res hæreditarias detrahentis, qui in eis perdit quartam Trebellianicam, & iure institutionis debitam, quam erat alias detracturus: vt ff. ad l. Fal. l. Paulus respondit. & de his, qui. vt indi. l. rescriptum. ¶ Vltimò certum est, quod istud funus arcetur in itinere: ergò, p hibetur libera sepultura: iuxta text. l. dicentis prohiberi inferre in sepulchrum videtur, siue in locum inferre prohibeatur, siue in itinere arceatur: vt ff. de mort. inferend. l. 2. §. prohiberi. ¶ † Circa secundum videtur dicendum, quod liceat fratribus etiam processionaliter pro assumendis funerib. Et hoc primo sic: Cui conceditur finis, concessa videntur ea, per quæ peruenitur ad finem: vt ff. de procur. l. ad rem. & l. ad legatum. Et cui conceditur haustus ex fonte, conceditur similiter iter ad ipsum: vt ff. de ser. rusti. præ. l. 3. §. vlt. & cui relictum est horreum, ad quod per domum nõ legatã transitus erat, relictus videtur transitus per domum: vt ff. de ser. vrb. præd. l. olympico. Item si legatus sit fundi vsusfructus, legatum videtur iter per alium fundum, ex quo aliunde ad fundũ, cuius vsusfructus est legatus, iri non potest: ideò legatus videtur, etiamsi testator prohibuerit: vt ff. vsufr. quemad. ca. l. 1. §. vsusfruct. & de vsufr. l. damnas esto.

14 † Si dicatur, non licet inuito rectore parochiam eius transire, sicut nec inuito domino, licet prędia eius ingredi: vt ff. de ser. rusti. prædi. l. diuus. Respondetur, quòd imò licet propter finem concessum, qui aptè aliter haberi nõ potest. & vt alias licet domum alienam inuito domino intrare, & pauimenta frangere pro cloaca purganda. vt ff. de cloac. l. 1. §. ait prætor. & pro hoc. ff. de glande legenda. l. 1. & 2. Et pro Deo, quod est interesse, si funus, quod est fratrum, per eos exportetur, vel processionaliter societur? certè nullum: nisi oculus inuidię eos moueat: quibus dicendum est, aut oculus tuus nequam est, &c. imò etiam aliquod incommodum portare debent, vt fratres maximum damnum vitent: vt ff. ne quid in lo. pub. l. 1. §. sunt, qui putant. Præstat etiã his arg. quod licet de ciuitate non liceat ad villam transire, marmora, vel columnas transuehi, tamen ad villã de villa per mediam ciuitatem licet, ac si l. dicat apertè transuectionem esse illicitam ratione rei, quæ transfertur, & loci, à quo, non autem ratione loci, per quem: vt C. de ædific. priua. l. si quis opus hac. Vltimò videtur casus, quod his, qui sepeliendi ius habent, ius competat etiam per alienos vicos, & territoria funera ipsa deferendi: vt ff. de sepult. vio. l. 3. §. non perpetuo. & si dicant rectores, Placet, quod portent, sed non processionaliter, nec cum cruce? Respondetur, quod si eis deportatio concessa videtur, videtur concessa, quia talia consueuerunt deferri: vt ff. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. placuit. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. si qui assidua. de euict. l. si fundus. & de pigno. acti. l. si pignore. §. fi. Sed secundum laudabilem vsum funera consueuerunt sic pro-
15 cessionaliter deferri, ergò, &c. ¶ † Circa tertium indubitanter videtur dicendum, quod de relictis ab his, qui apud eos non eligunt sepulturam, nulla quarta debeatur. Primò, quia cessat ratio constitutionis, scilicet electio sepulturę, &c. vt ff. de iurepatro. l. adigere. §. quamuis. de adult. l. si postulauerit. & de pact. l. quod dictum. Præterea illa est regula, quod ille solum ad collationem alteri faciendam vrget, per cuius concursum alteri iniuria irrogatur. vt ff. de leg. præstan. contratab. bo. poss. pe. l. filium. §. & si sit consequens. & de col. do. l. si fuerit filia. Sed fratres nullam iniuriam irrogant rectoribus, quia apud eos non est sepultura electa: ergo, &c. Et iam sicut dixit Ioan. Mo. fortunatus esset coronatus, si haberet subditum, qui summam centum marcarum legasset. Vnde hæc interpretatio esset admodum captiosa: sicut dicitur de Vasculario & Fabro argentario, qui vxori mundum muliebrem reliquit: creditur enim solum mundus ad vsum vxoris deputatus: quia si totus in legatum cederet, esset captiosum: vt ff. de aur. & arg. le. l. si vxori. in princ. Et hæc erat etiam communis opinio, ante hanc constitutionem, scilicet quod de legatis relictis alijs Ecclesijs nulla quarta debeatur, sed de relictis solum illi Ecclesię, apud quam eligit sepeliri: vt extra de sepul. c. 1. & ibi not. per gloss. & c. in nostra. & ibi no.
16 per Innoc. & Hosti. ¶ † Circa quartum videtur dicendum, quod de relictis fratribus affectione sanguinis, amicitiæ vel meriti debeat dari quarta, confiderato quod quicquid quærit frater, quęrit conuentui: vt extra de offic. ordi, c. quanto. & not. per Inno. plenè extra de priuil. cùm olim. Attendi ergò debet, cui quæritur, non cui relinquitur: vt ff. de iurepa. l. qui contra. de bo. lib. l. in seruitute. §. si patroni. & l. quęritur. Vnde scriptum est, quod capacitas serui ex domini, cui quæritur, capacitate cognoscitur: vt ff. de le. 1. l. si mihi, & tibi. §. regula. de serui. leg. l. & si maximè. Et huic videtur assentire tex. c. super cathedram. dum dicit distinctè, vel indistinctè ad certos, vel determinatos vsus, de quibus quarta, siue canonica portio dari, &c. Sed contrarium videtur verius: ad quod intelligendum sciendũ est, quod quidam actus sunt, qui ita conueniunt singulis, vt singulis, quod nullo modo vniuersitati, vt audire diuina, & percipere sacramenta: vt extra de sent. excommu. c. si sententia. lib. 6. Quidam sunt actus, qui ita conueniunt vniuersitati, quod non singulis, vt singulis, sicut creatio syndici, & similia: vt ff. de muner. & hono. l. vlt. §. defensores. C. de decur. l. 2. lib. 10. & extra de ele. in Genesi. Recipere verò ad sepulturam in religiosis singularibus, vt singularibus, non conuenit. Ergò nec quartam, quæ propter receptionem ad sepulturam est inducta, in eis locum habebit, sicut interdictum prodi-
tum ad tollendum impedimentum nauigijin flumine non nauigabili, locum non habet, quia hic actus, propter quem flumini tali non conuenit: vt ff. de flu. & ne quid in flu. pub. l 1. §. non tantum. Vnde quarta videtur fratribus relicta, vt collegio: vt ff. de re. du. l. ciuibus. non vt singularibus: vt in eod. titu. l. cum senatus. Tales enim causæ naturam immutant relictorum, & faciunt secundũ ipsarum varietatẽ legatum ipsi ascribi, nunc Paganico peculio, nunc Castrensi: vt ff. de castren. pecu. l. si fortè. & l. si vxor. & l. castrense. & tale legatum ob talem causam relictum non tam dicitur lucrũ quàm debitum. Et ideò in societatem lucri, & quęstus non venit: vt ff. pro socio, l. nec adiecit. & l. sequenti. & istis sub liberalitatis appellatione debitum naturę persoluitur: vt C. de impo. lucra. descripti. l. 1. & ff. manda l. si verò non remunerandi. §. idem Papin. & de pet. hæred. l. sed & si lege. §. consuluit. † Nec obstat, quod dictum est, quæritur conue-
17 tui, vel monasterio: quia incapacitas fratrum, seu monasterij non est causa quartæ. quia tunc procederent argumenta. sed sepultura, quæ cùm in singulari fratre locum non habet, legatum sibi relictum in aliquo non minuit, nec defalcat: sicut dicitur in patre dato tutore, qui si à tutela se excusat, legato sibi in testamento priuatur, & tamen filius in eius potestate manens legatum capit sibi in eodem testaméto propria affectione relictum: vt ff. de test. tutel. l. qui tutelam. in 2. respons. & de excusa. tuto. l. tutor petitus. §. 1. Nec obstãt verba constitutionis suprapositæ, quia res legatæ modum legandi respiciunt, non autem ampliant legatariorum personas: quia semper referuntur ad relicta fratribus: vt collegio. argu. ff. de ali. & cib. leg. l. à filio. §. vlt. & de leg. 3. l. quæsitum. §. 1. in secundo respons. Et calumnioſa est argumentatio, per quam transitur de quali ad quod: vt ff. de lega. 2. l. debitor. §. seruo. & ibi no. ¶ † Circa quintum vide-
18 tur dicendum, quod quarta non habeat locum, nisi de relictis fratribus, apud quos eligitur sepultura in ea infirmitate, de qua decedit relinquẽs. Sicut enim dicunt verba constitutionis in infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, &c. Videtur hoc esse expressum ff. de adim. & transferen. leg. l. alumnæ. §. vltim. cum glos. ibi signata. Sed adhuc videtur dicendum, quod de donatis in vita, etsi vtatur quorum dominium statim transiuit in donatarios, quarta non debetur, eo quod constitutio non iubet quartam dari, nisi de relictis: cuius verbi significatio ea sola complectitur, quæ post mortem habent effectum: vt ff. de tabu. exhib. l. 1. §. vltim. & not. in instit. qui, ex caus. manu. licèt. §. vlti. de don. in infirmitate. Vnde à verbis constitutionis non est recedendũ: vt ff. de exerci. act. l. 1. §. si is, qui nauẽ. & de le. 3. l. ille, aut ille. §. cùm in verbis. & hoc expresse indicant verba constitutionis, dùm infra dicit, Seu quod in morte, vel in infirmitate huiusmodi, &c. vbi prohibet, ne in fratres procurent sibi dari, vel donari in sanitate, quod erat in donantium infirmitate donandum. Si enim vtrique actus sci-

actus scilicet donatio in sanitate, & in infirmitate eodem modo subijcerentur quartæ, superuacua fuisset prohibitio talis fraudis. & est expressum extra de sepul. c. de his. de legatis vero relictis in vltima voluntate condita ab eo, qui infirmus existit, & ex ea infirmitate non moritur, videtur quarta deberi: quia illa verba, In infirmitate, de qua decesserit, &c. apponuntur solum data, vel donata, de relictis verò iubet simpliciter quartam dari. Nedum quòd omnis voluntas quondammodo videtur respectu temporis eo tempore condi, quo condens decedit: vt ff. de manu. vindi. l. lege Fauia. & de testa. tut. l. tutoribus ita datis. & not. C. de test. tutel. si à patre. Et est ratio, quia testamentum morte confirmatur: vt ff. de testam. l. 1. & extra de cele. miss. capitu. cum Marthæ.

19 ¶ † Circa sextum videtur dicendum, quòd si testator expressè in testamento dixisset, quòd illud, quod relinquebat parochiali Ecclesiæ, relinquebat pro canonica portione, & relictum illud ad quartam sufficiat, quod & alteri quartæ locus non sit, ad similitudinem eius, cui testator dedit in vita quantum ad Falcidiam sufficit, quia ammodo aliam Falcidiam non petet: vt ff. ad l. Falcid. l. cùm quo de peculio. §. vlti. & patris à filio emancipato præteriti, cui contra tabulas denegatur, filius viuus in eum, quantum satis est, contulit: vt ff. si à parent. quis fuerit manu. l. 1. §. si parens. Secus si non esset expressè dictum: vt institu. de inoffic. testam. §. vltim. & C. de inoffic. testam. l. si

20 quando. §. fi. & ibi not. ¶ † Circa septimum videtur simpliciter pro fratribus sentiendum: iure enim antiquo de relictis in vltima voluntate, & donatis in infirmitate, de qua quis decedit, debebatur canonica, non autem de oblationibus, quę fiunt in anniuersario, nec in 7. vel 20. vel 30. die. de his autem, quę in sepultura fiunt: vt extra de sepulturis. ca. 1. & c. cum super. & cap. in nostra. & ibi nota. in gloss. signata super verbo oblationib. &c. Ergò nihilum sit circa hoc per hanc quæstionem immutatum, ergò, &cæ. vt in Authent. de administrat. offic. in sacris app. §. vltim. C. de ædific. priua. l. proponebatur. de testam. l. sancimus. de app. capit. præcipimus. & ff. de adimen. &

21 transferen. leg. l. alumnæ. §. qui filias. ¶ † Octaua quæstio plana videtur ex verbis constitutionis. ¶ Circa nonam videtur dicẽdum, quòd quartam debeant curari recipere de manibus fratrum. arg ff. de lega. 3. l. si quis seruum. §. si quis terra. ad Treb. l. filium fratribus. & solutio contrarij d. l. fundi Trebatianic. ff. de vsufr. l. ad legem. si ita quis. ff. de vsufru. & ibi not. & hanc sententiam apertè tenet Inno. extra de sepul. c. de his. in glossa quæ incipit, & dicunt quidam, &c.

22 ¶ † Circa decimum multi contra fratres sentirent, ex quo debentur ex virtute alicuius dispositionis extremæ propter generalia nimis, & effusa verba posita in §. huiusmodi quoque statuto, vbi dicit, de quibuscunque & quomodocunq; relictis, distinctè, vel indistinctè ad quoscunq; certos, vel determinatos vsus, de quibus etiam quarta, siue canonica dari, siue exigi non consueuit, vel non debet de iure, &c. vt ff. de vsufructu. rum rerum, quæ vsu consumuntur. l. 1. & de

23 pecu. leg. l. vlt. & ad l. Falc. penales. §. annua. ¶ † Ad vndecimam quæstionem patet responsio ex his, quæ dicta sunt circa quintam quæstionem, in qua probatum est, quòd de datis inter viuos, & in sanitate, quorum dominium statim transit, quarta non debetur: imò certè ex hoc apparet nimia auaritia curatorum, sicut dicitur extra de deci. capit. 1. qui excedunt suos terminos & ad panicularia conuertentes, contra l. ff. de bo. damn. l. diuus. & ideò fortè non multum absonum esset, si per piam interpretationem à non suis terminis excederentur: vt C. de his, quæ vi metusue

causa fiunt. l. 2. & de edic. diui Adrian. tollen. l. final.

24 ¶ † Circa duodecimam videtur simpliciter pro fratribus sentiendũ, quod cum concessa sit eis libera sepultura passim, & sine personarum delectu, omnes quibuscunq; concessum est alias eligere sepulturam, potuerunt tàm se, quàm alios, quorum sepultura in eorum electione est, apud eos eligere sepulturam: sicut qui possunt libere postulare, possunt pro se & alijs: vt ff. de postu. l. 1. §. 1. & colligitur per decursum totius l. Nec obstat, verba constitutionis, dum dicunt, apud eos elegerunt sepeliri, &c. quia electio sepulturæ filij impuberis facta per patrem, & dicta consuetudo præsupponitur mihi facta per ipsum filium, sicut pupillaris substitutio facta per patrem, dicitur filij testamentum: vt ff. de inoffi. testam. l. Papi. §. Sed nec impuberum. & ff. de vulg. & pup. substi. l. patris, & filij. & ideò dictum est in testamento patris, & filij vnicam Falcidiam obseruari: vt ff. ad l. Falc. l. in ratione. §. quod vulgo. & pro hoc. C. de iure delibe. l. si infanti. Et quod l. dicit, vox patris, vox filij. & econtra. vt insti. de inuti. stip. §. ei verò. & C. de impub. & alijs sub. l. vltim. ex quo talis consuetudo in terra est, & seruanda est, quo ad alios: vt extra de sepult. cap. de vxore. & quo ad fratres seruabitur, arg. 10. dist. si in adiutorij, & cùm hæc consuetudo sit rationabilis, & à iure expressè approbata, videtur sufficere eam approbatam, spacio decennij: vt C. quæ sit longa consuetudo in rubrica. & l. 2. ff. qui, & à quibus manum. libe. non fi. l. si fideicommissar. §. Aristo. & not. Compo. extra de consue. c. cum tanto. & Archi. eod. tit. c. vlt. libr. 6. Ex

25 his respondetur ad 13. quæstionẽ. ¶ † Circa quartam decimam quæstionem, qua quæritur de compellẽdo Ecclesiã, de qua, si quarta detrahitur, vsus impeditur, &c. an debeat solui? videtur dicendum, q; non, exemplo pecunię alicui legatę pro seruo emẽdo. Nõn. n. de hoc legato Falcidia detrahitur, si per hoc serui emptio impediatur: vt ff. de fideicommiss. lib. l. decem. & ad legem Falc. l. si seruus. Videatur ergò, an idem fauor sit extendendus ad vsum piũm: an standum sit verbis constitutionis, dicentis, distinctè vel indistinctè ad quoscunque certos, vel determinatos vsus, &c. Et ad prædicta etiam facit: quia quæ ad vsus certos sunt relicta, non debent minui: vt in clem. quia contingit. post prin. de religi. domi. In contrarium est tex. præalleg. constitutionis dudum. de sepul. vbi dicitur de omnibus, &c. & hæc not. gloss. super verbo de iure. & si Papa casum præmissum voluisset, expressisset. extra

26 de decim. ad audientiam. ¶ † Ad id, quod quæritur, an de legatis relictis fratrib. in testamentis conditis tempore, quo vigebat constitutio. ca. inter cunctas. debeat dari, quarta secundum cap. super cathedram. an debeat obseruari constitutio inter cunctas? Respondetur, quòd si vltima voluntas confirmata fuit morte condentis, cum vigebat constitutio inter cunctas, tunc illa constitutio seruetur. vt in aut. vt cum de app. cog. in princip. & in aut. constitutio hæc interpretatur constitutionem, &c. C. de testa. l. iubemus. & de legi. & consti. l. leges, & constitutiones. & ibi no. Si verò decesset testator post. c. super cathedrã. & sic antequàm voluntas irreuocabiliter sortiretur effectum: tunc seruetur c. super cathedram. arg. optimum. C. de vsur. l. pe.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Grauamina. *Vide supra consil. 82. & quæ ibi notauimus. sunt autem hæc prima verba contra in modum Rub. tanquàm voluerit dicere dominus consulens. Hæc sunt grauamina, &c.*

b ¶ Saxoniæ. *Not. quomodo Saxonia ab antiquo fuit auida bonorum Ecclesiæ, à qua tandem non alia (vt res ipsa loquitur) ratione prorsus defecit.*

c ¶ Verbum libere. *De hoc aduerbio LIBERE accipe Gloß. in c. irrefragabili. iuxta princ. vbi Butrius, & Imol. de offi. ord. textum, & ibi Domi. de sancto Gemin. in c. 1. de reg. in 6. Alex. in consi. 96. in princ. vol. 5. Barba. in consi. 3. col. 5. ver. in casu autem nostro vsus est. vol. 2. Dec. in ca. Quæ in Ecclesiarum. num. 3. de constitut. in c. Reprehensibilis. num. 3. & in c. Directè. num. 2. de appel. Iaſ. in l. Nemo potest. col. 8. versi. Quinto pro limitatione de leg. 1. & in l. 1. C. de sacrosanc. eccles. Poma. in addi. ad Bart. in l. centurio. col. 8. in fi. super ver. accipiat. ff. de vulg. & pup. Conclusio est, quòd libere importat sine alterius consensu, & requisitione & sine diminutione actus, vel cõtradictione. Nihilq; dicitur vnquam libere factum cum potest subinde impugnari, vel retractari, aut quoquo modo inquietari vel impediri.*

De don. & de rebus eccle. alien. vel non.

SVMMARIVM.

1 *Pensio data per Episcopum de consensu capituli ad vitam alicuius potest per successorem reuocari, licet in ea dicatur de meritis præcedentibus, nisi constet alias, quia non propterea probantur. cum num. sequent.*

CONSILIVM CCXXVI.

QVIDAM Episcopus, cuius mensæ Episcopalis redditus summã quatuor millium lib. anno quolibet non excedunt, pensionis quadringenta librarum donationem, & concessionem fecit cuidam nobili per eam suo sigillo sigillatam, & per capitulum Ecclesiæ suæ post lapsum 5. mensium, & plus confirmatam sub modo, & forma inferius designatis. Nobili tali Gregor. Episcopus, &c. nobilitatis vestræ merita attendentes, ac etiam plura grata, & vtilia seruitia per vos nobis, & Ecclesię nostræ impensa: & quia speramus per vos Ecclesiæ præfatæ in posterum multa commoda, & vtilitates impendi: idcircò de gratia speciali damus, & assignamus vobis ad vitam vestram octo millia soli. annuatim habendos, & percipiendos super tota parte nostra reddituum nostri Episcopatus, quos pro indiuiso habemus, & recipimus cum capitulo nostrę Ecclesiæ, scilicet tertiam partem in festo omnium Sanctorum, & aliam tertiam partem in festo Natiuitatis Domini, & residuam tertiam partem in festo Paschę. Ita tamen quod vos redditus prędictos modo aliquo vendere non possitis. Sed dicta 8. millia sol. annuatim recipiatis ab emptoribus, seu collectoribus reddituum nostrorũ, qui nunc sunt, & pro tempore fuerunt, quibus per prędentes mandamus, quatenus vobis, vel cui volueritis, respondeant annuatim de octo millia sol. prædictis, terminis antedictis, nullo à nobis mandato alio expectato. Nos enim solutionem quam vobis fecerint de pecunia supradicta gratam habere promittimus, & acceptam. Prædictam autem donationem, seu assignationem vobis tali pacto, modo, conditione, & forma facimus, quod vos teneamini, quamdiu vobis fuerit vita comes, nos, & bona nostra, & Ecclesiam nostram, & eius bona defendere, & iuuare coram quibuscunque, & contra quascunque personas, quando, & quoties per nos, seu per Procuratorem nostrum, vel per literam, seu nuncium fueritis requisiti, ita quod aliqua ratione non possitis vos excusare à defensione nostra, & Ecclesiæ antedictæ. Quam assignationem dictus nobilis gratam accipiens sub dictis conditionibus, & modo promisit facere, & compellere, superius expressis, vt in tenore dictæ literæ continetur. Tenor autem confirmationis factæ per capitulum sequitur in hunc modum. Nouerint vniuersi præsentem paginam inspecturi, quod cùm reuerendus in CHRISTO Pater & Dominus Dominus G. Dei gratia Maioricens. Episcopus dederit, concesserit, & assignauerit in beneficio personali tali nobili ad vitam eiusdem nobilis certam pecuniæ quantitatem super redditibus suis annis singulis per certos terminos exoluendam: & idem nobilis promiserit in fide sua ipsum Dominum Episcopum, & eius bona, & Ecclesiam suam, & bona Ecclesiæ coram quibuscunque, & contra quoscunq; defendere, & iuuare, prout hæc & alia in litera dicti Domini Episcopi inde confecta latius sunt contenta. Idcircò nos tales canonici dictæ Ecclesiæ præsentes, & Capitulum facientes, qui fuimus octo, considerantes, aspem, & fiduciam obtinentes, quod præfatus nobilis erit defensor multum vtilis Ecclesiæ memoratæ, & quod sui nobilitate, & potentia ipsa Ecclesia, & eius iura defendi poterunt, & iuuari, cùm fuerit opportunum consideratione etiam præcaminum excellentissimi principis de his nos per suas literas affectuosè rogantis, cùm dictus nobilis sit eius consanguineus multum charus: præfatam donationem, concessionem, & assignationem, deliberatione habita, & bis super hoc capitulo congregato, prout iustè, & debitè eidem nobili per dictum Dominum Episcopũ facta est, & concessa quantum ad nos pertinere dignoscitur, laudamus, & confirmamus, & approbamus, & ex certa scientia eidem nostrum assensum præbemus, & præsentis nostræ confirmationis patrocinio communimus, &c. actum &cæt. ¶ Cùm igitur ipsa pensionis concessio recètè concessæ nimiæ quantitatis grauis non modicum videatur, & valdè Ecclesiæ onerosa: quæritur, an de iure talis pensionis concessio mortuo Episcopo, qui concessit, nunc valeat, & teneat, ac ex ipsa concessione successor dicti Episcopi in aliquo obligetur? & a an si obtentu *a* talis pensionis aliquibus annis dicto nobili prędicta quantitas fuerit à Procuratoribus dicti Episcopi mortui persoluta possit dici concessione, vel quasi dictæ quantitatis spoliatum fuisse, & nunc Episcopum successorem concedentis Episcopi dicta pecuniæ quantitas non tradatur? & videtur aliquibus, quod dicta pensionis constitutio teneat, & 1 valeat iuribus, & rationibus infrascriptis. ¶ † Primò, si nomine Ecclesiæ & pro vtilitate Ecclesiæ contraxi pecunia inde recepta conuersa *in vtilitatem Ec.* clesiæ ipsius successor meus contractui stare tenetur, extra de sol. cap. 1. Successor enim ad id tenetur, quod prædecessor facere debet. 12. quæstio. 1. quia Ioannes, & 16. quæstio. 6. cap. illud, & 12. quæst. 2. alienationes, & c. quicunq; suffragio. ad idem 10. quæsti. 2. hocius porrectum. §. his creditor. 35. dist. Ecclesiæ principes, in fin. extra de pœn. cap. 1. Quia quasi hæres est ipsius, vt 23. quæst. 7. conuenior. & 12. quæst. 2. c. vltim. Sed dicta concessio facta fuit nobili vtilitate Ecclesiæ exigente & benemerito: ergo successor ipsius concedentis eandem tenetur ipsam obseruare & ipsi stare arg. 2 iurium prędictorum. ¶ † Secundò, quia donatio legitimè facta per successorem non debet reuocari: vt C. de reuoca. do. l. 2. & l. generaliter. in princip. C. de don. quæ sub modo. l. perfecta. 22. quæst. 2. non enim. Sed dicta donatio fuit facta legitime, vt apparet per terminos quęstionis: ergò, &c. Præterea cõcessio fuit vera, sed ob causam scilicet ob merita personæ & propter

propter seruitia, quæ dictus nobilis exhibuit Ecclesiæ, & quæ potest exhibere, & paratus existit, & se offert paratum, & sic non est reuocanda, & pro hoc ff. de dona. l. à quibus. vbi dicitur officium magnum quadam mercede remunerari, ideoq; videtur donatio-
3 nem sequentis temporis irritam esse, &c. ¶ † Tertiò, notorium est, quod Episcopus dictæ Ecclesiæ cum Capitulo eiusdem consueuerunt certos reddi-tus dare clericis ad vitam eorum in beneficium personale, quæ consuetudo à iure approbatur, & in perpetuis donationibus siue concessionibus. extra de do. c. cæterum. cum ibi nota. multò ergo fortius in rebus temporalibus siue personalibus donatio-nibus conceditur, quia etiam alias de iure communi Episcopus sine consensu sui Capituli facere potest: vt 22. quæst. 2. quicunque. extra de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit. continebatur. & c. tua nuper. donatio enim ad vitam non perpetua, sed temporalis censetur, ideoq; permittitur: vt C. de sanct. Eccle. iubemus. §. sanè. concordat quod legitur 12. quæst. 2. hoc ius. & cap. perpetua. & ad hæc facit, quod nota. Hostien. in summa. tit. de feud. §. perpetuum. vbi dicitur, quod feudum non est perpetuum, quod non transit ad hæredes, & quod dicta concessio siue donatio dicto nobili facta valeat & teneat, legitur clarè in d. cap. continebatur. & idem Hostien. in tit. de dona. §. equidem. versic. item perpetua. & probatur extra de dona. c. per tuas. & c. pastoralis. & per Host. in sum. de reb. eccles. non alie. §. quæ sit forma. versic. sed secundum Ioan. in fine.
4 ¶ † Quartò iure cauetur, quod beneficium cõcessum militantibus in sacro Palatio, vt Notarijs, Cubicularijs, Rectoribus, Grammaticis, & alijs imbutis artibus liberalibus, seu alijs maioribus longè, seu vtilioribus, durat non solùm, quandiu militauerint, seu officium exercuerint, imò etiam quandiu vixerint: vt C. de excusa. mu. l. maximarum. & l. ex lege. licet hoc non sit necesse allegare, quia dictus nobilis non solùm seruiuit Ecclesiæ, sed etiam paratus fuit seruire toto tempore vitæ suæ quid vltra quærimus? de hoc text. existunt expressi. C. de iure do. l. ancillæ. extra de vo. & vot. redemp. c. ex multa. 16. q. 1. possessiones. & ea. causa. q. 6. illud. 12. q. 2. quicunque. & habes ar. à contrario sensu, quòd est fortissimum in iure. extra de reb. eccle. non alie. c. monasterium. in Concilio Viennen. & legitur in glos. ibi posita super verbo, possessiones, quæ talis est, de hoc dic, vt 16. quæstio. 1. possessiones. ergo non est dubium, quin possessiones, & alij redditus temporales ad mensam alicuius prælati spectantes, clericis, vel laicis bene meritis ad certum tempus, vel ad vitam possint conferri: vt in d. c. possessiones. & 12. q. 2. quicunque. 16. quæst. 5. illud. extra de præca. c. fin. in fine. quos, vel quas
5 ¶ † Quintus casus iuris est, quod quando fit concessio rei ecclesiasticæ pro beneficio personali seu ad vitam, & talis concessio obtinet roboris firmitatem. successor non poterit reuocare, vt dictum est suprà. extra de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit. c. 2. & per Hosti. in sum. eod. tit. §. in quibus consilium. ver. illud autem. cuius verba sunt. Illud autem non est omittendum, quod vbi Prælatus concedit alicui beneficium ad tempus non perpetuum sufficit, quod Capitulum sciat, & non contradicat, &c. multò ergo fortius hic debet valere, vbi sciuit & expressè approbauit Pe. de Sampsone idem intelligit in præalleg. c. 2. de his, quæ fiunt à Præla. sine consensu Capit. Et ponit talem causam in temporali concessione Prælati taciturnitas Capituli pro consensu habetur. & pro hoc etiam facit generalis cõsuetudo prouinciæ Tarraconen. & trium vicinarum prouinciarum, quæ est, quod Episcopi concedunt, quibus expediens videtur in beneficium personale certos redditus suæ mensæ, & in tali concessione sufficit consensus Capituli, vel etiam taciturnitas sine contradictione, vt est videre in omnibus Ecclesijs cathedralibus, vbi Episcopi conferunt indifferenter illis, quibus expedire cognoscunt aliquos redditus in beneficio personali, quæ consuetudo est in talibus concessionibus attendenda, nam consuetudo iurisdictionem dat, & liberam tribuit administrationem: vt extra de don. cer-
6 tum. ¶ † Sed salua reuerentia sic dicentium contrarium sentire & dicere videtur verius, quia licet Episcopi tam in morte, quam in vita possunt aliqua seruitoribus suis & benemeritis iuxta seruitij meritum elargiri. 16. q. 1. possessiones. & q. 6. c. illud. & extra de testa. c. ad hoc. & c. relatum. §. licet. sicut & cæteri, qui sunt alienare prohibiti: vt ff. si quid in fraudem patr. l. vnius. de admi. tu. l. cùm plures. §. vlt. & de tute. & rati. distra. l. 1. §. sed nonnullos. In casu tamen, in quo quæritur, non credo donationem in successorem præiudicium tenere principaliter, rationibus infrascriptis. Primò, quia regula est, quod Prælati res siue iura prælaturę donare non possunt, eò quod sunt procuratores non domini: vt 12. quæstio. 2. fine exceptione. 10. quæst. 2. c. Casellas. extra de do. c. fraternitatem. sicut tutores, tunc demum dant domum cùm benè administrant non cùm pupillum spoliant: vt ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. de fur. l. interdum. §. qui tutelã. & de admi. tu. l. tutor, qui tutelam gerit. licet liberã administrationẽ dicantur habere Episcopi: vt extra de elec. c. cùm nobis olim. in fi. tamẽ sub libera donatione nõ cõtinetur: vt ff. de pac. l. contra iuris ciuilis. §. vl. de solu. l. si is. §. fi. de of. proc. ces. l. 1. & quæ res pig. obl. pos. l. 2. licet ergo possint donare ob certam causam, puta propter meritũ, illud meritum non est in occasionem sumendum. arg. ff. ad l. Iul. maie. l. famosi. §. hoc tamen crimen. sed verè præcedere oportet: vt C. de sac. san. eccl. l. iubemus. 2. circa prin. ibi scientes nulla sibi occasione vel tempore ad vicissitudinem beneficij colorati, vel gratiæ reuerendę donandi, vel certę volentib. emere alienandi aliquã facultatẽ promissam, &c. & in talib. sui natura prohibitis, sed in casu permisso nõ statur simplici assertioni exercentis actũ prohibitũ, vel dicentis subes-
b se causam, quę promissionẽ inducit: *b* vt ff. de probationib. l. qui testamentũ. & de leg. 3. l. cùm quis decem-
7 dens. §. Titij. † Vnde Doct. dicunt, q; donatio nõ dicitur celebratã, vt in benemeritũ, quamuis donans donatarium benemeritũ appellauerit, quia veritatem spectamus, non quod quid finxit: vt ff. de Castren. pecu. l. si fortè. & not. C. de donatio. l. si donationem. Cùm igitur in ista donatione non appareat donatarij merita præcessisse constat manifestè, eam nullius existere firmitatis. ¶ Secundò, vbi donatio esset præmissa ex parte causæ, adhuc tamen non tenet, eò,
8 quod effusa nimis fuit. † Circa quod duo sunt consideranda: primò, scilicet, quod omnis actus ex causa permissus debet commensurari causæ, in quantitate & tempore. vnde si merita donatarij sunt causæ concedendæ donationis in prælato, vt ostensum est suprà, debet donatio commensurari meritis: vt extra de testa. c. relatio. §. licet. ff. de rebus eorum, qui sub tut. vel cur. sunt. l. magis. §. item prætor. ibi ne propter æs alienũ possessio magna distrahatur, &c. & sic debet esse in quantitate mensura similiter & in tempore. Vnde finita causa permissionis finita est permissio & actus pmissus: vt ff. de ope. li. l. planè. & ad l. Iul. de adul. quod dicit §. fi. & de exc. tu. l. Geometrę. in fi. secundò, quia iura in casu meritorũ donationẽ per-

mittentia semper dicunt, quòd licet aliqua donare. Hęc autem dictio, Aliqua, arctat significationem orationis ad rem modicam: vt ff. de contrahen. empt. & vendi. l. hanc legem. & ar. ff. de bo. dam. l. diuus. cùm igitur hæc donatio non sit mensurata quãtitate meritorum, quæ vel nulla vel modica præcesserunt: & ipsa etiam de se sit magna, manifestè concluditur ipsam nullius esse momenti: quia etiam excessus talis ar. fraudis in donatione adducit: vt ff. de transact. cùm hi. §. modus. & ff. quæ in fraud. cre. l. omnes. §. Lucius. & C. mandati. l. per diuersas. & no. C. vt li. pen. l. 1. in fi. ¶ † Tertiò donatio ista magna est quantitate: ergo necessarium fuit superioris decretum, vt 17. quæst. 4. in venditionibus. Nec obstat, si dicatur, quod temporalis est: quia nihilominus ex quo est de magna quantitate decretum requirebat. ar. ff. de impen. in reb. do. fact. l 3. §. generaliter. C. de dona. l. sancimus. in fin. & no. per Innoc. & Hosti. extra de his, quæ fi. à præla. sine consen. capit. c. 2. ideo cùm non interuenerit, ipso iure nulla fuit: vt C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus. & Authen. hoc ius. & ff. de transact. cùm hi. §. si prætor. & de re. eorum, qui sub tut. & cura. sunt. l. magis puto. §. manet actio. & C. e. tit. l. 2. & l. prædiorum. † Non obstant rationes in contrarium allegatæ: quia omnes deficiunt in minori vel maiori propositione. ¶ Prima enim ratio deficit in propositione minori: quia donatio non fuit facta ob vtilitatem Ecclesiæ: immo in damnum. regulare enim est, quod donare est perdere: vt ff. de dona. l. filius in fin. 1. respons. & ad Macedo l. filius. ¶ Secunda ratio similiter deficit in propositione minori: quia non fuit facta legitimè, vt ostensum est suprà. ¶ Tertia ratio deficit, scilicet in propositione minori: quia de consuetudine non apparet, quæ cùm facti sit, debet probari ab inducente: vt extra de const. cap. 1. lib. 6. & C. quæ sit longa consuet. l. 1. & ibi no. Et dato, quod probaretur de modicis, non est eadem ratio magnæ rei, & exiguæ: vt in Authen. de instr. cau. & fide. §. oportet verò in his. colla. 6. & de impen. in reb. dot. fac. l. omninò. de donat. inter virum & vxorem. l. vlt. imo etiam deficit arg. in maiori propositione habito respectu ad thema nostrum: quia non posset consuetudine introduci, quòd prælatus sine solennitate decreti posset magnæ rei donationem facere: quia talis consuetudo esset Ecclesijs onerosa, & non teneret, vt extra de consuet. cap. 1. Et ideò in text. cap. cæterum. extra de do. non simpliciter dicit consuetudinem attendendam: sed rei donatæ quantitatem considerandam. ¶ † Quarta ratio simpliciter in sui principio deficit in minori: quia leges adductæ in principio ar. ad probationem maioris loquuntur de beneficio, cuius concessio tenuit à principio: quod decet esse mansurum: & omnis malitiæ, ac diminutionis extraneum, vt in Auth. const. quæ de dig. & epi. fil. lib. à pa. pote. §. illud. Hæc autẽ concessio tenuit à principio, vt ostensum est suprà, quare, &c. In sui verò fine deficit: quia iura, quæ ibi adducuntur, loquuntur de concessione rei modicæ, & meritis cõmensuratæ, quę merita verè procedunt, & hæc tria hîc deficiunt: quia res est magna, nec merita probantur præcedere: & dato quòd pręcederent aliqua, est excessus donationis ad ipsa, vt in prima ratione probatum fuit. & eodem modo respondetur ad quintam rationem, videlicet, quòd in casu nostro res donata magna fuit, quare, &c. vt notat Innoc. & Host. in c. quod in contrarium allegatur. extra de his, quæ fiunt à præla. sine consen. Cap. c. 2. † De possessione verò, quam nobilis prædictus nunquam habuit talis perceptionis, non est necesse tractare duplici ratione. ¶ Prima, quia huic tali possessioni ius non assistit, imò resistit. & ideò cùm possessio iuris debeat habere adminiculum, eò quòd ex iure plurimum iuuatur: vt ff. de acqui. pos. l. possessio quoq;. in fi. 1. respon si. & no. eod. tit. l. 1. in prin. vbi describitur, quid sit possessio. apparet, quòd omni tẽpore fuit improba. & neminem his casibus tuetur prætor, vt contra legem faciat: vt ff. de public. l. cùm sponsus. §. si res. ¶ Secunda, quia cùm hodie constet de petitorio, de possessorio recuperandæ possessionis inaniter disputatur: quia proprietas semper trahit ad se possessionem: vt ff. de rei ven. l. officium. & C. vnde vi. l. inuasor. & habetur expressum extra de causa pos. & proprie. c. cùm dilectus. de diuor. c. fig. & clarè per Inno. extra de fil. presby. c. constitutus. Apparet itaque ex prædictis, cessantibus obiectionibus, concessionem prædictam, in quantum fuit attentata de facto, revocationi subiacere de iure. c

c

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Obtentu. *Declara & dic, id est, prætextu.*

b ¶ Promisionem induxit. *Vide Deci. in consil. 544. col. 3. vol. 4.*

c ¶ De iure. *Ad materiam præsentis quæst. Ioan. Andr. & alij dicunt in additio. ad Specul. super Rubr. de rebus eccles. alie. vel non.*

De restitutione spolia. & de cau. pos. & de sent. & re iud. & de exceptionibus, & de verborum significat. & de rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Executor datus cum causæ cognitione, si ea non seruata spoliauit possessorem, debet fieri restitutio, & etiam merus executor non potest aliquem possessione priuare, nisi eo vocato, & nunquam possessor etiam sine colore debet priuari possessione sine causæ cognitione. Item petenti restitutionem non obstat sententia iuris, & sic constitutio execrabilis: sed sententia hominis sic. Item non obstat sibi sententia lata super proprietate, si executio possessionis non sit facta, licet renunciatio obstet. & num. seq.*

Item cura dicitur quasi cor vrens.

10 *Item prælatus priuans aliquos clericos non seruientes Ecclesiæ distributione quotidiana illius diei non dicitur propterea habere curam, nec dicitur priuare eos fructibus beneficij propter hoc. num. primo, cum pluribus sequentib.*

CONSILIVM CCXXVII.

2 DE TOTO themate quæstionis illud solum in facto consistens ad memoriam reducitur, quod cum do. G. de Cardelijs præpositus Terraconens. dicens se spoliatum ipsa præpositura per Archiepiscopum Terraconens. contra eũ (vt dicebat) Apostolica authoritate, perperam tamẽ, & indebitè virtute constitutionis b execrabilis, procedentem, egisset petitorio, & possessorio contra Raymun. de Auinione, cui eadem authoritate, & per ipsum Archiepiscopum de ipsa præpositura dicebatur esse prouisum, & qui se intruserat in eadem, vtẽs iuris beneficio suspendit petitorium, & petit in possessorio debere concludi, & sententiam ferri secundum l. de vi & vi ar. l. cum fundum. §. vlti. & extra de causa possess. & proprie. cap. pastoralis. & eodem titu. causa

causa beneficiali in cõcilio Vienen. Pars autem aduersa, videlicet R. de Auinione petit articulos suos admitti, qui pro maiori parte petitorium tangunt. Modò est in quæstione, quæ harum partium melius dicat? & videtur, quod intentio dicti dom. G. iuris æquitate iuuetur, & hoc duabus regulis in iure satis notis. ¶ Prima est, quod ante omnia restituenda est possessio spoliato, nec per obiectum aliquem proprietatem tangentem regulariter restitutio retardatur: vt C. de dona. inter vir. & vxor. l. si maritus. 1. si per vim, vel alio modo. l. 1. ad l. Iul. de vi publ. vel priua. l. si quis ad se fundum. & de agri. & censi. l. omnes. & l. si coloni. & extra de restit. spol. c. in literis. ¶ Secunda regula est, quod sicut fit spoliatio per priuatum, sic & fieri dicitur per iudicem non seruato ritu debito procedentem, & possessionem alicui auferentem: vt C. si per vim, vel alio modo. l. vlt. & vnde vi. l. meminerint. & est casus extra de restitutio. spoliat. conquerente. & 6. quæst. 1. præsentium.

2 ¶† Nunc restat probare, quod Archiepiscopus Tarraconen. non seruauit ritum. Hoc autem fit declaratur. In rescripto Apostolico, quod R. de Auinione prædictus obreptitiè impetrauit ad Archiepiscopum Tarraconen. dicens, præfatum dominum G. tenuisse, & tenere contra constitutionem execrabilis, plures Ecclesias, scilicet Abbatiam, & præposituram Tarraconen. curatas. Inter cætera continentur hæc verba: Fraternitati tuæ, de qua plenam in domino fiduciam gerimus, per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus, si quod de præmissis proponitur, veritate fulcitur, præposituram prædictam sic vacantem eidem R. authoritate nostra conferas, & assignes, &c. constat autem, quod per hæc verba committitur, & datur causæ cognitio: vt extra de rescript. c. ab excommunicato. & c. 2. & c. olim ex literis. hic autem nulla fuit causæ cognitio obseruata: nec enim ante prolatam sententiam (si sententia dici potest) aliqua citatio fuit facta de dicto domino G. & tamen citatio est principium omnis iudiciariæ cognitionis: vt instit. de pœna teme. liti. §. vltimo. nec aliqua eius defensio audita, nec etiam fuit intentio domini Archiepiscopi cum causæ cognitione procedere, vt apparet in responsione eius, quam fecit ad requisitionem domi. G. in qua dixit, se mærum executorem esse, & tamen hoc falsum erat: immò (vt ostensum est suprà) erat sibi causæ cognitio commissa, & sic non erat mærus executor: vt C. de execut. rei iudicatæ. l. si vt proponis. & l. executorem. & extra de offic. & potestate iudicis delegati. ca. pastoralis. §. quia verò. & ibi notatur per gloss. ordi. & 2. quæst. 1. Deus Omnipotens. & per Innoc. extra de cohabitatione clericorum, & mulierum. c. tua. in glo. fama concedit, &c. nec fuit debitè citatus, cùm dictus R. fuit in possessione missus. Et si de hoc datur aliquid in articulis partis, attendendum est, quòd appellatio in iudicium producta prætendebat saltem missionem, imò verius intrusionem, quæ facta fuit. Apparet enim ex positionibus partis aduersę, quod missio, imò verius intrusio facta fuit sexta mensis Iunij, & ex data appellationis apparet eam interpositam fuisse quinta die eiusdem mensis. & ex hoc solum esset restituendus dictus dominus G. & hic est casus extra de iureiurando. cap. venientes. Circa quod est considerandum, quod de graui præiudicio agebatur, quia si dominus G. incidisset in constitutionem execrabilis, non solùm perdidisset præposituram, sed Abbatiam, & factus esset perpetuò inhabilis ad similia beneficia obtinenda. Et ideò non est mirum, si dominus Papa voluit, vt velle debuit, cum causæ cognitione procedi: vt C. de appella. l. qui sententiam. & ff. ad Carbo. l. 1. §. sed & si quis. Si ergo tali cognitione, quæ committebatur, omissa Archiepiscopus Tarraconen. processit, quod egit, viribus non subsistit, & à spoliatione, & intrusione nequaquam excusat: vt extra de rescript. c. cum dilecta. de offic. deleg. c. venerabili. ff. de bo. poss. contra tabu. l. non putauit. §. non quæuis. & not. ff. de acqui. poss. l. iustè. & per Innoc. extra de iurepat. c. consultationibus. Cùm igitur constet de possessione domini G. circa præposituram prædictam, per datam etiam partis aduersæ, & de collatione eidem facta per dominum Clementem Papam V. & per superiora de spoliatione appareat, restat secundum primam regulam, quod in possessorio debeat concludi, & pro dicto

3 domino G. diffinitiuè pronunciari. ¶† Nunc restat respondere ad aliquos obiectus, quos pars aduersa facit. Et primò dicit, quod dominus Archiepiscopus poterat procedere sine omni causæ cognitione secundum ea, quæ not. Innocen. extra de concess. præbend. c. proposuit. ¶ Ad istud respondetur dupliciter: Vno modò, quia illud loquitur de mæro executore, qui datur ad exequendum gratiam iam factam, nos autem loquimur non de mæro executore, sed de eo, cui causæ cognitio demandatur, & qui non datur ad gratiam iam factam, sed faciendam, & ideò materiæ se inuicem non contingunt: vt C. si contra ius, vel vti. pub. l. & si non cognitio. Alia est solutio, quod & si mærus executor possit ad collationem procedere parte non vocata, tamen ad missionem in possessionem non procedit, nisi parte vocata: vt extra de præben. c. licet. lib. 6. imò, & si possidens habeat aliquem titulum, licet minus iustum ac coloratum: tamen executor datus ad prouidendum non prouidebit de tali beneficio, nisi præmissa causæ cognitione, & vocato possessore, eiusq; defensionibus auditis, & impugnationibus, si quas facere voluerit contra impetrantem, aliàs, si hunc ordinem non seruat, cassatur sua collatio. argumen. ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. si super rebus. & extra de concess. præben. c. literas. & c. cùm nostris. & ita dicit Compo. dominum Innocent. diffiniuisse, vt ipse not. extra de rescript. c. Capitulum sanctæ crucis, in glo. magna. in §. item quæritur, vtrum executor ad prouidendum datus, &c. Nunquam autem, siue possessor colorem habeat possidendi, siue non, amouebitur à sua possessione sine causæ cognitione: vt decima sexta, quæstione 4. volumus. Hic autem nec ante collationem, nec ante admissionem, siue intrusionem aliqua præcessit causæ cognitio, vt ostensum est suprà. Nec iuuat missionem citatio, quæ facta dicitur ad domum præpositurę, quoniam eam præcedebat appellatio, quæ appellantem à citantis iurisdictione exemerat: vt extra de appellationib. cap. directæ. & cap. pastoralis.

4 ¶† Secundò obijcit pars aduersa sic, Non minoris efficaciæ est sententia iuris, quàm hominis. Sed sententia hominis obstat agenti possessorio, vt dicitur notanter 7. quæst. 1. præsentium. ergo & iuris. Sed hic secundum se obstat sententia iuris, scilicet, constitutionis execrabilis. ergo, &c. Sed ad hoc respondetur quod cõceditur nõ esse minoris efficacię sententiam iuris, quam hominis, cùm probatum erit aliquem in sententiam iuris incurrisse, vt notat Innocent. extra de testibus. cap. testimonium. & de testibus cogendis, cap. 1. Sed in hoc est differentia, quia sententia iuris expectat probationes post se, per quas declaretur, aliquem incidisse in eam, & ideò super hoc causæ cognitio adhibeatur, aliàs, sicut dicit Ioan. Mona. ex sola maiori propositione concluderetur, sicut ipse notat extra de sentent. excommunic. cap. statuimus, lib. 6. Sententia autẽ hominis non expectat probationes

bationes post se, quoniam ipsę causam præcedunt. Et ideo cum sententia iuris, quantum ad nos pendeat ex probandis, licet in se non pendeat, non impedit restitutionem spoliati. Sententia autem hominis, cum ex probandis non pendeat, sed iustè appareat ex probatis, impedit restitutionem, quam iam probata non probanda impediunt: vt extra de diuor. c. significati. & not. per Innoc. extra de filijs presbyt. c. constitutus. & hoc modo debet intelligi, quod not. 3. q. 1.
5 in sum. ¶ † Tertiò, obijcit pars aduersa, quod sententia lata super proprietate beneficij tollit, & abdicat etiam possessionem, sicut renunciatio ipsius beneficij: vt extra de restit. spo. c. solicitè. & ideò dicit, quod sicut exceptio renunciationis obstaret etiam agenti possessorio: vt not. per Innoc. extra de renunc. super hoc, sic & sententia super beneficio lata. Sed in casu nostro dicunt, sententiam latam esse per c. execrabilis. ergo, &c. ¶ Sed ad istud respondetur dupliciter: primò, quia verum non est, quod sententia lata tollat possessionem, executione nō facta, quia sententia est actus iuris ciuilis, possessio autem facti est. Res autem facti infirmari iure ciuili non possunt: vt ff. de acquir. possess. l. 1. §. si vir. 1. & qui. ex cau. ma. l. denique. Nec obst. æquiparatio sententiæ, & renunciationis, quoniam non est vera, quia sententia non præsupponit animum eius, contra quem fertur, imò fertur etiam contra inuitum. ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. de peculio. l. summa cum ratione. §. fin. renunciatio autem præsupponit animum renunciantis: vt ff. de ædil. edic. l. quæritur. §. vlt. C. de iureiur. l. si quis iusiurandum. & 7. quæst. 1. quàm periculosum. Inter actus autem inhęrentes animo, & consensu, & eos, qui in inuitos exercentur, quantùm ad eorum efficaciam & operationem velociorem, cōstat differentiam esse, vt colligi potest ex coniunctione duarum legum: vt C. de pig. act. l. 1. & l. nō est mirum. & huius differentiæ ratio potest esse, quia q renunciauit beneficio, per actum renunciationis videtur habere rem pro derelicta, & sic possessionem amittit: vt ff. de acquir. pos. l. si quis vi. §. differentia. quod non est in priuato per
6 sententiam. ¶ † Quartò, obijcit pars aduersa, quod iam de veritate petitorij apparet per literas, & processus exhibitos, coram Archiepiscopo Tarraconen. & nunc coram vobis domino Cardinali productos, per quos apparere dicit, quod præpositus Tarracon. Archiepiscopali sede vacante iurisdictionem Archiepiscopalem exercet, ac per hoc censeri debet prępositura ipsa curata. ¶ Sed ad hoc respondetur dupliciter: Primò, quia illa producta coram Archiepiscopo Tarraconen. fidem non faciunt, quia nec recognita sunt, nec apparent publica manu scripta, nec aliàs talia, quę fidem facere debeant, & si sibi, id est, coram Archiepiscopo talia non apparuerunt, nec recognita fuerunt, fidem facere non potuerunt, nec debuerunt, multò fortius nec coram paternitate vestra, coram qua solum producuntur transcripta productorum ibidem, & sic nullam fidem faciunt: vt ff. de fid. instru. l. 1. & in auth. vt spon. lar. §. ex hoc insuper. col. 9. & extra de fide instr. c. 1. ¶ Secundò, quia dato, quod illa producta fidem facerent, adhuc tamen non arguerent prępositurā esse curatam, quia producta ipsa dicunt, & quicquid egit præpositus Archiepiscopali sede vacante, fecit vt vicegerens Archiepiscopi, & hoc non facit pręposituram curatam esse, quod ostenditur sic:
7 † Certum est, quod incorporalia, & ea, quę iuris sunt, ab hæreditate iacente non recedunt, quoniam sunt difficile separabilia: vt ff. pro soc. l. 3. & de pecu. l quis ergo casus. Hinc est, quod dominium in hæreditate iacente manet, sed possessio nequaquam: vt ff. de acquir. possess. l. cùm hæredes. & ff. si quis test. lib. esse iuss. fue. l. 1. §. Scæuola. Sed iurisdictio est huiusmodi, ergo à vacante dignitate non recedit. Sed interim exercitium eius penes præpositum in hac parte vices eius gerentem est, sicut aliquando contingit, quod pe-
nes vnum est vsus fructus, id est, ius vtendi fruendi, & penes alium est facultas fructuum percipiendorum: vt ff. de iure do. si vsufru. sol. mat. l. vsufru. & extra de loca. & condu. c. vestra. est enim separatus fructus ab vsufructu: vt ff. de euic. l. vaccæ. Sic & aliquando contingit aliquem esse hæredem, & alium commodum hæreditatis habere, vt contingit in filiofamilias hærede scripto ab extraneo, quia adiens hæres remanet, & tamen commodum immediatè transit ad patrem. Primum probatur, ff. de legi. l. cum filio. Secundum probatur, ff. de acquir. hęre. l. placet. & sic est in vicegerente, quia exercitium est apud eum. Sed ius apud dignitatem, cuius vices gerit: vt ff. de offic. eius, cui man. est iurisd. l. 1. §. qui mandata causa. & l. si prætor. & ar. bo. ff. de his, qui not. infa. l. furti. §. ti quis alieno. & optimè de prębен. c. mandato. in 1. responso. lib. 6. Et quicquid facit vices gerens, vel vicarius alterius, hoc ipsum non respicit, sed tantùm attribuitur ei, cuius vices geruntur: vt ff. de leg. 1. l. filius. & l. vicarius alieni muneris. & benè potest hoc colligi per no. per Innocen. extra de rescript. c. eam, te. cuius argum. & demonstratio manifesta sunt, quia prohibitum est, ne quis habeat duo beneficia curata, intitulata, vt extra de prębен. c. de multa. & tamen vnum intitulatum, & alterum commendatum habere potest: vt extra de elect. c. dudum Rothomagen. & 21. q. 1. qui plures. & hoc non potest esse alia ratione, nisi quia cura per commendatarium temporaliter alieno nomine exercetur: vt not. Bar. extra de elect. c. nemo. & hoc apparet similiter in visitatore dato cathedrali Ecclesiæ vacanti à sede Apostolica, qui administrationem habet spiritualium, & omnia potest, præter alienationem immobilium: vt extra de elect. c. is, cui. & de sup. neg. præla. c. Ecclesiæ cathedrali. lib. 6. & tamen, quia temporalis talis cura finitur creato Episcopo, nemo hunc dicit habere curam talem, quod per hoc aliquod beneficium eius curatum vacare dicatur, aliàs emergeret iniquitas, scilicet, quod talis visitatoris officiū esset ei damnosum, contra iura. ff. de fur. l. si seruus communis, & extra de
8 elec. c. cùm non deceat. lib. 6. † Et hanc veritatem, scilicet, quod dominus Papa in condendo decre, exercabilis, intellexerat de cura perpetua ratione prorij beneficij exercitata, manifestè demonstrant tria. ¶ Primò, quia in constitutione dicitur ratione beneficiorum huius, &c. Beneficia autem regulariter sunt perpetua, vt extra de cleri. ægro. c. ex parte. & maximè curata, quia licet filios temporales habere: vt ff. de adopt. l. quæsitum. & ideò secundum Innoc. temporalitas contradicit curæ: vt ipse not. extra de præben. c. cùm non ignores. & clarius eod. tit. c. de multa, ad fin. magnæ glo. vbi dicit hæc verba: Nunquam autem aliquem reputamus hac constitutione teneri, nisi perpetuam habeat dignitatem, &c. ¶ Secundò, hoc idem demonstrat finis constitutionis, cum dicit, Constitutionem habere locum in Ecclesijs curatis, quarum cura non per vicarios perpetuos exercetur, quasi expresse dicat, temporale exercitium curæ non dicitur abdicare curam ab eo, cui sui natura incumbit, nec attribuere illam ei, qui ipsam temporaliter exercet. & pro hoc facit optimè extra de officio vica.
9 c. quæ de Ecclesijs. in Concilio Viennen. ¶ † Tertiò, declaratio facta per dominum nostrum super dicta constitutione, qua declaratum est Archipresbyteros Bituricen. diœcesis, qui ex officio visitant, & iurisdictionem habent, quorum tantum officium expirat

mortuo

mortuo Archiepiscopo, qui eos dedit, & tamen declaratum est eos in constitutione non includi. Et ficut etiam supra dictum est, non solum istud exercitium est temporale: immò exercetur alterius nomine, non nomine præposituræ: quod sic probatur. Quicquid exercitiũ personæ requirit accedens, alteri personæ dicitur accedere, & non rei: vt est videre in vsufructu, qui ad esse sui factum personæ requirit: vt ff. de acquirend. rerum dominio. l. hæreditas. & de stipulatione seruorum. l. vsusfructus sine persona. & ideò dicitur personæ accrescere, cùm vacat: vt ff. de vsufruct. accrescend. l. penultima. Secus in iure accrescendi respectu prioritatis: vt ff. de suis, & legitimis hæredibus. l. si ex pluribus. ¶ † Cura autem est humologia nominis demonstrat. Dicitur enim cura, quasi vrens cor: vt not. Archi. extra de filijs presbyt. c. is, qui defectum. lib. 6. ergo cura ipsa accedens non dicitur accedere præposituræ, sed magis personæ præpositi, & etiamsi præposituræ aliqualiter accederet, cùm accedat per modum cuiusdam inundationis temporalis non ibidem alueum facientis, eius, cui accedit, naturam non immutat, nec ipsius accedentis naturã aliqualiter immutatur, vel à Domino Priore recedit: vt ff. de acquirend. rerum dominio. l. adeo. §. insula. in fine. & de flumi. l. 1. §. si fossa. Neque est hoc exercitium aliqualiter attribuendum præposituræ: vt ex ea dicatur competere, licèt aliqualiter propter eam: vt ff. de coniun. cum emancip. lib. l. 1. §. nunc videamus. ibi nec quod nepotibus confertur à patruo emancipato, &c. & ff. de pecu. l. eo tempore. §. vlti. & not. ff. de acquiren. possessio. l. qui absenti. §. fin. & de loco pub. fru. l. 1. & quod præpositus nihil censeatur ratione præpõsituræ habere, sed sit sicut vnus simplex minister, apparet, quia nullum sibi commodum applicatur, sed de quibus reddit Archiepiscopo rationem, & reliqua restituit. Et ideò dicitur habere præsentem, & momentaneam curam ab omni lucro, damnoq; vacuam, quæ nihil aliud est, quàm simplicem ministrum esse: vt ff. de alim. & cib. leg. l. filio. §. magister. † Simpliciter autem minister proprium nihil dicitur habere in ea re, cui nudum ministerium adhibet: vt ff. ad l. Falc. l. cum dotem. Et ideò sibi regulariter actio non datur: vt ff. ad Trebellia. l. Lucius. §. Mæuia. & not. ff. de lega. 2. si quis Titio. finge in facto, quòd præpositus vacante sede grauet aliquem, ad quem appellabitur? de facto certè appellatur ad eum, ad quem appellaretur, Archiepiscopo viuente, quod monstrat vnitatem consistorij, vt extra de consuetu. cap. non putamus. Et tamen si nomine præposituræ exerceret, appellari non potest ad Archiepiscopum, vel Capitulum, sede vacante: vt ff. de appell. l. imperatores. & extra de appell. capitu. dilecti filij. & not. per Hostien. extra de præben. cap. referente. Præterea si diceremus præposituram esse curatam, eadem ratione & sacrista, & omnes alij subsequenter, ad quos in defectum præpositi huius iurisdictionis exercitium tranimittit, sed hoc esset absurdum, ergò, &c. arg. ff. solu. mat. l. diuortio. circa princ. de leg. 3. l. fideicommissarius. ¶ † Vltimò opponit pars aduersa, quòd literæ dom. Papæ determinant quæstionem, eo quòd narrato tali facto, quale in articulis partis aduersæ datur, Papa mandat, si quod de præmissis proponitur, veritate fulcitur, dicto R. de dicta præpositura prouideri, & sic non esse aliquid vlterius quærendum, cùm lata videatur sententia per Papam. Sed ad hoc respondetur, quòd falsum suggestũ fuit Papę. Dictum enim fuit, quòd puniebat clericos non interessentes diuinis, fructus beneficiorum, & ecclesiasticorum prouentuum subtrahendo: & tamen hoc falsum est, quia subtrahere fructus beneficiorum alicui est suspendere illum à beneficio. Suspendere autem nullum potest, quia constitutio dicit, quòd possit clericõ non interessenti diuinis officijs subtrahere distributionem illius diei aliquam partem secundum quod præposito visum fuerit, vt dicit Constitutio per partem aduersam producta, & tamen hoc non est suspendere à perceptione fructuum: quia per illam scientiam inhabilitatur persona, ne fructus faciat suos, etiamsi eos caperet. Per hanc autem subtractionem nulla inhabilitas, sed aliquid de facto minus præstatur, & satis modicum, quod & sub nomine quotæ non cadit, & per consequens non verificat partem demonstrans aliquod totum, sicut sunt illa verba, fructus beneficiorum, &c. arg. ff. si quis omiss. causa testam. l. quamuis.

13 † Nam propriè & singula cementa, & lapides domus nõ sunt partes domus: vt ff. de acq. pos. l. qui vniuersas. & de vsucap. l. eum, qui ædes. & sicut dictum est supra illud, quod subtrahitur, modicum est, & ad pen niculariam tendens magis facti, quàm iuris esse videtur, & sic etiam Camerarij Cardinalium, quandoque subtrahunt alicui prandium, vel cœnam, & tamen constat eos curam non habere: & ad hoc bene facit. ff. de re milit. l. qui commeatus. §. arma. & de bon. dam. l. diuus. Tunc falsum dixit, & tacuit verum, cùm dixit, quod sede Tarracon. vacante excommunicabat, suspendebat, & inquirebat: & aliàs iurisdictionem ecclesiasticam exercebat; tacuit enim, quòd tanquam vices alterius gerens hæc omnia faciebat. Et ideò potest concludi, quòd inspecta religione principis habeat locum illud legale. Si enim docuerit vel alias falsa falso, vel non ita se habere, quæ missa sunt, nihil nobis præcognitum esse videbitur, quæ quasi aliter se habentibus scriptis rescripsimus, vt hæc leguntur. ff. de appel. l. 1. §. 1. ¶ Ex prædictis itaq; patet viam, possessorij planam esse, vt in ea debeat Domin. G. victoriam reportare. Et idem similiter debere fieri de iure, si de petitorio ageretur, de quo non agitur in præsenti.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Themate. *Addatur Maria. antiqui. consi. 12. in 3. col. 1. par. Quod consi. incipit: Quoniam in præsentiarum.*

b ¶ Virtute constitutionis. *Hæc constitutio est inter Io. XXII. extrauagantes sub ti. de præb. & digni. Et famosissima est, atq; æquissima, sed malè obseruata.*

De relig. domi. & de excess. prælato.

SVMMARIVM.

1 *Fratres prædicatores possunt habere plures campanas, & processus Episcopi contra notoriè exemptos est nullus. & numer. sequent.*

CONSILIVM CCXXVIII.

1 QVOD fratres † prædicatores ciuitatis Castrensis possint de iure quatuor, & plures habere campanas, probatur rationibus infrascriptis. ¶ Primò ex regula, quia dici consueuit omnia videri concessa, nisi prohibentur prohibita: vt C. de relig. & sump. fu. l. statuas. & ff. quib. ex causis maio. l. necnon. §. quod eis. de proba. l. ab ea parte. ¶ Secundò ex alia regula, qua dici consueuit licere vnicuiq; in suo facere, quod vult, dummodò nihil in alienum immutet. ff. si serui. ven. l. sicuti. §. Aristo. etiamsi per hoc alius lædatur, dummodò dolosè non faciat: vt de dam. infe. l. fluminum. §. vlt. & duabus le-

gibus seq. de aqua plu. arcen. l. 1. §. idē ait. & §. deniq;
2 Marcellus. ¶ † Tertiò quia res transit de persōna in
personam cum suis iuribus, conditionibus, & liber-
tatibus: vt ff. de seruit. vrba. prædiorum. l. via consti-
tui. §. quicunq;. & si ser. vend. l. 1. §. vltim. & l. seq. arg.
ff. de fideicommiss. liber. l. generaliter. §. quoties. Sed
huic Ecclesię sancti Vincentij, quę modò est fratrum
prædicatorum, debebatur ius habendi campanas plu
res, quia parochialis erat. Ergò mutatione Domini
non erat illud ius amissum: vt ff. de cens. l. ætatem. &
3 C. de vaca. & excusa. mu. l. sordidorum. ¶ † Quar-
tò, ex perseuerantia causæ. Causa enim rei cessans rei
finem imponit, & perseuerans eam ampliat, & exten-
dit: vt ff. de oper. lib. l. planè. de adulte. l. adulterium.
de iure patronatus. l. adigere. §. quamuis. Sed causa
pluralitatis campanarum, donec Ecclesia fuit in ma-
nibus secularium, fuit honor sancti, decus cultus di-
uini, & conuocatio populi: quę tres causæ adhuc sub-
sunt. Ergò & ius, siuè priuilegium campanarum ma-
nere debet, vt impleatur, quod in iure scribitur: cùm
enim par, similisq; iustitia, sit iustum, & competens
videbitur eisdem vtrumq; officium priuilegijs glo-
riari: vt C. de pala. sacra. lar. & re. priua. l. vlti. lib. 12.
imò certè classicus, & sonus campanarum necessari-
us est ad conuocandum populum, siuè populi multi-
tudinem ad audiendum verbum Dei. iuxta illud Nu
meri 12. Fac tibi tubas argenteas, & ductibiles, quibus
conuocare possis multitudinem. & infra. Cunque in-
crepueris tubis, cōgregabitur ad te omnis turba, &c.
4 ¶ † Sed contra ista dicit pars aduersa, quod non licèt
eis habere tot campanas, quinimò nisi vnam, & alle-
gat pro se extra de priuil. cap. patentibus. & de excess.
præla. capit. nimis iniqua. Vbi conceditur eis habere
campanam: & sic arguit, igitur vnam duntaxat. Sed
hoc non obuiat: quia capit. patentibus. loquitur de
oratorijs in grangijs, vel priuatis domibus constitu-
tis, de quibus loquitur in Authenti. vt in priuatis do-
mibus sacra mysteria non fiant. in rubro & nigro. &
de quibus procuratio dari non debet. extra de cen-
si. c. vltim. De monasterijs autem non debet intelligi,
vbi sunt solemnes Ecclesiæ, & cōuentus, vt de conse-
cratione. distinct. 1. si quis tunc. & quod inter ista sit
patens differentia, legitur 18. quæst. 2. quidam mona-
5 chorum. & ibi notatur. ¶ † Non ob. c. nimis ini-
qua, vbi legitur in singulari de campana: quia narrat
grauamen, quod inferebatur prædicatoribus, & mi-
norib. videlicet, quod prælati non permittebant eis
campanam: & illud grauamen tollit. ¶ Quis ergò di-
cit, q; l. in eorum fauorem prodita, qua ꝓhibetur eis
inferri? certè qui hoc dicit, à mente legislatoris diuer
tit. argum. ff. ad Trebellian. l. deducta. §. vltim. & ex-
tra de verb. signific. transmissa. Hęc enim oratio prō
eis posita est, non contra ipsos: vt ff. ad legem Falci-
diam. in ratione. §. tametsi ante. si enim ad cap. nimis
iniqua. pręcessisset prohibitio, ne campanas haberēt:
tunc permittendo eis habere campanam fortè staret
prohibitio in alijs: sed cùm hic nulla reperiatur pro-
hibitio prædere, sed tollatur grauamen, quod infe-
rebatur circa vnam campanam, videtur quod sit pro
hibitio de pluralitate: alioqui vnum contrariorum
inducet reliquum, videlicet concessio prohibitio-
nem: quod esse non debet: vt ff. de adimen. & transfe-
ren. leg. l. legata inutiliter. de cond. & dem. l. cum
tale. §. vltim. & sicut prohibitio non inducit eius con-
trarium, videlicet iussum affirmatiuum: vt ff. de te-
stam. manum. l. Titia. ita concessio non debet prohi-
bitionem inducere, cùm loquimur de his, quæ alias
sui natura prohibita non sunt, vt legi. & not. extra de
translat. epis. vel de cle. c. inter corporalia. nec etiam
multum à verbi proprietate recedit, quod prohiben-
do grauamen circa campanæ appositionem inferri,
etiam de pluralitate campanarum intellexisse videa-
tur, vt ff. de leg. 2. l. si plurib. de leg. 3. l. si plures. & de
6 pig. ac. l. si necessarios. §. si annua. † Nec enim semper
singularitas pluralitatem excludit: vt ff. de verb. sig.
l. in vsu. quod fal. tu. auct. l. 1. §. hoc edictum. signa
enim taxatiua, vt, tantum, duntaxat, non sunt vsque-
quaque subaudienda in oratione. Vnde hęc non est
bona illatio: Tu habes vnum oculum: ergò vnū tan-
tum: vt ff. de leg. 2. l. vlt. §. 1. & ibi not. Et vna via ducit
Romam: ergò vna tantum, & actio ædita demonstrat
speciem futuræ litis: ergò vna sola, vt hęc probantur.
ff. de æden. l. 1. circa princ. Et aliud est dicere Episco-
pum, & aliud est dicere Episcopum solum, vt extra de
testam. c. significasti, & huiusmodi sententiæ videtur
fuisse In. in præalle. c. parentibus. vbi videtur innue-
re, quod illud c. intelligitur in Ecclesijs exemptis, &
dicit speciale in prædicatoribus, & minoribus, innue-
ens c. nimis iniqua. de campanarum pluralitate de-
bere intelligi. Et in hac sententia est Goff. quicquid
super hoc scripserit Hostien, cuius dictum non magis
vrget, quam ratio, quam adducit, & quæ superius est
soluta. Secundò opponit pars aduersa, quod hoc non
licet prædicatoribus ex ordine institutis ex generali
consuetudine: sed ad istud respondetur per interem-
ptionem, quia nec ordo prohibet, nec consuetudo
repugnat, immò concordat, præsertim vbi sanctio-
rum corpora requiescunt, & ex deuotione concurrit
populi multitudo, sicut in ecclesia beati Dominici
in ciuitate Bononiæ, in ecclesia beati Petri martyris
Mediolani, apud sanctum Maximinum, vbi requie-
scit corpus beatæ Mariæ Magdalenæ. & in alijs mul-
tis locis. si ergo illa exempla sunt digniora imitatio-
ne, quæ sunt excellentiora pietate, vt 9. distinct. sa-
ne. sequenda sunt exempla illarum ecclesiarum, &
monasteriorum, in quibus propter sanctorum præ-
sentiam maior honor sanctis exhibetur. Nec episco-
pus Castrens. quantumcunq; magnus, dedignari de-
bet in bono imitari quantumcunque minores, stul-
tus enim est, qui adeo se primum existimat, vt bona,
quæ viderit, discere contemnat, vt habetur 22. di-
7 stinct. de Constantinopolitana. ¶ † Tertiò obijcit
pars aduersa, quod hic fit immissio sonitus ad alie-
num, & sic videtur contra §. Aristo. ff. si ser. vendi. l.
sicuti: superius allegata, sed istud quæritur de im-
missione corporalis, vt puta fragmentorum, aquæ,
& fumi: vt patet per exempla ibi posita, quæ tria con-
stat esse corporalia. de primis duobus patet, de ter-
tio. s. de fumo not. institut. de re. corp. & incorp. in
8 princ. & ff. de re. diui. l. 1. §. his. ¶ † Quartò ob-
ijcit pars aduersa, quod strepitus, & sonus campana-
rum impedit diuinum cultum: sed ad istud respon-
detur, quod non impedit nisi velint esse nimium de-
licati, ad quod non admittuntur, siue audiri non de-
bent, vt ff. de pig. act. l. si seruus. de verb. obli. conti-
nuus. §. cum ita. & aliquod etiam incommodum de-
bet pati pro vtilitate vicinorum. vt ff. ne quid in stu-
pu. fiat. l. 1. §. sunt, qui putant. præsertim cum eorum
prædecessores longissimo tempore sic passi fuerint.
Vnde potest eis dici verbum legis, quod eis maiorum
suorum exempla præiudicant, vt C. de coarta. l. si
9 coartalis. lib. 12. ¶ † Quintò obijcit pars aduer-
sa quod monasterium factum sit ecclesia cathedra-
lis: sed ad hoc respondetur, quod superueniens dig-
nitas, licet aliquando soluat à præstatione opera-
rum, quarum exhibitio dignitati non conuenit: vt
ff. de oper. liber. l. interdum. & l. operis. Nunquam
tamen in altero obligationem auget, vel ab vsu iuris
sui impedit sine graui ignominia dignitatis arg. C. de
seruit. & aqua. l. non modus. ff. de offic. præfid. l. illi-
citas. §.

citas.§.ne potentiores. Alioqui sequeretur absurdum scilicet quantum vnus in altum tollatur, tantum alter decrescat, imò magis penitus depereat, contra.l. to C.de nuptijs.l.si libertam. ¶ † Sextò obijcit pars aduersa, quod irritatione personæ irritatur & priuilegium. Sed ad istud respondetur, quod hoc habet locum in priuilegio, quod respicit rem propter personam tantum, vt C. de inoffi.testam.l.vltim. & de acquir.hære.l.Paulus.& de coll.bo.l.1.§. nec castrense. Illud autem, quod competit rei ratione ipsius rei, nõ tollitur irritatione personæ, vt in iuribus supra pro fratribus allegatis, & probatur. C. ad Velleia.l.hæredes.ff.de in integ. rest. l. non solum. & de reg. iur. l. h in omnibus. in quinto responso. tale autem est illud, de quo quæritur, &c. ¶ † Septimò obijcit pars aduersa de præscrip. Sed ad hoc respondetur, quod non fuit positum, nec probatum, nec fratres vnquam pro dunraxat incipit currere præscriptio. vt ff. de ser. vr. præd.l.hæc autem iura. quemadmodum serui. amittatis.l.si quis alia.§.fi.& extra de verbor. signi. c. abbate, circa princip. & ibi not. Ex his ergò manifestè colligitur prædicatoribus campanas, quas posuerunt, de iure ponere licuisse, quibus etiam cessantibus apparet processum Episcopi nullum fuisse: vtpotè exercuato, in quib. quidem notoriè exemptis locum non habet c. cum personæ. extra de priuil. lib. 6. arg. eius quod not. Innoc. extra de verbor. signifi. ex parte ad fin. magnæ glos. Et esto quod locum haberet, satisfactum fuit domino Episcopo per productionem, & ostensionè priuilegij emptionis dicti ordinis factam coram episcopo competenti, vt patet per publicum instrumentum in causa productum.

De concessione pręben. & de probat. & de libel. oblat. & de excep. & de replicatio. & de rescript. & de verborum significatio.

SVMMARIVM.

1 *Ad docendum de consumptione gratiæ alicuius satis est, quòd probetur acceptatio sua tantum sine prouisione.*
Item probata vacatione beneficij per mortẽ vltimi possessoris probatur etiam per alios prædecessores vacasse.
Item sufficit articulanti probare obitum possessoris licet nõ probet, vbi mortuus est, & ea, quæ veniunt in replicatione, non debet excipiens articulare, nec probare.
Item satis est articulanti probare, quod tempore vacationis beneficij erat certi valoris comprehensi sub gratia, licet tempore datæ esset maioris valoris, cum nu. seq.
2 *Et si dico in articulis gratiam tuam esse consumptam in certo beneficio, quod possidet alius, vt verus rector, non dicor contrarius, quia possibile est, quod tu habueris, & dimiseris illi, verus tamen rector poteris saluari, quoad similitudinem, & apparentiam, licet non quoad veritatem existentiam. nu. 1. cum plu. seq.*

CONSILIVM CCXXIX.

HÆC sunt dubia, quæ fiunt in causa de Troia contra articulos domini episcopi Mirapicen. ¶ In primo opponitur contra decimum articulum, qui incipit: Item quod dictus Ademarius, &c. licèt in eo dicatur, quod dictus Ademarius, acceptauit Ecclesiã de Pinsagnello, & de ea fecit sibi prouideri, nõ tamen dicit per quem. & si dicatur, quòd per executorem suum non nominat eum, cum plures sub executores habuerit. ¶ Secundò opponitur contra declarationem datam pro parte ipsius do. Episcopi super 24. articulo, quæ declaratio incipit, Inprimis declarando, &c. quòd cum ipsa declaratione detur, quod Dom. Guliel. Episcopus Tholosanus dictam Ecclesiam contulit successiue duobus. ¶ Primò, Dom. R. Scabonerij. ¶ Secundò, Domino G. de Monte alto: & non detur mors dicti Domini R. nec alia vacatio, adhuc præsumitur viuere, & Rector etiam: & sic non potuit vacare per mortem dicti Domi. Guliel. ¶ Tertiò, opponitur contra nonum articulum, qui incipit: Item, quod Domin. G. &c. quod licèt in eo dicatur, quod dictus G. diem clausit extremum, quodque post eius mortem dicta Ecclesia vacauit, non datur in eo locus: & ideò quia possibile fuit, quod mortuus fuerit in curia: quo casu acceptatio Ademarij non teneret: patet, quod ipse articulus non concludit necessariò cõtra ipsum Ademarium, quod facere debet, cùm sit impugnatiuus. ¶ Quartò, opponitur contra articulum decimumoctauum, qui incipit. Item quod fructus, &c. facta prius præsuppositione, quod articulus, cùm sit impugnatiuus, debet necessariò concludere contra Dominum Ademarium, nam licet dicat, quod prouentus ipsius Ecclesiæ de Pinsagnello tempore mortis dicti G. & acceptationis, seu collationis Ademarij summam octuaginta librarum Turonensium paruorum non excedant iuxta taxationem decimæ, nec excedunt, quod pro ipsis fructibus persolutum fuit, & persolui consueuit pro decima ad valorem non excedentem summam eandem: non tamen datur hoc de tempore gratiæ factæ dicto Ademario, & sic cùm sit possibile, quod tempore dictæ gratiæ dicta Ecclesia erat maioris valoris, non cadebat sub gratia, licèt tempore vacationis, & acceptationis esset minoris, propterea non concludit necessariò. ¶ Quintò, opponitur contra decimumnonum, & vigesimum articulos, quod cùm in eis detur, quod G. de Quærio virtute gratiæ à sede Apostolica sibi factæ fuerit prouisum, quodque adhuc eam, vt verus Rector, detinet, & possidet, non potest Dominus Episcopus ipsum Ademarium, nec alium verum Rectorem dare. & per consequens articuli dicti
1 Domini G. Episcopi cadunt. ¶ † Ad primum obiectum, qui fit contra decimum articulum, in quo dicitur, quod non datur, per quem executorem, vel subexecutorem dictus Ademarius sibi fecerit prouideri. Respondetur primò, quòd de efficacia acceptationis, vel prouisionis illius non agitur, & vt super ea pronuncietur Ecclesiam acceptatam, & de qua dicitur esse prouisum, pertinere ad Ademarium: quia tunc fortè amplior expressio, & per expressionem legitimatio requireretur: sed solum ad hunc effectum datur, vt per hoc Ademarij gratię consumptio ostendatur, super quo cùm pronunciari non debeat, nec aliquod ius adiudicari Ademario, nec tanta expressio exigitur, nec indagatio requiritur. argum. ff. de agn. liber. à parent. l. si quis à liberis. §. si vel parens. & ad Carbon. l. 2. §. causæ. in verb. summatim. ergò, &c. ¶ Secundò respondetur, quòd cùm per acta appareat, qui fuerint executores gratiæ Ademarij, sufficiens expresio est facta ex relatione ad vnum licèt incertum, de certis tamen: vt ff. de rebus dub. l. quidam relegatus. §. incertis. præsertim vbi non refert, quantum ad id, de quo quæritur, quis executor, vel subexecutor prouideat, cùm nihil ex ea petatur. Sed de executione gratiæ, propter quam agitur. argum. ff. ad Vel. l. quamuis. §. si mulieri. in vers. planè si mihi

proponas, ibi, nihil interest enim, &c. & de lib. & post. l. Gallus. §. si eius. ibi nihil refert. vtrum ex iure antiquo an ex l. Velleian. excludatur, &c. vt ff. de euict. l. si emancipatum. ¶ Tertiò respondetur, quod dato, quod de prouisione non sufficienter daretur, quod tamen verum non est. De acceptatione tamen sufficienter datur, quæ sola gratiam consumit: vt ff. de opt. lega. l. apud Offidium. de lega. 2. l. statulib. §. vltim. & de leg. 3. l. fideicommiss. §. sic fideicommissum.

2 ibi, etiam primam voluntatem exigit, &c. ¶ † Ad secundum obiectum, qui fit contra declarationem data super decimoquarto articulo, vbi dicitur dari, quod Episcopus Tholosanus successiuè contulit duobus: & non datur, nisi de morte vltimi, vnde primus adhuc præsumitur viuere. Respondetur, quod si videatur octauus articulus & sequentes, plenè datur de morte omnium: quia datur, quod Dominus Guli. de Bosonacho fuit verus Rector Eccclesiæ de Pinsagnello, & quod per eius mortem vltimò dicta Ecclesia vacauit: hoc autem esse non potuit, nisi alijs prędefunctis, vel canonicè priuatis: vt 7. quæstio. 1. eos. & extra de concess. præb. cap. 1. & de accus. c. ad petitionem. & qui dat diuortium, dat & matrimonium: vt ff. de diuort. & rep. l. Iulianus. rerum amo. l. si concubina. in fi. 2. respons. & optimè. ff. de bon. lib. l. in seruitutem. in 2. respons. & optimè de acqui. hær. l. neque. §. vltim. & l. illud. alias si de omnibus, & singulis prædecessorib. deberet expresè dari, per consequens & probari. & sic necesse esset peruenire vsq; ad primum, quod esset non solum difficile, sed impossibile: vt no.

3 in glo. ff. ad mun. l. assumptio. §. filius. ¶ † Ad tertium obiectum, qui contra non numarticulum fit, in quo dicitur quod non datur locus vacationis, vnde potuit vacare incuria, & sic prouisio non tenuisse. Respondetur, quod mortuus præsumitur in Ecclesia, in qua domicilium habebat, sicut miles in loco, in quo stipendia meretur. ff. ad muni. l. municeps. §. vltim. & de for. compet. c. postulasti. & not. apertè Inno. extra de priuil. c. ex ore. præsertim, cùm omnis absentia ab Ecclesia, in qua quis residere tenetur, dicatur dolosa: vt not. Inno. extra de cle. non resi. c. ex tuæ. in 1. glos. & dolus in aliquo non præsumitur, nisi probetur: vt ff. de prob. l. quoties. §. qui dolo. Præterea sufficit dare vacationem, acceptationem, & prouisionem. quod autem non tenuerit, per modum replicationis venit quod non incumbit obijcienti. Sicut si quis obijceret homicidium cum debitis circumstantijs non habet ibi addere: & non ad sui defensionē: quia hoc in modum replicationis venit: vt C. ad l. Corn. de sica. l. 1. & de iureiur. si non conuicij. Etsi quis obijceret adulterium cum certa muliere commissum cum debitis circumstantijs, quis exigeret ad legitimationem obiectus in articulo, quod hoc commisit sciens vxorem non esse? tamen constat, si credidisset eam vxorem, quod immanis esset à crimine adulterij. 34. quæst. 2. in electum. & ff. de adulter. l. penult. & præsertim vbi impugnat factum suum proprium, ad quod quis facilè non admittitur. arg. ff. de lega. 1. l. si plurium. §. 1.

4 ¶ † Ad quartum obiectum, qui fit contra decimumseptimum articulum, in quo obiecto dicitur, quod non datur in articulo, quod Ecclesia de Pinsagnello esset infra summam tempore gratiæ aduersario concessæ, sed solum tempore vacationis, acceptationis, & prouisionis, &c. Respondetur, quod hoc sufficit, quia cùm clausula, quam duxerit acceptandam, fit conditionalis: vt ff. de optio. leg. l. cùm ita. & qui, & à quibus ma. liber. non fi. l. 3. & extra de concess. præbend. cùm ei quem. in concilio Viennensi. & decretum, & omnia prædicta pendeant ex conditione, vt extra de concessione præben. cap. quia cunctis. & tota gratia fit per verba futuri temporis, inspici debet solum tempus conditionis extantis: vt ff. de leg. præstan. contratab. bon. possess. petita. l. interuenit. & de condi. & demonst. eum, qui. & est quasi casus in proposito in Auth. de nuptijs. §. quia verò hactenus. coll.

5 4. ¶ † Ad quintum obiectum, qui fit contra decimumnonum, & 20. articulum, in quib. dicitur, quod de Ecclesia de Pinsagnello fuit prouisum Gul. de Quę rio, & adhuc eam tenet, & possidet, vt verus Rector, &c. & per hoc concluditur, quod alius verus Rector esse nō potuit, &c. Respondetur, & dicitur, quod istud benè sequitur, si iste est verus Rector istius Ecclesiæ: ergò alius non est: quia sicut non duo possunt esse domini eiusdem rei insolidum: vt ff. de Cast. pec. l. hæreditate. §. potest. & ff. commod. l. si vt certo. §. duobus ita nec eiusdem Ecclesiæ, quę consueuit per vnū regi rectorē, respectu eiusdem iuris non possunt duo esse, sed hoc est posibile, vnum esse hodie, & alium cras. Vnde ista in nullo sunt oppositā, scilicet quod Ademarius acceptauit eam, & fecit de ea sibi prouideri: ac per hoc gratia eius fuit cōsumpta: & postea etiam ante vacationem Ecclesiæ de Troia. G. de Quærio sibi fecit prouideri de ipsa fortè primam habendo Ecclesiam pro derelicta: vt ff. de noxal. l. quemadmodum. §. primo. & pro derelicto. l. 1. vel aliquo alio modo per renunciationem definendo ius habere, & sic diuersitas temporis tollit contrarium: vt C. de fur. l. apud antiquos. Vel potest responderi, quod illa verba, Vt verus Rector, &c. notant similitudinem, & apparentiam, non veritatis essentiam: sicut dicimus, quod protutor est, qui vt tutor gerit, & tamen non est: vt ff. pro tutore. l. 1. & in translatione Græci quid habetur. ff. manda. l. creditor. §. fina. ibi, vt dominus Episcopus, &c. Ex quibus apparet breuiter, quod reiectis obiectib. qui contra articulos fiunt, ipsi articuli debent de iure admitti, sicut dicitur, vbicunque est eadem ratio, &c. dic, vt in rubrica, fratres sancti Antonij habent ministrare sacramenta. ibi dum dicit, vt suprà proximè, vbicunque est eadem ratio, &c.

De priuileg. & de verbo. signifi.

SVMMARIVM.

1 *Papa si concessit fratribus de Carmelo, quòd possint audire confessiones illorum, qui sibi de licentia suorum prælatorum confitentur: dicitur prælatus, quo ad hoc, Episcopus, & non rector. Etsi prælatus eam semel concesserit, non potest eam reuocare, vel interpretari, cum num. sequent.*

CONSILIVM CCXXX.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs generalibus, & cæteris fratribus presbyteris ordinis sanctæ Mariæ de Carmelo salutem, & apostolicam benedictionem. Vobis ad hoc tota mente sollicitis, vt æterno Regi per vitæ religiosæ studium debitum placeatis, quæ salutem paritura credimus benigno concedere fauore debemus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus annuentes præsenti vobis authoritate concedimus, vt confratrum, & familiarium vestrorum, ac aliorum fidelium causa deuotionis ad vos recurrentium de suorum licentia prælatorum confessiones audire, & eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere valeatis. Nisi fortè talia sint, propter quæ sedes Apostolica sit meritò consulenda. Nulli ergò homi-

hominum, &c. Siffredus Dei gratia ſanctæ Elonien. Eccleſiæ Archiepiſcopus, &c. dilectis ſibi in Chriſto priori, prouinciali, ac fratribus per Alamaniam ordinis ſanctæ Mariæ de Monte Carmelo ſalutem. Vestris iuſtis petitionibus grato concurrentes aſſenſu: vt priuilegijs, & gratijs à ſede Apoſtolica vobis indultis, quibus noſtrum conſenſum beneuolum adhibemus, in noſtra diœceſi vti valeatis, liberè vobis præſentibus indulgemus, in cuius rei teſtimoniũ, & firmitatem perpetuã ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum, &c. ¶ H. Dei gratia ſanctę Colonien. Eccleſiæ vniuerſis Abbatibus, præpoſitis, decanis, plebanis, & Eccleſiarum Rectoribus Colon. diœceſis ſalutẽ in domino. Cùm nos fratres ordinis ſanctæ Mariæ de Monte Carmelo viros à ſede Apoſtolica approbatos virtute ſuorum priuilegiorum, & per noſtræ gratiæ ſingularis aſſenſum admiſerimus, & per præſentes admittimus ad recipiendum confeſsiones Chriſti fidelium iuxta ſua priuilegia, & proponendum eiſdem fidelibus verbum Dei, veſtram deuotionem hortamur in domino, vt eoſdem vos ob reuerentiam ſedis Apoſtolicæ, & ad præmiſſa, ſicut religioſos approbati ordinis, admittatis, & moleſtatores ipſorum (quantum in vobis fuerit) efficaciter compeſcatis taliter in præmiſsis facientes, vt apud nos veſtra deuotio commẽdetur, & fratres deinceps propter prædicta ad nos recurrere non cogantur: omnes nihilominus indulgentias, & gratias eiſdem à venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, vel Epiſcopis catholicis conceſſas præſentium teſtimonio confirmamus, in quorum teſtimonium, &c. ex prædictis priuilegijs quæruntur plura. † Et primò quæritur, vtrum ex virtute primi priuilegij Vrbani Papæ, quod loquitur de licentia Epiſcoporum, ſit quod vtrorunque licentia requiratur. ¶ Secundò quæritur, vtrum ſex, vel ſeptem annos, ſeu plus, vel minus, poſsit ad libitum reuocari per dictum Archiepiſcopum. ¶ Tertiò quæritur, vtrum Epiſcopus poſsit interpretari ſuam gratiam iuxta priuilegium ordinis abſolutè factam contra iura, & ſignificationem verborum, tam in priuilegio, quàm in gratia per ipſum conceſſa. ¶ Quartò quæritur, vtrum interpretatio ſuprà dicta conſideratis priuilegio, & gratijs ſupradictis prælatorum debeat rationabilis, vel irrationabilis, aut quaſi ſecundũ iura, & rectam rationẽ iudicari. ¶ Quintò quæritur, vtrum curati, qui non licentient ſuos ſubditos, vt poſsint confiteri fratribus iuxta priuilegium Apoſtolicum ipſorum ſupradictum, poſsint à contemptu ſedis Apoſtolicæ excuſari, præcipuè ſi talem conſiderationem vallauerint fidei iuramento, vel promiſsione, vel pœna. ¶ Sextò quæritur, an antequam fratres declarationem factam per Prælatum confeſsi religioſis præfatis decepti fuerint, vel ritè abſoluti. ¶ Septimò quæritur, an benè dicat Epiſcopus in declaratione afferens, quod virtute generalis licentiæ ab ipſis fratribus datæ, & nondum reuocatæ, idem fratres non poſsunt ſine Plebanorum licentia confeſsiones parochianorum eorum audire, & abſoluere. ¶ Octauò, & vltimò quæritur, quę pœna eſt Plebanorum, & curatorum, qui modo præmiſſo inter ſe confædcrates ſine eorum licentia non potuiſſe confeſsiones audire, nec abſoluere. ¶ † Ad primam quæſtionem videtur dicendum, quod habita licentia Epiſcopi, curati licentia ſuperuacua requiratur, & hoc probatur rationibus infraſcriptis. Prima eſt: ea, quę requiruntur in deſtructione cuiuslibet actus, eadem in contrarium ſumpta, in cõſtructione ſunt neceſſaria, & econtrà: vt ff. de adi. & transfe. leg. l. legata inutiliter. §. vlt. & de ſeru. ruſtico. prædi. l. tria. & ibi not. Sed in deſtructione actus deſtructi, vt deſtruatur, ſufficit ad literas illius, qui in ea re maius imperium habet: vt ff. de iudic. l. iudicium. ibi, vel etiam eo, qui in eadem iuriſdictione maius imperium habet, &c. ¶ Secunda ratio eſt, vbi agitur de re in ſe habente periculum, non oportet multorum exigi authoritatem, vel conſenſum. arg. ff. de dam. infec. l. 1. ſed ſufficit ſuperioris autoritas, & in hoc inferioris conſenſus minimè requiritur, ſecus in nuptijs filij, quia ibi tam patris quàm aui conſenſus eſt neceſſarius, quia ibi non tantùm periculum vertitur: vt ff. de ritu nupt. l. oratione. & ibi not. ſed in audiendis confeſsionibus, & iniungendis pœnitentijs ſummum periculum vertitur: vt extra de ætate, & quali. c. cùm ſit ars artium, & de app. c. oblatæ. ergo in laxanda facultate audiendarum confeſsionum, & iniungendarum pœnitentiarum ſolius ſuperioris autoritas, vel conſenſus ſufficit. ¶ Tertia ratio eſt, quia priuilegium Papæ dicit, a de ſuorum licentia prelatorum, &c. Prælatus a autem antonomaticè eſt ſolus Epiſcopus, vt 11. quæſt. 1. de perſona: ergo, &c. ¶ Quarta ratio eſt, quia omnes de diœceſi poſſunt confiteri Archipresbytero cathedralis Eccleſię, eò, quia eſt vicarius Epiſcopi: vt extra de offi. Archipreſ. c. vlt. ſi ergo ſibi, vt Epiſcopo, multò fortius & cuicunq; commiſerit. ¶ Quintò, & vltimò videtur expreſſum extra de pœni. & re. c. ſi Epiſcopus. lib. 6. & ibi no. per Archi. in vlt. gl. & per Io. And. 3 ibidem in 1. glo. ¶ † Ad ſecundam quæſtionẽ videtur dicendũ, quod Epiſcopus talem licentiam conceſſam ſine cauſa reuocare non poſsit, rationibus infraſcriptis. Prima ratio eſt, quia iuuari, non decipi beneficijs nos oportet: vt ff. commo. l. in commodato. ergo, &c. §. ſicut. Secunda eſt ratio, quia nemo poteſt mutare conſilium in alterius iniuriam: vt ff. de reg. iur. l. nemo. Tertia ratio eſt, cum priuilegium Papæ dicat, de ſuorum licentia Prelatorum, videtur, quod ſemel data licentia ſufficit, ſicut de illo, qui cõſenſit mortuum inferri in locum ſuum, licet ante illationẽ pœniteat, nihilominus tamen inferri poterit, & per illationem huiuſmodi fiet locus religioſus: vt inſti. de rerum diui. §. aliena. & ibi not. de hoc ff. quorum lega. l. 1. §. prodeſt. & de aqua plu. arcen. l. in diem. & videtur expreſſum. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum. vbi conſenſus adhibitus legato relicto certę perſonæ, ſi hæres voluerit, reuocari non poteſt. & pro hoc facit ff. de leg. 2. l. ſtatuliberum. §. fin. Hanc ſententiã corroborat extra de filijs presbyt. c. ex tua. & quod conſueuerunt Doct. quęrere, & determinare, an Epiſcopus poſsit reuocare licentiam, quam dedit clerico de ſtudendo per ſeptennium, & dicunt, quod non ſine cauſa: vt not. per omnes. extra de elec. c. cum ex eo. lib. 6. & ſi nõ poteſt tolli, videtur, quod nõ poſsit etiam interpretari eadẽ interpretatione, per quam ad diminutionẽ gratię veniatur, ne lex circumſcribi videatur: vt C. de iura. calum. l. 2. §. hoc etiam huic legi. & cum à principio licentiam expreſsè conceſſerit, & ſpontè, non licet ei ad deteriora tranſire, & ſe ad indeuotionẽ transferre, & priorũ pœnitere: vt habetur in auth. de hęre. & fal. §. non autẽ dabimus. col. 1. nec licet ei quibuſdam excogitatis actibus ſuum propoſitum defraudare, tantamq; indeuotionẽ quibuſdam quaſi legitimis velamentis protegere: vt C. de dona. l. ſi quis argentum. §. fin. & pro hoc facit, quod dici conſueuit, quod iudex, ſicut non poteſt ſuam ſententiam immutare, ſic nec interpretari ea interpretatione, per quam ad correctionem deueniat, vt plenè not. ff. de app. l. ab executore. & cùm omnes aliæ quæſtiones ex iſtis dependeant, de eis ſuperuacuum eſſet pertractare.

ADDITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶Prælatus. *Quis sit Prælatus, & an pluribus modis hoc nomen capiatur, habes per Deci. in cap. Decernimus. in colum. fin. de iudi. Quem vide.*

De donatio. de testam. & de verbo. sign. & extraordin. de impube. & alijs substitution.

SVMMARIVM.

1 *Rex aragonum habens duos filios eis consentientibus, & iurãtibus in manibus patris fecit diuisionem regni aragonum, & maioricarum inter eos dominio retento ipsi patri in vitæ sua. Et deinde substitutionem fecit vni filio, quòd si decederet sine filijs, vel filij eius, tunc succederet regnum aragonum. Hic est casus. Concluditur autem, quòd ista voluntas vocatur ordinatio facta à patre supremi iudicij dispositionem præueniens, & est mutabilis vsque ad mortem. Item quod donatio facta à rege non recognoscente superiorem non subiacet legibus, quò ad insinuationem, nec quò ad personarum capacitatem. Item quòd talis actus regis respectu filiorũ etiam est immutabilis, et in tali substitutione excluditur substitutus, si filius filij, licet non primogenitus, moriatur cum liberis.*
Item Rex non potest regnum suum submittere seruituti quibuscunque pactis contra propriam impositionem factam per pactum suum. cum pluribus num. seq.

CONSILIVM CCXXXI.

1 VT EIVS, de quo † quæritur aliqualis cognitio habeatur: primò videndũ est, an diuisio, seu hæreditamentum, quod, seu quam bo. me. dominus Iacob. Rex aragonum pater fecit inter Petrum, & Iacobum filios suos præsentes, volentes, & consentientes sibi inuicem, & eidem patri iurantes, fuerit actus sui natura mutabilis, & hoc pro tanto, quia si immutabilis fuisset, non licuisset postea domino Iacob. regi patri circa ipsum actum immutationem aliquam in testamento facere, vel substitutionem inducere: vt C. de transact. l. quamuis. de reuoc. dona. l. perfecta. ff. de manu. test. l. Imperator. præsertim, quia in iure alij quæsito non licet alij in alterius præiudicium voluntatem mutare: vt ff. de iure do. l. & licet. & l. stipulatio de dote. de pac. dot. l. cùm dos. solut. mat. l. 2. de pac. l. vlt. & de bo. pos. contrata. l. si post mortem. §. pen. & de re. iur. l. nemo. cum si. Si autem fuisset mutabilis: secus, vt ff. de pręca. l. cum præcario. de ver. obl. l. eum, qui certarũ. §. vl. & de act. emp. & ven. l. si sterilis. §. fi. & vt hoc euidentius clareat, quærendum est, qualiter actus iste cognominetur. Et circa hoc videtur dicendum, quòd vocetur ordinatio facta à patre supremi iudicij dispositionem præueniens, de qua loquitur. C. de inof. test. l. parentibus. & ff. famil. erciſc. l. si filia. §. Papinianus. & hoc quidem, quia dispositionis supremæ natura mutabilis est, sicut & testamentum est mutabile vsque ad supremum vitæ exitum: vt ff. de adimendis, & transfe. lega. l. 4. & hic est casus. C. de pac. l. vlt. §. pen. ibi dum dicit: si donec vixerit, in eadem permanserit voluntate, &c. Si quis autem vellet dicere dictam ordinationem fuisse donationem collatam à patre in filios: adhuc videtur, quod non tenuerit impediente patria potestate, sed alieno eguerit auxilio, id est, confirmatione per mortem: vt C. de donatio. l. siue eman cipatis. & de inof. dona. l. 2. nec in hoc per ius nouum aliqua immutatio facta sit: vt no. C. de inof. test. Authen. vnde, & si parens. eam est opus fateri fuisse mutabilem, & potuisse oneri substitutionis subijci: vt ff. de leg. 2. l. sequens quæstio. quidquid gl. dicere videatur in l. si mulier. ff. de leg. 3. nisi forte quis non improbabiliter diceret hoc locum habere in donationibus communibus: secus autem in regalibus, quia cùm quilibet Rex de facto teneat locum Imperatoris

a in regno suo. *a* tales donationes legibus non subijciuntur, nec quantum ad insinuationem, nec etiam quantum ad personarum capacitatem: vt C. de donatio. l. sancimus. & de donat. inter vir. & vxor. l. dona-

b tiones, quas diuus. *b* Si autem quis dicere vellet quòd actus iste mutabilis fuit respectu facientis, nõ eorum inter quos factus est, & qui inter se illum fecerunt: puta fratres, maximè propter iuramentum, quod sibi inuicem præstiterunt, non videtur rationabile dictum: quia quæcunque inter ipsos egerunt, respectu actus sui natura mutabilis, conditionem tacitam habuisse videntur, si actus ille immutabiliter perseueret. *c* argu. ff. de solu. l. cùm quis. in princ. C. si seruus

c expor. ve. l. 2. ff. de colla. bono. l. 3. §. emancipatus filius. & iuramenta etiam tacitas, & intellectas conditiones admittunt: vt ff. qui satisda. cogant. l. vlti. C. de non num. pecun. l. fin. ff. de municip. l. Imperatores. in princip. & no. extra de iureiur. cap. quemadmodum. & ad horum omnium corroborationem accedit, quod in ordinatione continetur, scilicet, quòd dictus Iacob. Rex, & pater dominium omnium plenè in vita retinuit: licet non videretur pro hoc potuisse celebrare actum, cuius effectus confertur post mortem: sicut nec econtrà: vt ff. de lega. 2. l. patri. §. fundum ¶ † Secundò præsuppono actum, de quo suprà

2 dictum est, esse mutabilem, ac per cõsequens tenuisse substitutionem factam per dominum Iacob. patrem. Superest videre, an conditio substitutionis existat, an verò deficiat per superexistentiam vnius nepotis nati ex filio naturali, & legitimo, non tamen primogeniti domini Iac. regis Maioricarum, cui substitutio facta est. & absque dubio videtur dicendum, quòd conditio substitutionis non existat: quia substitutio locum non habet. nec enim dominus Iacob. rex Maioricarum sine filijs decessit, nec filij eius sine filijs, cùm vnus ex filijs eius filios habeat: vt ff. de verb. sig. l. non est sine liberis. & C. de condit. infer. l. i. Nec dicat aliquis verba substitutionis, inquantum de filijs loquitur, solum ad primogenitum referri: quoniam imo etiam alios vocasse videtur, & in hoc prudens fuit consilium testatoris filios fratris primogeniti in gradu remotiori præferentis. & hic est casus. ff. de hered. instit. l. Lucius. At per hoc concluditur, quantum ad nunc, non extare conditionem substitutionis: vt ff. de leg. 1. l. filius fam. §. cùm erit. & hoc verba ipsius substitutionis patenter ostendunt, dum dixit, in substitutione testator: & si fortè prædictus infans Iacob. filius noster, vel filij eius masculi legitimi, vel descendentes ab eo, &c. Si enim de solo primogenito intellexisset, nequaquam filiorum masculorũ mentionem fecisset, quæ in vno regulariter verificari non potest: vt ff. de verb. sign. l. inter illam. §. vlt. & de ma. test. l. libertas. §. fin. cùm vnus duntaxat possit esse primogenitus: vt extra de verb. sign. cap. Ioseph. Vnde illud sentire est menti, & verbis substitutionis contradicere. ¶ † Et ex his patet solutio ad legem hæredes. ff.

3 ad Treb. §. cùm ita. quia ibi æquitate suggerente conditio duobus apposita in duas conditiones scinditur. ar. ff. de condi. & demonst. l. cui fundus. & in personam quidem domini Petri, quia relictis filijs decessit, & de ea impertinens est tractare. In persona verò domi-

domini Iac. non extitit, nec exiſtit. Fuit enim alternatiua, ſi ipſe, vel filij ſine filijs decederent, quæ verba exprimunt vnam conditionem habentem duas partes: vt ff. de condi. & demonſt. l. hæc ſcriptura. Primo quidem pars non extitit, quia dictus dominus Iacobus filios habuit. Similiter nec ſecunda, quia non eſt verum filios eius complexiuè ſine filijs deceſſiſſe, quia vnus ex eis habuit filios. Nec poteſt dici eandem conditionem pro parte exiſtere, & pro parte non: vt ff. ad leg. Falcid. l. qui quadraginta. circa medium. l. ergo. §. cùm ita. nihil facit ad propoſitum, quia vt oſtenſum eſt ſupra, ibi conditio extitit in vno, hic in nullo. Præterea ibi res in fideicommiſſum deductæ erant diuiſibiles: hîc autem Reſtantis erat indiuiſibile. De iure communi probatur, quia dominus Iacob. Rex Aragonum in teſtamento diſpoſuit ſemper Regnum debere eſſe integraliter eiuſdem domini, & dominij, & diuiſibilium, & indiuiſibilium non eſt eadem ratio, nec de vno ad alterum bona argumentatio: vt ff. de reg. iur. l. cùm amplius. & quæ in frau. patr. l. 1. §. quamuis Fauiana. ¶ † Tertio videndũ eſt, an pacta poſtea inita inter do. Ia. Regẽ Maioricarũ ex vna parte, & Ia. Regẽ Aragonũ ex altera, per quę regnũ Maioricarũ eſt ſuppoſitũ ſeruituti, efficaciter tenuerunt, & dicendũ eſt, quod nõ, & videtur caſus extra de ma. & obe. c. dilecti. & de iureiur. c. intellecto. & ar. cod. tit. c. ſicut noſtris. & hæc principaliter compendioſè dicta ſufficiant.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In regno ſuo. *Sequitur Dec. in conſ. 269. col. 4. in prin. Et allegat concordantes idem conſ. 271. col. 2. nu. 4. vol. 2. Quod verò dicitur hic de Rege, poteſt extendi ad omnes habentes dignitatẽ cum iuriſdictione perpetuam, quales ſunt Duces, Comites, & huiuſmodi. Iſtius enim generalis viri talem dignitatẽ iure proprio obtinere dicuntur ſecundum Albe. Bru. in conſ. 45. col. 4. Fran. Cur. in conſ. 49. in prin. noni fundamenti. Caſt. in conſ. 215. Super primo dubio. in 3. ato. in vlt. col. Barb. in conſ. 34. in ante p. col. vol. 2. Et Caſt. & Barb. loquuntur in caſu legitimationis filiorum. Ant. autem Roſellus in 2. lib. tract. ſui de legitimatio. num. 36. ver. Nam in re cognoſcentibus. limitat eorũ commune dicendum: vt ita demum Dux, vel Comes eiuſmodi poſſint ex ordinaria poteſtate in ſuo territorio legitimare, ſi nullum neq; de facto ſuperiorem recognoſcant. Atq; hoc quò ad ſucceſſionem. & per viam diſpenſationis intelligitur. Adde Laſ. conſ. 70. col. 3. vol. 3.*

b ¶ l. Donationes. *Vide Bert. multa pro hac limitatione congerentem in conſ. 227. col. 2. vol. 3. Quod conſ. incipit: Prout dicit Oldrad.*

c ¶ Perſeueret. *Hîc adijce Dec. in conſ. 475. col. 3. ver. Non obſt. quod pater. vol. 4.*

De condit. appoſi. & de teſtam. & de verb. ſign. extraor. C. de legatis. & de condi. inſer.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator, ſi reliquit multa legata in codicillo, vel teſtamento, & annuũ legatum pro anniuerſario, adijciens, quod in his caſibus, ſi infra annũ hæres non impleuerit omnia legata, tunc legat terram certã eccleſiæ, & hæres illud annuum legatum non ſoluit, & alia ſic: propterea non incidit in pœnam, quia teſtator dixit in his caſibus, &c. Item pronomen his, eſt demonſtratiuum, & præcedentium repetitiuum, ideò non verificatur in vno caſu tantum. & num. ſeq.*

CONSILIVM CCXXXII.

QVIDAM teſtator de Remanſo, ſcilicet, magiſter B. de Oleto fecit teſtamentum ſuum, & plures codicillos, & in teſtamento ſuo inſtituit ſibi hęredem Ioannem nepotem ſuum nolens, quod illi Ioanni ſuccederet proles ab eo procreata ex filia P. Beroſani, ſed alia proles P. bene. Vnde ſi ipſe Ioan. decederet ſine prole, quandocunque legitima à muliere alia procreata, ſubſtituit eidem certas perſonas. & in his caſib. legauit eccleſię Nemanenſi pro anniuerſario perpetuo faciendo ibidẽ in die obitus ſui annuatim 20. ſoli. Turon. paruorũ. In codicillis verò hanc clauſulam appoſuit, vt ſequitur: Addens in pœnam hæredibus meis, quod niſi infra annũ compleuerint meam vltimã voluntatẽ, & perſoluerint legata mea omnia, lego in modũ codicillorũ in illo caſu do. Iac. præpoſito Nemanenſi terrãm meam in tali loco poſitam, &c. Contigit verò poſtea, quod omnia legata ſoluta fuerunt infra annum, vt teſtator ordinauit, excepto illo anniuerſario: ex hoc quęritur, an in dictã terra ſit pœna commiſſa, & an dicta terra ſit dicto prępoſito applicanda? ¶ Viſis prædictis videtur de iure poſſe dici pœnã in codicillis adiectam, ſi legata nõ ſoluerentur infra annum, non eſſe cõmiſſam, quia legatum annuũ pro anniuerſario relictũ eſt ſub iſtis verbis, Et in his caſibus, &c. ¶ † Pro cuius intellectu eſt attendendũ, quod ſubſtitutio facta Io. eſt vna ſcriptura duas partes habens, quia per exiſtentiã alterius duorum caſuũ ei poteſt via aperiri, ſcilicet, ſi decedat Io. ſine aliqua prole, vel ſi decedat cum prole ſuſcepta ex filia P. Beroſani: vt ff. de condi. & demon. l. hæc ſcriptura. & ideò rectè ſubiunxit teſtator, In his caſibus, a &c. per pronomẽ his, *a* quod eſt demonſtratiuum, & præſentium repetitiuum: vt ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ita ſcriptum. & §. ſi ei, cui. & de leg. 3. §. ſi tibi purè. & ſic videtur hoc legatum pendere ex eiſdem conditionibus, ex quibus ſubſtitutio pẽdet. Ante ergo earum exiſtentiã nulla mora, nullaq; petitio, ac per conſequens nulla pœna eſſe debet: vt ff. ſi cer. pet. l. lecta. & de noxa. acti. l. non ſolum. 2. §. illud videndum. ¶ Secunda ratio eſt, quia ſolutio legati annui certam diem habet à lege: vt ff. quando dies leg. ced. l. nec ſemel. ergo generalis diei appoſitio facta legatis non ſecludit hoc legatum, & hic eſt caſus ff. de do- 2 te præle. l. cum vulgari. ¶ † Tertia ratio eſt, quia legatum annuum etiam aliis conditionibus extrinſecis ceſſantibus pro primo anno cenſetur purum, & pro ſequentibus cenſetur conditionale, & in cuiuslibet anni principio capientis perſona ſpectatur: vt ff. de annu. leg. l. ſi in ſingulos. & l. cùm in annos. quis ergo ſentiens rationem dicet ſequentium annorum, ſeu ſequentibus annis pœnam committi, cùm nondum ſit verum conditionem veniſſe? imò nec videtur creditori inuito ſolui potuiſſe: vt ff. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. §. incertam. Rurſum, qui contrarium ſentiret, neceſſario aut in iuris cõtrarium incidit, aut in impoſsibile, ſi dicit, hoc legatum eſſe finibile, puta per deſtructionẽ temporalium, ſicut habetur ff. de le. 3. l. pater. §. Tuſculan. quia tunc neceſſe eſt dicere, quod non compellitur ad ſolutionẽ legati conditionẽ habentis, & ſui natura finibilis, quia nec eſt certum pro certis annis debitũ iri. Si autem conſideret illud perpetuũ, & nõ finibile, ergo ſolutio hęredi erit impoſsibilis, & pœna ſemper cõmittetur, contra id, quod ha- 3 betur ff. de ſtat. lib. l. ſtatulib. ¶ † Vltimò ſolutioni iniunctæ per teſtatorẽ dies non currit, niſi cùm ipſa ſolutio peti poteſt. Et ſic attenditur, à quo, & quis petere poſsit, etiam ſi teſtator cõtrarium iuſsiſſet, ſed hic

propter

propter conditionis pendentiam vtrunq; deficit, ergo, &c. Et hoc habetur. ff. de condi. & demon. l. si in diem. & de statu lib. l. 2. §. si quis hæredi. & in legalib. vtiq; præscriptionibus idem seruatur, quæ negligentiam præsupponunt, scilicet, vt à principio cuiuslibet anni incipiat præscriptio: vt C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. cùm notissimi. §. pen.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Pronomen his. *Pronomen hic, hæc, hoc, est demonstratiuum, & repetitiuum. Et adde, quæ not. in l. 1. in princ. de ope. no. nun.*

De rescript. & de præben. & de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans in forma gratiæ specialis præfertur illi, qui impetrauit in forma pauperum in præbenda vacante ante purificationem conditionum.*

2 *Citatio per edictum non arctat ignorantes, & cum gratia habeat, quod debeat prouidere idoneæ personæ, habens perpetuam vicariam, non dicitur, quo ad hoc idonea persona.*

CONSILIVM CCXXXIII.

1 CREDO de iure impetrantem † in forma gratiæ speciale & canonicum effectum habentem *a* ante purificatas con
2 ditiones gratiam pauperis in præbenda postea vacante præferendum de iure. Quoniam in potestate illius, ex cuius facto ius causabatur erat ante purificatas conditiones obligationem impedire: vt ff. qui po. in pign. ha. l. qui balneum. in 2. responso. & l. potior. in prin. & hic est casus extra de rescrip. si pro te. lib. 6. Verum, quia contra hos plures sententiæ latæ sunt in Palatio Apostolico, huic adhærere non audeo. Vnde plenè de materia quæstionis in c. si soli. per Ioan. And. de concess. præb. sed melius, & clarius in cle. eod. tit. c. vno. vnde vi. per totum Gul. Duran. in tit. de rescript. in ver. si duo in eadem Ecclesia. Ioan. And. ibi videtur sentire contrarium: vt ibi habetur in glo. & concor-
b dant cum do. Old. *b* Alb. ¶ † Secundò attendendum
2 est, quod per appellationē Capituli citati, & quorum interest, & quos causa contingit: vt extra de elect. c.
c statuimus. *c* est intelligendum de scientibus, quia nullum regulariter edictū citatorium, vel decretum ligat ignorantes: vt ff. de decre. decum. l. vlt. & de his, qui no. infa. l. genero. de act. & ob. l. ex maleficijs. §. 1. & C. de re mili. l. super seruis. lib. 12. & not. Compo. extra de elect. c. statuimus. in 1. gl. mag. in §. sed nunquid sit eis præiudicium, &c. Vnde si Parceuallus tam per se, quàm per alium, fuerit ignorans, non præiudicabit sibi sententia lata contra Capitulum, à quo causam non habet, sed à sede Apostolica. arg. ff. de mi. testa. l. quærebat. §. vlt. & not. Compo. extra de rescriptis te. sed cum crassa, & supina ignorantia scientiæ comparetur: vt ff. de iu. & fac. ign. l. regula. & de ver. sign. l. magna. & extra de cle. excommuni. c. Apostolicæ. & de ordi. ab Epi. qui renun. Episc. c. 1. difficile est credere Parceuallum, qui ad residentiam tenebatur de iure communi, toto tempore ignorasse causam agi inter Capitulum, & Ludouicum. ¶ † Tertiò, at-
3 tendendum est, quod commissum fuit Archiepiscopo Terracon. quod de beneficio vacante per renunciationem Parceualli deberet personæ idoneæ prouidere. Persona autem idonea non censetur habens sufficiens beneficium, nisi illud renunciet: vt extra de præben. c. is, cui. lib. 6. vnde cum Petrus haberet perpetuam vicariam in Ecclesia S. Petri Maguntinen. non videtur fuisse idoneus ad illud beneficium, & præsertim in eadem Ecclesia obtinendum, quia non debet dici beneficio carere, cui de perpetuæ vicariæ fructibus est prouisum: vt extra de rescript. cap. postulasti. Omnibus itaque circunspectis de Petri victoria non confido.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Habentem. *Arbitror legendum sic, & canonicum effectum habenti, &c.*

b ¶ Cum domino Oldra. *Hinc, & ex sequentis nominis subscriptione adducor, vt credam, hoc consilium non esse Oldr. vel si est, conijciam fuisse in textu scriptorum culpa inserta hanc apostillam. Et re vera existimo eo vsque esse verba Oldra. ADHAERERE NON AVDEO. Quod sequitur VNDE, &c. puto esse Apostillam hanius, qui inscribitur ALBR. Et censeo illam quoque deprauatam esse, ad restituendam ita. Vide plenè de materia huius quæstionis in c. si soli. &c. vsque ad ver. secundo. Vbi Oldradi verba succedunt.*

c ¶ Statuimus. *Hoc est c. 1. lib. 6.*

De feudis, & de verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Feudum franchum si miles habet à domino, non tenetur illud sibi præstare, quā contineatur pactis appositis, nec tenetur seruire domino domini sui, & casu, quo tenetur, tenetur expensis domini, & non suis. & num. seq.*

CONSILIVM CCXXXIIII.

a FACTVM tale est. *a* Quidam miles tenet tam ipse, quam eius prædecessores tenuerunt per 30. ann. & vltrà, & fecerunt recognouerunt in feudum Franchum, & nobile cum sacramento fidelitatis certa bona à quodam barone, cui idem miles fecit homagium franchum, & præstit fidelitatis iuramentum. Demum guerra Guasconiæ per dominum Regem Franciæ indicta, dictus Baro dò idem Baro indixit dicto militi certam præstationem pecuniarum sibi soluendam per ipsum militem pro dictis expensis ratione feudi prædicti, cum idem requisisset prius dictum militem, vt iret cum eo ad exercitum prædictum. Nunc quæritur, an dictus miles, qui ad dictum exercitū iuit, perse vel alium propter Regis mandatum, & Regi obtemperare volens, nihilominus teneatur ad soluendum præstationem prædictam sibi impositam, cum ab ipsa indictione, & impositione idem miles duxerat appellandū. ¶ † Cir-
1 ca hoc primò videndum est de iustitia inquisitionis, & requisitionis factæ per Baronem, qua requisiuit militē, vt eum ad exercitum sequeretur. Et videtur dicendum, quod iusta fuerit requisitio, vt probatur in 10. coll. de Ca. Corra. c. similiter in ostenditijs. & de prohi. feud. alie. per Fede. c. imperialem. §. similiter etiam statuimus. & pro hoc ff. de ope. li. l. suo victu, & l. quod nisi. §. fin. & si iusta fuit requisitio, videtur, quod

quod ipse Baro, tanquam iudex potuerit impositionem facere, quam fecit. arg. pro hoc in Auth. de quæstore. §. si verò forsitan. & ibi not. col. 6. Sed in contrarium videtur verius. ¶ † Pro cuius intelligentiæ est sciendum: quòd sicut cæteri contractus ex cõuentione legem accipiunt: vt ff. depositi. l. 1. §. si conueniat. & est tanta virtus pactorum appositorum in actu, quod vnum actum transferunt ad eius oppositum: vt ff. de dona. cau. mor. l. vbi ita donatur. Sic est & in feudis: admittunt enim pacta extranea, & naturæ feudi regulariter non insita: vt in col. 10. quid sit inuestitura. §. 1. cap. præterea. & de eo, qui sibi & hæredibus suis masculis, & fœminis feudum accepit. c. 1. de inuest. quam accipit Titius à Sempronio. §. 1. Ego considerabã principaliter: quæ est lex qua hoc datum fuit. Et qdẽ datũ fuit hoc feudum Franchũ, & nobile. Huius ãt verbi Franchum, vulgaris est interpretatio ad quam recurri debet in talib. vt ff. de ver. fi. l. annicul. §. 1. & de testam. ma. l. si ita fuerit libertus. de flumi. l. 1. de leg. 3. l. non aliter. §. 1. & l. nimium est: vt intelligatur Franchum, id est, liberum: quod cùm sit indefinitè prolatum, intelligetur omni libertate liberum, & ab omni seruitute liberatum & absolutum. arg. ff. communia præd. l. si quis duos. in princ. & ibi not. Patet igitur, quod nullũ onus potest imponi, nisi de quo in ipsa feudi donatione, expressum fuerit: vt ff. de verbor. obligat. l. quicquid astringendæ. Sicut nec à liberto operæ exiguntur, nisi qui implicitè, vel explicitè in manumissione, vel statim post, impositæ sunt, de ope. libe. l. vt iusiurandi. & de lib. causa. l. vltim. Nec ergo datio ipsius feudi repugnantiam contineat, ac per hoc vicium nullitatis contrahat: vt ff. de re. iu. l. vbi repugnantia. de ver. ob. l. si Titius. & de cond. inst. l. si Titius. Dicendum est hunc Vasallum teneri ad ea, q̃ in sacramẽto fidelitatis cõtinentur: vt 10. col. de noua fidelitatis forma. c. 1. & extra de iure iur. c. ego N. & 22. q. 5. de forma. Inter hæc autem non est aliquem ad exercitum sequi. † Præterea cùm Vasallus Vasalli non sit vasallus Domini eius, cuius est Vasallus. arg. ff. de leg. 3. l. pater. §. duobus. & de alim. & cib. leg. l. alimenta. 1. de verbor. signifi. l. Modestinus. & l. licet inter gesta. §. 1. ff. pro socio. l. nam & socij. & de regul. iur. l. consilij. §. 1. Non videtur aliqua sufficiens ratio, qua astringatur Vasallus Vasalli seruire Domino principali, vt talis, *b* & vt tali. Sicut nec ex fundo in eo, qui debet aquæductum possum aliquam ducere pro eo fundo, cui aquæductus seruitutem debeo, vt ff. de seruit. rustico. præ. l. quod ex meo. & de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. illud Labeo. in fi. & pro hoc optimè. ff. de oper. liber. l. si liberto aram. & in casu, in quo tenetur, fortè teneretur ad expensas Baronis: vt eod. titu. l. operæ enim. vel saltem in hoc deberent longæ, breuesq; excusationes attendi: vt in eodem ti. l. quod nisi. §. vltimo. ff. de annu. leg. l. Mæuia. §. fin. & 23. quæst. 1. pudenda. Et secundum hoc habuisset Vasallus iustam causam non eundi: quia non offerebatur sibi debitum: vt ff. de actio. empt. & vendi. l. Iuliano. §. offerri. & l. qui pendentem. & pro hoc expressim ff. manda. l. si verò non remunerandi. §. fi. † Præterea in facto proponitur, quod iste miles Vasallus ex generali mandato regis, tanquam ipse, ad exercitum iuit: habuit ergò parere maiori iudici vocanti, & interim finisset ab altero excusatus: vt ff. de re iud. l. con tra pupillum. §. vltim. & ad muni. l. libertus. §. præscriptio. & not. extra de appel. c. cùm parati essemus. Nec no, & eodem tempore duplicionere grauaretur contra leges. ff. solut. mat. l. si cum dotem. §. si pater. de dote præleg. l. qui dotem. & de leg. 2. l. qui Titia. §. qui in vita. & pro hoc. ff. ad l. Rhodi. de Iac. l. nauis o-
5 nustæ. §. 1. ¶ † Secundò videndum est de iustitia taxationis, siuè pecuniariæ impositionis: & in hac indubitanter videtur dicendum, quod iniusta fuerit: quia non potuit esse iudex in causa propria: vt C. ne quis in causa sua iudicet, vel ius sibi dicat. in rubro & nigro. & ff. de arbit. l. penulti. nec hoc ex singulorum affectionibus debet æstimari. argumen. ff. de in litem iurand. l. videamus. §. iurare. & ad l. Falcid. l. prædia. Sed hæc sunt per subtilitatem iudicis competentis dirimenda: vt C. de senten. quæ pro eo, quod interest, profe. l. 1. in medio legis. & pro hoc benè facit in Authent. de quæstore. §. si verò aliqui. regulariter, cùm est controuersia inter Dominum, & Vasallum, non cognoscit ipse Dominus, sed alter: vt plenè not. extra de iudi. c. certum. Ex his apparet, iniustam fuisse requisitionem, & iniustiorem fuisse impositionem ex persona imponentis, qui iudex in hoc esse non poterat, & ex parte nostra: quia nulla causa cognita facta
c fuit, euidenter peccauit. *c*

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Tale est. *Vide Iaso. in prælud. feud. col. quadragesima secunda. & seq.*

b ¶ Vt talis. *Afflict. Decis. 65. num. 107. Vasallum, inquit, Baronis subiectum esse principaliter Domino Regi, adeò vt principaliter Regem etiam aduersus Baronem dominum suum adiuuare teneatur. Quæ Decisio videtur aduersari Oldrado nostro hic. At Oldrado consentit Fel. in cap. Quæ in Ecclesiarum. col. 24. in versic. sexta declaratio. de constitut. Hac de re Bartolus agit in l. si quis à liberis. §. si quis. de liber. agn. & in l. Claudius. colum. fina. Qui potio. in pignor. habean. Bald. in l. 1. colum. 2. C. communia de legat.*

c ¶ Euidenter peccauit. *Conclusio est, quòd regulariter non potest Dominus Vasallis suis collectam imponere: secundum Bald. in l. cùm multa. ad fi. C. de bo. quæ lib. Sex tamen sunt causæ, propter quas comites, & Barones Imperij Vasallis suis licitè collectas, & grauamina imponunt ratione feudi, quod huiusmodi Vasalli à dictis comitibus, siuè Baronibus recipiunt. Et ex his causis duæ curiam Imperatoris, quatuor comitis, siuè Baronis vtilitatem respiciunt. Pro exercitu itaque Imperatoris, item & pro corredo Imperiali, vt si Imperator per locum talis Comitis, seu Baronis transiuerit, Vasalli contribuunt. Et hæ sunt duæ priores causæ. Quatuor sequentes sunt. Si Comes, vel Baro filiam matrimonio locet. Si se, aut filium militiæ addicat. Si contingat, comitem, vel Baronem redimendum esse ab hostibus. Si Comes, aut Baro emptionem faciant alicuius terræ. Hæc Spec. de feud. §. primo. colum. antepenum. 97. versi. Et not. quòd Vasalli comitum, post Rosf. de libellis. parte quinta. sub Rubr. Sacramentum cuiuslibet Vas. colum. 3. ver. Isti ergò Vasalli. Alex. in consil. 108. Viso themate, & dubijs. in 1. volum Ioan. de Ana. in consi. 177. Visis & ponderatis. in 4. colum. ad fi. Iaso. in l. Placet rationibus. colum. 2. ver. Et aduerte, quod regulariter. C. de sacrosan. eccles. Ad Spec. quoque in allegato loco Ioan. And. facit notabilem additionem circa hanc materiam in ver. si quis id, quod. Quam vide.*

De rescrip. & de verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Si vnus impetrat secundam taxationem decimæ antiquæ, &c. debet haberi consideratio etiam ad membra beneficij taxata, licet principale beneficium non reperiatur taxatum. & numer. 2.*

CONSILIVM CCXXXV.

FACTVM tale est. G. de sancto Bononico monachus Casædei impetrauit officium, vel beneficium primum vacans ad collationem Abbatis, vel conuentus Casædei, communiter, vel diuisim, cuius redditus, & prouentus annui summam 100. librarum secundum taxationem decimæ antiquæ non excedunt. Modò sic est: quod vacauit Cameraria eiusdem monasterij, cuius quidem Cameratiæ corpus habet in censibus annuis, & pensionibus realibus, & perpetuis circa 100. libr. pro quibus nihil soluit in decima, nec hactenus soluere consueuit: habet nihilominus tres Ecclesias, seu tria loca à cameraria prædicta dependentia, & in diuersis diœcesibus constituta, quæ quidem loca sigillatim, & ad partem soluunt in decima, scilicet Ecclesia rupis Sauinæ diœcesis Claromonten. centum soluit Turonens. Et Ecclesia capellæ Genesta eiusdem diœcesis quatuor libras Turonen. Ecclesia verò Deromagos diœcesis didasontis. 30. soluit Turonen. Et sic ista tria loca simul sumpta cum Cameraria secundum antiquam decimam pro 100. libris Turonen. sunt taxata. Modò impetrans prædictus asserens in sua gratia prædictam cameratiã eadem sub gratia eam acceptauit.

1 ¶ † Opponitur, quòd non cadit: quia videtur excedere summam suam, quęritur quid iuris. In hac quęstione dicendum est: quòd cameraria, de qua quæritur, sub gratia non cadat. Mouet me talis ratio. Non est dubium, quòd propter taxationem decimæ in Ecclesijs parochialibus camerarię adiunctis factam non potest cameraria ęstimata dici: quia esset sibi fallacia secundum quid ad simpliciter: vt sum albus secundum dentes: ergò albus, quam consequentiam tollit. l. ff. de euict. l. si dictum. §. in stipulatione. ¶ Hoc præsuppositio sic arguitur. taxatio antiquæ decimæ est hic loco cuiusdam mensuræ: sed in hac cameraria illa mensura non reperitur: ergò, cùm fit de præterito, in gratia non includitur: vt ff. de hæred. instituen. lege secunda. in tertio responso. Aut si dicamus in gratiam posse includi, licet non sit taxata pro decima: spectabitur verus valor camerariæ, exquo certam taxationem non habet: vt ff. de ædil. edict. l. si plura. & argum. ff. de conditio. & demonst. l. in testamento. & de his, qui notantur infa. l. liberorum. §. 1. sed secundum veritatem excedit summam 100. librarum, &c. & quantum ad iudicandum de taxatione decimæ, capellæ iunctæ retinent causam suam, id est, naturam, & qualitatem: vt ff. de vsu. l. rerum mixtura.

2 in fine. † Quantum verò ad æstimationem veram, computantur cum cameraria: quia per adiunctionem cæperunt esse pars illius: vt ff. de rei vendic. in rem actio. §. item quæcunque. Omne autem totum æstimatur, vt quoddam totum ex partib. collectum, non autem æstimantur singulæ partes: imò nec habito respectu ad partes, quantum quælibet pars per se considerata valeret. vt C. communi diui. l. 1. ff. fam. ercisc. l. Mæuius. §. fi. de legat. 2. l. Męuius. §. in fundo.

De decimis & de solutionibus.

SVMMARIVM.

2 *Decima agniculorum, et hædulorum debet præstari, cùm nascuntur: & non debet expectari dies sancti Ioan. Sed debent esse talia animalia apud matrem aliquibus diebus, ne pereant. & numer. 2.*

CONSILIVM CCXXXVI.

1 CIRCA propositam † quæstionę est attendendum: quod quædam obligationes sunt puræ, quantum ad verba, sed diem habent: & dilationę capiunt, quantum ad vim, & effectum præstationis: & huiusmodi sunt omnes præstationes faciendæ ex rebus nondum natis. Habent enim tempus præstationes, cum nascentur: vt ff. de verbor. oblig. inter stipulantem. §. sacram. & l. interdum. Decima ergò, quæ præstanda est ex agnis, & hędulis, tempus habet, cùm nascentur: vt ff. de contrahen. empt. & vendi. l. si debitor. §. 1. & de vi. tri. & olelega. l. cum certus. & licet minuta præstatio non minima portet incommoda respectu creditoris: vt ff. fa. ercisc. l. planè. & de vsu. l. tutor. §. Lucius. tamen in hoc casu, sicut minutatim decima debet persolui, ita non potest dicere sacerdos, quod differatur vsque ad sanctum Ioan. Sed potest rusticus de decem natis in quolibet mense vnum dare. Iniquum enim esset agricolam sacerdotis procuratorem fieri, & compelli pascere agnos per 4. 5. vel 6. menses. arg. ff. ad Treb. l. postulante. §. vltimo. de legat. 3. l. fideicommissa. §. fi rem. & C. de ero. milit. anno. l. nulli militarium. lib. 12. & hoc videtur sensisse Hostien. in sum. de decim. §. & qualiter. in ver. sunt autem personales reddendæ, &c. & hoc etiam demonstrat hoc ipsum, quod præstandum est, quod est decimum animal natum, si illud ab alijs cognoscatur, siue bonum, siue malum sit,

2 vt legitur Leuitici cap. vltim. † Si verò illud non cognoscatur ab alijs, tunc cessat ille rigor. arg. ff. de vsufruct. l. si vsufructuarium. §. si in varijs. & de cond. indebi. l. si pœnę. §. 2. etsi cert. petat. l. nam etsi fur. §. fin. & præstabitur mediocre, neque deterius, neque optimum, sicut in alijs speciebus debitis: vt ff. de lega. 1. l. legato generaliter relicto. & de ædil. edic. l. si quid argentum. §. 1. & commun. de leg. l. vlt. §. sed si quis. & not. ff. man. l. si fideicommissarius. Si enim ita præstaretur priuato: indignum est id dare Deo, quod dedignatur homo: vt 49. dist. c. vlt. in fi. Sed quia ex his vidētur insurgere quædã absurditas, scilicet quod præstari poterit agnus, vel hædulus vnius diei, qui nullũ commodum afferret recipienti: satis videtur de iure, quod hædulus, & agniculus esse debeat apud matrem aliquo tempore, ne solutio ex nimis præmatura præstatione periret. & pro hoc optimè. ff. de solu. l. si seruus. in fi. eod. tit. l. si soluturus. & ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. inter certam, & ibi de hoc in gl. si vera habeatur: debet enim dicere gl. sicut accidit in primitijs agnorum, & non agrorum, sicut cõmuniter habetur, & malè, & ar. ff. de ali. & cib. le. solent. §. 1. & æquitas posita. ff. de patr. potesta. l. nec filium. in fin. Leges autem. ff. de lega. 2. si ita relictum. §. Pegasus. & de vsur. l. fideicommis. §. cùm Polydius. & de statulib. l. 3. §. Stichus. not. de annu. legatis. l. eum qui. alias incipit, Iabolenus. & earum materiam omitto: quia ad propositum eam facere non credo.

De consue. & de feu. de test. & de restit. in integ. & de confir. vtil. vel inut. extraor. C. res inter alios acta. &c.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo licet sit hodie, quòd feuda possint diuidi inter consortes: tamen ista consuetudo nõ extenditur ad modum prælegandi. cum plu. seq.*

6 Patien-

6 *Patientia filiorum non præiudicat domino, etsi præiudicaret sibi, restituuntur in integrum. Et inuestitura, siue confirmatio imperatoris facta in forma cõmuni non præiudicat in dictis casibus filijs minoribus. & nume. 7.*

CONSILIVM CCXXXVII.

2 1 PERLECTIS, a † & diligenter attentis omnibus scripturis mihi exhibitis quatuor ex eis videntur insurgere quęstiones. Prima est, an prælegatum de re feudali in Vasallo factum teneat: cùm feudum ipsum sit dignitas: puta Marchionatus? & licet regulariter cuilibet ciui Romano libera potestas sit de rebus suis disponendi vsque ad dodrantem: vt ff. ad l. Fal. l. 1. in princ. & in 2. respon. de verbor. signific. l. sæpè. & in Auth. de nupt. §. dispono. Aliqua tamen sunt ab huius regula excepta: de quibus nequit testator disponere: sed relinquuntur iuri communi: sicut sunt lucra vnius matrimonij seruanda soboli eiusdem matrimonij, in quibus dispositio nihil valet: vt in Authent. de nupt. §. veniens. colla. 4. & de non eligen. secundo nuben. §. proinde. Hinc est etiam quod aliqua remanent, quæ testatoris dispositionem non sequuntur, quia ad scriptos hæredes non transeunt, sed liberis, vel generi reseruantur: sicut ius patronatus, & stipulatio incertarum operarum à liberto. vt C. de lati. lib. toll. l. 1. §. Sed si sub conditione. & ff. de oper. libe. l. si operarum. Et huius naturæ videntur esse feuda: eò quod dans in donatione non solum cogitauit de persona eius, cui dabat: sed de genere, & posteris in hoc quietam, & pacatam familiam in obsequium sibi eligens. arg. ff. de ali. & ciba. lega. l. cùm vnius. circa princi. & expressum est in 10. collat. de natu. succeff. feudi. cap. vnico. & qualiter olim poterat feu. alie. c. 1. §. donare

2 autem. † Hinc est, quod diuisio in Baronijs locum non habet, ne per diuisionem minutatim diuiso obsequio Dominus seruitio debito fraudetur. argum. ff. de ali. & cib. leg. l. solent. in prin. fa. ercis. l. planè. & l. quædam. & communi diui. l. communi diui. in 2. & in 10. coll. de prohib. feud. alie. per Federicum. §. præterea ducatus. & extra de præben. c. maioribus. Et in hoc casu ius primogenituræ locum habet, de quo loquitur Genesis 21. & 25. & ad Hæbreos 12. capit. & 7. quæstion. 1. quàm periculosum. & extra de voto, & voti redem. cap. licet. & ibi plenè not. per Hostiens.

3 † Verum à iure primogenituræ in feudis, ex quibus agitur, per consuetudinem proponitur esse recessum seruatam scientibus imperatoribus: quia eorum sententia requiritur ad inducendum consuetudinem legi. & contrariam, qui possent legem tollere: vt ff. de legi. & senatusconsul. l. de quibus. & not. per Innoc. extra de consuet. cap. Quanto. Et facta sunt feuda diuisibilia inter consortes virtute talis præscriptæ consuetudinis, argu. ff. de contrahen. empt. & vend. si in emptione. §. omnium. & de mun. & ho. l. munerum. §. sanè in vers. sed & ea, quæ, &c. commun. prædio. l. venditor. §. si constat. & arg. ff. de aqua plu. arc. l. 1. in fin. & l. in summa. de aqua quoti. & ęsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & per hoc vellent aliqui dicere, quod & prælegare liceret, quasi in prælegatis fit quædam diuisio à testatore procedens: vt ff. famil. ercisc. l. si filia. §. si pater. & C. de inoffic. test. l. parentibus. & famil. ercis. si cogitatione. vt sic cùm fit eadem ratio in vtroque, & vtrunque eodem, scilicet diuisionis vocabulo comprehendatur: consuetudo etiam à iure cõmuni exorbitans inducta in vno, & in altero sibi locum vendicet. arg. ff. de no. oper. nun. l. de pupillo. §. si quis riuos. de fonte. l. vnica. vt in posseff. lega. l. is cui. §. constitutio. & not. ff. de reg. iur. l. ea, quæ propter necessitatem. & C. de sacrosanc. eccles. l. illud. & per Car. extra de elect. c. cupientes. in gloss. quæ incipit: Sed posito, quod per superiorem, &c. Sed contrarium huius verum est: manet enim l. nisi quatenus reperitur eidem l. alia cõsuetudine derogatum: vt C. de ædifi. priua. l. tùm dubitatur. ff. de adimen. & transfer. legat. l. alumnæ. §. qui filios. §. de testa. l. sancimus. de app. præcipimus. circa finem.

4 † Nec est verum, quod eadem sit ratio in vtroque: imò longe diuersa, quia in prælegato vnius, non includitur voluntas alterius, sed in diuisione voluntaria secus. & ideò dicitur ibi esse quædam permutatio: vt ff. de legat. 2. l. cùm pater. §. hæreditatem. 2. Hinc est etiam, quod pro euictione in prælegato regulariter non agitur: vt C. commun. vtriusque iudicij. l. si fratres. ff. fami. ercis. & ibi plenè not. Manet igitur adhuc l. & legis ratio prohibens prælegatum in feudo, & sic prælegatum non tenuit, vtpotè factum de re non deducibili in legatum: vt ff. de lega. 1. apud Iulianum. §. vltim. & l. cætera. in 2. respons.

5 † Secunda quæstio est, dato, quod prælegatũ non tenuerit, an per hoc, quod hæredes Anto. pasi sunt ipsum castrum prælegatum possidere, vt prælegatum, sibi præiudicauerint? & videtur, quod sic. C. de testa. l. non dubium. §. vltim. de fideicom. l. 1. & 2. & l. si veritate. ad l. Falcid. Auth. Sed cùm testator. & ff. quorum legat. l. 1. §. quod ait. Sed hæc omnia iura loquuntur, cùm est defectus in solennitate voluntatis, vel cùm voluntas ipsa tenet, sed potest propter excessum dodrantis legis beneficio defalcari. Hic autem loquitur de re omnino non legabili. Et inter hæc multum refert: vt ff. de pub. l. cum spon sus. §. si res talis sit. & de lega. 1. l. cætera. circa princi. & not. in eod. titu. l. si res. & de regula Catoniana. l. 1. Sed ne diceretur, quod quantum ad superiorem Dominum hæc vendicant sibi locum. Quantum verò ad consentientem non: vt ff. de serui. rusti. prædi. l. per

6 fundum. ¶ † Superest quærere tertium: an dato, quod talis consensus præiudicet, possint consentientes iuuari beneficio restitutionis in integrum, cùm sint minores? & videtur, quod non, quasi non sint læsi, sed fecerunt, quod debuerunt: vt ff. de fideicomm. liber. l. in testa. sed ibi est casus specialis: vt ibi not. Et ideò contrarium magis videtur, scilicet quod restitutio competat: vt C. de in integ. restit. mi. l. 1. de inoffic. testam. l. parentibus. & C. si aduer. sol. l. vlt. & no. ad l. Falcid. l. error. & ff. de condi. indeb. l. interdum.

7 ¶ † Quartò & vltimò quæritur de inuestitura facta Dom. Anto. per Domin. H. Imperatorem vltimum, vtrum præiudicet in aliquo iuri prædictorum minorum? Et absque dubio dicendum est, quod non. Primò ex generali regula, quæ est, quod priuilegia, seu principum beneficia ius alienum non exhauriunt: vt C. de præci. impe. offe. l. quoties. ff. de mili. testa. l. cùm filius. ne quid in loco pu. l. 1. §. meritò. & l. si quis à principe. ad Trebellia. l. si cum ab hærede. & C. de emancip. §. nec auus. 22. quæst. 2. primum. extrà de offic. & potest. iu. deleg. c. super eo. & de offi. or. c. licet. cum multis fim. & præsertim ius alienum sit sibi incognitum. arg. ff. de pec. leg. l. cùm Dominus in prin. de test. tut. l. si quis ita dederit. §. si quis liberis. & C.

8 de mili. test. l. sicut certi. ¶ † Secundò ex forma ipsius inuestituræ, quæ est forma in communi. & ideò nihil noui iuris tribuit: vt extra de concess. præb. c. quia diuersitatem. de re iud. l. cùm inter vos. de fide instr. l. inter dilectos. & de confir. vti. vel inuti. c. 1. & c. cum dilecta. & pro hoc facit, quod not. C. de confi. tu. l. 2. & est magis innouatio inuestituræ, quàm concessio noui iuris:

ui iuris: vt extra de priuil. c. quia intentionis. & ar. ff. de acquir. re. do. l. adeò. §. cum quis. & de test. l. hæredes palam. §. sed si notam. de rei vendi. l. ex diuerso. §. 1 1. et si serui. vend. l. si cuti. §. sed si quæratur. ¶ † Tertiò, quia hoc expressè dicit Imperator in fi. inuestituræ, dum dixit: saluo iure imperij, & quorũ libet aliorum. quæ verba sunt præseruatiua iuris alteri competentis: vt ff. de testa. tu. l. idem fiet. circa princ. ibi, vt sine vllo litis prejudicio, &c. de aqua quoti. & æsti. l. pen. & de libe. hom. exhi. l. 3. §. pen. vt arg. ff. quibus mod. pi. vel hy. l. si debitor. §. si in venditione. extra de elect. c. quia diligentia. & 63. dist. cum longè.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Perlectis. *In materia huius consi. vide remissiones, quas Ias. facit in l. fi. col. 38. in 6. q. ver. Quid autem sit in feudo. C. de iu. emph. idem in præludijs feu. col. 43.*

De donatio. & de iureiurand.

SVMMARIVM.

1 *Donatrix, si post donationem habeat filios reuocatur donatio obstante iuramento. & num. 2.*

CONSILIVM CCXXXVIII.

1 CVM MVLIER † donatrix post donationem habuerit, & hodie habeat filios, videtur donatio reuocata, *a* & secundum Doct. ipso iure propter subintellectum conditionis tacitæ: vt C. de reuo. dona. l. si vnquam. & ex recta cõsuetudine talis cõditio, scilicet si donans liberos non habuerit in tali donatione intelligitur, quoniam non est verisimile, quòd alienam successionẽ propriè ante ponat: vt C. de fideicom. l. cùm acutissimi. de condi. insti. l. generaliter. §. vlti. ff. de condi. & demon. l. cùm 2 auus. & de pac. l. tale pactum. §. vlt. † Vnde cùm iuramentum non augeat obligationem, sed ei intra suos b limites manenti addat religionis vinculum: *b* ar. ff. ad Trebell. l. Titius. in fi. sicut simplex donatio illam conditionem tacitam habet; scilicet si liberos donans non susceperit, sic & iuramentum tali conditioni accedens: vt C. de non num. pec. l. vltim. & extra de iureiurand. cap. quemadmodum. cùm ibi not. & ff. qui satisdã. cog. l. vlt. & de ope. libe. l. si libertus iurauerit. donatione igitur habita pro non facta potest iure cõmuni soror cum fratre fratri abintestato succedere.

ADDITIO ANTIQVA CVM Rainaldo Corsio.

a ¶ Videtur donatio reuocata. *Nunquid reuocetur per superuenientiam filiorum etiam facta extraneo, & dato quòd reuocetur, an reuocetur quælibet donatio etiam parua, & sic an l. si vnquam. hic alleg. vendicet sibi locum in qualibet donatione, vide omninò Phil. Corn. in cons. 4. incip. dubia satis mihi. in 3. vol. & vbi reuocatur donatio per superuenientiam filiorũ, an reuocetur renunciatio, quam facit soror fratri de bonis paternis tradit idem Corne. in consi. 61. incip. in præsenti consultatione. col. 3. versic. nec* * *etiam videtur. eo. volum. 3.* * *Eundem Oldrad. supra in consil. 173. vbi tenet, non posse renunciari d. l. si vnquam. & infra consi. 278. col. 2. ver. Ad tertiam quæstionem. Et vide Ias. in consi. 230. vol. 2. egregiè loquentem de hac materia, & plurimos ac maximos Doct. allegantem, qui conueniunt cum Old. hic circa iuramentum. limitatur tamen conclusio hæc octo modis: vt per M. Ant. in tracta. de virtu. iura in 72. effectu. col. fin. Diaz. regu. 390. Bertran. cum Oldra. hic conuenit in consi. 361. in prin. vol. 1. Adde autem Curt. Sen. in 1. consi. cum duob. seq.*

b ¶ Religionis vinculum. *Dec. in l. Non omnis. col. 3. ff. si cer. pe. & in l. 1. in pen. col. C. de pact. Ripam in 3. lib. Interpretatio. in l. si vnquam. num. 34. C. de reuoc. don. Parisi. in consi. 110. nu. 31. & deinceps. in 1. vol.*

De officio delegati.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Tholosanus, si est datus conseruator, postea verò est factus Archiepiscopus eiusdem ciuitatis non expirat officium. & numer. secundo.*

CONSILIVM CCXXXIX.

1 BONÆ † memoriæ *a* Dominus Cle-
a mens Papa V. dedit reuerendo in Christo patri Domino R. sanctæ Mariæ nouæ Diacono Cardinali cõseruatorem, & iudicem Episcopum Tholosanum, ita quod ex tunc esset perpetua iurisdictio, quo ad omnia ipsius negocia etiam non cæpta: postmodum Dominus Papa Ioan. XXII. Ecclesiam Tholosanam in Metropolitanam erexit. Modò quæritur, vtrum in negocijs Domini Cardinalis, vt conseruator, & iudex procedere possit Archiepiscopus Tholosanus, vel per erectionem huiusmodi commissa iurisdictio expirauerit. Et est dicendum, quòd potest procedere, nec iurisdictio expirauit. Primò, quia auctus est honor, non conditio mutata: vt ff. de condi. & demonst. l. falsa. & de excu. tut. l. cum ex oratione. nec definit esse Episcopus Tholosanus, sed natura in eo mutatur: vt ff. de hære. instit. l. seruus alienus. §. qui fideicommissariam. de col. do. l. si fuerit. & de bon. poss. secundum tab. l. 2. & videtur ipse sibijpsi succedere: vt ff. qui po. in pignor. hab. l. si prior. in 2 princip. † Et aliquali causa mutata videtur ipse sibi ipsi substituisse: vt ff. de vulga. & pupil. sub. l. sed si plures. §. nemo. & l. vltimo. Cùm igitur scriptum fuerit dignitati, & illa eadem maneat, licèt creuerit: vt ff. de fur. l. inficiando. §. in fraudem. Vel est ibi successio, vel substitutio, vt dictum est supra. Non videtur dubitandum, quin iurisdictio remanserit: & pro hoc C. de digni. l. maior. lib. 12. & de primicerio, & secundicerio. l. 1. & de excus. mun. l. eos. & argum. ff. de hæred. instit. l. talem. & in Authen. vt iud. fine quo quo suf. §. illud tamen dicimus. col. 2.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Bonæ memoriæ. *Replicatur hoc cons. de verbo ad verbum infra numer. 276.*

De pœnis. extra. ff. de vsuf. accr.

SVMMARIVM.

1 *Res, quæ cadit in commissum, non debetur vsufructuario, nisi quo ad vsum fructum: sed debetur proprietario.*

CONSILIVM CCXL.

1 SVPER † eo, quod *a* quæritur, an si
a in Castro, cuius vsusfructus pertinet ad C. & proprietas ad G. eueniat commissa ex eo capite, quod emphyteotæ non soluant Canones infra triennium, vel alienent sine consensu Domini, vel

ni, vel recognitiones per Vasallos factæ non fuerint infra tempus, pertineant talia commissa ad proprietarium, an ad vsufructuarium vsufructu finito? ¶ Breuiter est dicendum, quod ad proprietarium rationibus, quæ sequuntur, & primò est considerandum, quod ista commissa consistunt in rebus immobilibus, & solo adhærentibus, & talia immobilia non sunt in fructu. Fructus enim est, qui ex rebus ipsis immobilibus, vel mobilibus, aut se mouentibus prouenit, & capitur, sed res immobiles, quo ad dominium, non sunt in fructu: vt ff. de vsufruct. l. 2. & l. item si fundi. in prin. & argum. ff. de vsufruct. l. in pecudum. Secundò est considerandum, quod istud commissum, de quo quæritur, prouenit extra rem, & per modum separatum, occasione tamen rei venit, hoc est, maioris dominij, & directi. Et istud incrementum fit rei dominio, & non personæ, quia sine facto, & prouisione personæ obuenit, & ideò rectè comparatur tale incrementum incremento alluuionis, siue insulæ, quæ omnia incrementa saltem in proprietate pertinent ad proprietarium indistinctè: vt ff. de vsufruct. l. item si fundi. §. 1. & 2. Tertiò est considerandum, quod istud incrementum ipso iure prouenit, quia ipso iure talia committuntur. ff. de publi. l. commissa. & de iur. fis. l. 1. §. an bona. & in nullo interuenit in acquirendo cura, prouisio, vel diligentia vsufructuarij, & ideò istis gaudere non debet. Secus si per suam industriam quærerentur: vt argum. ff. ad l. Falc. l. 3. & in eo casu intelligitur. ff. de vsufruct. l. in vsufructu legato. §. 1. Illa enim lex, quæ multum obstare videtur istis modis iam dictis, inter cæteras repellitur, scilicet, quia ibi loquitur in domo, cuius dominium per sententiam, hoc est, per secundum decretum quæritur, arg. ff. de dam. infec. l. si magna differentia, vt ex præmissis apparet, & no. per Inno. extra de restitut. spol. c. accepta. in fi. & de con-
2 cess. præben. c. nullus. ¶ † Item ibi est res distincta, & separata omnino, quæ se non habet per modum accessionis, hic verò dominium vtile accedit directè, & sub eo, & ideò tale incrementum fit rei, ibi autem personæ, & personaliter. Vnde persimile apparet in Rectore Ecclesiæ, qui si per suam industriam aliqua quærat, non prætextu, vel intuitu Ecclesiæ suę sunt, aliàs sine occasione Ecclesiæ ad Ecclesiam pertinent: vt extra de testa. requisisti. & not. per Innoc. eod. tit. si hæredes, & facit ad hoc de Episc. & Cler. aut. licentiam. & tamen Rector Ecclesiæ vsufructuarius est, & vsufructuario per omnia comparatur, vt not. extra
3 de prob. c. ex literis. ¶ † Præterea hoc est expressum in iure, quia si maritus vxore inuita seruum manumittat, omne, quod prouenit extra causam vsusfructus, habet restituere mulieri. ff. sol. mat. l. si verò negocium. in prin. & §. item quicquid. & ad idem facit. ff. de acqui. hær. l. à domino. in prin. & §. fi. & ff. de iure. do. l. cùm in fundo. §. 1. Cùm igitur istud ex causa dominij maioris veniat, proprietario applicatur. Præterea est expressum, quia quod pœnaliter ex persona sua quæritur, proprietario applicatur. ff. de iureiu. l. item apud Labeonem. §. penult. est etiam expressum 10 10. coll. si de feudi inuestitura contentio fuer. §. si quis in manso. ver. sed si dominus. ibi cùm dicit, iure feudi, &c. quasi dicat, non habebit in incremento alium ius, quàm illud, quod habebat in feudo. Nec ob. si opponatur de 10. colla, hic finitur lex Federici. §. si vasallus. quia ibi loquitur in his, quæ fructuarius facit, & acquirit sua propria industria, & sua propria pecunia. Hic verò sicut aliquo ex illis. Et est etiam expressum, quod si propter culpã vasalli feudum committatur, quod tenetur ab Ecclesia, cõmittitur Ecclesiæ, non Rectori, licet hic habeat fructus, extra de pœnis.
4 fœlicis. §. si qua. lib. 6. ¶ † Præterea videtur primò, quod talia commissa proprietarium sequantur, quia veniunt ex contractu. vel propter contractũ cum domino celebratum: vt ff. de verb. obli. l. filius. de stipu. ser. l. vlt. & de reg. iur. l. quæ legata. Secus esset in legato sub conditione relicto. ff. quando dies leg. ced. si vsufructu. §. vlt. & de pigno. l. si legati. & est ratio diuersitatis, quia in contractu factum contrahentis vertitur. In legato verò non vertitur factum legatarij: vt not. C. de condi. inser. l. si vxorem. & in simili instit. de verb. oblig. §. ex conditionali. ¶ Ex his ergo legibus, & ratione diuersitatis eorũ apparet, quod ei debet res quæri, ex cuius facto acquisitio procedit, sed in proposito ex facto proprietarij quæritur, ergo, &c. & per hoc patet, solutio ad l. vsufructu legato. ff. de vsufruct. quia ibi stipulatio damni infecti ex facto fructuarij procedebat. Et pro hoc benè facit, quod dicitur, quod stipulatio vsurarum interposita per hæredem restituere grauatum non venit in restitutione, sed interposita per testatorem, sic etiam pro vsuris currentibus ante restitutionem, quæ tamen tempore restitutionis per hæredem perceptæ non sunt: vt ff. ad Trebell. l. postulante. §. vlt. & ibi not.
5 in gloss. quæ incipit, scilicet de vsura, &c. ¶ † Secundò tale ius quęritur regulariter in accidente augmento, quale quis habebat in primo: vt ff. de pub. l. si ego. §. quod tamen per alluuionem. de pact. dota. l. inter socerum. §. cùm inter. & de iure do. l. si vnde. sed hoc potest censeri augmentum rei, quia propter eam venit. argu. ff. de coniungen. cum eman. lib. l. 1. §. nunc videamus. & propter legem cõtractus celebrati cum proprietario. ergo eius conditionem sequetur, & ei finaliter hoc debetur augmentum, qui legem apposuit, vel apposuisse intelligitur. argum. ff. de iurepat. l. diuus. in fi. primi respõsi. & de in ius vocan. l. sed
6 si hac. §. prostituta. ¶ † Tertiò, ius commissionis huiusmodi prouenit ex prærogatiua dominij respectu emphyteotæ, vel vasalli. Ergo si fructuario quæratur, qui durante vsufructu quodammodo dominũ repręsentat. arg. ff. de verb. sign. l. liber homo. quæretur ei, quantum ad vsumfructum, eo tamen finito veniet in restitutionem proprietario faciendam: vt ff. de ædil. edic. l. bouem. §. si quis seruum, de pign. act. l. si pignorum. in prin. de iure do. l. quoties. & l. non solum. & pro hoc facit solutio duarum legum, quæ simul contradicere videntur. ff. de pign. l. inter colonum. §. quicquid. & eod. tit. si fundus. in princ. & ibi
7 not. † Item nihil quęritur fructuario, nisi quod est in fructu: vt ff. de vsufruct. l. item si fundi. in princ. & §. huius tractatus. sed ista in fructu dici non possunt: multò enim magis thesaurus in agro inuentus debet dici fructus fundi. argum. ff. de contrahen. empt. & vend. l. in lege. & tamen non cedit loco fructuarij: vt ff. sol. mat. l. diuortio. §. si fundum. & de acqui. re. do. l. si is. §. quod si seruus. ergo, &c. sola nempè fructus respicientia fructuario quæruntur, cætera proprietario: vt ff. de fur. l. inter omnes. §. seruus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Super eo, quod. *Legitur hoc consil. relatum in apostillis Ioan. And. ad Specu. de Emphyt. colum. 30. super quæstione 93. in fine.*

De iureiurando, & communi diui.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes, si testator facit eos iurare, ne infra decem annos*

diuidant hæreditatem paternam, possunt ante diuidere, si cessat causa, quare fecit iurare testator, tamen consilium est, quod remittant sibi ad inuicem iuramentum. cum seq.

CONSILIVM CCXLI.

FACTVM tale est. Paterfamil. habens duos filios, & ex vno filiorum duos nepotes, vtrunque filium in sui præsentia iurare fecit, quod post mortem ipsius vsque ad decem annos non diuiderent hæreditatem paternam: post lapsum verò decennij, si vellent, possent diuidere quandocunque, & per hoc iuramentum pręcauere voluit indemnitati hæreditatis, ne diuisa videlicet dilaberetur. Mortuus est pater, vnus filiorum, videlicet pater nepotum factus est monachus, & professus: alter filiorum de nouo incæpit habere guerras, ratione quarum hæreditas pro indiuiso possessa per rapinas, & per incendia quotidiè deuastatur, & magis deuastari in posterum dubium non existit. Nepotes petunt hęreditatem diuidi nolentes partem suam ratione patrui deuastari. Patruus consentit, dumtamen nõ obstet præstitum iuramentum: quæritur, quid iuris?

1 ¶ Ad quæstionem istam dicendũ est, quod † dicti nepotes petere possunt diuisionem fieri, & est diuisio ad eorum requisitionem facienda, non obstante, quòd dictus paterfam. ordinasset de consensu filiorum prędictorum, quod dicta hæreditas non diuideretur vsq; ad decem annos, ea quidem ratione, quia nemo cogitur stare in communione: vt C. commu. diuidun. l. fin. & ff. de condi. indebi. l. si verò sortem. §. si centũ. & facit ad hoc C. de præd. mino. l. inter omnes. & ff. fami. ercis. l. Lucius. & Titia. nec obstat, quod dicitur de iuramento, quod interuenit, & præstitum fuit per dictos filios patrifam. ad cuius requisitionem dictum iuramentum præstiterant, rationibus infrascriptis.

2 ¶ † Primò, *a* quia dictum iuramentum fuit męrè per-
a sonale, quantum ad personas iurantium, quod solas personas iurantes affecit, ita, quod nõ transit ad personas nepotum, nisi quoad obseruantiam obligationis, prouenientis ex ipso iuramento: vt extra de arb. c. per tuas. circa fin. ibi dum dicit, qui à iuramento suo seipsum personaliter, non Ecclesiam poterat obligare. & facit ad hoc arg. extra de iureiuran. c. veritatis. ¶ Secundò, quia dictum iuramentum fuit ex certa causa præstitum, scilicet, ne dicta hæreditas dissiparetur. & ista fuit causa, quæ mouit dictũ patremfam. ad inducendos dictos filios suos ad præstandum dictum iuramentum, quæ causa hodie cessat, & eius effectus, imò causa contraria, & eius effectus superuenit, scilicet, quod ipse patruus dictorum nepotum guerras suscitauit, intantum quòd inimici ipsius propter guerras huiusmodi dictam hæreditatem multipliciter dissipauerunt, & dissipant omni die, & sic iuramentum intelligitur esse præstitum, si eadem causa, propter quam præstitũ fuit, seu eius res in eodem statu perseueraret, in quo erat, quando fuit iuratum, quia non est verisimile dictum patremfamil. dictam communionem per dictum tempus voluisse durare, si sciuisset, vel cogitasset, quod dicta communio fuisset causa dissipationis, vel consumptionis (vt præmittitur) dictæ hæreditatis, vt 22. quæst. 2. c. ne quis arbitretur. circa fin. ad hoc ff. de solut. l. cum quis.

3 ¶ † Tertiò, quid plus, ex quo in dicto themate proponitur, quod dicti nepotes petunt diuidi dictam hæreditatem, & eorum patruus, qui prędictit dictum iuramentum, vult & consentit, quod diuidatur ipsi nepotes, & patruus possunt sibi adinuicem remittere iuramenta, qua remissione facta absque metu periurij possunt postea diuidere hæreditatem prædictam, cùm dictum iuramentũ tantum in fauorem, & commodum iurantium fuerit introductum: vt extra de sponsa. c. præterea. & de vsuris. c. consuluit. & facit ad hoc, quod not. Innoc. extra de app. c. præterea.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Primò. *De hoc vide Bal. in l. Generaliter. C. de non nu. pec. Sali. in l. pactum, quod dotali. C. de pact. Domi. in c. cum C. laicus. de fo. comp. in 6.*

De conditio. appos. & de pœn & de test. extraordina. C. de fideicommis. & de iure delib.

SVMMARIVM.

1 *Cohæres incidens in pœnam non potest à cohærede pœnam petere.*
2 *Conditio, si apponitur hæredi à testatore non currit conditio viuente testatore, nec post mortem, nisi post interpellationem, cùm non sit dies certa.*
3 *Item, conditio debet esse impleta in totum, & si deficiat particula non videtur impleta. cum num. seq.*
7 *Item, an conditio, quæ inest, sit causa demonstrationis, vel conditionis.*
8 *Item, conditio adiecta super legitima dicitur impossibilis.*

CONSILIVM CCXLII.

a NOTA præsens, *a* quæstio dimissis superuacuis narrationibus vertitur circa comitatum Guardiani, cuius scilicet esse debeat vtrũ dominę Matthęæ Comitissæ Armaniacæ, an dominarũ Margaritæ, & Constantiæ sororum eius? & quia duæ principaliter scripturæ ad decisionem hu-
iusmodi articuli inducuntur, scilicet, testamentum domini Guasconis quondam Vicecomitis Bearni, & ordinatio illustris quondam Regis Franciæ, si quis eas respiciat, sine concertatione dicet cessantibus obiectibus comitatũ Guardiani pertinere ad dominam Matthæam, eò, quod tam testamentum, quàm ordinatio Regia ipsum sibi apertè attribuunt: vnde locũ habet ff. de leg. 3. l. ille, aut ille. §. cùm in verbis. Conuertamus ergo sermonem ad obiecta, quæ fiunt, & primò dicitur eam priuatam esse totali successione vsque ad legitimam exclusiuè, nisi in vita testatoris quietaret totam terram Marchiam dominę Constantiæ, quod si non fecerit, priuatio locum habet. Sed ad istud respondetur, quod in vita testatoris domina Matthæa voluntatem testatoris ignorauit, & ideò si
b non paruit impunis est: *b* vt ff. ad Sille. l. si quis in gra-
ui. §. vlt. & de leg. 2. vlt. §. in omnibus enim, quæ in faciendo, & non faciendo consistunt, regulariter sola scientia obligat: vt C. qui mili. non pos. super seruis. ff. de transact. l. vlt. ff. de his, qui no. infa. l. genero. & ff. loc. & conduct. l. si ignorans, cum multis fim. Sic hic opponitur, quod si domina Matthæa excusata fit, donec ignorauerit, post mortem tamen domini Guasconis aperto testamento debuit parere iussui testatoris quietando. arg. ff. de statu libe. l. 2. §. si quis hæredi. Sed ad hoc respondetur, quod & si parere debuerit. arg. ff. de arbi. l. Celsus. §. 1. & extra de dolo & contum. cùm dilecti. Obedientia tamen talis diem certam

certam non habebat, infra quam fieri deberet. & ideo mora communis desiderabatur per interpellationē: vt ff. de vsur. l. mora. Non obst. dictus §. si quis hæredi, quia ibi à toto principio diei appositio fuit vtilis, cursum tamen suum incipiens solum post aditam hæreditatem: quia cùm ante eam non sit hæres, ante eam hæreditari non potest. Hinc est, quod communis conditio implenda in personam hæredis ad curretionem expectat: vt ff. de condi. & demonst. l. qui hæredi. §. vlt. & l. si in diem. & argu. ff. de iur. dot. l. tali. ¶ Respondetur & aliter, quòd aliæ dominæ & cohæredes dominæ Matthęæ etiam in pœnam priuationis incideruntet, & antè inciderant, quàm dici posit dictam dominam Matthæam ex hoc capite incidisse, pro eo, quòd ingressæ sunt possessionem hæreditariæ portionis, antequam impleta sint ea, quæ prius ex dispositione testantis debebant impleri. Vnde dici poterit: vt ff. de reg. iur. l. cuius potest. §. illi. & de lega. 2. l. cùm pater. §. libertus. ad Trebel. l. si patronus. §. qui fideicommissariam. Et neuter ea lege se potest petere vindicari, quam ambo contempserunt: vt solut. matr. l. viro, ac vxore. & si quis omissa causa testam. l. quidam Titium. §. & si non solus. ¶ Respondetur & aliter, quòd si domina Matthæa incidisset in pœnam alicuius priuationis, illud, quo priuata fuit, applicari debuisset dominæ Constantiæ, in cuius fauorem factus erat iussus de quietando: vt ff. de litig. l. vlt. in fi. & de iu. pa. l. diuus Vespasianus. §. vlt. & quæ eidem erat immediatè substituta, vt in Authent. de hær. & fal. §. inordinatum. ¶ † Sed hic suboritur quæstio, an dicta domina Matthæa incidisset in pœnam in præiudicium substitutarum sibi? Et videtur dicendum, quòd sic, quia cùm substitutio facta dominæ Constantiæ fuerit fideicommissaria, non videtur talis pœna in fideicommisso deducta esse, quia ei magis, quàm alteri, non tam ex ordinatione testatoris, quàm ex legis dispositione debetur. arg. ff. de inoffi. testa. l. Papianus. §. si quis impubes. & melius ff. de adopti. l. si arrogator. §. 1. Et quia verba fideicommissariæ substitutionis hanc pœnam, vtpote futuram, inducere non videntur, secundum ea, quæ nota. C. de fideicommiss. l. cùm virum. & quia facilis est talis remissio pœnæ, nec videtur in fraudem fideicommissariæ facta: vt ff. si quid in fraudem patro. l. 1. §. sed si puta quærelam. Et hæ responsiones sufficiant, quantum ad pœnam specialem dominæ Matthęæ, & generales omnium cohęredum, inquantum ipsa posset includi. ¶ † Secundò obijcitur, quòd conditio substitutionis factæ dominæ Matthęæ de dominabus, Constantia, & Margarita extitit per hoc, quod dominus Guascо vicecomes Fercessegnelli filius dictę dominæ Matthęæ habuit partem terræ Cathalonię, cuius loco hodie possidet vice permutationis terram, quam habet in Carcasello, sed ad istud respondetur multiplicitèr. Primò, quia ad ipsum vicecomitem non pertinet tota terra Cathaloniæ. Conditio autem, vt completa dicatur, impleri debet in totum, & non in parte. vt ff. de condit. & demonstr. l. qui duobus. & l. cùm fundus. ¶ Respondetur & aliter, quia quod pervenit ad vicecomitem, peruenit ex causa onerosa, non lucratiua. Vnde cùm antè adsit, quàm abest, conditio impleta non videtur. argu. ff. de legatis primo. l. huiusmodi. §. qui seruum. & l. ciuitatibus. §. final. ¶ Respondetur & aliter: Et si omnia bona Cathaloniæ ad vicecomitem peruenissent, non per hoc diceretur impleta conditio, quæ impleri debebat in persona dominæ Matthęæ. ff. de leg. 1. l. si seruus legatus. ff. de condi. & demonst. l. qui hæredi, in princ. & arg. ff. vt leg. vel fideicommiss. nomine caueatur. l. nec si

4 fortè. ¶ † Tertiò obijcitur, quòd ex alio capite conditio substitutionis impleri videtur, ex ea videlicet parte, quia per dominam Matthæam stetit, quo minus ad eam bona Cathaloniæ peruenirent. & hoc ideò, quòd non petijt bona post mortem d. Guiliel. ¶ Sed ad istud respondetur, quòd non dicitur per aliquem stare, quo minus aliquid habeat, nisi oblatum non recipiat, vel saltem in communi mora per interpellationem constituatur. & hoc no. lex, dum dicit, vt mittatur legatarius in possessionem bonorum, si pro re legata non caueatur, non exigit prætor, vt per hæredem stet, quo minus caueatur: quia si hoc exigeret, interpellatio requireretur, ac si apertè dicat, quòd illa verba per aliquem stare interpellationem requirunt: vt hæc leguntur ff. vt in poss. leg. l. 1. §. non exigit. ff. quorum bono. l. vltima. regulariter enim dicitur, quòd is, qui futurus est alteri obligatus in conditionis euentum, non teneatur conditionem implere. vt ff. de contrahend. emp. & vend. l. Labeo. sed oblatum non tenetur respuere, & hoc mo-

5 do intelligitur. ff. eodem titu. l. Labeo. ¶ † Respondetur & aliter, quòd dictæ dominæ Matthęæ imputari non debet, si bona Cathaloniæ non petijt, quia notorium erat facti, & est, quod rex Aragoniæ dicebat, totam terram Cathaloniæ propter factum G. sibi esse commissam. & ideo in tali re notoria, in qua tunc propter regis potentiam sola preces locum videbantur habere, non debuit domina Matthęa ad preces compelli, quæ sępe difficilem exitum habent: vt ff. de bon. liber. l. qui maior. §. primo. & ad Trebel. l. 2. §. tractati. in ver. an hoc imputatur matri, &c. ¶ Respondetur & aliter, quòd fideicommissaria substitutio facta dominæ Guliel. non tenuit in legitima, quæ debetur sine omni onere, vt C. de inoffi. testament. l. quoniam in prioribus. Cùm igitur conditio sit in totum implenda, vt dictum est suprà, nec domina Matthæa potuerit omnia petere propter legitimam, in qua nō tenebat grauamen, etiam in casu, in quo fuisset obligata petere, non debet ei ad culpam ascribi, si partem non petit, quæ conditionem non impleuisset. Nec imputari debet, si non petijt totum, quod petere non potuisset: vt ff. de inoffic. testam. l. 1. C. de rescind. vend. l. non ideirco. Sed contra hanc respon-

6 sionem instatur pluribus modis. ¶ † Et primò sic, quia in legitima dominæ Guli. deducta in fideicommisso tantum remanebat in bonis Cathaloniæ, quod æquialebat oneri iuncto, id est, pretio Guardiani. Vnde cùm onus esset extrinsecum, non debet minui onus per diminutionem emolumenti: vt ff. de ann. leg. l. liberto. §. 1. de legat. 1. si inde Stichus. de lega. 2. cùm pater. §. eorum. ¶ Sed ad istud respondetur, quòd leges illæ loquuntur & quærunt, an diminuto emolumento diminuatur in vim modi, vel conditionis appositum, quo casu locum habent leges prædictæ. & ff. ad leg. Falcid. l. maritum. §. vltimo. & l. pœnales. §. final. & ff. ad Trebell. l. facta. §. si Titius. & ibi not. Nos autem loquimur, an diminuto eo, quod est datum causa conditionis implendæ, diminuatur, vel perimatur onus ex conditione dependens. Et vtique perimitur, quia necesse est insolidum conditioni pareri, vt probatum est suprà, & probatur. ff. de condit. & demonstr. l. Plautius. ibi, quia insolidum paretur,

7 &c. ¶ † Sed ad hoc instatur, & dicitur, quòd illa verba in testamento appositа, & in hoc casu, postquam dicta Matthæa bona dictæ Gulielmæ ex vi substitutionis habuerit, &c. conditionem non faciunt, quia non appositа insunt, vt ff. de leg. 1. l. 3. & quando dies leg. ced. l. si dies. §. vlt. & l. si Titio. §. 1. dicunt etiã, quòd magis demonstrationem faciunt, quàm condi-

tionem.

tionem.argu.ff.de leg.1.l.si Titius.§.vlt.sed certè hęc non obuiant. Et primo primum non obuiat,quia legatum, quod relinquitur à legatario, vel fideicommissario, habet tacitam conditionem, si ad eum res legata perueniat, sed bene habet illam, si legatum agnouerit:vt ff.de lega.2.Imperator. & de leg.3. si legatarius.& l.cùm quis decedens.in princ. & hoc modo debet intelligi. ff.de leg.1.l. fideicommissum. Secundo secundum non obuiat, quia inspecta veritate subscripta verba, quæ ad dictam dominã Matthæam dicta bona ex vi substitutionis peruenerint, & idcirco cõditionem faciunt, quod denotat coniunctio, Si; vt ff.de condi.inser.l.qui promisit.& de verb.obliga. l.quodcunque.§.non solum. & verbum futuri temporis,peruenerint:vt ff.de leg.1.l.Stichum,qui meus erit.& de aur.& argent.legat.l. scribit Quintus Mutius.circa fin.non obstat.l.si Titius.§.vlt.ff.de lega.2. quia verba ibi posita, si rectè considerentur,non sunt verba conditionis, sed magis taxationis legati: vt ff. de vino,tritico, & oleo legat. l. cùm certus, vel sunt verba purum legatum inducentia, & dubium litis euẽtum indicantia. & ideo cessione liberatur hæres: vt ff.de legat.1.l.si sic.§. vlt. & C. de litig. Auth. nunc si hæres. Verba autem, de quibus sermo currit, non sunt circa rem, qua domina Matthæa grauatur, sed circa aliam per modum conditionis adiectam. & sic non possunt onus taxare, nec eum parum afficere.

8 ¶†Secundò circa principalem rationem, qua dicebatur,oportere in totum conditionem implerio,pponi tur,quòd conditio illa, si dicta bona ad dictam Matthæam ex vi substitutionis peruenerint, videtur esse impossibilis de iure, quantum ad legitimam personam. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. Sed impossibilis habetur pro non apposita, & vitiatur, non vitiat:vt institut. de hæredib..institu. §.impossibilis. sed ad hoc secundum opinionem communem patet responsio:quia conditio hîc apposita erat oneratæ personæ,id est, dominæ Matthęæ,quæ cogebatur soluere Guardianum, non autem onerare, de qua loquitur dictus §.impossibilis.cum similib. sicut videtur probari hæc distinctio. C. de his, quæ pœnæ nomine.l.vnica.institu.de leg.§.vlt. licet quidam dicant.§.illum loqui non de impossibili,sed de necessario.Sed hoc nihil est. Hi enim mutatis verbis eandem tenent sententiam,quia quæ secundum rerum naturam, vel iuris dispositionem habent necesse non existere,eadem est impossibile existere. Et ideò impossibilis,& necesse,quantum ad hoc, sunt idem. Et ideo alij dixerunt,quòd aut incipit dispositio à prȩcedenti dispositione. Primo casu propter impossibilitatem conditionis non vitiatur dispositio sequens.Secundo casu sic,sicut in stipulatione distinguitur. ff. de verb. obligat.l.si homo mortuus. & l. in illa. & l. hoc iure. Et si hæc opinio vera esset,adhuc videretur sequi propositum dominæ Matthęæ, videlicet, quòd spectaretur conditionis existentia, & non esset eius oppositio vitiata. Sed ad hoc instatur,& arguitur,immò sequeretur oppositũ eius, quia hæc ordinatio à præcedenti dispositione incipit: cùm dixit testator, quòd volebat bona dictæ Guliel. sine liberis decedentis peruenire ad dominam Matthæam, & subiunxit. Et si dicta bona perueniant,&c. sed certè hoc non est à præcedenti dispositione incipere, quia tunc intelligitur actus à præcedenti dispositione inchoari, quando sequens promissio, vel dispositio à præcedentis corroboratione recedit, vt metu secundæ pareatur priori: ff.de verborum oblig.l.ita stipulatus. & de pœ. leg.1. 1. ad leg.Falc.l.1.§.item si ita.& quando dies leg.ced.l. si pœnam.& hoc etiam colligitur in d.§. fin. institut. de leg.in exemplo, quod ibi ponitur,veluti si quis ita

9 dicat, Titius hæres esto,&c. ¶†Tertiò obijcitur ad responsionem principalem, qua dicebatur,non esse imputandum dominę Matthęæ, si bona dominę Guielmæ non petijt: quia ea omnia, & tota petere non potuit propter deductionem legitimæ,quia hoc non procedit de iure, eò quòd domina Gulielma inuentarium non fecit.& sic priuata fuit iuris dispositione deductione quartæ: vt in Authen.de hære.& fal.§.si verò non fecerint. Sed ad istud est facilis responsio secundum opinionem communem: quia omissio inuentarij non priuat filium deductione legitimæ:quia nec inobedientia contra testatorem, & legem commissa eum priuaret:vt in corpore de hære.& falc.§.si quis autem non implens.& no.in d.§.si verò non sterit.& C.de iure delib.l.vlt.§. si quis autem temerario propositо. & cùm relinquuntur fideicommissa vniuersalia,non videtur, quòd hæres subijciatur legi inuentarij,eò quòd inuentarium inductum fuit, ne per subtractionem hæreditariarum rerum falcidia induceretur: vt in §.hinc nobis. quod in fideicõmissario vniuersali locum non habet, quia semper locus est Trebellianicæ deductioni, siue multum sit, siue modicum sit in bonis. Vnde cùm cessat ratio legis, cessat etiam lex:vt ff.de iure patro.l.adigere.§.quam-

10 uis.cum simil. ¶† Contra testamentum vnum tantum opponitur, quod ipsum non teneat, quasi perplexitatem, imò contrarietatem in se habens:quia in vna parte testamenti Matthęæ Constantiam sororem suam sub certa forma, & Gulielmæ similiter sub certa forma:& nunc in illo capitulo,item volo, & præcipio Matthæę filiæ meæ prędictæ, vt ipsa in vita mea quietet,& absoluat,&c. omnes prędictas substitutiones mutasse videtur, & aliam formam dedisse: & tamen statim subiunxit. Item volo & prȩcipio, vt omnes substitutiones prędictæ,& quęlibet earundem in suo robore perseuerent, nec vna per aliam tollatur, vel alias colligatur,&c. ex quibus videtur perplexitas & contrarietas, imò impossibilitas resultare. Vnde videtur habere locum regula iuris, vbi repugnantia de reg.iur.cum simil. Est etiam alia suspicio in testamento ipso: quia in substitutione facta Matthęæ voluit, quòd Constantia in vita sua teneret viccecomitatũ Guardiani cum pertinentijs suis, &c. & faceret fructus suos, & tamen infra c. Item volo, & prȩcipio Matthęæ filię meę,&c. iusit eam in euentum substitutionis Gulielmę restituere Guardianum, exceptis fructibus per eandem Matthęam perceptis: quos tamen suprà asignauerat Constantię. Vnde hęc vehementi suspicione non carent. Et hęc de testamento, & his, quę circa illud sunt, ad prȩsens sufficiant.

11 ¶† De donatione autem regia non videtur multum expediens diffundere sermonem: quia eius robore prȩposito cessant ferè omnia superiora.Et solum vertitur disputatio de illis in substitutione dominę Matthęę appositis, si ad eam dicta bona peruenerint,&c. de quorum effectu inutilis repetitio non patitur,vt amplius decurrat.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶Tota prȩsens. *In materia præsentis 242. consil. adde notabiliter,quòd hæres inobediens non ipso iure cadit, sed tanquam per fideicommissum. Et ideo Trebellianicam deducit. Nec is,cui hæreditas secundo loco applicatur,potest eam alteri cedere ante factam ab inobediente hæredestitutionem. Sicq; se habet communis opinio, teste Bertran.in consil.152. Viso processu causæ cæpta.colum.penul. & fin.volum.2. Materia est penes Aret.in §. fin. instit. de lega.Bar.& Ang.in l.paterfamilias testamento.de hæred. instit.*

institu. Bal. l. in l. 1. C. de his, quæ pœ. nomine. Alex. in l. in substitutione. col. 2. de vulg. & pup.

b ¶ Impunis est. No. *pœnam absque monitione non incurr. Innoc. & cæteri in c. ex parte. §. Quia vero de conces. præb. Dec. in consi. 2. col. 2. & in consi. 37. col. 6. vol. 1. quod tamen limitatur in actibus affirmatiuis, nisi adiecta sit dies. Nam si lex mandet quicquam intra diem certam fieri, præmittenda est monitio. Si mandet simpliciter, non est præmittenda. Item est indistinctè præmittenda in ommnibus actibus negatiuis. Puta iubente lege, vt qui homicidam non cæperit, eadem pœna plectatur. In. vbi supra Bal. in Marg. in ver. pœna. ad fi. Ale. in l. ita stipulatus. in prin. col. 3. nu. 24. de ver. ob. Dec. in d. consi. 37.*

Decondi. appo. & de ver. significatione.

SVMMARIVM.

1 *Si concessum est aliquid Titio, dum placuerit Sempronio, qui consensit, & promisit non venire contra, contradicere non potest, quia sufficit semel conditionem existere. Dictio, dum, denotat conditionem, & de verbo placuerit quid significet. & num. sequent.*

CONSILIVM CCXLIII.

a FACTVM tale est, *a* rectores ciuitatis Thaurini pro Domino P. Domino illius ciuitatis de voluntate consiliorum & credentię ipsius ciuitatis concesserunt B. ciui Thaurinę. suo proprio nomine: & hæredum suorum recipienti curam & administrationem Pontis padi, & bonorum ac iurium ad ipsum pontem pertinentium cum clausula illa: Dum placuerit Domino P. supradicto. post quam concessionem idem Dom. P. prędicto B. eam confirmauit, ac ipsam concessionem: & confirmationem ratas habere & tenere voluit atq; promisit, eis nō contrafacere, vel venire, imò prædicta iura pontis dicto B. & eius hæredibus, & causam ab eo habentibus defendere, & manutenere per solennem stipulationem & sub obligatione omnium bonorum suorum: vt patet per publicum instrumentum. Item & aliquando mandauit post omnia prædicta dictus Dominus P. vi cariis suis, & iudicibus Thaurinen. per patentes literas eius sigillo munitas, quòd per pœnarum impositiones, & alijs remedijs cogerent quoscunque, ne ipsum B. perturbarent, vel inquietarent contra formam concessionis, & confirmationis prædictarum. Prædicto verò B. possidente bona, & iura pontis, de quibus supradictum est, dictus Dominus P. prædicta bona, & iura, & administrationem dicti pontis cuidam alteri concessit, & ipsum B. à possessione, vel quasi iurium, & bonorum pontis prædicti moueri fecit. Modò quæritur, an dictus Dominus P. de prædictis bonis, & iuribus potuerit de iure concessionem facere, seu alios contractus inire: quibus interuenientib. ille, cum quo secundo contraxit, habere possit & possidere bona, & iura? & an dictus B. de sua possessione, vel quasi (sicut præmittitur) de iure deuocari, & ipsi B. in bonis, & iuribus prædictis restitui? ¶ † Viso præfato themate, & quæstione ex eo elicita, & examinatis instrumentis, & literis: de quibus in themate fit mentio, & allegationibus partium diligenti meditatione pensatis, aliquibus videretur dicendum, quod illa verba: si placuerit Dom no P. &c. in contractu ciuitatis apposita conditionem quandam habeant propter verbum futuri temporis: quod regulariter conditionem facit: vt ff. de leg. 1. l. Stichum, qui mens erit, & de auro & argent. leg. l. ferlibit Quintus Mutius. & est expressum extra de cond. appo. ca. super eo. & cap. per tuas. & perseuerantiam quandam in conditione, id est, in Domini P. placito exigant. argument. ff. de condi. & demonstr. l. illis libertis. contra naturam conditionum, quas sufficit regulariter semel extare: vt C. quando di. leg. ce. l. cum vxori. & C. de instit. & substit. sub condi. fac. l. si quis hæredem. Et hoc facit monosyllaba, dum, quæ notare videtur conditionem actu perseuerantem: vt ff. de cond. & demonst. l. si ita quis legauerit. de leg. 3. l. qui concubinam. §. vxori. & de in ius vocan. l. 2. ibi: pontificem dum satisfa. Nec his obstare videtur confirmatio contractus facta per Dominum P. quia facta est sub eisdem pactis, & conditionibus, &c. Vnde orationis compendio videntur in confirmatione repetita quæcunque erant in actu confirmata. argument. ff. ad Trebellianum. l. Titius. extra de fid. instru. cap. inter dilectos. de confirm. vtil. vel inutil. cap. cum dilecta. & de priuileg. cap. quia intentionis: nec est verisimile Dominum P. in perniciem iuris sui se alligare voluisse non posse velle contrarium: vt ff. de pecu. legat. l. si pecul. §. sicut autem, & de no. oper. nun. l. 1. §. vltimo. & pro hoc bene facit ff. de fideicommiss. liber. l. cùm fidei. ¶ † Sed his non obstantibus, & pro hac parte subtiliter allegatis, ego contrarium credo de iure dicendum: & hoc triplici ratione. Prma est vnus, & idem sermo ex mente proferentium nunc hanc, nunc illam significationem assumit. Vnde lex dicit, quòd pœnam à conditione voluntas testatoris separat: vt ff. de his, quæ pœnæ nomine. l. 2. & de verborum significat. l. alienationis. §. oratio. Mens autem colligitur ex natura rei, cuius verba inferuntur. Vnde stipulatio habere licere, cùm per se stat, continet factum promittentis, & personarum ad se venientium: vt ff. de verborum obligatio. l. stipulatio ista. & tamen, cùm in venditione proferuntur, continet etiam factum extraneum contrahentium ex mente sumpta ex natura contractus: vt ff. de actio. empt. & vend. l. emptorem §. qui autem habere licere, & ibi nota. Cùm ergò verba hæc: dum placuerit, &c. sint dubia, an perseuerantiam exigant: & secundum hoc contractus erit temporalis ex voluntate pēdens: an sufficiat semel extare: & secundum hoc erit perpetuus: & in tali dubio hæc verba hanc, vel eam significationem accipiant, quæ naturæ contractus conuenerit: sed de natura talis contractus debet esse perpetuus: vt C. de vendent. rebus ciuitatis. l. 2. lib. vndecimo. ergò, &c. Secunda ratio sumitur ex proprietate verbi placuerit: quod est futurum subiunctiui modi: quodqúe formatum est à præterito indicatiui modi, ex quo semel placuit, conditio infallibiliter extitit, & mutationem aliquam non admittit: vt ff. de verborum obligatio. l. si quis stipulatus fit Stichum. & argument. ff. de lega. 3. fideicommissa. §. fic fideicommiss. cum simil. † Tertia ratio sumitur ex prouisione, quam fecit Dominus P. dum promisit sic: sub obligatione bonorum suorū non contra facere, vel venire: quæ perpetuitatem quandam notant: vt ff. iudi. sol. l. nouissimi, quibus obligatur non solum, ne contra faciat: sed etiam ne per alium contrafiat: vt ff. de verborum obligatio. l. in illo. ff. loca. & condu. l. in lege. Et absonum est dicere, quod virtus illorum verborum: dum placuerit: nisi perseuerantiam placiti notent, intelligantur hic repetita. Sicut enim ridiculum est nolentem hæredem esse exhæredare: vt ff. de hæred. institu. l. iam dubitari: ita derisoria, & nugatoria esset ista promissio: promitto non

to non contrauénire, nisi mihi placeat contrauenire. Pro non dicto enim est, quo ad dari, nisi velis, cogi non poteris: vt ff. de actio. & obliga. l. sub hac. & de verb. oblig. l. à Titio. §. vlt. & de contra. emp. & vend. l. hæc venditio. c. cum multis simi. Absit igitur repetitio talis nugationis: vt ff. de le. 1. l. si quis à filio. Vltimò videtur casus legis in quæstione præcedenti. C. de loca. prædiorum ciuilium. l. vltim. lib. 11.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Factum tale est. *Circa huius 243. consi. materiam vide Spec. de acti. & peti. §. penultim. col. 8. num. 27. in: er. Item si Papa. Vbi determinat, quòd si Papa concesserit beneficium alicui ad ipsius Papæ beneplacitum, talis concessio expirat Papa expirante. Quod tamen secus esset, si facta fuisset concessio ad sedis apostolicæ beneplacitum: vt ibi not. Ioan. And.*

De libel. obla. & de præscrip. & de consuet. & de excep.

SVMMARIVM.

1 *Articulari quomodo debeat exemptio ex præscriptione vel consuetudine: vel quomodo articuletur subiectio vel correctio Episcopi in clericis cathedralis Ecclesiæ. Et quomodo impugnentur impertinentes articuli circa prædicta.*

Articuli dati, post terminum non debent admitti. cum plu ribus numer. sequent.

CONSILIVM CCXLIIII.

a 1 AD obiectus, *a* † qui fiunt per Episcopum Lingonen. contra articulos datos pro parte Decani, & Capituli Lingonen. Respondetur per ordinem, vt infrà sequitur. ¶ Et primo ad primum oppositum, quod primus articulus nõ procedit, quia iuris est inductiuus. Primò in eo, quod dicit, quod sunt, & fuerunt liberi, &c. hoc enim iudicare ad nullum sensum pertinet, quare, &c. vt not. Innocent. extra de testi. ca. cum causam. Secundò in eo, quod dicit de vsu, consuetudine, & obseruantia, &c. consuetudo enim ius est non scriptum, vt institu. de iu. na. gen. & ciui. §. ex non scripto. versic. constat autem. Ad hoc respondetur, quod in causis, in quibus proceditur summariè, & de Plano: & incipitur ab articulis nulla procedente petitione, sicut hic
b factum fuit, articuli duplici funguntur officio: *b* tenent enim locum petitionis, sicut est videre in casibus, vbi ex non scripto proceditur, vt in Authent. vt Clerici apud proprios Episcopos. §. 1. colum. 6. & vt iudices sine quoquo suffragio. §. necessitatem, & C. vbi in rem actio. l. 2. Si sic, debet in eis idem, sicut in petitionibus obseruari, vt ff. de noxal. l. electio. §. si is, institu. de actio. §. fuerat ff. de donatio. l. qui id quod. cum simil. sed in petitionibus verba mentem potentis exprimentia, si iuris sint, admittuntur: vt ff. de rei vendi. l. in rem actio. & probatur expresse, quantum ad modum concipiendi libellum, extra de elect. cap. querelam, & not. per Ioan. Mo. & per Archi. extra de elec. c. vt circa. libr. 6. &c. Tenent etiam locum
2 facti probandi. & secundum hoc arg. procedit. ¶ Secundò respondetur, quod aut datur in articulis simplex, & merum ius nullo corporis sensu perceptibile: & procedit tunc obiectus, aut datur sensu corporis perceptibile, & nihilominus annectitur conclusio iuris quæ de necessitate ex tali facto resultat: & tunc procedit articulus: vt puta si diceretur, ponit, quod possedit talem rem mobilem tali titulo, bona fide, & triennij spacio inconcusse: & ideò est Dominus, nemo dubitat talem articulum admittendum esse. Nihil enim aliud hoc est, quam qualificare factum probationi subiacens. arg. si contra ius, velvtil. public. l. absque præscriptione. ibi siue in iuris narratione, &c. ff. de iureiur. l. vlti. §. finautem aliquid, & ibi not. & sic fuit in proposito. Datur enim factum obseruantiæ tanti temporis, cuius contrarij memoria non existit: quo probato de necessitate sequitur conclusio libertatis, vt infrà dicetur. Quare non obstat primus
3 obiectus. ¶ † Ad secundum obiectum, quod dicitur, quod inquantum fit mentio de consuetudine, articulus est iuris. Respondetur, quòd consuetudo potest dicere tria, scilicet actum frequentatum, habitum generatum, & ius ex vtroque collectum. De primo loquitur. C. de Episcop. aud. l. 3, & de iure fisci. l. facultas. in fi. lib. 10. De secundo loquitur insti. de rerum diui. §. Pauonum. Et talis consuetudo sic habituata fit quasi quædam natura. de hoc loquitur. ff. ad Mace. l. 1. in princip. & ff. de liber. & posthum. si quis posthumos. De tertio loquitur insti. de iure nat. gen. & ciui. §. constat. & hæc sunt, quæ not. per Hugo. t. distincti. mos est. Cùm ergò secundum omnes exaudiendi sint, secundum propositam materiam, vt actus non reddatur inutilis: vt ff. loc. & conduc. l. si vno. & fa. er. l. hinc puto. §. 1. C. de dona. ante nup. si cum ante. Articulus autem ad factum semper referatur. Ergò vbi in articulo de consuetudine fit mentio, non ad consuetudinem, quæ est ius: sed ad consuetudinem, quæ est factum, fiet relatio. argum. ff. de verbor. oblig. l. stipulatio. & de pec. l. nec seruus. & de condi. & de l. quibus. §. dominus. Et hoc modo accipitur. ff. de leg. & sena. consu. l. de quibus. ibi dum dicit, quod morib. & consuetudine introductum est, &c. ponitur enim ibi consuetudo pro facti obseruantia ius introducente, non pro iure, non pro scripto moribus introducto, & sic fit in eod. tit. l. cùm de consuetudine.
4 ¶ † Tertiò opponebatur, quod articulus non procedebat, eo quod libertas, de qua loquitur, est imprælibertatis, eo quod impossibilis. Nemo enim in seipso obedientiam potest prescribere: vt extra de præscrip. c. cùm non liceat. & c. cùm ex officijs. Ad istud respondetur, quod falsum est libertatẽ possideri non posse: vt C. de præscript. quæ pro liber. vel contra. in rubro, & in nigro. ff. de acquir. poss. l. 3. §. si seruus. Ad id, quod dicitur, quod non præscribitur obedientia in seipso. Respondetur verum esse: sed magis dicitur hæc alteri prescribi, scilicet Do. Papę. Et hoc est, quod dicit Hos. dum dicit, ꝙ subditus nomine proprio contra Episcopum præscribere non potuit: sed nomine non subditi hoc facere potuit, vt ipse not. vt extra de censi. c. cùm venerabilis. in gl. super verbo causa correctionis. & in c. cùm ex officij. in gl. super verbo contemptores. ad fi. & in c. auditis. in fi. super verbo comporale ius. Et hoc modo intelligit ca. cum ex officij.
5 extra de præscri. &c. ¶ † Quartò opponebatur, quod articulus non procedit, eo quod libertas alia ratione impræscriptibilis est: quia illud dun taxat potest prescribi, quod posset pacto concedi: sed Episcopus non potest in totum à se subditam Ecclesiam eximere, vt extra de donat. c. Apostolicæ. & C. de bo. lib. l. vltim. ergò, &c. Ad istud respondetur, quod prima propositio non est vera. Aliquid enim potest præscribi, quod non potest pacto concedi. Vnde iuri communi quis seruitutem paciscendo non quærit, vt ff. de ser. rusti. prædi. si vnus. & tamen iure communi seruitutem præscribit: vt ff. de ser. vrb. prædi. l. si inter me, &
6 te. & ibi not. & in l. sequen. ¶ † Et est ratio, quia ius præscri-

præscriptum est quidam consensus, sicut in pacto: vt ff. de verbor. signifi. l. alienationis. & est diutina perseuerantia in consensu, quæ superaddit ad cõsensum simpliciter: vt C. de fena. consult. velle. l. mulier perfectæ ætatis. & de plus peti. l. vna. & præscriptio addit ad priuilegium. C. de fund. patrimo. l. vlti. libr. 11. & not. ff. de diuer. & tempor. præscri. l. si quisquam. Itẽrum secunda propositio nõ videtur vera, scilicet quod Episcopus non possit à se in toto vnam Ecclesiam eximere, vt extra de relig. do. cap. constitutus. & hoc tenet Ioan. 25. quæst. 1. in summa. & ad contraria respondetur, quod nequaquam ibi dicitur, quod non possit eximere, sed quod eximendo simpliciter non videtur 7 in totum eximere. ¶ † Quintò opponebatur, quod articuli de consuetudine non dantur sufficienter: quia non dantur de sententia illius, qui posset legem, siue consuetudinem inducere: quod est necessarium in huiusmodi inductione consuetudinis. Ad istud respondetur, q̃ illud locum habet in vera cõsuetudine, quę est lex non scripta: & inducitur propriè ab vniuersitate: & sic à superiore: per actus tamen inferiorum, vel etiam ipsi us vniuersitatis: vt fit: tamen lex singulorum non in præscriptione propriè respicit priuatos: scilicet præscribentem, & eum, contra quem præscribitur, quod gis: vt ff. de leg. & sena. consul. l. iura non singulas per contradicit naturæ consuetudinis, sicut & naturæ le- 8 sonas. † Non obst. si dicatur adhuc, in præscriptione videtur necessaria scientia eius, cui quæritur: vt C. de acqui. poss. l. 1. quia id fallit, quando inferior, quasi ex quadam causa peculiari superiori suo præscribens q̃rit: vt ff. pro so. l. 1. §. item acquirimus. de vsuca. l. Labeo. pro emptore. l. qui fundum. §. vlt. & l. 2. §. Celsus. Cùm igitur omnes Ecclesiæ mundi Romanæ subsint Ecclesiæ: quæ in eas habet plenitudinem potestatis: vt 2. quæstio. 6. qui scit se. & 9 quæst. 4. nunc verò. Paret per hoc, quod quicquid possident inferiores Ecclesiæ, quasi in peculio habent separatum quodammodo à rationibus dominicis domini permissu, & per hoc non est necessaria domini scientia specialium rerum, nec expressa concessio, sed sufficit non adimi: vt ff. de pecu. l. depositi. §. vltim. & l. quam Tuberonis. §. sunt quædam. Iterũ obiectus posset habere locum in consuetudine, vel præscriptione, per quam præscribenti ius quæritur, & ei, contra quem præscribitur, aliud diminuitur: sed sic non est hic: quia licèt inferior negligens perdat, Papæ tamen nihil acquiritur: quoniam ante præscriptionem huius, Ecclesia posititè erat sibi immediatè subiecta: vt no. Ioan. Mo. extra de electio. c. si eo tempore. lib. 6. & Gulielm. in Specu. de præscriptionibus. §. illud etiam. & nulli debet in dubium venire, quin talis articulus super tanti temporis præscriptione fundata debeat aptus ex materia iudicari, super hoc enim fundamentum est. extra de priuileg. ca. cum personæ. libr. 6. in tertio casu, vbi loquitur de allegante præscriptionem tantum, ne dum quia sufficienter datur de scientia in vsu actuali immediate superiori talis Ecclesiæ Romanæ, in tertio 9 autem articulo dato per Decanum, &c. ¶ † Sextò opponebatur, quod illa verba in articulo posita sunt, habiti, & reputati, &c. sunt impertinentia, quia ius non conferunt. argument. ff. de mort. inferen. l. lonra. Ad istud respondetur, quod licèt ius non confene sicut nec quis est filius: eo quòd à parentibus filius reputetur: tamen in quadam quasi possessione filiationis constituitur. argumen. ff. de agno. libe. à parent. l. 1. §. Iulianus. de quęstionibus. l. 1. §. ad quæstionem. & C. de probat. l. non Epistolis. & l. non nudis. & vtrobique nota. & hæc sufficiant ad sustinendum primum genus articulorum, quod durat vsq; ad decimum articulum exclusiuè. ¶ † Circa autem secundum genus, quod tendit ad probandum iurisdictionem Capituli in inferiores opponebatur, quòd illud genus non procedit: eo quod talis consuetudo, siue præscriptio turpis est, & aperit viam maleficijs: quare, &c. Ad istud respondetur salua reuerentia dicentis, quod imò est honesta, & à iure expressè approbata: vt extra de offic. or. c. irrefragabili. §. exosus. & de for. compet. cùm contingat. Et idem dico de propria consuetudine siue præscriptione, quæ respicit exemptionem cap. per c. cum sponsę. & quia constat exemptionem priuilegio posse concedi: vt extra de priuil. c. si Papa. Quod non posset si turpitudinem contineret, vel viam maleficijs aperiret: vt C. de priui. schola. 11 l. 3. lib. 12. ¶ † Secundò opponebatur, quòd præscriptio, de qua in articulis fit mentio, habet oppositum ius commune, quare præscribens non videtur habere bonam fidem. arg. ff de agri. & cen. l. quemadmodum. Ad istud respondetur, quòd ex quo Papa statuit tale ius sic posse præscribi, non potest præscribens dici habere malam fidem, cum auctoritate Papę, qui super hoc tale ius constituit, possideat & prę scribat, cuius sunt omnia: vt 11. quæsti. 4. cuncta per mundum. & c. per principalem. & C. de quadri. præscrip. l. bene à Zenone. & 23. quęst. 4. c qui peccat. & sic soluit Host. hunc obiectum, extra de censi. c. significauit. in gloss. super verbo, auctoritate præsulis. Præterea, cùm quis possideat rem longo tempore, præsumitur, quod bona fide: vt not. Innocent. extra de in integ. resti. cap. cùm venissent. in gloss. magna. Præsertim in præscriptione tanti temporis, cuius contrarij memoria non existit, qua pendente multi sunt variati successores, qui bonam fidẽ habuerunt propter iustam ignorantiæ causam. ff. pro soc. l. vltima. & de regulis iuris. l. qui in alterius: & extra de iure patronatus. capitulo cura. & ibi not. & quæ vicem legis obtinet: & constituti loco habetur: vt ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. vlti. & l. in summa. & de aqua quotidian. & æstiua. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & C. de aquæduct. l. vsum. & extra de præscriptionibus. cap. Episcopum. libro sexto. 12 ¶ † Tertiò opponebatur communiter contra omnes articulos, quod articuli Decani & Capituli non fuerunt dati intra terminum. Ad istud respondetur per factum, quod terminus, cuius lapsus allegabatur, peremptorius non fuit: & ista etiam allegatio termini de lapsu facta fuit coram Domino nostro Papa in consistorio, & ipse eam, quasi tacitè reprobando mandauit ad vlteriora procedi. argument. ff de negot. gest. l. finautem. §. si quocunque modo. & de com- 13 pensat. l. quod debetur. cum simil. ¶ † Quartò opponebatur, quòd cùm consuetudo ex frequentibus actibus inducatur, non dantur actus consuetudinem inducentes, à consuetudine procedentes. ¶ Ad istud respondetur, quod in præscriptione tanti temporis, cuius contrarij memoria hominum non existit: non debent quæri actus consuetudinem inducentes: quia impossibile est, eos inuenire. Nihil enim aliud est, quærere actus consuetudinem inducentes, quàm quærere actus, in quibus, vel ex quibus consuetudo ipsa sumpsit exordium: Sed hoc dare est impossibile, ex quo contrarij memoria non existit: ergò frustra quæritur, quod inueniri natura prohibetur: vt instit. de inutil. stipulat. §. primo. & ff. de vino, tritic. & oleo leg. l. quidam hæredem. §. fi. In huius ergò præscriptione probanda sufficit dare nullum extare sensum visus, qui viderit, vel audierit videntem, vel audientem contrarium obseruari, & quod est communis omnium opinio: & præsertim eorum, qui circa talia arbitrantur: vt ff. de probat. l. fiarbiter, & de aqua pluuia arcen. l. in sum. §. idemq;

Labeo. & not. per Innoc. extra de ver. si. cap. quid per nouale. & c. veniens. & rectè sic sunt formati articuli decani, & capituli: vnde de eorum admissione non
14 expedit dubitari. ¶ † Quintò & vltimò opponebatur, quod articuli primi fuerunt obscuri, & dati loco declarationum, nó sunt declarationes: sed nouorum factorum dationes. ¶ Ad istud respondetur, quòd immò sunt declarationes, quia cùm semper specialia generalibus insint: vt ff. de regul. iur. l. semper specialia, constat, quod qui species in genere comprehensas enumerat, genus declarat: vt ff. de fund. instruct. & instrumento legato. l. quæsitum. §. penultimo. & ibi not. præfatæ enim declarationes non fuerunt, nisi quædam exemplorum positiones, in quibus consuetudo extitit obseruata. Constat autem, quod qui exemplum ponit, regulam declarat, & aperit: vt ff. de col. bon. l. prætor. §. quoties. alias incipit l. Iulianus. ibi: quod dico exemplo manifestius fiat, &c. & ff. de præscript. verb. l. 1. ad legem Aquil. l. item Iulianus. circa fin. ¶ Ex prædictis itaq; apparet articulorum materiam probabilem, formam debitam, & eius inferre conclusionem intentam: & per hoc cessantibus obiectionibus eos admittendos esse de iure. ¶ Nunc autem ostenditur articulos datos nomine Domini Episcopi Lingonens. contra Decanum, & Capitulum Lingonen. esse pluribus rationibus repellendos: quod vt clarius fiat, breuiter est sciendum, quod pro parte eius Domini Episcopi tribus temporibus dati sunt articuli in præsenti causa. Primò in consistorio coram Domino Papa, quorum initium est: Hæc sunt grauamina pater sanctissime, &cæt. Secundò coram duobus Dominis Cardinalibus auditoribus causæ datis: quorum principium est: Positiones, & articulos infrascriptos, &c. Tertiò sub colore declarationum iam datorum, post tamen peremptorium terminum præfixum ad ponendum & articulandum dati sunt articuli factum nouum penitus contin entes missi inter declarationes ipsas, & incipiunt: Super institutione verò Abbatum, &c. Et
15 deinde incipiunt: Sequuntur alia facta, &c. ¶ † Circa prædictos articulos primò datos est attendendum, quod in exhibitione ipsorum protestata est pars Episcopi, quod de contentis in eis parata erat facere officium Domini nostri Papæ, extra iudicium informare: Et quod non intendebat partem facere contra quenquam: ex qua protestatione excluditur Episcopus à iure petendi, quod ipsi articuli necessario admittantur, etenim in tali informatione, quæ extraiudicialiter fieret. & sic absque parte, vt extra de verbo. significatio. cap. factus & argument. C. de asser. tollen. l. vltima. præiudicium Decano, & Capitulo non fieret, & condemnatio, seu sententia sequi non posset. argumen. extra de maio. & obe. capitul. inter quatuor. de cau. possess. & proprie. capit. primo. & quod not. C. de libe. caus. l. iubemus. ff. de bon. poss. l. 3. §. & si causa. & quod not. Innocen. extra de appel. capi. interposita. super verbo probaturum. Ijdem quoque articuli peccant manifestè in forma, cùm sint nimis generales & confusi, & aliqui iuris: & aliqui calumniosi: & maximè octauus articulus, et sequentes vsque ad decimum, sunt calumniosi, vt per producta iam in consistorio coram Domino nostro Papa, & sacro collegio dominorum Cardinalium, coram quibus fuerunt reprobati, & in curia Regis Franciæ agitati, apparet. Sed aduertant, qui aduertere habent, quod ex ipsis primis articulis concluditur contra Dominum Episcopum Lingonen. Ponitur in 3. & 4. articulis, quod Canonici, & Capitulum Lingonens. excommunicationis sententiam incurrerunt, quod contra Capitulum non procedit, cùm non posit Capitulum excommunicari, & in eodem decimoquarto artic. ponitur, quod ciuitas, & omnes Ecclesiæ ciuitatis Lingonens. fuerunt suppositę ecclesiastico interdicto, iam sunt quinque anni: & sic ponitur generale fuisse interdictum. Et in decimoquinto arti. subijcitur, quod alijs interdicti sententiam obseruantib. Canonici Lingonens. eam non seruauerunt, & ob hoc irregularitatis laqueum incurrunt. In 7. & 8. articulis ponitur, quòd ipse Episcopus missam solemnem celebrare fecit in Ecclesia Lingonens. dicto durante interdicto: immò etiam idem Episcopus missam celebrauit in Ecclesia antedicta dicto durante interdicto: prout ipse Episcopus coram Domino Papa, & Dominis Cardinalibus, & procuratore Decani, & Capituli in consistorio publicè est confessus, licèt diceret præfatus Episcopus ad sui excusationem tunc, quòd dicti interdicti sententiam, dum ibidem celebrauit, ad cautelam relaxauit: quod fieri de iure non potuit, vt extra de sententiam excommun. c. præsenti. lib. 6. ex quo manifestè infertur, si verum est, quòd ponitur in dictis articulis, Episcopum præfatum violasse interdictum, & irregularitatem, & excommunicationis sententiam incurrisse: vt extra de postu. c. 1. & arg. eorum-quæ ibi not. & in hoc suam turpitudinem, & confusionem allegat, quare non est audiendus: vt C. de reuocan. donat. l.
16 cùm profitearis, & ibi plenius dicetur. ¶ † Circa articulos secundo datos notanda est protestatio, quæ præmittitur in eis. Pro causa enim aut repugnantia inducitur, & sic locum habet, quòd legitur ff. de regul. iur. l. vbi repugnantia. Aut ab inductione cuiusq; effectus articuli excluduntur: maximè illis verbis attentis, & directè, vel indirectè, &c. quæ continétur in ipsis articulis circa principiũ: & per consequès super eis probatio non est admittenda, cum ea facta nihil prodesset ei. arg. C. de proba. l. ad probationem. & extra de off. & po. iud. del. c. cùm contingat, & breuiter percurrendo genera articulorum ipsorum ibi-
17 dem articuli rationabiliter impugnantur. ¶ † Primum nanq; genus de confirmatione electionũ Episcoporum Lingon. seu electorum in Episcopum Lingon. per Archiepiscopum Lingon. est impertinens: quoniam si quis duob. subest, non est prohibitum, q contra vnum queˢat libertatem sub alterius iurisdictione manendo. arg. ad hoc si ser. ven. l. aquam. ibi §. competit. & quemadmodum ser. ami. l. aquam. ibi dum dicit: nec per cęteros, qui deduxerunt, &c. Possunt etiam dicere Decanus & Capitulũ: Domine Episcope, quo ad vos, habemus libertatem. arg. ff. de ser. vrb. præd. l. si ædes meæ. in princ. quo enim inre subditus Episcopo, & Archidiacono, contra Archidiaconum quærere libertatem potest, eo sub iurisdictione Episcopi manente? vtiq; nullo: quia non potest se iuuare Episcopus contra Decanum & Capitulum, de iure tamen, scilicet Archiepiscopi Lingonen. suppositio, quòd eidem Archiepiscopo subijciatur. ar. ff. qui po-
18 in pig. hab. l. Claudius fœlix. ¶ † Secundũ genus, quo dicitur, quod Decanus & Capitulũ vocantur ad concilia prouincialia, non procedit, quia Episcopus non facit solũ concilium, nec illud vocat: sed fortè ad mandatum archiepiscopi, vt eius executor citat omnes de diœcesi, qui tenentur, vt de iure, vel de consuetudine ibidem compareant, si sua credunt interesse. Item q postea dicitur, quod citauit, vt superior, &c. quę est dictio recipi: quia in eo, quod dicit etiam, &c. quę est dictio implicata: est articulus implicitus, & captiosus: & per consequens non admittendus. Item quod dicitur in eodem articulo, quod ipsi mittunt ad concilia, & ipsis interfunt, non procedit cum factum notum non detur, super quo testes producendi deponere possint, scilicet

scilicet, quod Decanus & Capitulum hoc faciant, vt subditi Episcopi. Item, quod dicitur in articulo, quod in procuratorio illorum, qui mittebant, continentur. Poterunt enim mittere illum ad declarandum iurisdictionem Archiepiscopi, & si ibidem interfuerunt, non videtur, quod habuerint potestatem contractandi, nec Decanum & Capitulum obligandi, vt non exemptos. ¶ Item etiam, quod dicit, quod interfuerunt Concilijs, est impertinens, quia hoc non denotat subiectionem Episcopo. Potest enim contingere vel ratione populi Decano, & Capitulo subiecti, vel quia Metropolitanus hoc ius sibi 19 retinuit suo vsui. ¶ † Tertium quoque genus, quo ponitur de collatione dignitatum Ecclesiæ Lingonen. est impertinens. Certum est enim, quod collatio ipsa, quæ prætenditur (prout fit) non competit, nec fit de iure communi, cùm secundum hoc fieri deberet cum consensu Capituli Lugdunensi. vt extra de elect. cum Ecclesia Vulterana. Et ibi not. per Comp. extra de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Cap. nouit. & c. ea noscitur. ex quo sequitur, quod illa collatio competit, & fit aut consuetudne, aut priuilegio, sed neutrum istorum arguit necessario subiectionem, sicut si canonicus de consuetudine conferret præbendam: vt extra de præben. c. vlt. lib. 6. vel Rex conferat ex priuilegio, prout not. Comp. extra de elect. c. sicut. Non obst. hoc, quod haberet iurisdictionem in eum, cui conferret. præterea hoc nihil facit ad Capitulum, prout ex libertate ipsius, vt corporis agitur. Actus enim, qui fiunt circa singulares, prout fiunt collationes dignitatum, & aliorum beneficiorum, non afficiunt eos, vt sunt vnum corpus, & vnum collegium: vt ff. de re. di. l. intantum. §. vniuersitatis. & de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. & quod cuiusq; vniuersitatis nomine. l. sicut. & pro hoc bene facit extra de senten. excom. c. si sententia. lib. 6. & si hoc est verum, patet manifestè, quod intentio Decani & Capituli, quo ad iurisdictionem, quam se habere prætendunt in singulares canonicos, est fundata, & sufficienter probata per data dicti Episcopi confitentis in hoc processu habito, & in primis articulis coram domino Papa, & dominis Cardinalibus auditoribus datis in causa ipsos Decanum & Capitulum conferre prębendas Ecclesię Lingonen. Et est verum, scilicet, quod Decanus & Capitulum conferunt præbendas, & multa alia beneficia Ecclesiastica in Ecclesia prędicta, ex quo etiam sequitur, quod non ob. articulus circa hoc datus, quod habent curam, & reputantur habere. Non ob. etiam, quod hæc verba, & similia secundum allegationem partis Episcopi partim sunt iuris, dum dicit, habere curam, & partim sunt impertinentia, dum dicit, & reputantur habere, quia (vt allegauit pars Episcopi) contra Decanum & Capitulum talis reputatio nihil iuris tribuit, seu infert. Similiter non obst. articulus, qui datur, quod hi, quibus dignitates conferuntur, Episcopo obedientiam promittunt, &c. quia non in articulo, quod propter hoc, & quia de tempore impertinenti peracto, & ideò talis necessario non includitur. ¶ † Quartum etiam genus articulorum, quo ponitur, quod ab Archidiacono ad Episcopum appellatur, omnino est impertinens, cùm si hoc contingat, eueniat ratione subditorum Archidiaconi, nec hoc aliquid facit ad libertatem, vel subiectionem Capituli, vel aliorum singularium, & insuper antiquior actus, qui de hoc datur, est de tredecim annis. 21 ¶ † Quintum similiter genus de collatione ordinum non procedit, inquantum enim dicitur, quod canonici ordines ab Episcopo recipiunt, est impertinens. Nam esto, quod exempti ordines recipiunt ab Episcopo, in cuius diœcesi sunt, non obst. hoc exemptioni, seu libertati, siue præiudicat: imò ordinarium est, quod ab Episcopo recipiantur, si absq; prauitate voluerit ipsos impendere: vt extra de pręberi. c. veniens. §. Chrisma. & ibi not. per Host. Inquantum verò in eodem genere articulorum datur de licentia ordinis recipiendi, datur insufficienter, cùm non detur, nisi vnus actus: & is ponitur de tẽpore huius Episcopi, nec datur, quod ille ordines receperit, & sic nõ ponitur actus consummatus, & perfectus, pro quo benè facit, quod no. Inn. extra de resti. spo. c. olim. 3. de eo, qui excommunicauit, sed nõ probatur, quod excommunicationi sit paritum. Nec ob. quod dicitur, quod tanquam ab ordinario, &c. quia hæc verba iuris sunt, nec testis super hoc deponere posset aliquo corporis sensu, præterea si ille voluntariè literã recipit à dicto Episcopo, vel suo vicario, nõ propter hoc facit sibi prę iudicium in alijs actib. nec alijs præiudicatur. arg. C. de excu. tu. l. voluntariæ. & de his, qui sponte mune. fusci. l. 2. lib. 10. de episc. & cler. auth. presbyteros. circa medium. arg. C. res inter alios acta. in rubro & nigro. Item non ob. quod ibidem subiungitur, scilicet, quod à nemine alio, quàm à dicto Episcopo, &c. quia illa est simpliciter negatiua, quæ per rerum naturam 22 non potest probari: vt C. de prob. l. actor. ¶ † Sextum etiam genus, quo ponitur de synodis celebratis in Ecclesia Lingon. & statutis præceptis factis per Episcopos, quo ad synodos ipsas, est euidenter impertinens. Posito enim, quod Capitulum non subsit Episcopo, non prohibetur Episcopus synodũ in Ecclesia cathedrali sponsa sua celebrare, & in ea statuta facere pro correctione, & directione sibi subditorũ. Absurdum namq; esset, quod talẽ actum prohiberet Episcopus in Ecclesia cathedrali, cuius sponsus est, celebrare, & extraneum quærere. Et patenter hæc stant simul, nec per talem actum in tali loco celebratum libertati Ca- 23 pituli derogatur. † Quo verò ad statuta, & præcepta, quæ dicuntur ibi per Episcopũ fuisse facta, & recepta per Decanũ, & Capitulũ, vt dicitur, &c. non est admittendus talis articulus, quia est nimis generalis, cùm non declaretur, quæ sint illa, & super quibus, pro quo facit, quod not. Archidiaconus extra de excep. c. pia. & alia iura, quæ dicunt, quod nimia generalitas obscuritatem parit: vt ff. de iniur. l. quod senat. consul. §. quod autem prætor ait. de interrog. actio. l. certum. in prin. ¶ Item iste articulus est implicitus propter dictionẽ (etiam) implicatiuã. Item non ob. id, quod in d. c. dicitur, scilicet, quod cathedrã tenet, &c. quia nõ dicit, quod ad iudicandum teneat eam, quod requiritur ad hoc, vt procedat dictus articulus. 18. q. 2. calumnioso. cum sua glo. assignata super verbo cathedrã. ¶ Illud etiam genus articulorũ, quo ponitur, quod Episcopus monuit, seu fecit moneri dictũ Cap. &c. per suas patentes literas: vt si habent aliquod priuilegium, &c. non procedit, quia illa verba in articulo posita non ponuntur dispositiuè, sed materialiter tantùm, & sunt alternatiua, & incerta sumpta de c. cùm personæ. extra de priuil. lib. 6. ¶ Item illud genus articulorum, quo dicitur, quod canonici, & singulares, & alij ibi nominati contulerunt, & cõferunt in expensis in singulares personas, &c. non procedit, quia est implicitus propter dictionem implicatiuam, 24 etiã, & ideò est captiosus, & non admittendus. ¶ † Octauum insuper genus articulorũ, quo agitur de pœnitentiarijs, & confessionibus factis eisdem, non cedit: non enim sola pœnitentiariorum constitutio, seu deputatio esset pertinens, nisi & probaretur confessiones esse factas eisdem de casibus reseruatis. argum. eorum, quæ not. per Inno. extra de restit. spol. c. olim. 3. Hoc autem probari non posset, nisi proba-

retur ipsos pœnitentiarios secretum confessionis eis factæ violasse, & sic eo ipso eorũ turpitudo, & mortale peccatũ detegeretur, & per consequens eorũ testimonium repelleretur. ar. ad hoc. C. de reuo. do. l. cũ profitearis. ff. de iurei. l. alias. extra de pœ. & re. c. omnis. §. fi. & de test. c. testimoniũ. præterea nõ dantur actus sufficiẽtes in hoc genere, & actus vnus, qui sufficienter datus esse videtur, est de tempore istius Episcopi, & etiam posset dici, quod non obstat, quia si aliquis canonicus, vel aliter exemptus voluntariè se submittat iurisdictioni Episcopi, quo ad vnum actum, nõ sequitur, quod propter hoc sibi facit præiudicium, quo ad alios actus: vt dictum est suprà in reprobatione quinti generis articulorum. Præterea non benè sequitur, aliquis confitetur alicui presbytero, ergo ille presbyter habet iurisdictionẽ in eum, quia si sic, sequeretur vnum absurdum, scilicet, quod si homines vnius domini confiterentur omnes vni presbytero, quod ille dominus priuaretur sine suo facto iurisdictione sua, quod esse nõ debet. ar. ff. de reg. iur. l, id, quod nostrũ. Item, si acquirerent ex hoc iurisdictionẽ, acquirerent eam potius, quo ad forũ pœnitentiale, quàm iudicia-

25 le. ¶ † Circa illud genus articulorum, quo agitur de iurisdictione Episcopi in singulares canonicos, & clericos chori, &c. quod incipit in 35. articulo: breuiter hîc sunt attendenda, videlicet illa verba, solum & insolidum, posita in dicto 35. arti. & seq. quæ secundum allegationem partis Episcopi in articulis non admittuntur. Item, quia iuris sunt, in quantum dicit, pertinuerunt, &c. secundum allegata pro parte dicti domini Episcopi, & sunt nimis generalia, præsertim quo ad exercitium iurisdictionis in canonicos, cùm nec in articulis, nec in declarationibus articulorũ ex parte Episcopi datis dentur aliqui actus de canonicis, & benè facit dominus Episcopus non dando actus, quia eos non habet, nec habuit ipse, nec sui prædecessores Episcopi Lingo. quo etiam ad capellanos chori, &c. non dantur aliqui actus in articulis, nisi quidam, qui interueniſſe dicuntur ab octo annis citra tempore immediati prędecessoris prędecessoris Episcopi, qui bonam fidem cognoscens dictam iurisdictionẽ competere Decano, & Capitulo vrgente conscientia est confessus, prout in articulis prædictorum Decani, &

26 Capituli ponitur, & est verum. † In declarationibus verò Episcopi non dantur actus, nisi de tempore huius Episcopi, qui multas iniurias Decano & Capitulo, & singularibus personis ipsorum in pluribus irrogauit, & propter hoc, & multa alia mota est prędens quæstio inter partes prædictas de dicta iurisdictione. Item, dicti actus sunt impertinentes, nec concludunt quo ad personas capellanorum, & clericorum, &c. quia nec dicitur in eis, quod tempore vacationis, & citationis, & correctionis, & punitionis, de quibus fit mentio in dictis declarationibus, essent dicti capellani, & clerici de choro Ecclesiæ Lingonen. & sic ipsum genus articulorum totaliter est repellendum. Item, circa 46. articulum, qui est vltimus, ante articulos denotatos, in singulis attendenda sunt illa verba, nisi fierent, &c. quæ aduocati dicunt non esse admittenda. Sunt etiam attendenda illa verba in fine articuli ipsius, & plurium aliorum, quę sunt nimis gene-

27 ralia, nec declarantur. † Item quo ad articulum, qui loquitur de Garuo presbytero, attendatur declaratio habita circa hoc, ex ipsa enim sequitur turpitudo, & confusio Episcopi: vt suprà in 14. artic. de primo datis dictum est articulum ad ipsum super hoc repellendum, quia allegans turpitudinem suam non est audiendus: vt C. de reu. do. l. cùm profitearis. de reuocandis his, quæ in fraudem cre. fiunt. l. filios. & de transact. l. transactione finita. & extra de do. c. inter dilectos. & hæc quo ad articulos secundo datos pro parte Episcopi sufficiant, quantum ad præsens.

28 ¶ † Circa articulos tertio tempore datos vltra impertinentiam, & sufficientiam, quæ colligi possunt ex eis: vt in eis allegatur, non sunt admittendi pro eo, quod post terminum peremptorium ad dandum articulos præfixum exhibiti fuerunt, quod sufficit ad repellendum eosdem, vt extra de restit. in integ. cap. coram. & nota. per Compostel. extra de electio. cap. quod sicut.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ad obiectus. *Iunge hic cons. suprà 172. & infra 254.*
b ¶ Funguntur officio. *Adde Rot. dec. 33. in no. Venusin. in aur. Spec. par. 4. distin. 9. num. 18.*

De donatio. & de dote post diuor. restituenda. & de iureiurand. extraord. & de rei vxo. actio. & de rei vendicatione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta genero ex filia in potestate constituta, non valet, nec morte confirmatur, nisi socer & filia præmoriantur genero. & seq.*
4 *Si pater filiæ det insolutum dotis omnia bona sua genero, licet à principio fuisset conuentum de certa quantitate dotis, tamen res stantes possunt vendicari ab heredibus filiæ.*
8 *Iuramentum de non reuocanda donatione intelligitur, nisi donatarius velit tacitè vel expressè. & num. 9.*

CONSILIVM CCXLV.

QVIDAM paterfamil. habebat vnicam filiam, cui doté promiserat in pecunia, quando maritauit illam: procedente tempore marito dictæ filiæ donauit omnia bona sua. Postea tradidit illa bona insolutũ dicto eius genero pro dote conuenta, & promissa. Mortuo patrefamiliâs, & eius genero, illa filia ab hæredibus quondã eius mariti recognouit, quod prædcario habebat ab ipsis omnia bona sua: vltimò dicta filia condito testamento decessit, in quo testamento fecit sibi hęredes, & per codicillos, & per donationẽ etiam inter viuos de bonis suis disposuit, asserens, quod hæredes dicti quondam mariti sui in dictis eius bonis, & iuribus nihil poterant habere, vel petere. Nec illud est omittendum, quod dictus paterfamiliâs, quando decessit, omnia bona sua, & iura reliquit in testamento suo dictæ filiæ suæ pauis exceptis, quod testamentum factum fuit prędente

1 dicto genero suo. † Ex isto themate primũ dubium

a examinandũ occurrit, s. vtrum donatio facta à dicto patrefamil. s. B. in generum suum, scilicet l. tenuerit, vel non? & absq; dubio dicendum est, quòd non, quia filiam suam B. nomine in potestate habebat, ex quo de exceptione à sacris patris non apparet: vt inlit. de sen. cons. Tertu. §. 1. & ibi no. & sic alterum cõiugum per potestatem contingebat, ergo donatio prohibita: vt ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 3. §. qui in eiusdem. & ibi not. & est tex. clarior in eo tit. cùm hic status. §. oratio. non ob. in eod. tit. l. 3. §. socrui. & C. eod. tit. si te in vacuam. quia illæ leges loquuntur de socru & nuru, vel socru & genero, quæ quidem alterum coniugum per potestatẽ non contingit, eò quod fœminę liberos in potestate non habent: vt inst. de adop. §. fœminæ

minæ, & ff. de bo. pos. contratab. l. illud. §. ad testa-
2 menta. ¶ † Secundò est quærendum, nunquid dicta donatio sit confirmata morte donatoris? & absq; dubio dicendũ est, quòd non, quia quando socer donat genero, necesse est, vt in morte confirmetur dona-
b tio, b quod tam socer, quã filia præmoriatur huic genero: vt ff. de dona. inter virum & vxor. l. mortis suæ causa. & C. eodem tit. l. si vt proponis. & not. in præalleg. l. cùm hic status. §. oratio. Hic autem contra contigit, quia gener prædecessit ante vxorem, & sic non solum non est donatio confirmata, sed totaliter resoluta: vt C. de dona. inter virum & vxor. l. maritio in vxorem. ¶ Secunda ratio confirmationem impediens, est pœnitentia donatoris: vt ff. de dona. inter virum & vxorem. l. cùm hic status. §. pœnitentia, quæ pœnitentia colligitur ex eo, quod res donatas deduxit in titulum alium eas, scilicet, dando in solu-
3 tum pro dote dictæ B. filiæ suæ. ¶ † Circa quod est notandum, quod quia tali donationi lex non assistit, sed resistit, facilior est modus inducendi reuocationem, & impediendi confirmationem, quam in alijs: vnde obligatio rei legatæ non tollit legatum: vt instit. de leg. §. si rem. ver. idem rescripserunt. & C. de leg. l. 3. & ff. eod. tit. l. cùm hic status. §. si maritus. & est ratio, quam prædixi, quia tali donationi lex resistit, vt & tamen impedit confirmationem donationis talis: vt C. de donat. inter virum & vxor. l. si maritus. §. 2. colligitur hæc ratio ex solutione duarum legum, quę simul contradicere videntur. ff. de lega. 3. l. vxori. §. vxori. & de lega. 1. l. talis scriptura. & ibi not. Si ergo legatum, quòd difficilius reuocatur, quam donatio huiusmodi (vt ostensum est) per voluntariam alienationem reuocatur: vt ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem. multò fortius donatio, de qua quæritur, reuocata dicetur. non obst. si dicatur, quod hæc locum habent, si alienatio fiat in extraneum, secus si in ipsum eundem, quia hæc responsio repugnat legi dicenti idem iuris esse, si fiat in ipsum eundem, ac si fieret in extraneum: vt ff. de iure fisci. l. vlt. in fine.
4 1. respon. & ff. de in diem adiectio. l. idem quod dictum est. §. 1. & de acqui. pos. l. si quis autem. ¶ † Tertio habito pro constanti, quia & ita est, quod donatio prædicta viribus nõ subsistat, supereſt videre, an consideratio instrumento dationis insolutũ possit hęres mariti seipsum liberare reddendo æstimationẽ, quanti res æstimatæ fuerunt, an verò hæredes dictæ B. filiæ donatoris, idem ius habentes in repetitione dotis, quod haberet ipsa B. si viueret, possint res ipsas repetere, quia rectè intuenti dos primò fuit in pecunia constituta per promissionem, & deinde facta est commutatio pecuniæ in res per maritum nomine mulieris receptas, vt in instrumento apparet. Et sic res ipsæ dotales factæ sunt, & restitutioni subiacent: vt ff. de iure do. l. ita constante. & l. seq. & de pac. do. l. si mulier. in 3. responso. Secunda ratio hoc idem probans, est, quod dos, quantum ad mulierem, pro qua datur, videtur esse titulus lucratiuus: vt ff. quæ in frau. cre. l. vltim. §. 1. in ver. sed si neuter sciuit, &c. licet quantum ad maritum dicatur titulus onerosus, vt ibidem, & ff. de act. & oblig. l. ex promissione dotis. & C. de impo. lu. descr. l. 1. ibi nec iuris optimi est, &c. lib. 10. perinde ergo est, ac si maritus nomine vxoris suæ res illas donationis titulo recepisset, quo casu constat, quod vxori esset dominium acquisitum: vt ff. de dona. l. qui mihi donatum. & ibi plenè not. & C. de his, qui à non domino manumit. l. 2. & pro hoc apparet solutio ad omnia ea iura, quæ loquuntur de rebus æstimatis in dotem datis, quia ibi res ipsæ non
5 dantur nomine mulieris, sed magis æstimatio dari videtur: vt ff. de iu. do. l. plerunq; cum sim. ¶ † Ad eius intelligentiam etiam est notandum, quod dos, & augmentum dotis paribus passibus ambulant, quantum ad constituendi facultatẽ, & pactorum subintellectam repetitionem: vt C. de don. ante nup. l. vlt. & ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. non tantum. & de pac. do. l. inter socerũ. §. cùm inter. Sicut ergo pater maritans filiã suam, & simpliciter promittens aliquid in dotẽ pro dote promittere videtur: vt ff. de iure do. q; autem ita, & post matrimoniũ constitutũ, aliquid simpliciter promittens, vel tradens, in augmentũ dotis tradere videtur: vt sit par, eademq; ratio dotis à principio cõstituendę, & ex post facto augendę, vt dictum est suprà. Et hoc potissimè, quãdo maritus recipit filiæ nomine, sicut hoc factũ fuit, & ideò lex dicit, quod tale datum filię nomine licet in donatione de dote illa nulla mentio habeatur, matrimonio soluto repetitur per actionem de dote: vt ff. de iure do. l. tali. §. vlt. & de condi. & demon. l. Titio. §. Titio genero. & qui sani capitis diceret patrem, qui vnicam filiam prædilexit, & cui rerum suarum æstimationes non erant cognitæ: vt C. de rescind. vend. l. quisquis. res longè maioris æstimationis tradentem, & nomine filiæ, alteri emolumentum huius maioris æstimationis acquiri voluisse, quàm filiæ, cuius contemplatione hęc facta sunt? certè nemo: vt ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. interdum. & expresse. ff. de leg. 1. l. seruo legato. §. si testator. & argum. ff. de vsufruct. earum rerum,
6 quæ vsu consu. l. tribus. in fin. † Vnde leges, quæ loquuntur de rebus æstimatis datis in dotem, habent locum in marito, res ipsas suo proprio nomine recipiente, quod hic non fuit, sed contrariæ leges ad propositum non accedunt. Non obstat, si dicatur, quod in instrumento sunt hęc verba, ad habendum, tenendum, ac possidendum: & quicquid sibi, & suis liberis, seu hęredibus, & successorib. &c. per quę verba diceret aliquis cogitatũ fuit dicti l. generis sui, & per consequens de perpetua translatione in ipsum, quia illa verba debent referri ad liberos dict. B. filię suę, de qua ante illa verba habita erat mentio immediata: vt ff. de postu. l. 1. §. de iudi. & de iurisd. om. iu. l. si idem cum eodem. vel saltem ad communes liberos, & hoc casu adhuc pactum illud vires non haberet morte viri dissoluto matrimonio: vt ff. de pac. do. l. 2. illud etiam non omitto, quod datò sine prejudicio, quod res istę, de quib. agitur, datę fuissent æstimatę vera æstimatione, & marito suo proprio nomine recipienti, tamen quia id, quod datur contemplatione mulieris, ab ipsa muliere profectũ videtur: vt ff. de colla. bono. l. dedit dotẽ auus. & de vul. & pu. substit. l. sed & si plures. §. in arrogato. & ff. de iure dot. l. profecti. in 3. responso. sicut si ipsã dedisset, & in æstimationis modo decepta fuisset, vir, seu hęredes viri tenentur saltem reddere æstimationem iustam, non tamen conuentum, sic & hic: vt ff. de iure do. l. si res æstimata. §. si mulier. ibi, omnium verò, si in æstimationis modo, &c. sed de hoc nihil ad præsens, quia, vt ostensum est suprà, res ipsæ dicuntur: nec curo de lege quoties. C. de iure dot. quæ prima facie videtur pro ista parte multum facere, dum dicit, Iure æstimatè sunt; &c. quia legem illam non credo debere intelligi de æstimatione iniusta, sed voluisse distinguere inter veram & fictã, de quo etiam loquitur lex, si inter virum. posita in eod. tit. & in dubio præsumetur vera: vt ff.
7 loc. & condu. l. cùm fundus. † Nec multum etiam curo de l. res, quæ ex dotali. ff. de iure do. propter intellectum gl. ibi datum, & propter id, quod no. in 10. col. qui feu. dare possunt. §. 2. licet cõtra illas gl. videatur tex. expressus. ff. sol. mat. l. si cum dotem. §. vlt. & ideò circa hoc tenẽdum videretur, quia dicitur de re empta, de pecunia pupilli, scilicet, q; in eius arbitrio sit,

vtrum

rum suasit, vel non: vt C. arbitrium tutel. l. 3. & no. de seruo da. pign. manumiss. l. vlt. & not. ff. qui po. in pig. ha. l. idem. in principio. & hæc opinio, quæ & ve-
8 ritas est, multum faceret pro parte nostra. ¶ † Non obstat reuocationi donationis, de qua facta est suprà mentio, iuramentum, quia in iudicio seculari, in quo hæc quæstio agitur, tale sacramentum non est obligatorium: vt C. de legi. & consti. l. non dubium. ff. de pact. l. iurisgentium. §. & generaliter. & de le. 1. l. si quis inquilinos. §. vlt. & in foro canonico iuramentum est personale ex parte iurantis, & hæredem non afficit: vt C. de iureiur. propter calumniam da. auth. principales. & not. Innoc. extra de iureiuran. c. veri-
9 tatis. † Præterea iuramentum habet illam conditionem de non reuocando donationem, nisi donatarius velit, sicut est stipulatio pœnalis apposita super opera intra certum diem facienda, quæ conditionem habet hanc, nisi de voluntate stipulatoris dies fuerit prorogata: vt ff. de verb. obl. l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. & pro hoc ff. de dam. infec. l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. & de talibus conditionibus loquitur glos. extra de iureiuran. c. quemadmodum. Cùm ergo dictus l. gener consenserit dationi insolutum sibi factæ, & per consequens reuocationi donationis, quæ sequebatur ex illa, nullam potest videri iniuriam accepisse, quia semel voluit: vt ff. de aqua plu. arcen. l. in diem. cum similib. nec potest dici facta transgressio sacramenti propter insitam conditionem: vt ff. qui satisd. cog. l. vlt. ¶ Ex prædictis itaque manifestè concluditur, donationem, de qua quæritur, reuocatam, & res in instrumento donationis in solutum contentas hæredibus dictæ B. filiæ patrisfam. tanquam suas, & ad eos spectantes de iure, liberè dimittendas.

ADDITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶ Primum dubium. *Circa hoc primum dubium vide So. in cons. 66. Frustra plenitudini. in princ. vol. 3. vbi probat hanc Oldr. determinationẽ, & constituit generaliter hanc reg. videlicet: Quod omnis donatio facta ratione contracti matrimonij non valet. Item nota potestatem donantis radicem esse eneruandæ liberalitatis in generum, seu nurum, non in filium tantùm, seu filiam collatæ.*

b ¶ Vt in morte confirmetur donatio. *Id est, si morte confirmanda est donatio, oportet, quod tam socer, quam filia, &c.*

De electio. & de verb. signific.

SVMMARIVM.

1 *Electus in Episcopum si benedicit populum non solenniter antequam consentiat electioni, non incidit in pœnam c. auaritiæ. de elec. libr. 6. Benedicere enim populum non est administrare, quia ante consensum non loquitur c. auaritiæ.*

Item, quia benedictio pertinet sacerdoti, & præsumitur, quod tanquam sacerdos benedixit. cum num. seq.

CONSILIVM CCXLVI.

1 QVÆSTIO est, an † electus Parisiens. ante consensum electioni præstitum statim post deportationem ad altare iuxta cõsuetudinem plebi facto signo crucis non solenniter benedicens incidat in pœnam c. auaritiæ cæcitas. de elect. lib. 6. ¶ Circa quod est attendendum, siue notandum, quod c. auaritiæ. nullum actum reprobat, nisi aliàs reprobatum, sed pœnam auget, seu magis accelerat. Olim enim prohibitum erat electis ante confirmationem administrare, & si administrabant, puniri debebant: vt extra de elect. nosti. & c. qualiter post obitum. & de præben. cùm iam dudum. & etiam de iure ciuili non licebat alicui ad dignitatem vocato administrare, nisi receptis codicillis, qui voluntatem superioris, quasi per modum cuiusdam confirmationis, notabant: vt instit. quib. mo. ius pa. po. sol. §. filiusfam. in authen. vt constitutio, quæ de digni. & episcop. liber. à pa. po. §. 1. & C. de diue. offi. & apa. iud. l. probatorias. lib. 12. & in authen. de defen. ciuit. §. interim. Verùm, quia iura prædicta iubebant talem administrantem priuari, in quorum obseruatione superiores exhibebant se sæpius negligentes, superuenit c. auaritiæ. quod volens eorum negligentiam iuris executione suppleri, sicut & in c. licet casuum. extra de elect. iussit eos fore ipso iure priuatos. Et quia etiam electi circa administrationem committebant fraudem de nomine ad nomen, quia non tanquam electi, sed tanquam procuratores, vel œconomi administrabant interdum, voluit c. auaritiæ. istam fraudem tollere, & tales fraudantes eidem pœnæ subijcere, vt in auth. vt nulli iudi. liceat habere loci seruatores. §. 1. colla. 9. & C. de natu. lib. l. le. in fine. & de priui. scho. l. 1. & ff. de tut. & cur. da. ab his. l. sci-
2 re oportet. §. 1. † Sic ergo cùm c. auaritiæ. factum sit ad supplementum, & interpretationem iurium antiquorum, in his duntaxat casibus locum habet, in quibus & iura antiqua. vt in authent. de natu. lib. ante dota. instrumenta nat. in fin. Cùm igitur iura antiqua, & etiam c. auaritiæ, de administratione loquantur, solum supereſt videre, an signando administrare videatur. Et videtur dicendum, quod non, quia administrare facti est: vt ff. de admin. tuto. l. 1. circa principium. & arg. ff. de ædil. edic. l. bouem. §. 1. & ff. de verb. sign. l. fugitiuus. & melius in authen. vt hi, qui oblig. se habere perhib. res minorum. §. vlti. & dicit quoddam ministerium extrinsecus exercitum circa dispositam materiam: vt legitur ad Hebræos c. 2. ibi, nónne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi? &c. Hoc autem ministerium proprié secundum iura non videtur expediri verbo, scriptura, vel signo, sed reali alicuius rei contractu vero, vel facto: vt ff. de fur. l. si quis vxori. §. neque verbo. & sic solum signum administrationem, de qua quæritur,
3 non inducit. ¶ † Secunda ratio est, quod sic legis auctoritate, imò præcepto, impunitum est: vt C. de adult. l. Gracchus. de pœn. l. sancimus. *Sed in l. præceptum* est sacerdotibus super populum nomen Domini inuocare, quod fit per benedictionem. Vnde scriptum est in libro Numeri 6. cap. in fi. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron sic: Benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. &c. super quo verbum glo. dicit, sacerdotum est nomen Domini inuocare: Dei autem, quod petitur, perficere. De tali benedictione intelligit Augustinus in lib. quæstionum veteris & noui Testamenti, cuius dictum canonizatum est, 1. q. 1. dictum est à Domino. & Leuit. 9. c. circa finem, manifestè innuitur, quod non solùm in Missarum solennijs potest sacerdos benedicere, sed etiam postea quandocunque. Vnde dicit, quod Aaron post oblatum sacrificium extendens manum ad populum, benedixit ei, & infrà subijcit: Ingressi autem sunt Moyses & Aaron tabernaculum testimonij, & deinceps, benedixerunt populo. Cùm ergo talis benedictio non solum sit permissa, immò sacerdotibus iussa, manifestum

stum est ipsam esse impunitam. ¶ † Tertia ratio est, quidam sunt actus episcopales tantum, id est, tantum Episcopo conuenientes, sicut publicas pœnitentias iniungere, in fronte chrismare, & similia: vt extra de excess. præla. c. accedentibus, & 68. dist. quamuis Coepiscopis. & cor episcopus. & talis est solennis benedictio, cùm dicitur, sit nomen Domini benedictum, &c. vt 26. q. 6. ministrare. ¶ Alij verò sunt actus promiscui conuenientes episcopo, & sacerdoti, sicut benedictio non solennis: vt 91. dist. ecce ego dico. & de conse. di. dist. 1. cùm ad celebrandas. Si ergò non solennis benedictio est actus promiscuus, factus à sacerdote benigniorem interpretationem recipiet, vt factus videatur ab eo, tanquam à simplici sacerdote, nõ tanquam ab electo administrationi se illicitè immiscente: vt ff. de ser. cor. l. si quis seruum. in 2. responso. ff. pro so. l. merito. & de ritu nup. l. in libe. & extra de re. iur. c. estote misericordes. ¶ Quarta ratio est, quia iura locuntur de pœna imponenda administratori, vñr locum habere in administrante post consensum, sed an re consensum prædictà iura non loquuntur: ergò ad hunc se non extendunt, quia per consensum eligentium, & electi quasi coniugale matrimoniũ spirituale est contractum. extra de elec. c. cùm inter Canonicos. & de translat. c. inter corporalia. & ideo administranti imponitur pœna priuationis à iure quęsito, quòd propriè quæritur in consensu: sed de administrante ante consensum prædicta iura nõ loquuntur. Ergò ad hunc casum nequaquam trahentur. argu. ff. sol. matr. l. si verò. §. de viro. & si à parentib. quis fuerit manu. l. pen. præsertim in pœnis: vt ff. de pœn. l. interpretatione. & l. si præses. Nec etiam est nouum, quòd quis plus puniatur post ius quęsitum, quam ante. Sicut enim videmus in legatario occupante rem legatam, quia sic post aditam hæreditatem, & sic post verè ius quæsitum iure: vt ff. de leg. 1. l. si tibi homo. §. cùm seruus perdit legatum. & C. de leg. l. non dubium. Et tamen si occupat ante aditam, non perdit legatum, sed sola possessio ab eo reuocatur per interdictum, Quorum legatorum: vt ff. quorum leg. l. 1. §. rediguntur igitur ad hæredes: & ibi nota. in d. l. non dubium. Etsi diceretur, quod tale signum videtur inducere consensum, respondetur quod oppositum est verum, quia oportet actum talẽ esse, qui soli Episcopo conueniant: vt ff. de acquir. hæred. l. pro hærede. in princ. Ille autem non est huiusmodi, immò si esset illicitus magis contrarium ante ostendetur, vt in eod. tit. l. si quis extraneus, in princ. & ex his videtur posse concludi benedictionem, siue signationem, de qua quæritur, nihil obesse domino Stephano de Loreto Decano Carnocen. in Episcopum Parisiens. electum, & sic sententiatum fuit per Dominum Ioan. Papam XXII. præsentibus dominis B. Tusculanen. & G. Prænestino Episcopis cardinalibus, & consentientibus, & qui dictum c. auaritiæ compilarunt.

Qui filij sint legit. & de priui. vel rescri. & de feudis.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio est surreptitia, cùm legitimatur adulterinus ex vtroque parente, si non fiat mentio de vtroque adulterio. Item, non sufficit dicere non obstante lege aliqua. sed est facienda mentio specialis de lege. & numero 2. & 3.*

4 *Item legitimati succedunt in re feudali, si legitimatio tenet, & possunt de iure communi: sed non de consuetudine feudorum etiam nõ extantibus filijs legitimis.*

CONSILIVM CCXLVII.

FACTVM tale est. Quidam rex ad supplicationem cuiusdam nobilis legitimauit duos filios ipsius nobilis natos ex damnato coitu, videlicet quia dictus nobilis habebat vxorem, & mater puerorum habebat virum. Forma verò dispensationis talis est: Nos rex, &c. dignum fore decernimus, & consentaneum rationi, quòd quando regius fauor supplicatione requiritur, liberaliter cõcedatur. Hinc est, quod accedens ad præsentiam nostram talis nobilis humiliter supplicauit, quòd cùm sit in facultatibus opulentus, nullumq; sibi sentiat in bonis suis legitimum successorem ab ipso ex recta linea descendentem, talem, & talem filios suos, & talis dominæ ex adulterio, & damnato coitu genitos legitimare, & legitimis actibus restituere (quod eis illicita procreatio abstulerat) de benignitate regia dignaremur. Nos igitur ipsius supplicationibus benignius inclinati prædictos talem, & talem filios suos de plenitudine potestatis nostræ de speciali gratia legitimamus. Ita quod ad omnia legitima iura successionis ex testamento, & quolibet alio modo delata, honoresq; publicos, & priuatos, & alia tanquam legitimi de legitimo thoro, & matrimonio nati vlterius admittantur, obiectione natiuitatis illicitæ in posterum quiescente & lege aliqua non obstante, data, &c. ¶ Modò quæritur, an isti filij nati ex dicto bino damnato coitu possint petere legitimam, seu supplementum legitimæ in bonis patris prędicti, & an filij legitimi naturales post prędictam legitimationẽ concepti, & nati, excludant dictos filios natos ex prędicto bino damnato coitu à petitione prædictæ legitimæ, & à quacunq; alia successione paterna, dicta legitimatione non obstante. ¶ Et opponitur contra legitimationem, quòd non tenet rationibus infrà scriptis. Primò, quia in legitimatione continetur, quòd dictus nobilis supplicauit fieri dictam legitimationem, cùm nullum haberet legitimum ex se descendentem successorem: & quia dictus nobilis postea habuit filios de legitimo matrimonio debet haberi pro nulla. ¶ Secundò, quia dicta legitimatio non continet expressè facti veritatem, tùm non exprimatur ibi, quod pater haberet vxorem, & mater virum, sicq; subreptitia videtur. ¶ Tertiò opponitur, quòd dicta legitimatio non valet, cùm ibi non fiat expressè mentio non obstante tali lege, quæ ipsos prohibet succedere: & quod non sufficit, licèt ibi generaliter dicatur, lege aliqua non obstante. ¶ Quartò opponitur, quòd licèt legitimatio teneret, tamen prædicti legitimi non 1 possent succedere in re feudali. ¶ † Ad primum dubium, a scilicet quòd susceptio prolis legitimæ non a fit causa sufficiens, quæ tollat, vel extinguat legitimationem, si à principio tenuit. Videtur, quòd si principio legitimè actum est, non debet ex posteriori euentu tolli, vel reuocari: vt C. de confirm. tut. l. si vt proponis. & de administratio. tut. l. sancimus. & non est nouum: vt quæ vtiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non poterat? vt ff. de regul. iur. l. in ambiguis. §. non est nouum. & ad l. Falcid. l. verbis. §. fin. & præcipuè in talibus priuilegijs, quæ decet esse mansura: vt in Authen. constitutio quæ. de digni. & episcopa. liber. à pa. po. §. illud. colla. 6. Et pro hoc quod not. eod. tit. §. generaliter. & C. de aduoc. diuer. iudi. l. cum aduocatio & dispensatio manet, licet causa dispensationis sit sublata: vt extra de fil. presbyter. cap. ex tua. & argum. extra de rescript. cap. quamuis. lib. 6. & C. de natu. lib. l. diui, & l. cùm quis, ¶ In contrarium videtur

ex coniecturata mente tàm impetrantis legitimationem, quàm concedentis eandem: arg. C. de fideic. l. cùm Papinianus. de insti.& substit. sub condi. fac. l. generaliter. §. vlt. ff. de pa. l. tale pactum. §. fi. de ver. ob. l. eum qui. §. te & Titium. Et videtur quasi casus. C. de reuo. dona. l. vnquam. & ff. de vulg. & pup. substi. l. ex facto. in princ. & ar. de deci. ca. dilecti filij. & c. suggestum. ¶ † Ad secundum videtur dicendum, quod legitimatio non sit subreptitia, quia benè expressum fuit, quòd proles suscepta est ex adulterio, quod est propriè accessus ad alterius thorum, vel vterum: vt ff. ad l. Iul. de adul. l. inter liberos. §. lex Iulia. de ver. sig. inter stuprum. In contrarium videtur, quòd in tali damnato coitu, vel complexu duplex prohibitio concurrebat, scilicet ex parte H. viri habentis vxorem: Et mulieris habentis virum de qua duplicitate impedimenti non fuerat facta mentio in impetratione legitimationis, quæ si facta fuisset, non sic facilè fuisset concessa: quoniam funiculus duplex difficilius rumpitur, quam simplex: vt C. de adopt. l. vltim. §. si verò pater. in Authent. de consang. & vte. fra. §. penultim. col. 6. & ff. de serui. vrb. prædio. l. si domus. & pro hoc faciunt leges. ff. de nou. oper. nun. l. quia in re præsenti. de adul. l. vim passam. §. duos. & de rap. vir. l. 1. circa princ. ibi & oportet acerbius adulterij crimen ex hac adiectione puniri, &c. ¶ Impetratio ergò obreptitia est, & non tenet: vt ff. de pecu. leg. l. cùm dominus. in prin. de reb. eorum, qui sub tu. vel cura. sunt. l. magis puto. §. pe. ad Carb. l. 3. §. impuberi. de fideic. li. l. cùm verò. §. subuentum. & de excu. tuto. l. idem Vlpianus. & extra de præb. cap. non potest. cum simi. ¶ † Ad tertium dubium videtur dicendum, quod sufficiat dicere lege aliqua nõ obstante, *b* quia cùm concedens præsumatur habere legum memoriam: vt C. de test. l. omnium. Sufficit in genere omnem legem tollere: & perinde est, ac si singulariter enumerasset: vt ff. de lega. 3. l. si chorus. in princ. de vsu & habi. l. si ita. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. l. 2. ff. de admi. tut. l. si duo. & huiusmodi sententiæ fuit gloss. C. de natu. lib. l. 1. In contrarium videtur. ff. de leg. 3. l. si quis in princi. testament. C. de testa. Authent. hoc inter liberos. extra de cap. monaster. cap. ex parte. & huiusmodi sententiæ fuit gloss. in Authent. quibus mod. natu. effic. legi. §. vltim. & de hoc multa recitantur per Arch. extra de const. cap. 1. libr. 6. & in casu, de quo quæritur, opinio videtur procedere, quod tales naturales, sicut sunt hi, de quibus quæritur, sunt prohibiti habere participium legis: vt in Authent. quib. mo. natu. effi. sui. in d. §. vltim. Sed in eodem corpore inter cæteros modos legitimandi est per rescriptum: vt in §. si quis ergò. cùm igitur. in fin. illius Authent. prohibeantur à participio illius legis, prohibiti videntur legitimari per rescriptum, per quod videtur, quòd in rescripto sit necesse expressam fieri mentionẽ de lege prohibente rescriptum. *c* ¶ † Ad quartum & vltimum, quo quæritur, an talis legitimatus possit succedere in feudum, videtur dicendum quod sic iure communi Romano, vbi legitimatio tenet: vt in Authen. qui. mo. natu. effic. leg. §. si quis ergò. De consuetudine verò redacta in scriptis in feudum non succedit legitimatus: vt in decima col. si de feudis controuersia fac. fuerit. capit. naturales. & sic in summa omnibus vndique collectis crederem legitimationem impugnari posse, & filijs verè legitimis non obesse.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ad primum dubium. *Vide circa hoc primum dubium Ripam in q. 23. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. Interpretationum suarum lib. 3.*

ADDITIO ANTIQVA.

b Non obstante. *Et quid si imperator legitimat spurium, an sufficiat exprimere in genere, quod sit illegitime natus, nec ad speciem speciei descendere oporteat: puta quòd sit natus ex monacha, vel ex incestu? vide Dom. Alex. in consi. 340. inci Assumo in consultatione, vbi plenissimè de materia legitimationis in 2. volu. & nunquid princeps possit legitimare naturalem, quantum ad successionem: vbi extant filij legitimi, tradit plenissimè idem D. Alex. in consil. 287. incip. videretur prima consideratione. in 5. vol.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

c Rescriptum. *Vide Bertr. in consi. 112. col. 3. par. 2. & quæ not. infra consi. 322. Alexan. consi. 37. in 5. vol. 1. consil. 117. & quæ ibi addidi.*

De consue. & de test. extraor. ad Treb. & de fideic.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, quæ est in loco, vbi fit testamentum, attenditur, sed si ibi est consuetudo circa minus solenne testamentum, non valet, ideo non potest haberi ratum per eum, cui fit præiudicium. & num. seq.*

4 *Item testator non potest prohibere Trebellianicam, & medio tempore percepta imputantur in Trebellianicam. & num. 5.*

6 *Item de relicto vniuersali ad pias causas detrahitur quarta Trebellia.*

7 *Item fideicommissarius vniuersalis agit contra hæredem ad restitutionem actione ex testamento. numer. 1. cum pluri. sequent.*

CONSILIVM CCXLVIII.

PRÆSVPPOSITA consuetudine ciuitatis Parisiensis, qua dicitur, quòd marito præmoriente dimidia pars lucri per maritum acquisiti durante matrimonio applicatur vxori superstiti. Item suppositio, quòd de more dictæ ciuitatis Parisiensis seruatur in testamentis condendis forma certa aliena à solennitate legali. ¶ Factum tale est. Titius ex certa patria oriundus, & domicilium habens, in alia. Vbi dicta consuetudo de dimidia lucri applicanda vxori superstiti non vendicat filio locum, contraxit matrimonium cum Berta in loco orginis: & contracto matrimonio in dicto loco originis remansit per multos annos cum dicta Berta. Deinde cum dicta vxore causa negociationis accessit ad ciuitatem Parisiensem, vbi moram traxit retinendo domicilium in loco originis in animo disponendo se ad redendum ad ipsum locum originis: qui Titius condidit testamentum in ciuitate Parisiensi, secundum morem dictæ ciuitatis, & dictæ vxori suæ aliqua legata reliquit adijciens, quòd illis dicta vxor esset contenta. Seium verò filium suum, quem ex dicta Berta susceperat, hæredem sibi in dicto testamento constituit. Etsi dictus filius decederet sine hærede ex se de legitimo matrimonio procreato, voluit, & præcepit, quòd medietas hæreditatis ad Mæuium fratrem ipsius testatoris deueniret pleno iure. De alia verò medietate emerentur certi redditus assignandi cuidam sacerdoti, qui celebraret missam pro anima sua perpetuo. Et residuum dictæ dimidiæ partis voluit, & præcepit pauperibus erogari. Deinde reuersus in locum originis, & mortuus est, superstitibus vxore, & filio, qui filius post ali-

post aliquod tempus sine liberis, & testamento defunctus est: & dicta Berta eius mater hæreditatem ipsam adiuit, & fratri testatoris, & alijs restituere recusat. Confessa tamen est præsente dicto substituto, quod vult, & consentit quod testamentum dicti Titij viri sui teneat, & adimpleatur. ¶ Ex his primò quæritur, an consuetudo prędicta super dimidia lucri applicanda vxori superstiti in casu præsenti vendicet sibi locum. ¶ Secundò vtrum propter solemnitatem legalem non seruatam vxor possit impugnare testamentum viri sui, in quo testamento non fuit seruatus mos loci, vbi conditum extitit testamentum, & quod testamentum etiam (vt dictum est in facto) dicta Berta approbauit. ¶ Tertiò vtrum dicta substituta in restitutione dicti fideicommissi possit retinere partem debitam filio iure naturæ, & Trebellianicæ, & an per ipsa verba dicta Berta videatur prohibita detrahere Trebellianicam. ¶ Quintò vtrum illa, quæ obuenerunt ex dicta hæreditate medio tempore, veniant in restitutionem. Quia in substitutione dicitur, quod deueniant pleno iure. ¶ Sextò vtrum de portione, seu capellania, & de erogandis pauperibus fit Trebellianica detrahenda. ¶ Septimò & vltimò, de via competenti substituto contra dictam Bertam restituere recusantem: & quæ erit tutior. ¶ Ad primam quæstionem videtur dicendum, quòd consuetudo Parisien. esset attendenda, eo quòd ibi testamentum conditur, sicut & cùm ibi cõtractus celebratur: vt ff. de eui. l. si fundus. de vsu. l. 1. & ibi dicitur testamentum nasci, vbi conditur: vt C. de testa. l. cùm antiquitas. circa prin. ibi vel Codicillus nascitur. Et talis locus videtur præcipuè attendendus: vt C. de muni. & origi. l. vlt. & ff. de mune. & ho. l. qui origine. secundum vnum intellectum. & ad muni. l. assumptio. in prin. & §. filius. hoc est, quod tex. dicit, dum dicit, quòd pactum inter se gentis, aut ciuitatis, consuetudine, vel lege firmatum nulla ciuis, aut peregrini libi dine violetur: vt 4. dist. c. quæ contra. & C. de emanc. lib. l. 1. Sed contrarium credo, quia consuetudo localis est, & non ligat nisi subditos: vt C. quę sit longa cõsue. l. 2. ff. commu. præd. l. venditos. §. si constat. & C. de naui. l. 2. & expresè. 12. distinct. illud. sicut nec leges ligant, nisi subditos: vt C. de summa Trin. & fide catho. l. 1. in princ. de nouo codi. confir. in fine constitutionis. ff. ad Treb. l. omnibus. & C. de colo. palesti. l. 1. & quadam iurisdictione non videtur Parisijs testamentum conditum eo, quòd condens erat ibi tempore alienus: vt ff. de capt. & postlim. reuer. l. nihil. de hæred. instit. l. ex facto. §. rerum. & §. cum fundus. de leg. 3. l. quæritum. §. vlt. & l. si ita legatum. & de pignor. l. debitor. de pecu. l. id vestimentum. & de iudic. l. hæres absens. §. 1. ¶ † Ad secundam quæstionem videtur dicendũ, quod sufficit testando seruatam esse solennitatem, quam exigit consuetudo patriæ, vbi fuit conditum testamentum per iura pro prima parte primę quæstionis allegata. & pro hoc bene facit. C. quemadmod. testa. aperi. l. 2. ¶ Sed mo in contrarium credo quod non censeantur vt ciues Romani omnes habitantes in vrbe, sed hi demum qui acceperunt vsum togæ Romanæ: vt ff. de iure fisc. l. sed si acceptæ. in fin. & videtur casus. C. de test. l. si non speciali. & consuetudo circa solennitatem testandi non videtur approbari, nisi in rusticis, & locis in quib. rarò inueniuntur homines literati: vt in eodem tit. l. vlt. & arg. ff. de lega. 3. l. nominis. ibi, neque ex regionis, vndè fuit, &c. ¶ † Ad tertiam quæstionem dicendum est, quòd cùm iam sit dictum testamentum non tenere, superuacuum est quærere de fideicommissaria substitutione ibidem scripta: vt C. de fideicommiss. l. eam, quam. & l. ex testamento. ff. de his, quæ in test. dele. proximè. & pro hoc. ff. de vulg. & pup. substi. l. 2. §. quisq. Nec his obuiat iuris conclusio, de qua in secunda quęstione habetur mentio, vt ff. de
4 leg. 3. l. cùm quis decedens. in princ. ¶ † Ad quartam quæstionem dicendum videtur, quod per illa verba pleno iure non est prohibita detractio Trebellianicæ: quia illa verba non ampliant restitutionem, scilicet eorum, quæ restituuntur, plenam, & integram dominij translationem: vt C. de episc. & cleri. l. raptores. §. bona autem. ar. ff. qui & à qui. manu. lib. non fi. l. generaliter. §. 1. & de bo. lib. l. qui ex causa. extra de re iud. c. cum inter vos. de for. compe. c. conquestus. Et talis prohibitio non debet fieri per coniecturas: sed per expressum: vt in Auth. de hæred. & Falcid. §. si verò expresim. quod est palam, & non verbis obscuris, & generalibus hoc facere: vt ff. de verb. obliga. l. quicquid astringendæ. & adhuc est quæstio, an Tre-
a bellianica possit per testatores prohiberi *a* glossatore tenente in d. §. si verò expresim, quòd sic, sed tamen
5 contrarium no. C. ad l. Falc. si allegas. ¶ † Ad quintam quæstionem dicendum est, quòd cùm illa verba pleno iure quantitatem restituendorum non augeant: & superiori quæstione proxima ostensum est, medio tempore recepta in restitutione non veniunt, sed imputantur in quartã Trebell. Et quatenus eam excedunt, in restitutionem nõ veniunt iure communi: vt ff. ad Treb. l. mulier. §. si hæres. in 2. respõso. & si dicatur, quòd lex iubemus. C. ad Trebel. dicit Trebellianicam ex ipsis rebus hęreditarijs deduci, & non per imputationem reddituum. Respendetur, quòd lex illa in suis casibus, & personis habet locum, scilicet in liberis primi gradus rogatis restituere fratri, vel descendentibus, vt apparet in 1. & 2. respõso dictæ legis. in §. vltimo. in quibus casibus casus noster
6 non clauditur. ¶ † Ad sextam quæstionem, an de relicto vniuersali ad pias causas possit Trebellianica deduci, credendum est, quòd sic. Non obst. quòd dicitur in Authent. de Eccles. tit. §. sinautem hæredes. col. 9. & ne super hoc sermo inutiliter diffundatur, videantur not. per Arch. extra de testa. c. si pater. in magna gloss. signata super verbo. de iure naturæ debitæ, &c.
7 ¶ † Ad septimam & vltimam quæstionem est dicendum, quòd propter restitutionem fideicommissi vniuersalis, licet ad eundem institutus restituere grauatus iudicis officio compellatur: vt ff. ad Trebel. si res aliena. §. 1. ex quo tamen adiuit, restituere compellitur per actionem ex testamento: vt ff. ad Trebel. l. debitor. circa princ. & ibi not. in gloss. parua signata super verbo, neq; fideicommissis, quasi minus restituere, &c. vt ff. de fideicom. hæred. pet. l. vlt. & ibi not.

ADDITIO ANTIQVA CVM Rainaldo Corso.

a ¶ Possit per testatores prohiberi. *Nunquid possit prohiberi in liberis primi gradus: & quid in extraneis: vide dom. Gui. Papæ in quæst. 51. incip. stilum. Conclude tamen, quòd in filijs primi gradus Trebellianica prohiberi non potest, secundum veriorem opi. quam tenent Bal. & Saly. in l. iubemus. per illum tex. C. ad Treb. Ro. in consi. 206. inci. licet de communi conclusione. Refert & sequitur d. Phil. Deci. in consil. 218. incip. in casu ad me transmisso in 2. col.*
* *ver. et si casus l. 2. parte consiliorum.* * *Adde eundem Dec. in l. 1. col. 4. C. de pac. Bert. in consi. 148. si honorabilis. in fi. & in additione eiusdem consi. at q3 eundem in consi. 30. supposito testamento. in fin. vol. 3. quibus locis opi. enumerat, & tenet communem sententiam esse, vt Trebellianica à testatore prohibere possit, sed non liberis, primi gradus. Insuperq3 examinat vim horũ verborum* PLENO IV-

RE, & concludit videri sibi magis communem sentẽtiam Doctorum esse, vt per hæc verba Trebellianica non sit prohibita, in hoc cum Old. conueniens. Iaſ. quoque agit multum notabiliter de hac materia in consil. 99. in 2. dubio principali. vol. 4. Nec non in consil. 147. per totum. Et in consil. 159. in fi. eod. vol. Corn. in cons. 146. col. 7. & in consil. 182. col. 1. vol. 2. quibus locis adseritur, communem esse opin. quam Bertr. tenere diximus, & eam veram, atq; in facto obseruari. Adhæc in quibus casibus licet, prohibere Trebellianicam, idem est, si alienatio iusta alicuius rei, vel personæ contemplatione prohibeatur. Corn. consil. 182. in pen. col. vol. 2. post Bald. in l. 2. prope fin. C. qui non poſ. ad lib. perue. Gl. & Bal. Eundem in l. quoties. C. de fideicom. Illud verò vltra præfata notandum, quod Iaſon ponit in fi. consi. 159. vol. 4. vbi inquit esse communem sententiam, & ita seruari, quòd vbi filius non purè, sed sub conditione grauatur fideicommiſſo vniuersali, tũc legitimam simul, & Trebellianicam detrahit. Adde no. per Bar. in Anthen. de eccle. tit. § si autem hæres. coll. 9. Et ibi Doct. in apoſt.

De ſucceſsio. ab inteſtat. & de ſolut. & de priuileg.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo mortuo ſucceſſor eius debet habere bona eiuſdem. & num. ſeq.*

3 *Priuilegium conceſſum Epiſcopo de teſtando valet, licet ſtatutum ſit in Eccleſia, quòd non poſsit, niſi vſque ad certam ſummam: quia ſtatutum concordat cum iure: ideo non eſt opus facere de eo mentionem in priuilegio. num. 1. cum ſeq.*

CONSILIVM CCXLIX.

QVAERITVR vtrum mortuo Epiſcopo ſucceſſor eius debeat habere bona eiuſdem, & inde ſolui debeant prius debita, ad quæ prædeceſſor erat obligatus ratione ſuæ Eccleſiæ, maximè ſi non fuerint ſoluta tempore, quo debuerunt ſolui? ¶ Item vtrum præparamenta: vaſa, libri & huiuſmodi, quæ Epiſcopus mortuus habuerat ab hæredibus prædeceſſoris per declarationem Papæ, cum onere tamen debitorum, quæ valorem prædictorum ferè excedebant: & hoc habuit pro ſua prouiſione vſq; ad nouos fructus, pertineant ad ſucceſſorem Epiſcopi mortui, qui à prædictis hæredibus ratione, & modo prædictis habuit bona prædicta? ¶ Item ſi ſit ſtatutũ in Eccleſia, quòd Epiſcopus poſsit teſtari vſque ad certam ſummam de bonis Eccleſiæ, num poſsit dictus Epiſcopus per priuilegium Papæ teſtando excedere dictam ſummam, ſi in præfato priuilegio de ſtatuto dicto mentio nulla fiat? Item vtrum conceſſa per Papam ſubuentione Epiſcopo à ſuis ſubditis exigenda pro ſuis expenſis factis in curia, & alibi ratione ſuæ Eccleſiæ, mortuo Epiſcopo
a poſsit exigi ab hæredibus ſuis, *a* cùm ante eius mortem ſubditi prędicti cõcordauerint in re certa, & termini ſolutionis fuerint aſsignati, & iam ante mortẽ
1 Epiſcopi aliqui ſoluerint certã partem. ¶ † Circa primam quęſtionem videtur dicendum, quod ſucceſſor Epiſcopi in Epiſcopatu ad ſoluenda debita ob Eccleſiæ neceſsitatem, vel vtilitatem contracta efficaciter teneatur, vt extra de ſolut. cap. 1. eſt enim quaſi hæres ipſius: vt 23. quæſt. 3. conuenire. & 12. q. 2. cap. fi. & ſucceſſor id facere tenetur, quòd prædeceſſor debuit. 12. quæſt. 5. quia Io. & 16. quæſt. 6. illud. Nec eſt dubium, quin de iure bona intelligantur ære alieno deducto: vt ff. de verb. ſig. l. ſubſignatum. §. bona. de iurę do. l. mulier. & de leg. 2. cùm autem pars. Sed hoc non videntur opponere hæredes poſse in bonis paganicis, ſiuè priuati: quoniam æs alienum tali rõne contractum ipſos non ſequitur: ſed epiſcopalia bona duntaxat: vt ff. de mili. teſta. l. ſi certarum. §. vlti. niſi fortè eſſent pro tali debito perſonaliter, & realiter obligati: quo caſu poſſunt retentione vti. arg. ff. de cond. indebi. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. quia intereſt magis non ſoluere, quàm ſolutum non repetere: vt ff. de compenſa. l. 3. de lib. le. l. ſi debitor. ſi iam dies ſoluendi debiti veniſſet, aliàs non. vt ff. manda. l. ſi manda-
2 uero tibi. §. 1. ¶ † Ad ſecundam qõnem videtur dicẽdum: q, ſi debita verè æquiualentia vaſis, & rebus, de quib. in quæſtione fit mentio, de ſuo proprio ſoluerit Epiſcopus: & de ſuo proprio vſq; ad nouos fructus ſeipſum pauit, & onera Eccleſiæ ſuſtinuit: nec illud poſtea ab Eccleſia recuperauit: vaſa, & res ſint hęredum, quaſi de proprio empta vſir: nanq; ipſa ei inſolutum data pro hmõi oneribus ſupportandis, quod cuidam emptioni æquipollent: vt ff. pro ſol. l. 1. & 3. de pign. l. eleganter in prin. & not. C. de ſen. & inter. om. iudi. libera: nec tenebatur ſe Epiſcopus de ſuo paſcere. vt ff. mand. l. idemq; in fundo. §. idem Labeo. & de tuto. & cura: da. ab his. l. 1. §. ſi pupillus. & not. plene Inno.
3 extra de teſt. c. cùm in officijs. ¶ † Ad tertiam quæſtionem videtur dicendum, quòd ſtatutũ, de quo non eſt facta mentio, non impediat priuilegium, quia vſq; ad quantitatem, de qua ſtatutum ioquitur, concordant priuilegium, & ſtatutum, in quantum non excedit quantitas illa, ſtatutum expreſsè vel tacitè vltra teſtari prohibens concordat cum iure cõi: vt 12. q. 2. charitatem. De ſtatuto autem, quod concordat cum iure cõi, non videtur neceſse in priuilegio fieri mentionem, eo quòd priuilegium concedens ſciendo ius cõe, ſcit & ſtatutum. ar. bonum. ff. de ſepul. vio. l. 3. §. diuus. & extra de reſcr. c. 1. & ibi no. per Inn. & Hoſt.
4 ¶ † Ad quartam qõnem videtur dicendum, quòd ſi Epiſcopus de ſuo proprio fecit expenſas in curia, & alibi, quę onus Eccleſię reſpiciebant, talẽ ſuperuentionem poſsit hæres eius recipere, & habere. vt ar. ff. ſolumat. l. vſumfru. in ver. non infringere, &c. aliàs non: quia ſi haberent, Eccleſiæ reſtituere deberent.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ab hæredibus ſuis. *Expone, id eſt, poſsint Epiſcopi hæredes illam proſequi, & exigere.*

De ſolutio. & conſti. extraor. de condictione indebiti.

SVMMARIVM.

1 *Papa ordinauit, quod Abbas Ciſter. daret annuatim Abbati Claræuallis 300. lib. Turon. paruorum, ſi mutata eſt moneta, debet ſolui de antiqua: vel habito reſpectu ad eam, quo ad tantum valorem. & num. ſeq.*

3 *Ordinatio regis ſuper ſolutione monetæ non ligat eccleſiaſticas perſonas.*

4 *Et quid ſi quis ſoluit per aliquot annos conſulitur, quòd repetat per condictionem indebiti, vel per retentionem ſolutionis futuræ: ſed remedium poſſeſſorium non competit pro hoc. & ſequent.*

CONSILIVM CCL.

a FACTVM tale eſt: *a* Bonifacius Papa octauus fecit quandam cõſtitutionem ſuper certis rebus inter Abbatem Ciſtercienſ. & Abbatem Claræuallis, in qua ordinatione præcepit, quòd Abbas Ciſter-

Cisterciensis daret Abbati Claræuallis incontinenti 10. millia libras Turonens. paruorum. & nihilominus 300. libras annis singulis in festo natalis perpetuo tẽpore cuius ordinationis in regno Franciæ curabat debilis moneta, & talis, quod vnus Turonen. grossus valebat tres solidos, de qua debili moneta Abbas Cisterc. soluit Abbati Claræuallis dictã summam 10. millũ librarum. ¶ Subsequenter post ordinationem regiam facta est bona moneta in regno, quę currit communiter, de qua 13. denarij valent vnũ Turon. grossum. Non enim fuit prima moneta debilis reprobata, sed pro eo valore intrinseco, in quo erat, in cursu suo remãsit, ita quod tres denarij de illa debili moneta currebãt pro vno denario monetę fortis, & statuit Rex, quod si aliquis tẽpore, quo currebat debilis moneta, obligauerat se ad redditus soluendũ perpetuos durante tẽpore debilis monetæ, quod teneretur soluere bonã monetam: dicta ordinatio Papæ fuit facta anno Domini 1302. ex quo tempore Abbas Cisterciẽ. continuè soluit Abbati Claræuallis de bona moneta 1 prędictam annuam pensionem. ¶ † Ex prędicto facto quęritur primò, vtrum dictus Abbas Cistercienſis de iure scripto debeat soluere prædictã annuam pensionem. ¶ Ex prædicta bona moneta, vel vtrum liberetur soluendo debilẽ monetã, seu eius æstimationem? ¶ Secundò quęritur, si de iure communi sufficiat soluere bonã monetam, vtrum statutũ regium, de quo fit mentio in themate, vendicet sibi locum inter prędictos religiosos, ita quod teneatur ad ipsius obseruantiam, supposito, quod res, super quibus processit ordinatio Papæ, & pro quibus dicta annua pensio in regno soluitur, sint earũ aliquæ spirituales, aliæ temporales? ¶ Tertiò petitur consilium, si ita sit, quod Abbas Cistercien. habebat ius in prædictis, qui soluit 18. annis dictam annuam pensionem in bona moneta, in termino instanti deneget soluere bonam monetam, & offerat se soluturum debilem, vtrum Abbas Claræuallis posit habere recursum contra illum dictum Abbatem Cistercienſ. per aliquod interdictum possessorium, & specialiter per beneficium ca- 2 nonis reintegranda? ¶ † Ad primam quæstionem respondetur, quod solutio fieri debet de illa pecunia vili, quæ currebat tempore ordinationis, vel de noua habito respectu ad valorem illius vilis monetæ: vt ff. de leg. 3. l. vxorem. §. testamento. agitur enim & ibi not. & est casus extra de censi. c. cum canonicis. & in casu econtra eod. tit. c. cùm olim. ex quo potest argui ad casum propositum. ar. de so. l. pen. & de hoc 3 bro de Brocardico, de mensura & moneta. ¶ † Ad secundam respondetur, quod quantum ad id, de quo quæritur, statutum Regium nihil facit. Noluit enim obligationem augeri, sed de quali moneta solutio deberet fieri, demonstrare: vt ff. de leg. 1. l. quidam. & si voluisset, non potuisset: vt 96. dist. benè quidem. & extra de const. quæ in Eccleſiarum. & c. Eccleſia S. Mariæ cum sim. ¶ † Ad tertium respondetur, quod consti, quia constat vtroque iure indebitum. not. C. de filiem potest adhiberi, aut per repetitionem indebiiur. & fac. igno. l. cùm quis. aut per compensationem: vt ff. de neg. ge. l. 3. §. pupillo. cum similibus. 5 ¶ † Ad tertium respondetur, quod in hoc casu nullum interdictum locum habet, quia, vt dicit Innoc. extra de restit. spol. c. in literis. nemo possidet actionem, nisi is, cui verè competit. Præterea simul consti tabit de petitorio, & possessorio: quare, &c. vt extra de cau. poss. & proprie. c. cum dilect. & de diuor. & repu. c. significc. & not. per Innocent. extra de filijs presbyt. c. constitutus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Factum tale est. *Vide suprà consilium 13. 31. & 168.*

De sent. & re iudica. & de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli.

SVMMARIVM.

1 *Si contra sententiam depositionis latam contra absentem opponitur, quod fuit lata extra territoriũ, & sine consensu Capituli, & cùm non constaret de criminibus, nisi per assertionem iudicis, oppositiones sunt legitimæ, & talis sententia est nulla. & num. seq.*

CONSILIVM CCLI.

NOS Rheginus Archiepiscopus præsentis nostræ sententiæ seriè omnibus declaramus, quod licèt P. de Rocha dudum familiaris, & domesticus noster honoribus & beneficijs per nos fuit decoratus, credentes ipsum promotũ, & translatum in honorem nobis esse huiusmodi honoribus, & beneficijs (iuris præsumptione pensata) protinus obligatum, ipse tamẽ pro gratia contumeliam, pro familiaritate contemptum nobis reddere procurauit, & iuxta vulgare prouerbium illam nobis retributionem impendit, quam mus in pera, seu serpens in gremio, & ignis in sinu suis consueuerunt hospitibus exhibere. Stimulatus nanq; spiritu inuidiæ, & iniquitate propria laqueatus mortem nostram per intolerabiles modos extitit machinatus, nec hoc propter hominis vitæ connexitatem, & viuendi vsum sine nostro manifesto periculo fieri posset, nec sine totius nostræ familiæ derogatione, & infamia, ac periculo, quod nobis Deo per personas honestissimas reuelante subito dictum P. coram nobis fecimus euocari, & inuentis in latere suo magicis caracteribus, & diuersis, necnon in mala sua detestabilibus formis plumbeis, & pilis mixtis rebus fœdissimis, & sordibus inquinatis, necnon & alijs turpibus, & fœtidis, quæ tunc ipse catorum stercora dixit esse, interrogatus in multorũ familiæ nostræ prę- a sentia, & ipse contra animos ordini suo detestabile a & multipliciter inhonestum fuerat operatus, contra ordinis sui statum, & pudicitiam clericalem confiteri publicè non erubuit, nec expauit. Tandem nos certificati prius de magicis artibus supradictis, tam per coniecturas probabiles, quam per rei euidentiam, suiq; confessionem factam in iudicio coram nobis P. prædictum præsentem habere volentes ipsum citari fecimus, vt tertio peremptorio termino compareat in iudicio coram nobis apud Cathab zoium *b* locum statutum, & ordinatum per nos super iustitia ministranda, de consensu, & voluntate venerabilis fratris Episcopi Cathacensis nobis non valentibus ex iusta causa in nostra Rhegina Ecclesia interesse, nec residere, recepturus pro meritis, prout iusticia suaderet, omnis iustæ defensionis materia ei concessa. Ipse tamen sui conscius timens merito pœnam grauem, ordinariam, & debitam sibi inferri, per se, vel procuratorem comparere minimè procurauit, etiam expectatus de æquitate in diem sequentem ad sui contumaciam conuincendam. Propter quod volentes tam putridum membrum, & sordidum eijcere à domo Dei, Christi nomine inuocato, de peritorum consilio, ex tam manifestis causis, nobisq; in forma iuris notorijs (vt est dictum) sententia-

liter in his scriptis decernimus, & pronunciamus prę fatum P. magum, & magicis artibus insistentem, & tam de nece, quàm de veneno (vt suprà exprimitur) nequiter machinatum, & ex probabilibus coniecturis meritò suspectum habentes eundem iudicamus, & decernimus perpetuæ infamiæ subiacere: ipsumq; priuamus omnibus beneficijs, canonicatibus, & prębendis, quibus in nostra Ecclesia Rhegina, & alijs quibuscunque Ecclesijs decoratur, ab officio quolibet suspendentes eundem, ac pronunciantes eum in prę missis prorsus inhabilem, & indignum. Lata, &c.

1 ¶ † Modò quæritur, vtrum ista sententia de iure teneat? Respondeo, nisi aliud apparet, quod sententiam iustificet, hæc sententia multipliciter impugnatur. Primò, ratione loci, in quo lata est: lata enim fuit extra ciuitatem, & dicœcesim Rheginam, vnde nulla est, quia extra limites iurisdictionis sententiam proferentis: vt ff. de iusti. & iu. l. pen. extra de offi. le. c. nouit. & ibi not. per Innoc. non obstante, quod Archiepiscopus asseruerit se non posse ex iusta causa in Rhegina Ecclesia interesse, nec residere, ac per hoc vellet dicere hoc sibi licuisse facere in aliena ciuitate. per c. extra de foro compet. quamuis. in Concilio Vienen. Quin formam assertionis ibi traditam non seruauit, quia non debet dicere de residentia in Ecclesia, sed quod nequit iurisdictionem in Ecclesia sua per se, vel per alium exercere, & c. hoc autem non dixit, nec cum veritate posset dicere, quia per se potuisset, si voluisset. Est enim ciuitas Rhegina sub dominio Regis, vbi cessat probabilis suspitio timoris: vt C. de his, qui per metum iudi. non ap. l. 1. ff. quod met. causa. l. vlt. in prin. & in auth. de man. princ. §. parrocinia. Præterea per vicariũ semper actualiter exercebat, vnde cùm non seruauerit formam, eius assertio fidem non facit. ff. ad muni. l. constitutionibus. ff. man. l. si quis pro eo. & argum. ff. de Polli. l. subreptitia. in fi. de iti. actuq; priua. l. 3. §. hoc interdictum. de transact. l. cùm

2 hi. §. si prætor. c ¶ † Secundò impugnatur sententia c suprædicta ratione modi, quia sententiam hanc præsertim tam grauem, ignominiosam, & infamantem tulit sine sui Capituli consilio, vel assensu: ergo nulla. ar. C. de sent. & interloc. om. iud. l. cùm sententiam. extra de his, quæ fiunt à Præla. sine consen. Capit. nouit. 15. q. 3. Episcopus nullus. licet in hoc consuetudo in contrarium sit nuper præscriptibilis: vt extra de

3 consue. c. non est. lib. 6. ¶ † Tertiò impugnatur, & iniqua conuincitur ex probationis defectu, quia non apparet de criminibus aliquibus, nisi per assertionem Archiepiscopi, sic in sententia asserentis, cuius verbis standum non est, nisi quatenus legitimis constiterit documẽtis: vt C. de arbi. l. ne in arbitris. §. sin autem. ff. fini. reg. l. eos. & ibi not. extra de testi. c. à nobis. de proba. c. quoniam contra falsam. 2. q. 6. statuendum. & 6. q. 2. si tantum. & c. placuit.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Detestabile. *Vide in tam deprauata lectione vtrũ quadraret hæc restitutio, & quod ipse contra nos ordini suo detestabile, &c.*

b ¶ Cathazoium. *Cathanzarum incolæ vocant, sunt qui scribunt Cathanzanum.*

c ¶ L. cum hi. §. si prætor. *Cogita, num consensus Episcopi Cathacen. validam reddiderit sententiam istarum, per ea, quæ not. in l. si. de iurisd. om. iud.*

De dona. & de verbor. signific.

SVMMARIVM.

1 *In generali donatione alicuius castri, vel loci in donatarium mærum, & mixtum imperium transfertur, si princeps facit in Ecclesiam. & num. seq.*

CONSILIVM CCLII.

1 AD quæstionem, † qua quæritur, vtrum in generali donatione alicuius castri, vel loci in donatarium mærum impe- rium trãsferatur. Dicunt aliqui, quod sic: primò per legem. ff. de offi. præfec. vr. l. 1. §. cùm vrbem. & maximè cùm datur siue donatur generaliter dicendo, do tibi omne ius, &c. vt in tali casu nostro fuit: vt ff. de verb. ob. l. continuus. §. cùm ita. & ff. de auro & arg. leg. l. pe-

2 diculis. §. Labeo. ¶ † Item concessio alicuius loci facta largè interpretari debet propter personam concedentis. ff. de constit. prin. l. fin. Item propter personam, cui conceditur, quandoque extenditur concessio. C. de obla. voto. l. 1. & ar. ff. de aur. & arg. le. l. Titia. §. fin. & ff. de annu. le. l. cùm erat. ff. de iud. l. hæres. §. fin. & l. sed & si susceperit. & l. si longius. & facit optimè ad hoc ff. de acqui. re. domi. l. quidam. ff. de fun. do. l. 1. ff. de offic. præfec. vrb. l. 1. §. cùm vr-

3 bem. ¶ † Alij sunt, qui distinguunt sic: aut loquimur in Principe concedente, & tunc transit in alio inferiore nõ ita indistinctè, quia quantum ad Principem, est transibile. ff. de fur. l. falsus. §. qui alieno. C. de prci. impe. offe. l. 1. & ar. ff. de do. l. filiusfamil. circa fin. ff. de iudi. l. si longius. In alio autem, qui recipit ab alio inferiore, quam Principe, distinguimus, quia aut confert castrum contractu oneroso, & tunc nõ transfert merum imperium, nisi precium esset tantùm, quod æquipolleret męro imperio, vt argo. ff. de iure do. l. cùm in fundo. §. vxor. ff. de reg. iur. l. 1. In donationibus autem, & sic ex titulo lucrativo, quia ibi fit latissima interpretatio, videtur transire męrum

4 imperium: vt ff. de vsu. l. 1. ¶ † Alij distinguunt, vtrum Princeps fecerit talem donationem motu proprio, & męra liberalitate, & tunc męrum imperium transfertur, pro quo benè facit extra de præben. si motu proprio. lib. 6. aut facit donationem ad pręces, & requisitionem alicuius, & tunc quod non transferatur, sed quod in dubio præsumetur, nil respondet. Alij quod semper transfertur, nisi per donantem excipiatur, ad quod præstat opt. ar. extra de iure pa. c. ex literis. & quod ibi not. Innoc & ff. de contrahen. emptio. & vendit. l. alienatio. & de his not. per Hosti. in sum. de off. delega. §. quę delegari possunt. ver, videtur tamen. & de iure pa. §. qualiter transferatur. ver. ven-

5 ditioq;. ¶ † Alij verò dicunt contrarium. Et primò dicunt: quòd non est transibile: vt ff. de off. eius, cui man. est iurisd. l. 1. de pi. l. in generali. in lib. feu. de capi. qui curiam vendi. c. 1. & arg. ff. de leg. 3. l. Sextilam. ar. C. de bo. li. l. fi. Item verba generalia debent declarari per præcedentia & subsequentia instit. ad l. Aquil. §. pen. ff. de verb. obl. l. Titia. §. idem respondit. ff. de fundo instru. l. Seiq. §. Caio. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. 3. l. nummi, & sic generalis clausula sequens ad præcedentia refertur. ff. de contrahen. empt. & vend. l. fistulas. §. frumenta. Item coniungit, & parificat illa, inter quæ posita est. ff. de fun. instru. & instru. leg. l. Seiq. §. Caio. ergo clausula sequens ius simile inducit. ff. de le. 3. l. quisquis. &

6 l. nummis. ¶ † Item si apponantur illa verba, In donatione quicquid habeo in tali castro, vel loco, & c. apponi videntur ex superabundanti: & sic secundum præcedentia intelliguntur. ff. man. l. qui mutuam. & pro hoc videtur casus in simili ratione. ff. de serui. vr. prædio. l. qui duo. Item in generali concessione non venit illud, quod nõ esset quis in specie concessurus: vt extra

vt extra de iureiu. c. veniens. & de offi. vica. c. cùm in generali. lib. 6. & plenissimè extra de re. iu. in generali. per Dyn. & alios Doc. & de hoc per Host. in lectura extra de iurepa. c. ex literis. Ideò communiter dicitur per legistas, quod męrum imperium adeò inhęret ossibus Principis, quod nullo modo potest à se abdicare: & de hoc not. per Spec. in tit. de iurisd. om. iu. in ver. quæ autem mæri imperij sunt. Mihi autem Oldrad. a verius videretur a ad quæstionē propositam respondendum męrum, & mixtū imperium translatū fuisse propter personā donantis, qui Princeps est, cuius munificentia & liberalitas freno non subiacet: vt C. de don. inter vir. & vxo. l. donationes, quas diuus Imperator. C. de don. l. sancimus. §. exceptis. arg. ff. de donat. filius. & de iudi. l. si longius. §. vlt. & de hoc pulchrè scribitur. l. cùm per absurdum, perq; temerarium sit hanc nostram liberalitatem pietatis, quanquam æstuata interpretatione, non ad augmentum, sed diminutionem conuertere: vt C. de agentibus in rebus. l. hac saluberrima. lib. 12. propter personam donatarij, quæ est Ecclesia. arg. de sacrosanct. eccle. l. vt inter diuinum. ff. de auro & arg. leg. l. Titia. §. Seia. & ff. 7 de reli. & sum. funer. l. cùm personæ. † Et propter considerationem vtriusque simul, quia non multum differt sacerdotium ab imperio, nec super hoc accusetur Princeps, cui plurima dedit Deus habere, & multorum dominum esse, & facilè, & maximè sanctissimis Ecclesijs, quibus optima mensura est rerum donatarum immensitas. in authent. de non alien. aut permu. rebus eccles. §. si minus. collat. 2. & in auth. constitu. quæ de dignit. & episcopa. liber. à pa. pote. §. illud. collat. 6. & propter causam donandi, quia pro remissione peccatorum, & sic ad pios vsus. arg. C. de sanc. eccle. l. sancimus. & l. illud. & C. de do. sanctissimus. §. exceptis. extra de testa. si pater. lib. 6. In hoc nanque casu dici potest, quod sub liberalitatis appellatione debitū naturæ persoluitur: vt C. de impo. lucra. descri. l. 1. circa prin. lib. 10. Et ad hoc dicendū adducitur, quod męrum imperium, & mixtū videntur adhærere administrationi, quā quis ratione territorij habet: vt C. vbi, & apud quos in inte. resti. l. vlt. & de fund. limit. l. quicunque. vtpotè ei adiacens, seu ei cohærens: vt ff. de actio. empt. & vend. l. creditor. §. vlt. de leg. 3. l. prædijs. §. balneas. & §. qui domum. & §. fin. de instruct. & instrum. lega. l. Seiæ. §. Tyrannę. Et habet similitudinem seruitutum, quæ debentur à re, vel debentur rei, ipsam rem comitantur, quomodocunq; alienentur: vt ff. de serui. rusti. præd. io. l. viam constituit. §. quicunq; si serui. vend. l. testatrix. in prin. & §. 1. & ff. de serui. vrb. præd. l. si ædes. 8 §. 1. & de vsucap. l. si aliena. §. 1. ¶ † Et Princeps concedendo castrum b & territorium videtur concedere b quandam vniuersitatem prædiorū inter fines positorum: vt ff. de verb. sig. l. pupillus. §. territorium. Cùm autē conceditur vniuersitas, omnia etiā incorporalia veniunt: vt ff. de ver. sig. l. Princeps. Et ideò dicit Inno. quod villa & castra sunt quædā nomina vniuersitatem quandam designantia, quæ in se continent iurisdictionem, honorem, & districtum, & iuspatronatus: vt extra de iurepat. c. ex literis. & ibi not. per eum. Vnde etiam in specie non transibilia cum ista vniuersitate transferuntur: vt ff. de contrahen. emptio. et vend. l. in modicis. & de acquir. rerum dom. 9 l. quædam. & extra de re iudi. c. cum Bertol. ¶ † Moueant etiam multū verba donationis, vbi dicit, Cum omni iure Ecclesiastico, mundano: & ibi, vbi dicit, quod non retinet aliquod ius regale, vel vicinale, &c. & ibi circa finem dicit: Insuper volumus, & statuimus, quod si fortè, &c. quæ omnia verba manifestè ostendunt omnia etiam Regi: vt Regi competentia voluisse transferre. argum. ff. de pe. leg. l. vlt. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consu. l. 1. & extra de maio. & obed. solitæ. Et pro hoc benè facit. C. de reb. corpo. & incorpo. si quando. lib. 10. ¶ † Vltimò pro 10 hac parte videtur casus. ff. de offi. præfec. vrb. l. 1. §. cum vrba. & 63. dist. ego Ludouicus. & c. tibi domino. & 96. dist. Constantinus. vbi Imperator sub similibus verbis etiam donauit Beato Syluestro vrbem, & quasdam alias Regiones, in quibus hodie notoriè vtitur Ecclesia Romana virtute ipsius donationis męro & mixto imperio: vt extra qui filij sint legit. c. per venerabilem. & per ista verba diligenter considerata ad omnia contraria facilis patet solutio. Et in hac opin. fuit Host. in summa de iure pa. §. qualiter transfert. in fi. & tetigit extra de offi. & pote. iudi. dele. §. quæ delegari. circa fin.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Verius videretur. *Huic sententiæ subscribit se Dec. in l. imperium. col. 5. in prin. ff. de iurisd. om. iud. & allegat concord. ac respondet obiectis.*

b ¶ Et Princeps concedendo castrum. *Not. benè, & adde Dec. in l. 1. col. pen. ver. Quartò infert. ff. de iurisd om. iud. vbi dat remissiones. Et iunge hic, quæ not. suprà de territorio in cons. 176.*

De verb. sig. & de ferijs. & de foro compe. & de dona.

CONSILIVM CCLIII.

FACTVM tale est. Domina S. de certis habens duas filias, M. & B. donauit M. inter viuos recipienti, & benè meritæ bona quędam, quæ habebat in diœcesi Tolosana, excedētia summā legitimam quingentorum florenorum retento sibi vsufructu ad vitam suam, constituendo se nomine dictæ M. possidere, & interim de euictione teneri. Acto in ipsa donatione post solitas renunciationes, quod tot partibus sit facta, quorum quælibet summam legitimam non excedat, cui donationi iudex ordinarius loci, vbi donatio facta fuit, non iudex ipsorum contrahentium, nec ratione rerum, nec personarum auctoritate suam iudiciariam auctoritatem interposuit & consensum. Hæc facta fuerunt die non iuridica, sed solenni ob honorem Dei, & in domo priuata. Et deinde reuolutis temporibus dicta domina pœnitens, scilicet, donationis prędictę nitens eam reuocare insolidum, vel in parte, & quia non fuit legitimè insinuata, & quia decretum iudiciale die feriata solenni fuit interpositum, donauit inter viuos bona ipsa prius donata B. filiæ eius recipienti, & vt benemeritæ, & condignæ, retento sibi vsufructu ad vitam, constituendo se nomine ipsius B. interim possidere, & de euictione teneri. Acto in ipsa donatione post multas & solitas renūciationes, quod tantis partibus censeatur facta, quarum quælibet summam legitimam non excedat, fuitq; iurata donatio ipsa, & coram iudice ordinario loci, vbi facta fuit, nō tamen ipsorum contrahentium ratione personarum, vel rerum, licet eius iurisdictionē scienter prorogauerint, die iuridica facta, publicata, & legitimè insinuata, loco tamen priuato electo pro publico, & idoneo ad id per ipsum iudicem ob honestatem, magnificentiam, & fragilitatem dictæ donatricis. ¶ Deinde ipsam B. in corporalem possessionem aliquorum bonorum induxit dicta donatrix, & per illam incorporalem

poralem possessionem, seu quasi aliorum bonorum donatorum, quæ ibidem ad oculum videbantur, & videri poterant inductam esse voluit ipsam B. præsentem, & recipientem, dicto tamen vsufructu retento. Mortua dicta domina S. Donatrice, quæritur, quę donationum prædictarum sit validior, & vtrum secunda primam casset, & infringat de iure, & de facto in-
a solidum, vel in partem? ¶† Respondetur: Illud & prius quærendum est, an donatio necessitatem insinuationis cessare faciat propter illa verba: quod tot intelligantur donationes, quot sunt summæ, &c. Ad quod est dicendum, quod non, quia ad hoc vt cesset insinuationis necessitas, requiritur diuersitas in tem
a pore: vt C. de dona. l. sancimus. *a* §. si quis autem per diuersa. C. de sacrosan. eccl. l. illud. in fi. & pro hoc optimè. ff. de nau. fæno. l. nihil. §. quod in singulis. fuit enim in donatione impetus, quem l. per insinuationis necessitatem voluit refrenare: vt C. de inoff. don. l. pater. & constat talem donationem perpetuam, & ad vtriusque scilicet donantis, & donatarij hæredem transituram. & ideò omninò insinuanda erat, vt d. l. sancimus. §. vlt. Alioquin prævalerent verba rei, & fictio veritati, contra l. ff. de Castr. pecu. si fortè. & de
2 lib. & posthum. l. si filio. ¶† Secundò est videndum, an iudex, coram quo prima donatio facta fuit, fuerit competens ad faciendum insinuationem? & videtur, quod sic, per l. C. de don. l. data. in fi. & l. in hac. præsertim, quia ratione contractus ibidem celebrati: vt C. de contrahen. empt. & vend. l. 1. sortitus est iurisdictionem super contrahentes: vt ff. de iudi. l. hęres absens. §. 1. ¶ Tertiò videndum est, an insinuatio potuerit fieri die solenni? Et videtur, quod sic, quia cùm nō reperiatur, quod talis insinuatio requirat causæ cognitionem, potest quolibet die expediri: vt ff. quis ordo in bono. poss. ser. l. 2. §. dies. & hoc bene admittitur. nam huiusmodi actus est voluntariæ iurisdictionis: vt C. de ferijs. l. actum. & not. Hostien. in sum. de ferijs. quid in eis. in ver. sed quæ pertinent. Et eadem ratione videtur, quod in domo potuerit fieri: vt ff. de interro. actio. l. voluit prætor. §. 1. & de manumis.
3 vindi. l. non est omninò. ¶† Vltimò videndum est, quid sit insinuatio? Et dicunt quidam, quod est per superiorem auctoritatis præstatio, & hanc descriptionem videtur innuere glo. & tenere in authen. vt non fiant pignorationes. §. illud. coll. 5. Alij dicunt, quod est scriptura facta in potentia publicarum personarum, & in actis. Vnde superuacuum est, aliud testimonium quærere: vt C. de do. l. in donationibus. Vnde dicunt, quod ad hoc, vt donatio dicatur solenniter insinuata, sufficit, quod de ea facta fit scriptura, & apud iudicem competentem publicata, & hanc opin. tenet Azo in sum. de dona. §. pen. & Host. in sum. de do. §. quæ donationes scripturam requirant. Verius tamen videtur, quod quantum ad hoc insinuatio dici pos-
b sit, quod insinuatio *b* est præexistentis donationis in scripturam redactæ apud competentem iudicem facta publicatio, & eius auctoritate in publica monumenta, seu acta vel gesta facta redactio, vt perpetua, & facilior sit probatio veritatis, colliguntur C. de do. l. in hac. iuncto §. in auth. vt fra. filij. §. illud. col. 9. & de defen. ciui. §. non habente. collat. 3. & vt nulli iud. §. ex hoc peruenit. Nec est nouum, quod actus etiam apud vnum celebratus pro sua vltima perfectione apud alium publicetur. C. de eman. lib. l. iubemus. & de ado. l. 2. & ar. de his, qui ve. æta. impe. l. 2. Fuit enim talis insinuatio inuenta, vt in tempore medio, quod est inter donationem, & insinuationem, possit donans deliberare, an sibi donationem per insinuationem confirmare expediat: vt in auth. de app. & intra quæ tempora, circa princip. Et quia iterans tales actus, scilicet, donationis & insinuationis, ostendit mentis perseuerantiam: vt C. de plus peti. l. vnica. & tollit suspitionem deceptionis. arg. C. ad Velleia. l. fi mulier perfectæ ætatis. & caret falsis probationibus, quæ possunt per scripturas publicas, clam tamen fi-
ctas, cogitari: vt C. de don. l. data. vnde cùm prima donatio nō sit tali modo insinuata, eam sufficienter insinuatam non reputo, & per consequens non credo eam tenere, nec valere.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ L. sancimus. *Ioan. And. in addi. ad Spec. de instr. editi. §. Porro. in 5. col. in ver. sancimus. dicit per hanc l. communiter teneri, quod requiratur diuersitas tęporis, vt hic. sentit Old. Sequūtur Ro. in cōs. 305. Bal. in cons. 50. in cons. 408. vol. 2. Bar. in l. Modestinus. col. 2. de do. Atque in his præcipuè locis habentur congestæ omnes opiniones auctoritates, quæ de insinuatione loquuntur. Quod si quæ desit, legatur cons. Bertr. 103. in allegatione tertiæ quæstri. vol. 2. Ro. in sing. 713. Cremen. in sing. 131. Idem Ro. in alio sing. 646. & antea sing. 200. Cremen. pariter idem in fin. pecu. quod est 171. Probat quoque hoc responsum Oldr. Alcia. in principio legis scire. ad fin. de verb. oblig. contra Ang. & Castren. opin.*

b ¶ Quod insinuatio. *Not. diffinitionem insinuationis, & eius effectum. Et adde Alexan. in consil. 157. in princ. volum. 2. aliàs est consil. 300.*

De rescript. & de consuet. & de excc. & de verb. signif.

SVMMARIVM.

1 *Admittitur articulus generalis, concludens subiectionem superioris, id est, Papæ, etiamsi non exprimatur Papa.*
4 *Item potest quis præscribere obedientiam pasciuè, scilicet, quod sit subiectus vni, & non alteri, & valeat consuetudo circa hoc. & num. 8. & 26.*

CONSILIVM CCLIIII.

a QVIA tota *a* pars Decani & Capituli Carno. ius Ecclesię suæ defendentium, & econtrà Episcopi Carnoc. eos, vt asseruit, indebitè impugnantis circa duo principaliter versatur intentio. scilicet circa exemptionem, & libertatę, quam Capitulum Carnocen. prætendit dicens se nulli, nisi Romano subesse Pontifici, & circa iurisdictionem omnem mærum & mixtum imperium, quæ sibi idem Capitulum competere prętendit in singulares canonicos, clericos chori, & alios multos, de quibus in articulis fit mentio. Iccircò articulos ad hos duos finer tendentes disputatorius sermo percurrat. Et primò omnes articuli, qui tendunt ad probandū exemptionem, siue libertatē Decani & Capituli, qui sunt à primo vsque ad 22. impugnantur, & subsistentur, vt in-
1 frà sequitur. ¶† Primò quidem dicitur ipsos articulos peccare ratione materiæ, quasi contra obedientiam præscribi non liceat, vt extra de præscri. c. cùm non liceat, nec in se ipso quis possit obedientiam possidere, & quod non possidetur, non præscribitur: vt ff. de vsucap. l. siue. ad hoc respondetur, quod contra obedientiam simpliciter non præscribitur, vt ita quod per eam fiat præscribens nulli subiectus: remaneret enim Acephalus, quod esse non potest: vt 93. distinct. nulla. extra de censi. c. omnis. & 11. quæst. 1. magnum.

Esset enim sicut locusta, quæ regem non habet secundum Salomonem: vt not. 16. quæst. 1. qui verè. † Contra obedientiam autem huiusmodi nulli dubium est præscribi posse: vt extra de priuil. c. cum personæ. lib. 6. Et dum dicitur, quod nō potest possideri, ergò, &c. Respondetur, quòd hæc propositio simpliciter intellecta veritatem non habet, sed oportet distingui quia aut præscriptio inducitur ad quærendum rem, aut ius in re. & hoc modo vera est propositio. Aut extra ius alteri competens, vt contra actionem personalem, & hoc casu non est necesse, quod præscribens possideat, vel quasi ipsam actionem, quia nemo eam verè possidet, nisi cui verè competit: vt not. Inno. extra de restit. spo. c. in literis. Quod autem subinfertur, quod obedientiam nemo possidet in seipso, concedo, inquantum obedientia habet respectum ad duas personas, præcipientis, scilicet & obedientis, & ad duos actus, scilicet præceptum, & executionem. Hæc enim in eodem nō stant, quia nemo imperat sibijpsi: vt ff. de arbit. l. pen. ad Treb. l. ille, à quo. §. tempetium. Et hoc respectu, qui præscribit exemptionem, non dicitur in seipso præscribere obedientiam. Sed alius vtens in eum imperio debet in eo præscribere. vt extra de præscri. c. cum ex officij. In quantum verò exemptio habet effectum negatiuum, quo mediante quis dicit se liberum ab obedientia hmōdi prælati, puta episcopi, dicitur ipse præscribere non quidem obedientiam, sed libertatem, vt C. de præsc. quæ prolibe. vel contra, in rubro & nigro. ff. de acqu. possess. l. 3. §. si seruus. Cùm igitur in congerie articulorum appareat sufficienter datum de vsu romano-
3 rum pontificum, apparet cessare obiectum, & bonam materiam esse. ¶ † Secundò dicitur ipsum principalem articulum peccare in forma dupliciter, quia est implicitus propter coniunctionem etiam, quæ est in principio articuli, ibi etiam de consuetudine, &c. Secundò, quia articulus consuetudinis videtur esse iuris, & sic inadmissibilis. Sed ad hoc respondetur, quod implicatio est duplex: quædam contradictionis: & quædam diuersitatis. ¶ Prima viciat positionem, & articulum, quia quod per rerum naturam est impossibile verum esse, est impossibile probari, vel poni posse: vt ff. de interrogat. actio. l. confessionibus. in princ. & §. primo. & l. is cuius. §. fin. sed contradictoria simul esse vera non possunt: vt ff. de verb. signific. l. hæc verba. ergo, &c. ¶ Secunda non vitiat, nec impedit, quominus ad explicitum respondeatur, & probetur. argument. ff. ad leg. Cor. de fal. l. filius emancipatus. Implicitò, siue tacito nisi aliter declaretur, pro inutili habita: vt ff. de his qui taciti. Præsertim cùm articuli dantur diuisim, sicut hic factum fuit. Tunc enim tanquam diuisa vnum alterius cohæsione non ruit. argument. ff. de damno infect. l. si finita. §. si ex hoc edicto. in ver. sed si plures partes. & de minori. l. etiam. §. 1. & de transl. l. si ex
4 falso. ¶ † Ad secundum respondetur, quòd consuetudo duplex est. Vna, quæ est ius non scriptum: & illa datur per modum cuiusdam conclusionis iuris nati ex obseruantia longi, vel longissimi temporis: & hoc modo ius est: & articulus talis non admittitur: vt not. Innoc. extra de causa poss. cap. cum Ecclesia. Alio modo dicitur consuetudo quædam facti obseruantia: sicut est in auibus consuetudo volandi, & renolandi: vt institu. de rerum diui. §. pauonum. Et consuetudo patrisfamil. tàm in loquendo: vt ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. vltim. quam in vtendo: vt ff. de opt. leg. l. 2. in fin. vt de alimen. & cib. l. alimenta. §. 1. Et consuetudo, quam habet proconsul, vt per certam partem prouinciæ ingrediatur: vt ff. de offic. procons. & lega. l. 3. §. pen. Et ista non est ius, sed factum, & sic in proposito. & ideò de ea procedit articulus. Non enim simpliciter datur articulus de consuetudine: sed continet in se articulus omnia, quæ necessaria sunt ad talem consuetudinem inducendam: puta obseruantiam tanti temporis, cuius memoria non existit, quietè, pacificè, scientibus, & patientibus aduersarijs. Constat autem hæc facti esse, & probari posse: ergo & poni, & in articulo deduci, vt in Authent. de his, qui ingre. & app. §. penultimo. Et sic non deducitur hic in articulum consuetudo, velut quædam conclusio resultans ex facto: sed magis, vt quoddam factum, quod dicitur longo tempore obseruatum, conclusionem, siue talis obseruan-
5 tiæ effectum iuris dispositioni relinquens. ¶ † Tertiò oppon. quòd illa verba in articulo apposita, quòd pro talib. se gesserunt, & sunt habiti, & reputati, &c. sunt impertinentia: quia non sequitur, sic reputatur, ergò ita est. Ad hoc respondetur, quòd reputatio est duplex: vna verbalis: alia realis. Verbalis, quæ ex sola denunciatione fit: licet aliquando multum operetur: vt instit. de adopt. §. vltim. C. de lati. liber. toll. l. vnica. §. similiq; modo. & in Authent. vt lic. matri, & auiæ. §. sed hoc sentire. Regulariter tamen parum operatur: vt ff. ad muni. l. Imperatores. §. pen. & mandati. l. si verò non remunerandi. §. cum quidam. Parum enim prosunt verborum folia. l. quæst. 1. marchio, & basilides. Realis verò multum operatur: vt ff. de leg. 3. l. seruis vrbanis. in princ. & in 2. responso. & de iure fisci. l. accepto. & ad macedo. l. si patrem. Et hæc, licet non semper rem in vero esse constituat: vt ff. de mun. & hono. l. modestinus. de doli excep. apud excelsum. §. si quis non tutor. & pro tut. l. si is, qui pro tutore. Constituit tamen in quadam possessione talis iuris: vt ff. de agno. libe. à paren. l. 1. §. Iulian. & C. de probat. l. non Epistolis. & l. non nudis. vbi not. & arguit scientiam aduersarij, quę est necessaria in prę-scrip. incorporaliū: vt C. de serui. & aqua. l. si aquam. & talem quasi possessionē reddit legitimam, quæ est aduersariorum silentio roborata: vt C. de acqui. possess. l. nemo: & sic apparent verba illa articuli de reputatione, &c. ad propositum multum accedere,
6 & pertinentia esse. ¶ † Quartò opponit. articulus, qui datur, quod Romanus pontifex, & sedes Apostolica fuerunt, & esse consueuerunt, &c. qui est tertius in ordine, non procedit, tanquam obscurus, eo quod non datur quis Romanus Pontifex fuerit: nec quis correxerit: nec per quem visitauerit. Sed ad hoc respondetur primò, quod actus, qui in articulo describuntur, attribuuntur dignitati summi pontificatus, non personæ: vt ff. de annu. leg. l. annu. §. Titia. & extra de offi. & pote. iudic. deleg. c. quoniam Abbas. & not. Innoc. extra de senten. excom. c. si verò. Cùm ergò dignitas certa sit, certus est articulus. Fruſtra enim persona quęritur, cum quod intēditur, iam habetur: vt quemad. testa. aper. l. si duob. in 2. respon. de verb. obli. l. cum seruus. & ibi not. Secundò, quod cum articulus dicat, quòd dictis temporib. & per dicta tempora Romanus Pontifex, &c. & illud pernotet temporis continuitatem, & actus perfectionem: vt ff. de verb. signi. l. vrbana familia. §. pernoctare. & de bonis eorum, qui mor. sibi consci. l. 3. §. si autem. & de adul. l. 2. in princ. videtur articulus dari de omni summo Pontifice, qui fuit pro tempore annorum 60. cuius contrarij memoria non existit. Isti autem de se certi sunt: vel ad minus ex eis multi: ergò articulus certus. Tertiò videtur non referre, quis fecerit, sed sufficit dici factum: vt ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. petitam. & de admi. tut. l. quidam decedens. §. vltim. & sequen. & not. Ioan. Mo. & Ioan. An. extra de excep.

cap. pia. lib. 6. & pro hoc bene facit. ff. ad velle. l. quamuis. §. planè si mihi proponas. sed sic est in proposito, ergò, &c. tunc namq; generalitas parit obscuritatem, quando non est vniformis conditio inclusorum in generalitate: vt C. de transact. l. vt responsum. Vel non intelligitur conceptus loquentis, qui diuersimo dè intellectus contrahit vitium: vt ff. de iure fisc. l. ita
7 fidei. Hîc autẽ neutrum horum est, ergò, &c. † Quod autem dicitur, quod non datur, quæ correctio fuerit subsecuta, ex proximis dictis apparet solutio: quia non refert, quæ vel qualis secuta fuerit, nec etiam ad visitationem, quæ allegatur, & quæ ad propositum sufficit, necessaria est correctio. Possibile enim est, quod nihil inuentum fuerit correctione dignum, quod & hoc nihil de visitatione, vel visitantis iure diminuit, sicut dicitur de tutore, qui in nullo auctoritatem pupillo præstitit. Quid enim prohibet ita patrimonium pupilli esse compositum, vt nihil agere necesse sit, in quo tutoris auctoritas interponi debeat? vt ff. de admin. tut. l. tutor qui. Et ille, qui habet
b possessionem iurisdictionis exercendæ *b* possessionem non perdit: vt not. Innocent. extra de capell. mo. cap. 2. & gloss. ordi. de verb. signific. Abbate. & sic
8 cessat obiectus. ¶ † Quintò opponitur, quòd talis consuetudo inducit peccatum mortale: ergò impræscriptibilis. Ad hoc respondetur, & conceditur, quod si peccatum mortale induceret, impræscriptibilis esset: vt extra de consuet. cap. vltim. & in Authen. vt nulli iudi. §. 1. & ff. de re. iu. l. nec ex prætoris. sed quod dicitur, quòd hoc inducit peccatum mortale: potest negari, quia si sic esset, nec etiam per priuilegium posset concedi: vt C. de priuil. scho. l. 2. lib. 12. Sed constat, quòd per priuilegium, potest concedi: vt C. de priuil. schola. l. 2. lib. 12. ergò, &c. nec oportet circa hunc obiectum multũ immorari, quoniam tollitur expressè per c. cum personæ, extra de priuil. lib. 6. & per alle. c. cum ex officij. extra de præscri. Circa quod est notan da regula, quam ponit Innoc. extra de iudi. c. nouit. de foro competen. cum contingat. in fin. quę est, quod quicquid potest priuilegio concedi, potest consuetudine introduci sciente illo, qui posset priuilegium concedere, puta Romano Pontifice. Et hoc modo tollitur contrarium, quod allegabatur. c. dist. contra morem. & 93. distincti. illud. & hunc intellectum ponit Innoc. extra de præscrip. cap. si diligenti. Hîc autẽ datur sufficienter de scientia Romanorum Pontificum, eo quòd datur de visitatione eorum, siue de eorum mandato facta in ipsos decanum, & capitulum, tanquam in exemptos, & sibi immediatè
9 subiectos. ¶ † Sextò opponitur, quod absonum est caput subesse membris exemptis, quia non debet vna, & eadem res diuersò iure censeri. Ad hoc respondetur, non esse absonum ex duobus, quorum vnum se habet vt caput, & aliud, vt membra, quòd vnum exemptum altero non exempto, vt extra de priuil. c. ex ore. §. vlti. Ad formam autem argumenti respondetur, quòd triplex est vnitas. vna est argumentationis, vt homo, & lapis. alia est cohæsionis, vt domus, & nauis, in quibus plura simul cohærentia vnum corpus constituunt. tertia vnitas est aggregationis, vt populus & collegium, in quib. plura corpora distincta vnum corpus representatum constituunt: vt ff. de vsucap. l. rerum mixtura. de fideiusso. l. mortuo. In primo genere vnitatis veritatem habet argumentũ, vt ff. de except. rei iudic. l. iudicante. de lib. causa. l. duobus. Item in secundo genere: vt ff. de vsucap. l. eum, qui ædes. In tertio verò genere, de quo agimus in princ. argum. veritatem non habet, vt præalleg. l. rerum mixtura. §. vltim. Nec est absonum patrem in potestate cõsistere nepote emancipato, & à sacris aui, & patris exempto: vt ff. de adopt. liberum. Econtra filius emancipatus, vel saltem in adoptionem alteri datus, & nepos in superioris patris naturalis potesta te retinetur: vt ff. de bon. poss. contrabu. l. 1. §. qui habebat. & de coniung. cum emanci. lib. l. 1. & per totum tit. ¶ † Septimò opponitur, quod illud genus articulorum, quod ad eundem finem datur, in quo dicitur, quòd Arch. Senonensis fuit prohibitus visitare: & quod sententia excommunicationis lata propter hoc in Decanum & Capitulum fuit habita pro nulla, &c. impertinens est, quia non datur, quod primò Archiepiscopus visitauit ciuitatem, & diœceles suas secundum. c. Romana extra de censi. lib. 6. & quod notabitur ibidem. Respondetur ad hoc, quod adiectio causæ in articulo posita tollit obiectum. Dicit enim, quod habita fuit pro nulla, tanquam lata ab incompetenti, & in non subditos. Vnde & si articulus de se esset vagus, & non necessario concludens: tamẽ adiecta causa contrahit, & concernit populum ipsum, & pertinentem facit. Determinatur enim per causam, sicut per consequens: vt ff. de acquir. poss. l. si is, qui animo. de eãdem. l. 3. §. hæc actio. de le. 2. cum pater. §. duleissimis. ¶ Hucusque egimus de exemptione Decani & Capituli: nunc agamus de iurisdictione Decani & Capitu
11 li in singulares Canonicos Chori aduocatos, &c. de quo tractauit. 22. articulus, & sequentes, & pro fundamento omnium istorum articulorum præmittitur quod apud iuristas notum est, scilicet eos admissibiles esse ex materia. † Nemo enim sentiens negat
c talem iurisdictionem præscriptibilem esse, & consuetudine posse quæri: vt extra de offic. ord. c. irrefragabili. & de foro compet. c. cum contingat. 9. quæst. 3. conquestus. de eman. lib. l. 1. de diuer. offic. & appari. iudi. l. viros. lib. 12. & ibi not. impugnantur autem ipsi articuli, & defenduntur: vt infra sequitur. Primò dicitur, quod omnes ipsi articuli sunt impertinẽtes; quia ad hoc, vt pertinentes sint, oportet, quod non solum includant: sed excludant: hoc est, quod non solum iurisdictionem attribuant capitulo, sed ab ea excludat Episcopum. hoc autem non faciunt: quia non est absonum in eandem personam plures iurisdictionem habere, &c. Ad istud respõdetur dupliciter. vno modo, quod isti articuli iuris dispositione non solum includunt, sed etiam excludunt, per hoc, quod dicitur Decanum, & Capitulum vsos esse per tanti temporis decursum iurisdictione, quæ de iure communi ad Episcopum pertinet. Priori enim adimitur, quod alij destinatur. ff. de leg. 1. l. quod in rerum. §. si quis post testamentum. Et hic est casus extra de rescrip. c. cum olim, & c. auditis. & ibi not. expressè ista opposition in articulo facta, in quo sępè repetuntur illa verba, solus, & insolidum. quæ verba his, de quibus sermo fit, sicut sunt Decanus, & Capitulum, integrum
12 ius attribuunt, & omnẽ alium excludunt. † Primum insurgit ex verbo insolidum, quod rem respicit: vt ff. de duo. reis. l. 2. Secundum, quia incorporalia actiuè, & passiuè penes plures in solidum sunt. ff. de reg. iur. l. quæ in partes. & de verb. oblig. l. stip. non diuidun-
tur. annectitur verbum solus, quod excludit omnem alterum à principio eius actus, de quo fit sermo: vt ff. de dam. infec. l. si finita. §. Iul. in fin. de bo. aut. iud. poss. l. cum vnus in princ. & C. de leg. & consti. l. vlti.
13 sed ppter istam vltimam solutionem opponitur † secundò contra formam articuli: & dicitur, quod articulus non debet admitti: quia illa verba solus, & insolidum sunt negatiua in effectu: & per consequens improbabilia, per cap. cum Ecclesia sutrina, extra de causa poss. & propriè. Sed ad istud respondetur, quod dubium non existit talem articulum admittendum
d esse, alias super impossibili probari conditum non esset, cũ

esset capitulum. extra de consuet. non est. libr. 6. vbi mentio fit de consuetudine, allegat Episcopus, quod non teneatur requirere consilium capituli: quod vti- qué nemo sanus probabit: vt ff. de eui. l. si ita quis. in fi. & hoc expresse probat præalleg. c. cum ecclesia su- trina, vbi admissi fuerunt canonici Eccleſię cathedra lisad probandum, quod ad eos tantum episcopi ele- ctio pertinet. licet in probatione facta magis creda- tur testibus capellanorum deponentibus affirmati- uè, quam testibus canonicorum, qui videntur astrue- re negatiuam. Non ergò ibi est qō de admittenda pro batione facienda: sed de iam facta proroganda. quo casu oēs concordant, quod plus creditur duobus de- ponentibus affirmatiuè, quam multis deponentibus negatiuè: vt ff. de arbit. l. diem proferre. §. si plures. & per Inn. extra de ver. sig. c. veniens. ¶† Ad formam verò argumenti, quod præsupponit negatiuam pro- barinon posse, e respondetur quod illa locum habet in mera, & simplici negatiua: non in ea, cuius veritas resultat ex probatione actus affirmatiui, vt si probo solum Titium in tali re iudicasse. Ex hoc sequitur, q nullus alter cum eo. vt in Auth. de hære. & fal. §. si ve- rò quidam etiam absunt. & ff. de itin. actuq; priua. l. 1. §. hoc interdicto. & dicta testiū super huiusmodi de- ponentium intelligentur, secundum quod no. 8. q. 3. artaldus. ¶† Tertiò oppo. quod in articulis non dan- tur, nisi actus recentes, vel pendentes: siue de recenti tempore: & causatur cōsuetudo ex actibus antiquis, videtur, quod articuli sufficientes nō sint. Sed ad hoc respondetur, quod quidam sunt actus antecedentes: quidam concurrentes. Actus antecedētes sunt, à qui- bus præscriptio tanti temporis, cuius contrarij me- moria non existit, sumpsit exordium. & in talib. non est necesse dare principium: quia si principij inchoa- tæ consuetudinis extaret memoria: ergò eius contra rij: quia qui recordatur rem aliquam inchoatam es- se, recordatur eam nō fuisse. Principium enim limes est ferens transitum de non esse in esse. vt l. dist. Hoc autē contraxit præscriptionē tanti temporis. & idem fortè de actibus concurrentib. id est, ex quorum con- tinuatione præscriptio ipsa perficitur. quia sicut prin cipij memoria non habetur: ita & finis, id est, quo tē- pore perfecta fuerit. Nemo enim potest dicere, tali tempore mortui sunt omnes, qui viderunt, vel audie runt contrariū eius, quod in præscriptione dicitur: quia si sic diceret, testimoniū eius esset insufficiens, nisi eos vidisset, vel audiuisset: vt C. de testib. l. testi- um. & de erogatio. mili. annonæ. l. penu. Si autem sic diceret, scilicet se vidisse videntem, vel audiuisse au- dientem, destrueret præscriptionem: vt ff. de prob. l. si arbiter. & de aqua plu: arcen. l. in summa. §. idē l. labeo. & no. per Inn. extra de ver. sig. quid per noua- le. Omnes ergò actus, qui in tali præscriptione, vel cō- suetudine dantur, tanquam actus consequētes eam, & attestantes veritatem ipsius, sicut exercitium vir- tutis post habitum: habitum non inducunt, sed pro- bant. ¶† Quartò oppo. quod datur in articulis, quod Episcopus, siue eius curia citauit multos, qui tū re- missi fuerunt ad Decanum & Capitulum. Arguitur ergo sic: citatio est actus interrumpens præscriptio- nem: vt C. de præscrip. 30. anno. l. sicut in rem. & l. si- præscriptio fuit interrupta. Ad hoc respondetur du- pliciter: vno mō, quod citationes, quæ in articulis di- cuntur notissimi. Sed hoc multoties interuenit: ergò cuntur interuenisse, emanasse dicuntur ab incompe- tente iudice: quod apparet, quia articuli dicūt, quod remittebantur ad Decanum & Capitulum, tanquam ad competentem iudicem. Talis autem citatio non interrumpit: vt C. de de statu. defun. l. si pater. & ibi not. Secundò respondetur sic: citatio interdum di-

f cit f super re præscriptibili iudicium. Interdum verò rei præscriptibilis vsum. Primo modo interrumpit præscriptionem, & sic procedit arg. vt si inter episcopum, & capitulum coram Papa, vel delegato eius, vel coram metropolitano fuisset quæstio de iurisdictione, & citatio super hoc emanasset, bene interrupisset: vt probant leges in argumento adductę. Secundo modo nō interrumpit, vt in proposito. Non enim episcopus citauit super iurisdictione, seu citauit volendo vti iurisdictione: quo casu cum sit impeditus, quod per remissionem apparuit, interruptio non est facta. Cùm enim impedimentum vsui præstitum sit causa inchoandæ, vel continuandæ præscriptionis: vt ff. quemad. serui. amit. l. si quis aliam. §. vlt. de ser. vrb. prædio. l. hoc autem. vt extra de verborum sign. ca. Abbate. non potest esse causa interruptionis: quia non potest esse vnica duorum contrariorū causa immediata: vt ff. de solu. l. qui hominem. §. vltim. & de 17 condi. indeb. l. cum his. §. vltim. ¶ † Quintò opponitur, quod articuli continent certos actus, & certas personas: ergò vlterius extendi non possunt, quia in iuris præscriptione quęrenda non fit extensio ad alios actus, & personas, nisi ad eos duntaxat, ad quos, seu ad quas vsus, seu possessio dans causam præscriptioni extenditur: vt ff. de itine. actuq; priua. l. 1. §. Iulian. & extra de officio. archi. cap. dilecto. Sed ad istud respondetur, quod iurisdictio est vnum totum, saltem iure, ad cuius totius possessionem quærendam non est necesse singulos actus iurisdictionis exerceri, vt in singulas personas, sed aliquos in aliquas sufficit exerceri, animo tamen quærendi possessionem totius. argum. ad Trebell. l. restituta. Sicut etiam est in re corporali, ad cuius possessionis acquisitionem non est necesse, quod quis singulas glebas circumambulet: vt ff. de acquirend. poss. l. 3. §. primo. & hæc fuit sententia Innoc. extra de capel. mod. c. dilectus. & accedit, quod per eundem not. extra de restitu. spol. c. in literis. Nedum quia dantur sufficientes actus meri, & mixti imperij & simplicis iurisdictionis. Personæ autem non enumerantur omnes, sed multæ, quia omnes enumerare fuisset impossibile. sufficit ergò satisfactum possibili: vt ff. de vsufr. l. vsufructua. §. si in varijs. & de condi. inde. l. si pœnę. §. 1. & de re iudic. l. à diuo pio. §. si emptor. ibi, certorum longè res abibit, &c. ¶ Sextò opponitur, quod non dantur episcopi nominatim. Ad istud respondetur: vt suprà, responsum est in obiecto facto de sum- 18 mis pontificibus, &c. ¶ † Septimo opponitur, quod per acta apparet, quod ecclesia Carnocen. pluries vacauit, ergo præscriptio non est completa, quia de præscriptione subducitur tempus vacationis ecclesiæ: vt extra de præscript. capit. 1. & c. de quarta. ¶ Ad istud respondetur, quod posita præscriptione necesse est excipientem de vacatione ecclesiæ docere tanto tempore vacauisse, quod facta subductione vacationum præscriptio remaneat incompleta: vt extra de præscript. cap. auditis. hoc autem non apparet per acta, nec datum est: nec etiam dari potest in hac præscriptione tanti temporis, cuius contrarij memoria non exiſtit, quia si deducantur 30. vel 50. anni propter vacationem, non propter hoc sequitur contrarium eius, quod in præscriptione deducitur, videlicet extare memoriam. Deductio igitur habet locum in præscriptione certo tempore mensurata, non in hac, quia si de infinito aliquid demas, nihilominus re- 19 manet infinitum. ¶ † Octauò opponitur, quod per partem capituli est confessatum Canonicos Carnocen. mittere ad concilia prouincialia, quod dicunt esse signum subiectionis. Ad istud respondetur, quòd mittunt propter populum non exemptum: vt

extra de præscript.c.ex ore. & est casus eod.tit.cap.vt Apostolicæ. libr. 6. sicut Abbates habentes populum tenentur ire ad synodum, non habentes non. 18.q.2. Abbates. & 18. distinct. episcopus & extra de maiori. & obed. c. quod super his. ¶ † Vltimò dicitur, quod episcopus eligitur à canonicis: habet ergo iurisdictionem super eos: vt extra de offic.ordin.ca. cum ab ecclesiarum. Respondetur hoc esse verum de iure communi, nisi priuilegium, consuetudo, vel præscriptio aliud inducant, de hoc autem est tota quæstio. De articulis verò datis pro parte episcopi attendendũ est, quod in principio protestatus est episcopus, quod per exhibitionem positionum, & articulorum, ac petitionum, vel aliàs non intendit in iudicium aliquid deducere, vt super his pronuncietur directè, vel indirectè, sed solum intentio domini episcopi coadiuuetur & vt non pronuncietur, vel declaretur decanum, & capitulum Carnocen. fuisse, & esse immediatè sedi Apostolicæ subiectos: per quam protestationem, quę declarat omnia sequentia: vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. quod fere. & de acquir. hær. l. qui aliena. §. vlt. apparet, quod quicquid est in petitione episcopi, vel in articulis, quod directè, vel indirectè non infringat exemptionem decani, & capituli, totum est impertinens, & debet repelli. & ideo ab articulo. 40. vsq; ad finem oẽs repelli debent, vt ex eorum inspectione apparet, & iterum, inquantum de exemptione decani, & capituli agitur, cum in hoc quilibet sit actor, & reus, non põt episcopus, tanquam actor, aliquid obtine
g re, sed tanquam sic, vt *g* per eandem protestationem apparet, in qua nihil velle de iure suo iudicari. Etsi capitulum in exemptionis probatione deficeret, nihil vltra posset pronunciari, nisi quod non appareret per probata eos esse exemptos: vt ff. de lib. cau. l. diui fratres, & de iureiur. l. sed et si possessori. in princ. & §. 1. de probat. l. circa. & ibi not. & not. C. vti poss. l. vni-
21 ca. ¶ † Ad corroborationem prædictorum allegauit alter aduocatus pro parte capituli in modum, qui sequitur. vltra allegationes datas per decanum & capitulum Ecclesiæ Carnocen. dant, & proponunt dicti decanus, & capitulum, quæ sequuntur, contra obiectus infrascriptos. ad obiectum, vbi proponitur, quod nomina Romanorum Pontificum non exprimuntur, dicitur non esse necesse de iure: imò iura videntur expressa, quod non sit necesse. extra de priuileg. cum olim essemus. vbi Abbas allegauit se immediate subiectum esse Romanæ Ecclesiæ, & se exem ptum à iurisdictione diœcesani episcopi, & fuit admissus ad probandum nulla expresione facta Romanorum pontificum. & eod. tit. c. cum olim propter quæstionem, vbi vnus nomine prioris sub nomine dignitatis allegantis exemptionem fuit admissus ad probandum illam sine expresione nominis proprij, nec ibidem exprimitur nomen Romani Pontificis, coram quo fuit allegatum. quare apparet, quod specificatio nominum non requiritur, vbi dignitas prescribit, vel ea, contra quam prescribitur. argumen. ad
32 hoc extra de rescrip. c. si gratiosè. lib. 6. ¶ † Ad aliud obiectum, quo dicitur, quod Archiepiscopus non nominatur. Respondetur, quod dicta nominis specificatio non fuit necessaria, cum hic non agatur de iure Archiepiscopali, nec ipse Archiepiscopus, vel alia legitima persona pro eo interueniat in causa. argumento rationum, & iurium supra proximè allegatorum circa summos Pontifices non nominandos, quę hic repetita intelligantur. Præterea videtur, quod sufficiat nominare dignitatem sine proprio nomine. vt not. Innoc. extra de sentent. excommun. cap. si verò. ad fin. Sed dato sine præiudicio, quod necessaria fuisset nominis specificatio, sicut non fuit, attamen

constat de nomine dato infra tempus datum ad declarandum, videlicet de domino Stephano tunc Archiepiscopo Senon. vt expresè continetur in declaratione data pro parte domini episcopi, in qua apparet, quod dictus dominus S. fuit immediatè prædecessor ante dominum Philippum, qui quidem dominus Philippus confirmauit electionem moderni episcopi. & in articulo dato pro parte capituli dicitur, quod pro tempore dictæ inhibitionis dictus dominus modernus episcopus Carnocen. erat, & antè, & post, ita quod facta concordia temporum, & personarum in aperto liquebit articulum verum esse, & quo ad personam Archiepiscopi, esse, & fuisse nominatũ, & specificatum per dictam declarationem factam pro parte dicti domini episcopi. ¶ Præterea dico sine præiudicio, quod etiamsi nominum propriorum fuisset facienda expresio, tamen sufficienter facta apparet infra terminum datum ad declarandum ex datis pro parte dicti dñi episcopi in quodam articulo pro parte sua exhibito, in quo successiue dat de quatuor episcopis Carnocen. incipiendo à dño Simone Carnocẽ. qui fuit per sedem Apostolicam confirmatus, vsq; ad dñm R. nunc episcopum exclusiuè. Constat ét ex litteris pro parte decani & capituli productis, ex quib. apparet de varijs, & diuersis episcopis successiuè declarantib. articulos *h* subscriptos, dato quod expresio-
h ne nominum non indigeant, vt supra proximè proxime
23 batum est. ¶ † Præterea ad illud obiectum, quo obijcitur, quod consuetudo debet esse rationabilis, sed ista non põt esse talis, qua dicitur, q̃ omnes vbicunq; existentes vocare pñt, quia ad hoc opponendum non debent admitti, quoniam dñs noster Papa in consisto rio voluit, & præcepit, quod dñs episcopus non audiretur, nisi inquantũ tangeret ipsum, & officiales suos. & esto sine præiudicio, quod ad opponendum deberent admitti, hoc non est irrationabile, quod quis extra prouinciam diœcesim, & ciuitatem posit vocari: imò hoc videtur ex permissione iuris licere, vt ꝓbatur expresè. C. de off. pręfe. vr. l. 1. de epis. & cler. l. oẽs, qui vbicunq; §. si apparitor. extra de for. comp. c. Romana. §. contrahentes. & quod delinquens rõne delicti in loco, in quo deliquerit, potissimè contra eccl. Carnocen. posit vocari coram eis, apparet extra de verb. sign. c. ex parte. & c. cum olim. Necab sonum est ratione delicti quem fieri de foro eius, in quem delinquit. extra de foro compet. c. cum sit ge-
24 nerale. ¶ † Præterea ad illud obiectum, quo dicitur, quod Romani Pontifices mandauerunt, &c. quare propter hoc articulus non est admittendus, cùm tale mandatum iurisdictionis debeat per scripturam pro bari: Respondetur, quod regulariter mandatum põt fieri cum scriptura, siue per nuncium, & Epistolam: vt ff. man. l. id est, & hoc idem sentire videtur Arch. in procœmio. vi. li. vbi æquiparat rescriptum gratiæ, & iurisdictionis, & tamẽ dicit vtrunq; posse probari per scripturam, & testes. Nec ob. l. C. de mandatis prin. l. i. quia ibi loquitur in mandatis secretis principis, quæ non vult alijs reuelari, vel nota esse: ergo talia fiunt per scripturam, & non in præsentia testium, & hoc est quod dicit text. cum secreta in mandatis, &c. immò talia reuelanti pœna capitalis imponitur. ff. de pœn. l. si quid aliquid. §. transfugæ. Sed dato sine præiudicio, quod debent probari per scripturam, certè propter hoc non potest dici, quod articulus non sit admisibilis: quia posibile est, quod de eo mandato facta fuerit scriptura. & ideò sit parte probationis, & debito modo probabitur, mandatum proderit, & partem releuabit. Sed articulus de se admisibilis est, quia quod scriptura interuenerit, habet se ad esse, vel non esse, vt prædictum est, cum

vtroq;

i vtroq; modo potuerit factum fuisse mandatum *i* requiritur scriptura. vt in præalle. l. 1. ff. man. Præterea iura, quæ consueuernnt adduci, quod ad probandũ mandatum requiratur scriptura, loquuntur quando ex virtute mandati vellet aliquis admitti. † Præterea ad illud, quod obijcitur, quod articuli sint negatiui, inquantum dicunt, quod decanus, & capitulum soli, & insolidum, &c. Breuiter respondetur, quod tales articuli continuè transeunt, & admittuntur in palatio Apostolico, & sicse habent ritus, & stylus Palatij Apostolici, qui de iure sic sunt seruandi, vt extra de cri. fal. c. quam graui. & videtur casus extra de elec. cum ecclesia vulterana. Præterea ad illud obiectum, quo opponitur, quòd omnes articuli dati pro parte decani, & capituli sunt impertinentes, vt patet ex libello episcopi, in quo inter cætera continetur, quod auctoritate priuilegiorum, & maximè productorum non licet, nec licuit decano, & capitulo illa facere, quæ prætendunt, ac etiam priuilegia ipsa locum non habuisse, nec habere, quantum ad ea, quæ iudicialem requirunt indaginem: qui quidem obiectus, vt dicunt, verificari videtur ex contextu priuilegiorum productorum pro parte decani, & capituli, quæ quidem, vt dicunt, non sunt sufficientia ad fundandam intentionem prædictorum decani, & capituli: respondetur, quod sunt pertinentia ex forma libelli oblati pro parte capituli, in quo inter cætera continetur, & petitur, quicquid attentatum est, & fuit contra priuilegia, & consuetudines, quæ & quas prætendunt fuisse iniustè, & indebitè attentata. ergo hoc ex euentu pendet, quia si apparebunt sufficientes esse consuetudines, & priuilegia, reportabit pars capituli victoriam. & sic articuli sunt admisibiles, & procedunt, quia concludunt libellum pro eorum parte oblatum, quicquam hoc pro parte episcopi in suo libello negetur, cuius negationi non statur, sed probationibus: vt C. de æden. l. qui accusare. de probatio. l. actor. & valde benè. C. de prohib. sequestra. pecu. l. 1. Similiter alia ratione non procedit obiectus, quia non omnia priuilegia exhibuerunt, sed ea, & alia exhibere intendunt infra terminum per vos reuerendum patrem eisdem reseruatum, iuxta concilium viennen. extra de verbo. signifi. cle. sæpe. † Præterea ad obiectum, quo dicitur, quod omnes articuli, quatenus continent præscriptam consuetudinem contra episcopum, & eius officiales, cadunt, quia omnino videntur impossibile continere, videlicet, quod quis in superiorem suum possit iurisdictionem præscribere. Respondetur, quòd de episcopo nulli dantur articuli, sed de officiali tantum, contra quem articuli bene procedunt, quia non intelligitur factum officialis, nisi in casibus, & personis, quę eidem episcopo subsunt. Cum ergo egreditur, sicut hic, vt priuatus delinquit. ff. de offi. præfec. vrb. l. vl. & de iniur. l. nec magistratibus. idem posset dici de episcopo, & etiam posset per consuetudinem introduci, quæ inducitur tacito consensu, quia expresso consensu maior potest se subijcere iurisdictioni inferioris. ff. de iurisdict. om. iu. l. est receptum. Præterea ad illud, quod obijcitur, quòd articuli dati pro capitulo, quòd episcopus debet stare recordationi capituli, vel maioris partis, vel quatuor, aut trium ex eis, vbi esset dubium: sunt omninò reijciendi propter tria. Primò quia de his nunquam dubitauit episcopus, nec dubitat. Secundò quia non datur tempus sufficiens. Tertiò quia, si episcopus iurauit, non propter hoc sic vniformiter debet dictum iuramentum intelligi, cum duntaxat debeat referri ad ratio- 27 nabiles consuetudines. † Ad quæ omnia respondetur. Et non ob. prima ratio, quoniam, licet alicuius arbitrio aliquid committatur non intelligitur sic commissum, vt pro libito voluntatis debeat dicere sic, vel non, sed sibi commissum intelligitur, vt probo viro. ff. de lega. 3. l. fideicommissa. §. cum esset. argumen. ff. de verbo. obliga. l. continuus. §. cum ita. Nec ad ponendum contrarium debet episcopus admitti, cum prius supponatur omnia sibi fuisse, & esse nota, non solùm vt episcopo, sed etiam vt canonico, & quòd eisdem tanquam canonicus vsus fuit, propter quod probabilem ignorantiam allegare non potest, extra de res. c. eam te. cum si. Item quia priuilegium fuit concessum in fauorem decani, & capituli, quos verisimile est melius scire consuetudines ecclesiæ, quàm episcopum. ideò fuit introductum, quòd eorum recordationi staretur. Mirandum est de domino episcopo, quòd in consuetudinibus, quæ faciunt pro eo, semper dicit se certum esse, vt apparet in suis articulis. in alijs, quæ sunt contra eum, dicit se incertum esse. ¶ Tertia etiam ratio non ob. s. de tempore non sufficienti, quia veritatem in facto non continet, vt ex ipsorum singulorum articulorum datorum super singulis consuetudinibus inspectione clare liquet, in quibus omnibus datur de tanto tempore, cuius memoria non existit, & dantur plures literæ à suis prædecessoribus concessæ de consuetudine obseruanda. Prætereà datur articulus, & etiam constat per instrumentum publicum super hoc confectum, quòd dictus dominus episcopus hanc consuetudinem promisit per suum sacramentum se seruaturum, & stare recordationi capituli, vel maioris partis, aut probationi iuratoriæ trium, vel quatuor sine contradictione aliqua. & recordatio fuit sibi facta in capitulo, & per capitulum, prout in instrumento super hoc confecto, & exhibito continetur. Ex quibus apparet, quod ex quo relaxatio iuramenti si facta nõ fuit, contra dictam recordationem sine metu periurij venire non potest. extra de iureiuran. c. i. & c. debitores & eod. titu. c. ad nostram. cum si. Similiter non procedit obiectus, quia si consuetudines sint rationabiles, vel non, in pendenti est, & hoc pendente contrauenire non potest.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Quia tota. *Iunge hic consil. supra 172. & 244. & quæ ibi adnotaui.*

b ¶ Exercendæ. *Videntur huiusmodi verba hic omnino desiderari. si nihil sit. in quo iurisdictione exerceat.*

c ¶ Sentiens. *Expone, id est sanæ mentis.*

d ¶ Probari. *Expone, id est super eo, quod impossibile est, vt probetur.*

e ¶ Non posse. *Negatiua quando probari posse dicatur, & quomodo. Quain re vide etiam infra consi. 311. col. 2.*

f ¶ Interdum dicit. *Expone, id est importat.*

g ¶ Sic, vt. *Sic, vt id est talis, qualis.*

h ¶ Articulos. *Expende, num melius se haberet scriptura legendo suprascriptos.*

i ¶ Fuisse mandatum. *Existimarem facile hunc locum itarestituendum cum scriptura, vel sine.*

De sententia, & re iudi. & de appella. & de dolo & contu. extraordinariè de popularibus acti.

SVMMARIVM.

1 *Licet à prouisione ecclesiæ vnus cuius interest non appellet sed pro parte alterius cuius etiam interest appellatur ad curiam cuius appellationi alter non adhæsit tamen si feratur sententia contra appellantem & item-*

rum appellet tunc ille cuius interest potest propter suũ interesse venire secus si sententia transiuisset in rem iudicatam. cum plu. seq.

CONSILIVM CCLV.

CONTRA prouisionem, quam G. se dicit habere de ecclesia Seraullen. appellauerunt Episcopus Geben. & R. ipsius ecclesiæ rector, & in appellatione sua inseruerunt crimina, atq; defectus: & quia peccauerunt in forma, non curauerunt postmodum articulari de illis criminibus, & defectibus, nec super eis aliqualiter agere, sed absque alijs probationibus fuit conclusum in causa, & lata fuit sententia diffinitiua pro dicto. G. in curia Romana, à qua dicti episcopus &. R. appellauerunt. post quæ, causa appellationis durante, in secunda instantia duo parochiani ipsius ecclesiæ venerunt ad *a* causam, cum sciuerunt appellatum esse, & causam agi, qui tamen nec appellauerunt, nec appellationi adhæserunt, sed in terminis assignatis dederunt contra dictum. G. positiones, & sufficientes articulos aliàs non datos, nec tactos per dictos appellantes, ac etiam dederunt articulos contentos in dicta appellatione: super quibus tamen nunquam fuerat actum, nec diffinitum inter dictos appellantes, & appellatum. ¶ Nunc opponitur dictis parochianis exceptio rei iudicatæ, & quod non debent admitti ad causam, pro eo quod non appellauerunt à dicta diffinitiua infra. 10. dies, postquam eam sciuerunt esse latam. † Quæritur, an obest hæc exceptio? & videtur, quod sic. certum est enim, quod si dicti primi objicientes, qui succubuerunt, & appellauerunt, non appellassent paratum fuisset omnibus, qui appellatum sciuissent, præiudicium, ad similitudinem sententiæ latæ in popularj actione. vt. ff. de pop. acti. l. 3. igitur si vnus appellet, & alter non, cum non sit eadem causa impugnationis vtriusq;, sed omninò alia, vnius appellatio alteri non prodest. vt. C. si vnus ex pluribus appel. l. 1. & de appella. l. si qui separatim. §. vlti. ¶ † Præterea cum ipsa appellatio fuit inutilis in ipsis principalibus appellantibus & ideò fuerunt ab ipsius prosecutione repulsi non potest esse vtilis in aliquo accessorio. vt. ff. de reg. iur. cum principalis. & C. de vsu. l. eos. cum simi. Sed in casu nostro contrarium verius videtur. nam dicta sententia non transiuit in rem iudicatam imò fuit suspensa per appellationem, & exceptio rei iudicatę non potest habere locum ex illa sententia cuius effectus per appellationẽ est suspensus vel extinctus. vt. ff. ad turpil. l. 1. §. vltimo. de pœnis. l. 2. §. fi. de iniu. rup. & irri. test. l. si quis exhæredato. §. hi autem omnes. dicta vero exceptio tunc benè procederet si dicta sententia diffinitiua non fuisset per appellationem suspensa, & aliàs non. vt no. Compo. de elec. lib. 6. c. statuimus super verbo appellari. vers. si vero non fuerit, &c. appellatio enim sic effectum sententiæ suspendit quod nescitur dum pendet ex quo tempore incipiet vires sortiri etiam si sententiam obseruari contingat. alio enim tempore fingitur sententia vires habuisse tamen lapsu fatalium confirmatur. & alio tempore quando expresse confirmatur: vt. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. 1. † Præterea regula iuris est, cuius officium officit, eius factum proficit: vt. ff. de pact. l. rescriptum. §. vl. Sed in popularj actione factũ singularis personæ actionem in iudicium deducentis, & succumbentis officit cuilibet de populo: vt. ff. de popu. actio. l. 3. & de iureiu. l. eum qui. §. in popularibus. ergo & appellatio prodesse debet cuilibet de populo, quia regula est infallibilis, quo succumbente alteri præiudicium generatur eodem appellante à sententiæ præiudicio releuatur vt. C. de appel. l. si actor. de procu. l. inuitus. & ff. quando appel. sit. l. 1. §. vl. † Præterea nullũ dubium est, & omnes fatentur, quod omnes, quorum interest, durante causa possunt venire ad causam, & admittuntur in statu, in quo eam inueniunt. vt argu. extra ne lite penden. aliquid innoue. c. si hi contra quos. lib. 6. & no. expresse per Compost. in c. statuimus. super verbo appellari in glo. quæ incipit quid si capitulum, &c. in ver. sed ad quid admittetur ille cuius interest, &c. Et in casu nostro est simile, quia causa pendet inter appellantem, & appellatum, qua pendente veniunt dicti parochiani, qui petunt se admitti, & nullum dubium videtur quin secundum prædicta, debeant admitti. Non ob. si dicatur, quod prædicta locum habebant in prima instantia, antequam sententia lata esset, secus autem, vbi sententia tum est, licet fuerit appellatum. Nam certe talis oppositio non procedit, quoniam quantum ad hoc, quod causa semper dici debeat pendere, non refert, vtrum adhuc nulla sententia lata sit, aut si sit lata, & fuerit per appellationem suspensa, & hoc signanter dicit glo. C. vt li. pen. l. 2. in glo. per sententiam diffinitiuam, &c. Inde est, quod omne, quod licet in prima instantia ante sententiam, licet post sententiam: vt. ff. de conditi. inde. l. eleganter. 3. responso. & de transl. & post rem. in prin. de bo. li. qui cum mulier. §. accusasse. & C. de temp. ap. l. per hanc. cum si. & no. per Inno. extra de consti. c. vl. hinc est, quod emptori, qui pro re empta conuentus ab extraneo, priori durante instantia venditori denunciare omisit, nuncians appellationis non potest dici causa finita, sed durare: vt. ff. de bo. li. l. qui cum maior. §. accusasse, in. 2. responso. Et ideò in causa appellationis potest corrigi error facti in prima instantia commissus secundum beneficium legis: vt. ff. de iu. & fac. igno. l. error facti. & not. Innocen. extra de confes. c. vl. ergo potuerunt venire dicti parochiani etiam in secunda instantia, causa appellationis durante, quanquam non appellauerint, nec appellationi adhæserint. Præterea appellatio est quædam medicina inuenta contra morbum sententiæ iniquæ, vt. ff. de appella. l. 1. Oportet autem medicinam commensurari morbo. vt in authe. qui. mo. na. effi. sui. §. si quis ergo, & extra de iura. cal. c. cæterum. Non autem esset bona commensuratio, si sententia omnibus præiudicaret: appellatio vero vni tantum prodesset: cum contrariorum quantũ vnum vni nocet, alteri alterum debet prodesse: vt. ff. de lega. 3. l. nam nec id quidem. & ibi no. Non ob. quòd supra dictum est, quòd vnius appellationi non prodest alteri, vbi non est eadem causa impugnationis, licet quia illa iura loquuntur in pluribus sententijs, licet fit vna pronunciatio, quæ fit contra plures. tamen tot censentur sententiæ, quot sunt condemnati, quantum ad effectum: vt C. si plures vna sen. fuerint condemna. l. 1. & l. 2. hic autem est vnica sententia, licet totum populum excludens. & ideò vnica appellatione suspenditur totum negotium, quantum ad totum populum, & quemlibet de populo: vt ff. de no. oper. nun. l. quia in re præsenti. & ad sena. consul. turpil. in senatus. circa princip. ¶ † Ad secundum respon-

1 2 3 4 5 6

respondetur, quòd appellatio non fuit inutilis, quantum ad deuolutionem, sed quantum ad obiectuum prosecutionem. Item appellatio interposita à sententia lata in curia suspendit effectum sententiæ, quanquam iustè, vt. ff. de his, qui no. infa. l. furti. §. 1. & sic dicta appellatio rem integram conseruauit, & per consequens admittuntur dicti parochiani, quasi re integra existente: vt supra dictum est. Et quam pars aduersa alleget Compo. in c. statuimus. super verbo appellari, & super verbo interest: ad retro admissionem illorum parochianorū: quia Compellendum dictos parochianos per prædictam exceptionem rei iudicatæ: certè tamen nihil ibi not. contra po. ibi loquitur, quando sententia transiuit in rem iudicatam, vt supra dictum est. & videatur bene supra per dictis verbis: quia expresse faciunt pro admissione dictorum parochianorum. quod autem dictis parochianis non obsit, quod non appellauerint à dicta sententia, ibi propterea & debeant admitti ad causam, & quod dictam appellationem interpositam per dictos appellantes possint prosequi, apparet apertè per hæc. in hærede, & legatarijs, in emptore, & venditore, in debitore & creditore. ¶ † Nam si hæres, contra quem fuit lata sententia, ab ipsa appellauerit, nedum illa sententia intelligitur suspensa, quo ad ipsum hæredem, sed etiam quo ad legatarios, qui non appellauerunt, & ipsi legatarij dictam appellationem ab hærede interpositam prosequi possunt vt. ff. de appel. l. à sententia. §. idem rescripsit. & idem est in venditore, & emptore, & in debitore, & creditore, vt eod. titu. l. ab executore. §. alio. & argu. ff. ad. l. Iul. de adul. l. constante. in fi. sequitur ergo ex prædictis sine obstaculo aliquo, quod articuli per dictos parochianos dati, præsertim, qui non descendunt ex aliqua appellatione, & quos nullus de dictis appellantibus dedit, sunt admittendi, & super eis remissio concedenda. Beatus Hilarius loquens de ista ecclesia dicit sic, propriū est ecclesiæ, vt tunc vincat, cum læditur: tunc intelligat, cum arguitur: tunc secura sit, cum deseritur: tunc obtineat, cum separata videtur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

¶ ¶ Ad causam. *Vide num tutius legendum sit, Ad curiam. Vel si legamus ad causam, ita mox restituendum, venerunt ad causam, cum sciuerunt appellatū esse, & eam agi.*

De rescrip. vel priuilegijs. & de consangui. & affini. & de excep. de clande. despon.

SVMMARIVM.

1 *Causa falsa etiam impulsiua si exprimitur in dispensatione Papæ nulla est dispensatio sed onus probandi falsitatem incumbit alleganti. & nu. seq.*

2 *Item, si petens dispensationem in matrimonio cum consanguinea dicit ignorasse impedimentum & probetur scientia non valet dispensatio: sed asserens se contrahisse publicè in facie ecclesiæ licet non probet banna. c. cum inhibitio de clan. despon. præcessisse si tamen contraxit coram populo interuenientibus solennitatibus me seq.*

CONSILIVM CCLVI.

CLEMENS episcopus seruus seruorum Dei, &c. dilecto filio. S. comiti, &c. & dilectæ in Christo filiæ nobili mulieri. B. comitissæ, &c. Sedis Apostolicæ circunspecta benignitas concessa sibi desuper vtitur potestate, prout emergentia negociorum qualitate pensata id in Deo conspicit salubriter expedire. Petitio si quidem vestra nobis exhibita continet, quod vos matrimoniū inuicem per verba de præsenti in facie ecclesiæ publicè contraxistis. Verum, quia quondam. C. vxor tua fili. S. tali, & melius tibi filia. B. quarto gradu fuit consanguinitatis coniuncta, fuit nobis ex parte vestra humiliter supplicatum, vt cum ex separatione vestra, si fieret, grauia similiter timebatur inter vtriusque vestrum consanguineos scandala suboriri. Tuq. B. tempore matrimonij prædicti impedimentum homini penitus ignorares: prouidere vobis in hac parte de opportuna dispensationis gratia dignaremur. Nos igitur, qui salutem, & paeem quærimus singulorum, vestræ super hoc prouidere saluti, dictisq; salubriter scandalis obuia volentes, vestris supplicationibus inclinati, vobiscum, vt impedimento non obstante prædicto in matrimonio sic contracto remanere licitè valeatis, auctoritate applica dispensamus. nulli ergo, &c. ¶ Modo cum in prædicta dispensatione fuerit suggestum, quod ex separatione dictorum. S. & B. grauia verisimiliter in vtriusq; ipsorum consanguineos timebatur scandala suboriri: quæritur, an si posit de contrario constare, dicta dispensatio ex hoc sit subrepticia, in tantum quod non habeat roboris firmitatem? Item si dicta dispensatio possit vitiari ex dicta subreptione, an. s. qui vult sustinere dispensationem, teneatur probare contrarium? Item fuit suggestum in dicta dispensatione, quod dicta. B. tempore contracti matrimonij impedimentum huiusmodi penitus ignorabat. Quæritur, an si probetur scientia. B. dicto tempore, dispensatio similiter ex hoc solo sit subreptitia, in tantum quod sit inualida ex hoc solo? fuit etiam suggestum, quòd publicè in facie ecclesiæ per verba de præsenti matrimonium contraxerunt: quæritur, an posset dici factum esse publicè, si sine missione bannorum sit factum, & an ex hoc possit dispensatio vitiari? ¶ † Ad primum videtur, quod propter talem falsam causam motiuam, seu impulsiuam ad dispensandum. non debeat ipsa dispensatio vitiari: sicut dicitur, quod falsa causa legatum non vitiat: vt. ff. de condi. & demon. in versi. quid autem iuris est. &. l. cum tale. §. falsam. & insti. de lega. §. longè magis & secundum multos falsa causa manumittendi manumissionem non impedit: vt insti. ex qui. cau. manu. libe. fiā. vel nō. §. semel. &. ff. de manu. vindi. l. iusta. §. vlt. & hoc videtur probare tex. extra de consan. & affi. quia. ¶ Sed in contrarium me adducit, quod cum dispensatio debeat fieri cum causa, vt. 1. q. vlt. §. dispensationes & c. talia. & c. exigunt. Non est verisimile dominum Papam sic iura communia fuisse transgressurum, vt sine causa rationabili dispensaret: vt C. de inoffi. test. l. si quando. & extra de elec. c. ecclesia vestra. 2. sic autem est, quod vbi talis est causa, qua non subsistente concedens non esset alias concessurus, talis falsa causa concessionem vitiat. vt in præallega. l. cum tale. §. falsam. sed sic est in proposito, ergo, &c. Et probatur hoc per text. legis. ff. de nata. resti. l. 1. in talibus nempe dispensationum impetrationibus, eo quod in ipsis sit iuris communis relaxatio, nihil debet falsum exprimi, vel verum taceri. vt ff. de in ius voc. l. libertus aduersus patronum. de ele. c. dudum. & de decim. c. ex multiplici. si enim rescripta, quę sunt secundum ius commune, ex huiusmodi expressione, vel suppressione vitientur. vt extra de res. c. super literis. & arg. ff. de pec. leg. l. cum dominus. circa princip. ergo multo fortius dispensationes, in quibus præiudiciū vertitur, & ius commune relaxatur: vt. ff. de mili. testa. l. ius militis. §. 1. pro hoc extra de præben. c. non

præiudicium fieri, & satis est seruata voluntas, si in id tempus vnio effectualiter est collata, quia leges, quæ dicunt, quod si ante existentem conditionem fit præter, vel contra voluntatem conditionem apponentis, loquuntur de conditione, quæ habet se ad esse, & non esse. Illa verò, quæ habet se ad esse tantum, habet naturam puræ dispositionis, vel saltem in diem: vt ff. de noua. si pupillus. §. qui sub conditione. & de condi. indeb. nam si cum moriar. & l. quod si sub ea. hocautem est huiusmodi: quia certum est, quod Rector morietur: vt ff. de cond. & demon. l. 1. & moritur viuente Ecclesia Minatensi. quæ non moritur. vt ff. de fune. do. l. 2. extra de rescript. capi. si gratiosè. libro 6. 12. quæstio. 2. liberti. sicut & imperium semper est: vt in Authentic. quo. opor. Episcop. 5 &c. cle. ad ordin. pro. §. vltim. † Dico tamen sine præiudicio, quod si vnio non tenuisset ex virtute literarum Apostolicarum, tenuit ex ordinaria potestate, ex qua concessum est Episcopo vnire Ecclesias sibi subiectas: vt extra de excess. prælat. capit. sicut vnire. maximè meliora prospiciendo, & meliorem conditionem Ecclesiæ efficiendo: vt hic fecit. 12. quæstio. 2. sine exceptione. Et iusta causa, etenim ex potestate sui officij potest duas baptismales Ecclesias in vnam adigere, ac terram vnius Ecclesiæ ad aliam vertere. 16. quæstio. 1. §. sicut duo. extra de eccle. ædi. c. ad audientiam. sic intelligitur, quod legitur & nota. ex- 6 tra de rebu. eccle. non alien. capit. 1. † Postquam autem potestatem habet in rebus ecclesiæ, vt dispenset secundum necessitatem, præsertim sibi, atque ecclesiæ, & fratribus indigentibus. 10. quæsti. 2. episcopus. Non debet in dubium reuocari, quin dictam vnionem, maximè ex dictis causis tàm vrgentibus, facere potuerit, sicut paterfamil. duarum, vel plurium domorum dominus potest eas vnire, cum talia, nostra destinatione, non natura constituantur, vt ff. de leg. 3. l. quod in rerum. §. si quis post. & onera eis imponere, vel seruitutes. ff. commun. prædio. si quis duas. & pensiones annuas ecclesijs imponere, vel etiam viuente Rectore. extra de restitut. spolia. cùm venissent. cum sit legitimus administrator subiectæ sibi parochiæ. Quamobrem eius nomine agere, ipsamq; defendere potest extra de succeff. abinteſtat. cap. fin. vbi de hoc per Hostien. quinimo parochialem Ecclesiam, & res eius alij donare, & concedere potest ex causa. 3. quæstio. 2. si Episcopus. & c. sequ. & not. per dominum Hostiens. extra de præbend. vacan. & cap. exposuistis. & probatur extra de donatio. consultat. adeò etiam quod potest. gerere vicem duorum, concedentis, & authorizantis. Nam si talis postea velit suam interponere authoritatem, potest, & erit idem Episcopus, & Iudex. sic est simile extra de elect. capi. cum inter vniuersas in fin. & cum inter Canonicos. §. post hæc. nec per alienationes huiusmodi lædunt Ecclesiæ, cum fuerint ad prouisionem ipsarum, sicut dicta vnio facta fuit ad releuandum penuriam matricis Ecclesiæ Minaten. cuius ratio tanquam præcipua, considerabatur, & tanquam publica, quæ præfertur priuatæ: vt extra de postulat. bonæ. 1. vbi de hoc. Præsertim cum priuata vtilitas includitur in publica, & maiori, vt hic fuit. Prouidendo enim matrici Ecclesiæ prouidebatur Ecclesiæ maiori, vel minori, & particulari, quæ vniebatur: cum pars, & membrum sit Ecclesiæ cathedralis. argument. C. de primipil. l. vtilitas. libro duodecimo. & facit ad hoc, 7 quod not. 7. quæstion. 1. scias. in gloss. † Episcopus enim ex talibus causis vniendo non abusor, sed ædificator existit, prouidendo suæ cathedrali Ecclesiæ quamplurimum indigenti. 12. quæstio. 2. aurum. & profecto talia ad episcopale officiũ spectant. 10. quæstio. 1. regendæ. & capit. sequent. 12. quæst. 1. præcipi- mus. & cap. sequent. sicut nota. per Innocent. & Hostiens. & eorum sequaces. extra de rebus. eccle. non alien. in c. dudum. super verbo defensor. In canonibus etiam Apostolorum scribitur, quod Episcopus in potestate sua res ecclesiæ habeat, & quod eas (si indiget) in necessitates suas conuertat, ita quòd nihil omnimodò deesse valeat. & idem statutum fuit in concilio domini Martini Papæ. & 16. quæstio. 3. concilij Bracare. & idem est in Canonibus constitutum. 1. quæstio. 2 Episcopus. 12. quæst. 1. ex his autem. & c. sequent. cum enim facultas Ecclesiæ Minatensi, non sufficiat ad suijpsius conseruationem, nec iuris de fensionem, vt tangitur in vnione prædicta, in cuius defensione publica vtilitas etiam versatur: vt in 1. distinct. ius publicum. cum gloss. Dubium non videtur, quin dicta vnio ratione præuia processit ordinaria potestate. Nam possessiones non solum ecclesiarum parochialium, verum etiam monasteriorum, in quibus ius episcopale minus residet, alienantur episcoporum auctoritate. 17. quæst. 4. in venditionibus. 12. quæst. 2. Abbatib. liquet, quod episcopus, qui ex causis prædictis ordinario iure poterit dictam ecclesiam vnire, eam menſæ suę humanius potuit applicare maiori charitate seruata, quę incipit à seipso. Vnde primò sibi, ac suis, postmodum debuit prouidere aliis 19. distin. si Romanorum. 86. distin. non satis. & C. de seruit. l. præses. 23. quæstio. 6. si non licèt. de pen. dist. 2. charitas est. cum c. sequent. Sic enim debet alios confouere episcopus, quod se, & ecclesiam suam non negligat: vt extra de immun. eccle. quoniam. libr. 6. propter multas, iustasq; causas dignitas metropolitica attribuitur non habenti, & sic duæ ciuitates metropolitanæ vniuntur, quibus præsidet vnus Archiepiscopus. C. de Metropoliti. berito. l. propter multas. libr. 11. sicut vniuntur prouinciæ nonnunquam ex causa, quibus præsidet vnus Rector, non diuisis, sed per vnam continuationem militans vniuersis: vt in Authent. vt iud. sine quoquo iuffra. §. illud tamen. & §. hoc autem ipsum Iudex. & iam vnit, & diuidit mundo faciat sine præiudicio vnientis Rectoris: vt extra de eccles. ædi. cap. ad audientiam. 2. sicut hic priè factum fuit, & probatur hoc expresè in d. c. ex. tra de donat. ca. consultationibus, cui casui multum 8 inhæreo in quæstione præsenti. † Nec video, quod necesse fuerit vocari Rectorem Ecclesiæ, quę vniebatur, quia præsens non potuisset contradicere cum effectu. argumen. ff. de fideicommiss. lib. l. ergò. §. illud videamus. & de regul. iur. qui potest inuitis. nec enim quicquam cum eius præiudicio agebatur. Et ideò eo inuito, & ignorante fieri potuit: vt ff. commu nia prædi. qui per certum. & de aqua quoti. & æstiu. hoc iure. §. is qui. & l. Lucio. & de aqua pluu. arcen. l. in concedendo. sumpto ar. à contrario sensu, vt ibidem nota. illud etiam non omitto, quod & si vnio non tenuisset propter absentiam sacerdotis, videretur conualuisse subsecuto consensu. argument. ff. de pignor. si fundus. §. 1. & de officio. procon. l. 3. vltim. & de serui. rusti. prædi. per fundum. † Nec in vnione 9 fortè necessarius est consensus capituli, quia Episcopus in vnione meliorem facit conditionem suam, & Ecclesiæ: sicut dicitur de alimentario, qui transigendo potest meliorem conditionem suam facere sine prætoris authoritate: vt ff. de acquirend. rer. domin. pupillus. & in institut. de auctorit. tutor. in principi. † Cæterum dicta vnio rectè processit tàm iure ordinario, quàm authoritate Apostolica. 10

Simili

Simili enim modo, & forma melius potuit fieri, pro-
ut contextus vnionis ostẽdit, quod fieri potuit, adeò
quod etiam circumscripta confirmatione videbatur
valere. Nam potestas ordinarij non impedit delega-
tam, nec contra, cum vtraque via proceditur, sicut vi-
demus prætorem ordinarium, qui superioris exequi
tur iurisdictionem commissam. ff. de officio. eius cui
nian. est iurisdi. l. etsi prætor. quamuis secus sit, quan
do ordinarius procedit, non vt ordinarius, sed vt pu-
rus delegatus nihil proprium imitando, sed manda-
tum superioris exequendo. ff. eod. tit. l. 1. §. qui man-
datam. Hic autem vtraque potestas includebatur,
quod fieri potuit, cum tenderetur ad eum finem, sci-
licet vt vnio teneret quamuis duabus diuersis vijs.
11 † Nec credendus est vnientem genus ordinariæ iu-
risdictionis elegisse ad impugnandam vnionem, sed
magis vtroque genere voluisse vti propter fortuitos
casus, &c. vt ff. de testam. mili. si miles. Nec diuersis
vijs vtens prohibetur: vt ff. de pe. hæred. l. Lucius. C.
de inofficc. test. l. eum qui, nisi tenderet ad diuersa. ff.
de bon. lib. l. si patronus. ex minore. cum simil. Testa
tor enim potest facere scripturã validam, in qua pro-
cedit duplici via, tàm iure testamenti, quàm iure co-
dicillorum. ff. de vulg. & pup. substit. §. cum filiæ. vbi
videtur hoc expressum. quemadmodum solemus fa-
cere, cùm aliquid agendum intendimus, & quoties
incertum est, quæ actio potius competat nobis. Nam
duas actiones dicamus, quamuis altera sufficiens ad
obtinendum, quod nos contingit. ff. quorum legat.
l. 1. quòd autem. C. de codicillis. l. vltim. quod locum
habuit maximè in hoc casu, quando diuersis vijs, &
diuersis iuribus competentibus, vtpote auctoritate
apostolica, & ordinaria vtebatur. ff. de priuatis delic.
l. nunquam de acti. & ob. l. qui seruum. facit etiam
quod not. 6. quæstion. 1. imitare. & illud scire prælati
debent, &c. 11. quæstio 3. præcipuè. & est hoc satis ex-
pressum. extra de præb. cap. nisi essent. & de præsum.
literas. Rescriptum etiam, quod impetrandi dat fa-
cultatem per præsidem, qui aliàs erat ordinarius, ex-
ra ordinem exequitur. ff. de relig. & sump. fu. si quis
12 sepulchrum. in princ. † Ex quibus manifestè appa-
ret, quod tàm ex virtute literarum apostolicarum,
quàm ordinaria potestate, & ex vtraque simul iuncta
potuit de iure procedere ipsa vnio. & sic non videtur
necessaria concessio apostolica, nec eius confirmatio
ad faciendam vnionem prædictam, cùm sufficere vi-
deatur potestas ordinaria à iure semel concessa. ff. de
condi. instit. quæ sub conditione. §. si. de thesaur. l. 1.
lib. 10. non tamen prædictis super venientibus vitia-
tur, cùm abundans cautela non vitiet rem agendum.
de iure communi licèt facere, nihilominus impetra-
turã Papa. extra de procur. cap. quia in causis. & quia
si aliquis defectus fuisset in vnione prædicta defectus
ille videtur esse sublatus per confirmationem aposto
licam ex certa scientia subsecutam, quæ facit valere
id, quod patiebatur defectum. vt extra de accus. capi.
ad petitionem, sicut adoptio non iure facta per con-
firmationem principis roboratur. ff. de adopt. Ado-
ptio. 2. sic & donatio inualida per principem confir-
matur. C. de donat. inter vir. & vxor. l. donat. & pro-
priè confirmatio facit illud quod erat inualidum, va
lere. extra de transact. cap. 2. not. etiam 11. distin. quis
nesciat. sic & hæreditates, quæ. l. 12. tabularum confir
mantur, dicuntur obuenire ex ipsa. l. ff. de verb. sign.
l. leg. nam qui confirmat dat. in Authen. de defen. ci-
ui. §. interim. ff. de hære. instit. l. asse. omnia enim no-
stra merito facimus, quibus auctoritatem nostram
impertimur. C. de vete. iure enucl. l. 1. §. omnia enim.
& facit pro hoc extra de confir. vtil. vel inutil. venera-

bilis. sic & sententia, quæ aliàs non tenebat, confir-
matur per Papam. 3. quæst. 6. hoc quippè. quod autem
fuerit confirmatio ex certa scientia, apparet, quia cõ-
tinetur in ipsa, quod ex certa scientia extitit confir-
matã, non ergò locus est coniecturis. de verb. obliga.
quicquid: & l. continuus. §. cùm ita. & sic non licèt
dicere ipsam confirmationem ex certa scientia non
processisse. extra de præben. si motu proprio. libr. 6.
13 † Omnis enim solennitas per huiusmodi confirma-
a tionem suppletur. a extra de translat. capi. 1. de fide
instr. inter dilectos. §. cæterũ. adeò quòd æquiparan-
dum est priuilegium confirmationum ex certa scien
tia nõ expresso tenore priuilegij, quod confirmatur,
& illud, quod expresso tenore cõfirmatur. Nam vtra-
que confirmatio supplet solennitatis defectum, vt in
d. cap. venerabilis. & videtur notari per Host. eod. ti.
c. vlt. & per eundem. extra de offic. dele. c. pastoralis.
in 1. col. & eod. c. super verbo, donec. Quamobrem de
confirmatione huiusceemodi, & eius iuribus non est
amplius disputandum, cùm dicat ex certa scientia se
fecisse. Nam vlteriùs dubitare instar sacrilegij obtine
ret. C. de cri. sacri. disputari. 17. quæst. 4. §. qui autem.
Nam iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi,
qui semel iudicata, ac ratione dispositа reuoluere co-
14 natur. C. de sum. tri. l. nemo. † Talis namque confir-
b matio ex certa scientia b facta ab eo, est præcedentis
facti firma collatio, siue collata firmatio ius firmum
tribuens, & omnem defectum supplens. extra de cõ-
cess. præbend. proposuit. & capit. ex parte astentis. &
capit. sequent. de elect. illa. & not. plenè per Hostien.
in sum. de confirma. vti, vel inuti. §. quod sit. in ver.
hoc fallit, cuius quidem confirmationis effectus est,
vt vires attribuat rei confirmatæ, si aliquid incuria,
vel imperitia omissum fuerat, & non solenniter fa-
15 ctum, vt in dictis iuribus. & ff. de pact. l. vltim. † Et
inutile, vel infirmum, efficax, & vtile reddat, vt 7.
quæst. 1. cap. fin. extra de concess. præbend. constitu-
tus. & d. c. ex parte astentis. adeò quòd vbi prin cipis
confirmatio intercedat, robur accedit legitimum, &
imitatur naturam rei, super qua accedit, si inefficax
fuerat. C. de rei. vxo. ac. l. 1. circa princip. & transa-
ctionem personalem realem facit, quod est multum
notandum in casu isto. extra de transact. ca. veniens.
nisi aliud exprimatur, de præben. c. nisi essent. §. pen.
& fin. facit etiam. C. communia de lega. l. 1. quòd au-
tem talis natura sit dictæ confirmationis ex certa sci
entia, est communis opin. doct. quæ tangitur in iuri-
bus allegatis, & specialiter per dominos Inno. & Ho-
stien. de consti. c. cùm accessissent. super verbo, con-
firmatio. de transact. c. 1. in glos. vbi etiam not. illud,
quod antea non valebat, incipit valere post confirma-
tionem prædictam, sicut contingit, quod Papa con-
firmat ex certa scientia statuta laicorum super eccle-
siasticis facta, quod antea erant nulla ipso iure, &c.
extra de constit. cap. cum ecclesia. 86. distin. benè qui-
dem. de prædictis ibi etiam not. super d. c. veniens. &
de confir. vti, vel inuti. venerabilis. de fide instr. inter
dilectos. & de reli. dom. constitutus. & plenè no. Ho-
stien. de vigore dictæ confirmationis. in sum. titu. de
confirma. §. qui sit effectus. in versic. & not. in versic.
effectus autem. fundata igitur virtute, & efficacia vni
onis, & confirmationis huiusmodi, liquet ecclesiam
consolidatam esse proprietati mensæ episcopalis ec-
clesiæ Minaten. & per vnionem prædictam fuisse mu-
tatam eius statum, & naturam, adeò quòd licèt prius
esset rectoria, & ecclesiasticum beneficium per se sub
stistens. Per vnionem tamen prædictam desijt esse
talis, & facta fuit pars mensæ prædictæ, licèt vnionis
effectus considerato exitu, quo ad emolumenta ex-
inde prouenientia, collatus fuerit in tempus, quo

nullum potuit Rectori præiudicium generari, per verba illa in vnione apposita, sine præiudicio Rectoris, &c. quod fieri potuit: vt extra de donat. cap. consultationibus. de restit. spol. cap. cum venissent. & sic per consequens Ecclesia ipsa, vt rectoria vel ecclesiasticum beneficium per se subsistens vacare nequiuit nec permutari potuit, vel conferri iure communi. ad hoc de consti. cap. cum accessissent. de despon. impu.
16 c. ad dissoluendum. cum sim. † quod autem dicta Ecclesia mutata natura propria, secuta fuerit, tanquàm minor, naturam mensæ Ecclesiæ Minaten. tanquam maioris, & eidem subiecta sit, & affecta ita, quod assumens naturã eius definat esse, quod erat prius: quodque consuetudinem, & priuilegium, ac statum mensæ sequatur post vnionem prædictam, probatur, extra de statu mo. c. recolentes. §. vlt. quod enim alteri aggregatur, eiusdem debet imitari naturã: & ne sede vacante. cap. 1. 16. quæst. 1. & temporis qualitas. &c. seq. ad idem. ff. si quis caus. l. si eum. §. iniuriarum. de æden. quædam. §. nihil interest. 8. dist. quę contra. extra de vo. & vo. redẽ. magnæ. §. cum igitur. pars enim sic debet suo vniuerso congruere, ab eo non discrepare, nec ab eius natura discedere, vt ibidem. & 12. dist.
17 non debet. † Erat enim connexa dictæ mensę per vnionem prædictam, ergò quia eius naturæ. extra de cõsti. translato. sequens esset, tanquam magis dignum. extra de cele. mis. c. cum Marthæ. §. quęsiuisti. de consue. eccle. vel alta. quod in dubijs. de arb. c. per tuas. 13. q. 2. non æstimemus. ff. de rei vend. quæ religiosis. & optimè. ff. de vsuc. eum, qui ędes. de duobus reis. l. vltim. in fin. extra de offic. dele. prætereà. de censi. ecclesijs. de priuil. quia circa. de offi. archi. c. vltim. de app. c. vna. 8. distinct. quo iure. 1. quæstio. 3. si quis obiecerit. 1. quæst. 1. sicut Christus. 22. quæstio. 2. si quis præuentus. 12. quæstio. 2. cognouimus. & sic dicta ecclesia non vacauit, nec potuit vacare, nec vacauit mensa, & ecclesia Minatensis quarum est pars vna, vtpotè interueniente vnione, coniunctura, & confusione de minori re ad maiorem facta: sicut videmus de brachio per rerum notionem & confusionem statuę iuncto, & vnito, quod intantum adhæret naturæ ipsius statuæ, quod etiam separatum non redit ad priorem dominum. ff. de rei vendic. l. in rem action. §. item quæcunque. per translationem enim factam interueniente vnione prædicta, applicata fuit, sicut videmus, quod vbi dominium rei, quæ de sui natura erat venalis, & obligabilis, transfertur in minorem, cuius res singulariter vendi, seu obligari non potest, eoipso in puncto incipit venditione obligari non posse, quare statim naturam mutat. ff. de rebus eorum. l. prima. §. si minor. Nam priuatio conditionis vnius rei alterius conditionis operatur ingres-
18 sum. 22. quæstio. prima. cum renunciatur. ¶ † Nec dubitandum est, quin natura dictæ Ecclesiæ mutata fuerit per vnionem, & confirmationem, quæ ritè (vt prælegatum est) processerunt authoritate apostolica, quæ tanquam princeps, rerum mutat naturam, vt institu. de actio. §. fuerat. in dict. l. 1. de rei vxor. action. cum sit domina omnium spiritualium. 22. distinct. omnes. 19. distinct. in memoria. 21. distin. in nouo. 22. distinct. §. 1. 24. quæstio. 1. loquitur. cum simi. & de nihilo aliquid facit. 16. quæst. 1. §. fin. extrà de his quæ fiunt à prælat. sine consen. ca. c. cum apostolica. illud autem constat plus esse, quod de nihilo aliquid fiat, quam de aliquo aliud. de conse. distin. 2. reuera. quinimò si dici posset dictam Ecclesiam per
21 resignationem vacauisse, sequeretur, quod eoipso extunc commoditas, & perceptio fructuum, quæ in vita Rectoris penes ipsum residebant, mensam sequerentur, adeò quòd fructus existente rectore erat formalis ipso cedente, vel decedente est factus cansalis, ff. de vsufr. l. 3. §. ne tamen. loquor de titulo, siue proprietate Ecclesiæ, prout accipitur pro dominio: quia dubitatum est, quod illud non vacauit, nec vacare potuit per factum rectoris: imò rectorem habuit Episcopum, cuius mensæ iam ad proprietatem accreuerat, quæ proprietas antè, & post ab vnione citra, fuit continuata, sicut moriente, vel aliter definente aliquo vsufructuario respectu proprietarij dicunt iura. & ideò non rector, qualis prius, sed visitator tantum debuit reputari. extra de præbend. cap. extirpandæ. & c. exposuisti. cum ibi notatis. Nec secundum primum statum suum, sed secundũ naturam, & statum mensę, cui accreuerat, censeri debet. extra de statu monachi. capit. recolentes. ne sede vacant. capit. 1. cum ibi not. & Archidiac. extra de præbend. c. super eo. lib. 6. & habetur expresse. ff. de publici. in rem actio. si ego. §. Idem ait. versi. quod tamen. & de pact. dota. inter socerum. §. cum inter. † Nam per vnionem, & confirmationem huiusmodi statim fuit ius acquisitum
19 mensæ in dicta Ecclesia sic vnita, & in re sine præiudicio tamen commoditatis fructuum, quandiu rector eam teneret, quę vnio, & confirmatio transtulerunt Ecclesiam vnitam in ius. & vniuersitatem mensæ prædictæ ipso facto: sicut ius crediti ipso facto confunditur per aditionem hæreditatis factam à creditore, licèt possessionis traditio, seu adeptio non interuenisset. ad hoc extra de resti. spo. cap. cum venissent. C. de sacrosanct. eccles. l. fin. arg. ff. de separationi. l. 1. §. confusus. quod autem dicta Ecclesia affecta esset mensę adeò per vnionem prædictam, quod nulla alienatio fieri posset inuito Episcopo, quamuis vigente dicto rectore ipsa vendicare non posset, probatur notabiliter. ff. de separa. l. creditoribus. 1. respon. & de condi. causa data causa non secu. l. quod seruus. §. donec. & apparet in re suppositа restitutioni facien
dę in diem q̃ licèt ante diẽ per fideicõmissum peti nõ possit, alienari tamen interim nõ potest: vt C. cõia de leg. l. vlti. §. sed quia vestra maiestas. & notetur text. qui ibi ponitur, sed sciat hoc, quod alienum est, &c. & ratio, quæ ibi ponitur, quia satis absurdum, & irrationabile, &c. quæ benè faciunt ad quæstionem
20 istam. ad hoc. ff. de optio. leg. l. cum ita. §. quęsitum. † His breuiter sic decursis resultat solutio quæstionis, vtrum ille, qui ex dicta permutatione assecutus fuit dictam Ecclesiam, quam dicit esse prioratum, nulla facta mentione de concessione, vnione, confirmatione apostolica: & possessione per ipsum Episcopum apprehensa: ius habeat in eadem? & est discendum, quod non. Primò quia dicta ecclesia in curia non vacauerit per resignationem dicti rectoris constat: quia (vt suprà plenè probatum est) erat mensæ vsui antea deputata. ad hoc, quod legitur, & not. extra de rescrip. c. si propter. lib. 6. Nec intentionis domini Papæ fuit ius perimere vnionis. ergò ipsa vnio inconcussa, sicut prius, permanebit. ad hoc, quod legitur, & not. de verborum significat. capit. dilecto filio. 35. distinct. c. 1. in fin. & ff. ne quid in loc. publi. fiat. l. 2. §. meritò. † Domi. enim Papa nunquam intendit dare literas præiudiciales alteri, nisi expresse agatur: ad hoc, quod not. per Archid. de rescript. ca. cum aliquibus. & c. quamuis. de præb. ca. si postquam. sic per verbo nequiuit, lib. 6. facit etiam extra de consti. c. cum

6. cum accessissent. & de despons. impu. c. ad dissol-
uendum. quamuis. 11. dictus rector, quamdiu ipse
vellet tenere ecclesiam, non debuerit eijci. extrà de
dona. c. consultationibus. tamen affecta fuit per di-
ctionem vnionem mensæ episcopali sic, quod nulla va-
catio ex tunc potuit dici, nec locum habet in eadem,
vt ibi. & cap. cum venissent. de restitutio. spoliato.
22 † Dominus enim Papa per concessionem, & confir-
mationem affecit dictam ecclesiam mensæ, adeo
quod eam dedisse videtur. extrà de donatio. cap.
vltim. argumen. ff. de contrahend. empt. & vendit.
l. qui tabernas. C. de iudi. l. apertissimi. ff. de test. tu.
leg. 3. & de leg. 2. vnum ex familia. §. si de falcidia. Vn-
de cum indefinite ipsam dedit concedendo, quod
vnam ecclesiam vnire valeat mensæ, perindè est, ac
si etiam ipsam dedisset: vt ff. de leg. 3. si chorus. quia
indefinita æquipollet vniuersali. ff. de vsufruct. leg.
vxori meæ. Hinc est, quod re in genere legata i-
psius rei electio videtur esse legata qua electione se-
cuta statim eligens efficitur dominus rei electæ: vt
hic fuit. ff. qui & à qui. manu. libe. non fiant. l. optio.
23 & de leg. 1. si seruus. §. cum hoc. & de op. leg. l. 2. &
l. mancipiorum. † Vnde patet, quod tale benefi-
cium affectum mensæ, cuius rector: id est episcopus
viuebat, permutari non potuit: alias etiam parum
operarentur priuilegia concessionis, & confirma-
tionis apostolicæ, si nulla de eis habita mentione v-
nitum beneficium permutari posset cum alio, vel
in alium transferri inuito episcopo vero rectore præ-
dicto. argumen. ff. de leg. 1. si quando. extrà de priui-
leg. quia intentionis. profecto non defendendus vi-
detur dictus ambiens permutare volens, qui vnien-
tis rectoris ecclesiam assequi voluit. 6. quæstio. 1. non
fuit. sicut enim non debemus esse solliciti de hæredi-
tate viuentis. ff. de vulg. & pup. substit. leg. 2. §. inter-
dum. sic nec pati debemus nos in locum rectorum
viuentium adhiberi. extrà de concess. præben. cap. 1.
& 2. in princip. & ca. post electionem. & facit extrà
de concess. præben. cap. beneficia. libr. 6. & C. de pac.
leg. vltim. & si dicatur, quod saltem tenuit resigna-
tio, & vacatio vsusfructus, qui residebat penes re-
ctorem, quasi pro hoc, quod iste permutans viue-
retur, & ille rector vti videretur, maximè habito pre-
sorio, vel alio beneficio æquiualente, non obst. quod
vsusfructus sic formalis resideat penes eum à tem-
pore vnionis prædictæ: quia in alium ius quoquo
modo transferri nequiuit, vendendo, cedendo, nec
etiam permutando, quamuis commoditas, & per-
ceptio fructuum vendi, & alienari possit viuente v-
sufructuario, & iure vsusfructus penes eum ma-
nente: prout clarè legitur, & nota. ff. de pericul. &
commod. rei vendit. leg. necessario. §. vltim. & sic in-
telligitur. ff. de vsufruct. arboribus. §. vsufructua-
24 rius. & leg. non vtitur. & leg. si licet. cum si. † Cum
enim dictus rector ante vnionem vsumfructum so-
lum formalem, non causalem habuerit: vt patet per
ea quæ leguntur extrà de pecu. cle. cap. vltim. ff. de
vsufruct. leg. 3. §. ne tamen. super verbo, reuerti. mul-
to fortius fuit restrictus post vnionem, & confirma-
tionem, quod si vsufructuarius ius vsufructus ven-
dat, vel alienet, non in sic volentem acquirere trans-
fertur, sed proprietati consolidatur eo ipso: vt ex-
presse legitur. ff. de iure dot. si vsusfructus. & ff. sol.
matr. leg. vsufructu. legitur, & not. instit. de vsufruct.
§. item finitur. in versic. nam ex contrario. quapro-
pter liquet prædictos permutare volentes nihil egis-
se, quantum ad vsumfructum ecclesiæ memoratæ:
quia (vt prætactum est) eam nequiuerunt vacantem
facere: nec etiam perceptionem, seu commoditatem
fructuum, quoniam hoc non agebant. C. de dona-
tio. ante nup. pollicitationem. extra de offic. dele-
ga. cap. cum super abbatia. & profecto vacans eccle-
sia non dicitur, quæ ad alium pertinet. sic ista erat af-
fecta mensæ episcopali. sicut dicimus non esse va-
cuam possessionem, quæ ab alio possidetur corpo-
re, vel animo: vel etiam detinetur. C. de acqui. pos. si
in vacuam. arg. ff. de verb. obli. stipulatio ista. §. 1. &
25 plenè not. C. vnde vi. cùm quærebatur. ¶ † Præte-
reà illud ius, quod penes rectorem residebat, sic fuit
affectum saltem spe proprietatis mensæ, quod etiam
existente rectore domina credebatur: sicut dicimus
in hæreditate paterna. ff. de lib. & posthu. in suis. in-
stitu. de hæred. quæ ab inte. de. §. finautem. in fi. adeò
quod desinente rectore, in momento illud ius, tan-
quam momentaneum, ostenditur ad mensam perti-
nere: quemadmodum dicimus de vsufructu rei ser-
uo, vel filiosa. legato sub conditione, vt in libertatis
statum perducantur. C. de vsufru. l. vlt. nec per mo-
mentum vacauit. ff. de acq. hær. placet. quinimò vbi
desijt rector esse: & ita vsusfructus ei competere: sta-
tim tenuit cum mensa absq; aliquo interuallo. arg.
optimum. ff. de excu. tuto. si is, qui tres. in prin. sicut
etiam dicitur de hærede necessario, inter cuius adi-
tionem, & testatoris mortem nullum est medium.
ff. de leg. 1. si post mortem. in 3. responsio. & l. quæsi-
tum. §. 1. in versi. necessariò autem, in tantum quod
rector, & conuentio de permutando, vel alias non
potuit officere mensæ prædictæ. C. communia de le-
ga. authen. res, quæ in lib. feudorum. de inuestitura
de re aliena facta. §. quid ergò. ff. de aqua plu. arcen.
in concedendo. & l. sequen. cum ibi not. argu. extrà
de præben. nisi essent. in fi. & de transac. decætero. in
26 fi. † Cùm igitur nulla vacatio fuerit, per conse-
quens nulla collatio, sicut nec rumpitur gradus, qui
nullus est. ff. de iniust. rup. & irri. testa. l. nam & si. in
fi. 1. responsi. argum. 1. quæstion. 7. dai bertum. pro
tanto cautum est, quod vbicunq; alicui scribitur per
sedem apostolicam, vt ab aliquo beneficij, quod ob-
tinet, resignatione recepta ipsum alteri conferat,
illud adimplere non potest, si beneficia huiusmo-
di per resignationem non vacent, sicut nec dicta ec-
clesia vacauit in curia, vt dictum est supra. extrà de
rescript. capit. susceptum. libr. 6. & facit de præben.
cap. quamuis. & cap. cum in illis. fuit quoq; subre-
ptitium rescriptum super dicta resignatione, ex qua
permutatio sequebatur, obtentum: & hoc duplici-
ter, videlicet per suppressionem veritatis, & expres-
sionem falsitatis. Tacuit enim impetrans dictam
ecclesiam mensæ episcopali vnitam, & vnionem fuis-
se à sede apostolica confirmatam, dictumq; episco-
pum virtute præmissorum possessionem dictæ ec-
clesiæ fuisse assecutum: quorum taciturnitas obre-
ptionem inducit. extrà de concess. præben. cap. cum
nostris de senten. & re iud. cum inter monasterium.
27 † Nam talis subreptio nullum reddit rescriptum:
quia in rescriptis huiusmodi super beneficijs obten-
tis subreptio ea vitiat. extrà de rescrip. cap. super li-
teris. cum materia sua. nec cuiquam venit in dubi-
um: quod si dominus Papa sciuisset prædicta, resi-
gnationem huiusmodi nequaquam admisisset: quia
iniquum fuisset, quod non debet esse, beneficium
principis. ff. de vulgar. & pupil. substit. l. ex facto.
circa princip. nec est verisimile Papam sub tali ge-
nerali permutatione concessisse: quod specialiter
non fuisset verisimiliter concessurus. extrà de re-
gulis iur. in generali. ff. de pecul. qui peculij. fa-
cit ad prædicta extrà de rescript. cap. cæterum. &
cap. ex tenore. cùm ibi nota. per Bertran. & Ho-
stiens. præsertim vbi per talem suppressionem be-
neficiale rescriptum obtinetur. extrà de rescrip cap.

capitulum sanctæ crucis, & c. Abbatem. c. 1. quinimò de toto processu habito virtute primi rescripti oportet vt fiat mentio in secundo rescrip. aliter non valeret, sicut est in proposito. nam in dicto rescripto resignatorio nulla fit mentio de priuilegio gratioso: & secundo confirmatorio, virtute quorum dicta processit vnio: quare non valet dictum vltimum resignatorium, extrà de rescrip. cum ordinem. de fil. presbyt. ex tua. dato quod rescriptum esset alias iuri consentaneum. C. si contra ius, vel vti. publi. & si legibus. C. de sacrosanct. eccles. priuilegia. sicut nec valent somnia per obreptionem obtenta. ff. de fideicommis. lib. cum verò. §. hoc signatus. & quicquid virtute literarum beneficialium per subreptionem obtentarum fit, caret effectu. extrà de offic. vic. c. tua. de rescri. c. ad audientiam. & de sen. excom. cum pro causa. & facit ad hoc. 35. q. 9. c. veniam. ff. de iudi. l. si prætor. §. marcellus. & de reb. eorum, qui sub tuto. vel cura. sunt. l. magis. §. manet actio, ad carbo. l. 3. §.
28 puberi. † quid autem dictum rescriptum resignatorium, & quodcunque aliud super beneficialibus obtentum per subreptionem homini, nullum sit ipso iure: nec valeat processus ex eo habitus, vel subsecutus, probatur per plura iura. extra de rescrip. c. ad aures. ibi: dum dicitur literas, in quibus actor nomen suæ supprimit dignitatis, vires nolumus obtinere, &c. & c. tit. constitutus. circa fi. ibi quicquid factum est occasione literarum ipsarum, irritum decernatis. eo. ti. ca. ad audientiam. 2. in fi. & c. dilectus filius Abbas. in fi. & concordant extrà de priuileg. c. cum olim. 2. nos igitur. quæ decre. multum videtur facere ad casum, de quo quæritur in præsenti, per ea, quæ etiam no. Innoc. & eius sequaces, quod aliqua litera præiudicialis non debet transire in curia Romana sine audientia: & quod literæ dicuntur subreptitiæ, quæ sunt sine conscientia aduersarij præsentis in curia impetratæ. ad idem de fil. presbyt. cap. si is, cui. de offic. lega. de præben. non potest. circa princip. & c. si motu proprio. lib. 6. cum dicitur, veluti subreptitium vires nolumus obtinere. † sanè quod pro-
29 cessus per tales literas subreptitias habitus nullus sit ipso iure, probatur per ea, quæ leguntur, & not. in d. c. ad audientiam. & alijs capitulis per Innoc. & Hostien. & Compo. super. d. cap. super literis. & hoc maximè secundum Compo. quando per literas subreptitias processum est iuris ordine non seruato, sicut fuit in casu nostro: & sicut faciunt communiter executores dati ad prouidendum: nam cum per huiusmodi literas datur titulus, & literæ loco tituli habeantur, sine quo titulo in beneficijs ius haberi non potest. extrà de institut. ex frequentibus. arg. ff. de decu. hærēnius. apparet per consequens titulum esse subreptitium, & iniustum ex litera subreptitia subsecutum: & sic impetrantem in beneficio nullum ius hærede. arg. ff. de re. eo. qui sub tut. vel cu. sunt. l. 1. §. 1. & l. magis. §. vlt. & de in ius vo. l. adoptiuum. §. patronum. & ex qui. cau. in pos. ea. l. ful-
30 cinius. §. si quis bona possederit. † sic videmus, quod deficiente titulo censuali professio domino præiudicare non solet. C. de don. censualis. & l. si functiones. nec aliena in censum deducta ideò magis deficiente titulo acquiruntur. ff. de acqui. re. do. l. quisque. nec rescriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem inducit, licet extrà ordinem per Præsidem, qui alias erat ordinarius, executioni mandetur. ff. de relig. & sump. fune. si quis sepulcrum. atque profectò non videtur fuisse mandatoris intentio, vt vnio, quæ tam solenniter eius autoritate excitatur per rescriptum, secundum episcopi præiudicium subuertatur: vt extrà de rescrip. mandatum ad fi. de præben. c. inter cætera. de concess. præbend. proposuit. de iure patron. cum dilectus. vbi de hoc. & de elect. quia propter. per Innoc. Plus etiam circunspecta confirmatione non refert, vtrum dicta vnio facta fuerit autoritate domini Clementis, qui secundum rescriptum resignatorium concessit, an domini Nicolai prædecessoris sui concedentis primum rescriptum, virtute cuius vnio fuit facta. extrà de rescrip. c. literis apostolicis. ff. de iudi. l. mortuo. Absurdum est namque, si promissis cuis actibus rerum turbentur officia, & alij credi-
tum, vel concessum alius subtrahat. C. de testamen. consulta diualia. circa princip. nec cuique suum ius detrahi debet. institut. de his, qui sui, vel alien. iuris
31 sunt. §. dominorum. † Hinc est, quòd per rales subreptitias literas non datur iurisdictio: sed quicquid per eas agitur, in irritum reuocatur: vt d. c. tua nobis. cuius ratio est: quia procedens virtute earum non est iudex competens. 11. quæstion. 1. cap. vlt. C. si à non compe. iudi. l. vltim. adeo quod recitari potest altera parte absente: vt dicta decre. cum olim. & notoriter in d. ca. ad audientiam. & cap. super literis. nec mirum, cum gesta ab eo, qui legitimam non assumpserat potestatem, irritentur. C. de numera. & actu. l. actuarios. libr. 12. extrà de elect. qualiter post obitum. de hæred. cap. fraternitatis. 12. q. 2. alienationes. Sicut impedimentum, quod obeit ordinanti, præiudicat ordinatis. 81. di. tantis Daniel. præsertim in hoc casu, de quo agitur, vbi dicti permutare volentes malam habebant fidem, sentientes (vt in facto proponitur) dictam vnionem prænecessisse. arg. ad hoc. 1, q. 1. si qui à simoniacis. 1. q. 7. dabertum. Cum igitur nulla potestas virtute dicti rescripti fuerit attributa, constat, quod quicquid ex eo, vel ob id secutum fuit post, nullius est momenti. C. de legi. non dubium. & d. ca. qualiter est obiectum.
32 in fi. † Prætereà estò quod literæ super dicta permutatione obtentæ non censerentur merè gratiosæ, adhuc haberent locum prædicta, sunt enim nullæ ipso iure: & processus habitus per easdem, cùm subreptio contingat iurisdictionem, quæ est fundamentum iudicij: sicut no. Arch. in prælleg. c. si is, cui. extrà de fi. presbyt. circa medium glos. quod autem in hoc casu, vbi est subreptio in iurisdictione, sunt literæ nullæ ipso iure: & processus habitus per easdem. probat idem Arch. per dictam decre. tua. de offic. vica. & per decre. graue. de offic. or. & per decre. cum olim. de offic. delega. cum earum sim. Vbi enim deest iurisdictio, & ipsius iurisdictionis deest prosecutio: vt in dicta decre. tua. vbi de hoc. & ff. de iurisdictio. om. iud. l. vltim. & C. qui pro sua iurisdictione. l. 1. 35. quæstion. 1. veniam. & c. sententia. ¶ Expresit insuper impetrans falsum, videlicet dictam ecclesiam, quæ simplex curata dicte mensæ episcopali vnita fuerat asserens prioratum. Vnde sicut veri suppressio, sic falsitatis suggestio rescriptum vi-
33 tiat: vt in præallega. iuribus. ¶ † Mutatio enim nominis vitiat rescriptum, adeo quod nulla fides est ei adhibenda. extrà de rescript. significante. cum glos. & c. sequen. de fal. quam graue. ff. de lega. 1. l. 4. §. quod si quis. præsertim cum fit fraudulosè sicut fuit hic, argumento sumpto à contrario. C. de mutatio-
34 ne nominis. l. 1. † Certum est enim quod aliud prioratus: aliud simplex beneficium: prioratus namque dignitas est. extrà de præben. nisi essent. de statu monachi. circa finem. quod de beneficio simplici non memini me legisse. & facit pro hoc extrà de rescript. statutum. libr. 6. quæ vero sit differentia inter ista. innuitur extrà de præben. cum de beneficio. libr. 6. præterea rescripta stricti iuris sunt, & ea solum intelli gun-

c telliguntur in eis de quibus loquuntur. c ¶ † Vnde
35 cum de dicta ecclesia dictum rescriptum non faciat
mentionem, vt de ecclesia sed vt de prioratu non ex-
tendamus illud ad ipsam ecclesiam. argu. ff. de ver-
bor. ob. l. quicquid. de re. iur. l. neratius. & l. priuile-
gia. & de legibus quod non est ratione. & ad muni-
cipales. leg. 1. extrà de offic. delega. cum olim. de re-
scrip. significauit. ad instar compromissi in quo non
veniunt, nisi ea, quibus actum est, vt l. veniens. ff. de
arbitrar. l. non distinguemus. §. arbiter. licet enim
error proprij nominis non semper vitiet rem agen-
dam. Error tamen appellatiui nominis, quale est
prioratus, & ecclesia, vitiat ipsum rescriptum. ff. de
leg. 1. si quis in fundi. & de leg. 3. l. patronus. §. liber-
tus. & de verbo. oblig. si in nomine. & de rebus dub.
l. penultim. & de aur. & argen. leg. l. pediculus. §.
argent. & sic separatorum separata est ratio. ff. de
calumn. l. vltim. Cum igitur impetrans asseruerit
prioratum, quod non erat, sed beneficium simplex,
debet carere penitus impetratis. ¶ Talia enim po-
tuerunt mouere Papam ad concedendam reserua-
tionem & prouisionem prioratus: quæ non mouis-
sent eum, si parochialis ecclesia dictæ mensæ vnita
fuisset expressa. argum. extrà de præben. cui de non
36 sacerdotali, libr. 6. † Videmus etiam, quod decre-
tum per falsi suggestionem obtentum irritatur. C.
de peti. hæredi. si puras. Et quandocunq; apparet ve-
ritas in contrarium, non statur decreto, sed veritati:
vt ff. de leg. præstantis, contratabula. bo. poss. per l.
filium §. si quis contra tabulas. Vlterius posito quod
dictæ literæ non censerentur beneficiales, nec gra-
tiosæ, sicut sunt, adhuc nullum ius assequi potuit
Imperator cum non fuerint motu proprio concee-
dentis, sed ad instantiam permutare volentis con-
cessæ. Nam dicta veritatis suppressio, & falsitatis ex-
pressio aut processerunt per fraudem vel malitiam,
sicut creditur, & dicitur factum esse: quia qui rector
erat tempore vnionis, & confirmationis prædictæ
illud sciebat (vt in instrumento proponitur) & al-
37 teri debuit indicasse. ¶ † Constatq; ipsos propter
ipsorum peruersitatis pœnam nullum debere asse-
qui commodum ex literis sic obtentis: vt in dict. ca-
pitulo. super literis. §. nos igitur. facit eod. titu. cùm
ex eod. & capit. cum dilecta. & capi. ex tenore. de do-
lo & contuma. ex literis. ff. de contrahend. empt. &
vendit. l. quod sæpe. §. vltim. de ædil. edi. quod si no-
lit. §. qui mancipia. & est expressum de suggestione
falsitatis. de rescrip. ex insinuatione. & capit. propo-
nente. & de constitut. cum accessissent. ff. de na. re-
stitut. leg. 1. C. si minor se maior dixerit, l. si is, qui.
Si autem per simplicitatem, vel ignorantiam huius
veritatis subreptio, & falsitatis suggestio processe-
runt, adhuc non tenerent, cum talis veritas subre-
pta, & talis falsitas expressa fuerit, quibus tacitis, vel
expressis (vt suprà dictum est) nullatenus literas
subsistent: vt in dicto capitul. super literis. §. si vero.
38 ¶ † Nec melioris conditionis esse debet stultus, vel
fatuus, quam peritus. ff. quod vi, aut clam. seruus. ex-
trà de præben. cum qui. libr. 6. Vnde cum de hoc ex-
ceptum fuerit, & per hoc appellatum, non prosunt
literæ per talem modum obtentæ. extrà de rescript.
ad aures. & capitul. postulasti. & capitul. cæterum. de
transac. ex literis. de fide instrument. inter dilectos,
de rei iudica. inter monasterium. de cohabi. cleric. &
mulier. super eod. de filijs presbyt. ad præsentiam.
& capit. ex tua. & capit. veniens. de concess. præben.
cum nostris. & facit ad prædicta, quod nota. per Ho-
stien. in summ. de rescrip. §. quæ possunt obijci. ver.
sed quomodo intelligemus veritatem tacitam, &c.
vbi inter alios casus ponit hunc, de quo quæritur, vi-
delicet, si de priuilegijs concessis mentio non habea-
tur in secundo: vt extrà de rescrip. veniens. & de pri-
uileg. ea parte 2. Et ideò, cum episcopus haberet pri-
uilegium in iuris corpore clausum, non fuit in-
tentionis domini nostri Papæ per subsequentem or-
dinationem priori ordinationi per eundem, vel eius
prædecessorem factæ, nisi de hoc expressam faciat
39 mentionem derogare. ¶ † Cum itaq; auctoritate
domini Papæ, & eius prædecessoris dicta vnio fuisset
ordinata, ei non intelligitur derogasse: cum de ea
nullam fecerit mentionem. extrà de rescrip. manda-
tum, & c. literis. & capit. abbatem. & expresse de re
iudic. cum olim. Plane rescripta interpretanda sunt
secundum intentionem concedentis. extrà de offic.
ordinat. licet. de deci. ex multiplici. Sed iure testan-
non est intentionis Papæ per rescriptum suum, vbi
non exprimitur, alicui graue, & enorme inferre præ-
iudicium. C. de precib. impe. offe. l. quoties. præser-
tim ordinarijs: vt extrà de officio ordinat. graue. de
maiori. & obedient. cum inferior. de deci. ex multi-
plici. & capitul. tua. vbi de hoc per Innocent. & alios.
de religio. domi. cap. 2. de eccles. ædific. cap. 2. de re-
script. quamuis libro 6. 20. quæstio. 2. rescripta. ¶ Er-
go infertur, quod dicto episcopo nullum est per hoc
præiudicium generatum, nec illatum quod tamen
inferretur, si dicta rite facta vnio per rescriptum hu-
ius retractaretur, & dicta ecclesia de vna persona ad
aliam transferretur: quia sic eius proprietas inuti-
lis redderetur: quid esse non debet. argum. ff. de vsu-
fruct. vsufructus. Sequeretur enim aliud inconue-
niens: quia apostolica concessio, & subsecuta confir-
matio vnionis, illusoriæ redderentur, quod est vi-
tandum. ff. de iudicand. cum prætor. §. marcellus. ne
40 quid in loco public. l. vltim. † Prætereà in dicto re-
scripto resignatorio, nulla fuit facta mentio de pos-
sessione dictæ ecclesiæ per Episcopum apprehensa:
quamuis esset facti: & sic non valet propter obre-
ptionem, vt extrà de concess. præben. cum nostris. &
capit. literas. ff. de fideicomm. libe. cum vero. §. sub-
uentum. & de rebus eorum, qui sub tu. vel cur. sunt
l. magis. §. manet actio. extrà de precat. capit. cum in
nostra. Quinimò ignorante illam facti possessio-
nem, de qua non fit mentio per impetrantem rescri-
ptum, non tenet talis prouisio: vt dicto capit. literas.
cum ibi not. per Innocent. & Hostiens. & videtur ex-
pressum extrà de priuileg. cap. dudum. argum. ff. de
nata. restit. leg. 1. Cum igitur episcopus possessio-
nem haberet, vt præsupponitur in facto, de qua nul-
la fuit habita mentio in rescripto resignatorio, viri-
41 bus non subsistit per iura prædicta. ¶ † Nec est in-
conueniens quod episcopus, & rector possiderent
ecclesiam, de qua agitur. ¶ Duo enim possunt iure
licito eandem rem diuersis respectibus possidere ff.
de vi & vi armata. leg. 2. §. deijcitur. & vti possidetis. si
duo. de præcario. l. & habet eum. ¶ Etenim duo na-
turaliter, & insolidum, diuersis tamen respectibus
possidere possunt ff. vti poss. l. vltim. Vnde liquet
nullum ius habere in dicta ecclesia per permutatio-
nem prædictam. Et facit ad hoc, quod nota. Ioann.
Moderna. extrà de si. presbyt. capitul. 2. libro sexto.
Fraus insuper, quæ interuenit ex parte permutare
volentium prædictam assequi volentes excludit:
quia non debet ex eius fraude, vel dolo præmium
reportare. ff. de negoti. gest. sine hæreditaria. nec
fraus & dolus debent patrocinari eidem. extrà de
rescript. ex tenore. & capitul. sede apostolica. & C.
si contra ius, vel vti. public. & si legibus. 25. quæ-
stion. 2. & si legibus. volebant enim fraudare men-
sam, cui sciebant ecclesiam fuisse vnitam: & hoc
sciebant: tam rector, quam dominus assequi volens,

quam

quam dominus assequi volens, quem rector certificauerat. Nec videtur cœlatum. ff. de act. emp. & ven. leg. 1. in fine. ¶ Fuit autem permutatio homini fraudulenta, quia fraus interuenit super re, in qua nihil supererat agendum. Nam perfecta erat vnio, licet fuisset eius dilatus effectus, quamdiu idem rector ipsam teneret: vnde quomodo desierit ipsam tenere: permutare volens vel aliàs statim tenuit eam effe-
d ctualiter primum vnionis decretum. *d* ff. de excu. tuto. l. is, qui tres. sicut etiam in legato relicto seruo extranei post mortem domini: quia si domino hæres existat, iussus est liber à domino quid legatum quæ-
42 rit hæreditati. † Sin autem domino suo seruus hæres existat: tunc quia in vnum concurrit concessio dicti legati, & libertatis, seruus tantum quærit sibi, & non alij, sicut hoc eodem momento rector definit esse, vt in puncto absq; temporis deletu purificatur: imò verius purificatum declaratur ius competens mensæ: vt probatur. ff. de lega. 1. si post mortem. & de acquir. re. domi. l. adeò. §. cum quid. Quinimò retro purificatum fingitur: vt ff. qui potio. in pigno. ha. l. potior. in 2. respons. & de pericul. & commod. rei vendit. l. quod si pendente. Eodemq; tempore concurrunt actus rectoris, & ius mensæ. argum. expressum. ff. de noua. si stichus. §. si quis ita. in fi. Adeò quod vocatio locum non habuit, etiam per momentum: vt supra plenè tractatum est. & C. de bo. lib. l.
43 fi. in fi. §. vltim. † Nec post dictam vnionem status ecclesiæ transferri in alium, vel mutari potuit: quia semper in eodem statu vnionis permansit. Cum enim ad vsum mensæ vnita fuisset, quamdiu sperabatur, vt rector esse desineret, nulla status eius mutatio esse potuit: vt expressè probatur. ff. de condi. cau. da. l. quid seruus. §. donec. præterea si talis permutatio teneret, posset fraudari mensa in infinitum, si permutando de vno in alium per plures manus ambularet. ff. de minor. sed vbi. quod esse non debet. C. de sacr. sanct. eccles. vt inter diuinum. Alias enim iam frustrà ipsa vnio, & eius confirmatio facta esse videretur: quod esse non debet, cum verba eius non debeant ludibrio fieri, neq; debito frustrari effectu: vt. C. communia. de leg. l. 2. in fi. & per Archidiacon. extrà de elect. commissa. §. porrò. libr. 6. †
44 Non enim caruit dolo rector, qui dicta ecclesia per resignationem huiusmodi voluit mensam fraudare. ff. si quis omiss. causa testam. Iulianus. versic. sed si varia. eo enim ipso, quod sciebat mensæ dictam ecclesiam fore vnitam, & ipsam alienare volebat, intelligendus est fraudandæ mensæ consilium habuisse. ff. quæ in fraud. credit. omnes. §. Lucius. Ex qualitate quidem facti præsumitur fraus. ff. de prob. qui testamentum. in fin. maximè quia idem rector dictam vnionem sciuerat præcessisse, cui assensisse videtur tacitè: & si non consensisset expressè. argum. eorum quæ leg. & nota. ff. de aqua plu. argum. l. labeo ait. & C. de transact. cum donationis. in fi.
45 † Permutationes enim beneficiorum huiusmodi purè debent fieri absq; dolo, & fraude: quibus interuenientibus, vt hic fuit, quia sciebant vnionem permutantes, manifestum est indicium fraudis, & doli contra ipsos. propter quę concluditur manifestè, quod permutans nullum habeat ius in ecclesia supra dicta: vt extrà de rerum permutat. quæsitum. & eo. titu. cap. 1. lib. 6. & hæc est allegatio. Oldrad.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Suppletur. *Hæc doctrina, quòd confirmatio superioris suppleat defectum solennitatis, intelligitur, quando solennitas erat à iure ciuili inducta: & dum infra paulo post dicitur etiam, quod supplet omnem alium defectum intelligitur semper de defectibus iuris ciuilis: Nam iuris naturalis defectus confirmatio principis supplet minimè potest. Marsil. sing. 79. quàm plurima accumulans. Quin etiam (vt ibi dicitur) confirmatio principis non tollit vitium non purgabile in re confirmabili existens: puta defectum citationis. Addatur in hac materia Decis. Rota. 230. in nouis. Reg. Diaz. 127. Alexand. in l. si filius. in fin. de lib. & posth. & quæ ibi in addi. Marsil. idem in sing. 163.*

b ¶ Ex certa scientia. *Et de virtute clausulæ. Ex certa scientia vide quoq; Bar. in consil. 196. Ciuitate Camerini. colum. 2. versicul. sed confirmatio. Decis. in consil. 269. colum. 2. versicul. sed confirmatio. Decis. in consil. 269. colum. 3. num. 5. num. 11. volum. 2. & in consil. 271. colum. 3. num. 8. eo. volum. Iaso. in consil. 144. colum. 3. versicul. Predicta tantò fortius. vol. 2. Decis. Idem in consil. 544. in fi. vol. 4. Et in l. in totum omnia. de reg. iud. Vide., quæ inferius notantur in consil. penult. in fi. 1. col.*

c ¶ De quibus loquitur. *Ias. in l. si in nomine. in 4. limit. C. de testa. & quæ ibi Doct. in apostillis not.*

d ¶ Decretum. *Restitue, sic & dic quam primum desijt ipsam tenere, vel aliàs permutare volens, statim effectualiter tenuit vnionis decretum.*

De probationibus & priuileg.

SVMMARIVM.

1 *Papæ assertio in priuilegijs an super facto proprio, & per quo fundatur intentio sua, probet plenè? & de clit. de proba. & num. seq.*

CONSILIVM CCLVIII.



NNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, &c. Venerabilibus fratribus. O. Terrachoñ. archiepiscopo Vrgelleñ. Vinceñ. Gerundem. Eleonem. episcopis salutem, & apostolicam benedictionem. Riuipulen. monasterium iuris est proprij beati Petri, & ad defensionem Romanæ spectat ecclesiæ. Quicunq; ergò beatum Petrum diligunt, monasteria, quæ ad eius ius spectant, debent à prauorum hominum incursibus defensare. Ea propter fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus Riuipulen. monasterium cum bonis, & possessionibus manutenere-
1 Idus Iunij. ¶ † Quæritur, vtrum per dictum priuilegium dictum monasterium Riuipulen. debeat reputari fuisse, & esse exemptum? Quod quidem verum esse videtur: vt per verba in dicto priuilegio contenta: vel dicatur exemptionem induci, vel ante inductam probari. Nam existere ius beati Petri est exemptionem habere: vt habetur extrà de princip. cap. recipimus. & eo. ti. libr. 6. cap. si Papa. ibi: aut iuris beati Petri existere, &c. Sed in suprascripto priuilegio Papa videtur expressè asserere monasterium prædictum esse iuris proprij beati Petri: ergò, &c. Et maximè, quia assertioni summi pontificis credendum est: vt habetur in cle. de prob. cap. literis. & hoc expressè videtur tenuisse Innoc. quoties Papa asseuerando dicit ecclesiam aliquam esse exemptam, prout nota. in prælleg. cap. recepimus. extrà de priuileg. circa princip. idem not. Hostien. ibidem. Econtrà autem videtur, quod per dictum priuilegium inducta non vi-

non videatur exemptio, nec inducta probetur. Ad quod melius declarandum sciendum est, quod summus pontifex (quantum ad præsens pertinet) de exẽptione alicuius loci tripliciter potest loqui. Vno modo narratiuè. Secundo modo assertiuè, seu asseueratiuè, qui modus sonat in plus. Tertio modo dispositiuè, seu concessiuè. Per primum autem modum loquendi, videlicet per simplicem narrationem, certum est, quòd nec exemptio inducitur, nec inducta
2 probatur: vt in prælleg. ca. si Papa. in prin. † Nam regulariter narratiuæ, seu enunciatiuæ locutiones
a modicum operantur: *a* vt C. communia vtriusque iudi. l. scriptura. & de test. l. verba. & adhuc expressius. ff. de hære. insti. l. ex facto etiam agitatur. secundum literam affirmatiuam. & de condi. & demonst. l. cum tale. §. fi. & de leg. 3. l. Lucius. §. Sempronie. Idẽ videtur esse dicendum (salua semper veritate) etiam secundo modo loquendo: videlicet assertiuè: vt videtur fuisse in priuilegio suprascripto: nisi assertio huiusmodi fiat per modum determinatè traditum in prælleg. c. si Papa. §. si autem. videlicet super huiusmodi exemptione sententiãdo, cùm de ipsius exemptionis negocio ageretur. Nam tunc in casu prædicto sic notabiliter, & non sine causa determinato, si Papa asserat ecclesiam fore exemptam, bene debebit reputari exempta: aliàs autem non videtur velle textus suprascriptus nullam faciens differentiam, quantum ad hoc, inter dictos modos loquendi: nisi cùm de exemptionis negocio ageretur: quod non
3 apparet fuisse in casu priuilegij. suprà de rescriptis. † Non enim ibi disceptabatur, vtrum illud monasterium esset exemptum, vel non: sed solùm defensionis præsidium quærebatur. Quod vt melius haberet, suggestum fuit: & forsan falsò, quod erat iuris beati Petri: quæ suggestio præsumitur proueniisse à parte priuilegium impetrante. ar. eorum, quæ notantur. ff. de contrahen. empt. & vend. l. cum manu sa-
b ta. in 1. responso. nisi Papa diceret, quòd proprio motu hoc faceret: *b* vt de præben. lib. 6. ca. si motu proprio. in fi. & hoc etiam probari videtur. 3. q. 6. c. hoc quippe. ibi: ipse enim est metropolitanus, &c. vbi est similis assertio Papæ: & tamen non necessariò tenetur, quod sic fuerit, nisi aliter probaretur: quia non omnis vox iudicis, &c. vt ibi no. & habetur. C. de sententen. & interlo. omnium iudi. l. ex stipulatione. Vnde exposuit ibi Archi. verbum illud est: id est esse dicitur: & accedit ad hoc. ff. de lega. 2. l. Lucius. §. quisquis. vbi per assertiua verba testantis etiam cum cauſæ appositione non probatur debitum, eò quòd esse debitum fuit assertum, nec tanquam debitum potest peti, nisi aliud doceatur, sed petitur iure legati in dispositione locutionis: vt C. de proba. l. non nudis as-
4 seuerationibus. † Nec obstant no. per Inno. & Hostien. in prælleg. c. recepimus. ibi. Papa asseuerante, &c. quia potest intelligi, & saluari dicta opinio in casu magis determinato posito in prælle. c. si Papa. videlicet cùm de exceptionis negocio ageretur, vt sic recipiat illud dictum determinationem factam in prælleg. a. c. si Papa. argu. ff. de legi. l. non est nouum.
5 ¶ † Item non obstat finis prædicti. c. si Papa. non intelligitur derogatum. quia hoc debet referri ad alios omnino exceptionum modos, qui nullo modo sunt determinati in prælleg. c. si Papa. Ille modus prohibendi exemptionem per locutionem assertiuam in eo. c. est determinatum expressè, vt solum habeat locum, quando de exemptionis negocio agebatur: vt
6 dictum est suprà, ergo &c. † Item non obst. c. literis. superius allegatum: quia illud. c. ad hoc, vt credatur narrationi, seu assertioni Papæ, dicetur requirere duo (saluo semper veriori intellectu ipsius) videlicet, quòd huiusmodi narratio, seu assertio respiciat narrantis factum: & quod super eo eius fundetur intentio: qnod non est in narratione, seu assertione, quæ fit in priuilegio suprà scripto. Vnde verum est, quod dominus Io. And. videtur super. c. suprascripto scripsisse: quod etiã credatur summo pontifici (suo modo tamen) in his, quæ non respiciunt suum factũ. Sed talis opinio videtur contradicere textui manifestè: cui videlicet textui est magis credendum, quàm gl. & accedat, quod not. ff. de offic. præsi. l. sed licet. Quædam alia sunt aliquoties circa hanc materiam allegata: ad quæ, quia modicum videntur accedere ad propositum, & causa breuitatis, nõ datur respon-
7 sio. ¶ † Super tertio verò modo loquendi: videlicet dispositiuo, & concessiuo exemptionis non est opus instare: quia tunc nulla quæstio est, quin exemptio censeatur inducta in prælleg. a. c. si Papa. & accedit
8 authen. de nupt. §. disponat. cum simi. ¶ † Secundò quæritur: an suppositio, quòd per dictum priuilegiũ non censeatur inducta, vel probata exemptio, saltem videatur esse præstita legitima causa præscribendi? & videtur, quòd non. Primò, quia Papa dicto monasterio per dictum priuilegium nihil concedere voluit: maximè ad exemptionem pertinens: quod quidem satis apparet: quia nec ad monasterium, nec ad Abbatem, seu Conuentum verba sua direxerit: sed alijs scripsit: nõ pro ipsius monasterij exemptione: sed solùm pro eius defensione contra oppressiones malignantium. Et in talibus multum consideratur scribentis, vel aliquid facientis intentio: ad quod accedit quod no. Inno. in solutione cuiusdam contrarietatis. extrà de fide instru. c. super his. in fi-
9 ne. ¶ † Præterea absq; bona fide de iure Canonico aliqua præscriptio non procedit: vt de præscrip. c. vigilanti. & c. vltimo. Sed hic præsuppositis his, quæ superiùs dicta sunt, hi, qui præscribere debuissent, nõ possent allegare bonam fidem, nisi causatã ab ignorantia iuris, quæ in vsucapionibus non procedit: vt ff. de vsuca. l. nunquam. in prin. Vel nisi vellent se excusare à longinquitate temporis. & mala fide alterata in bono: secundum ea quæ no. extrà de iure patr. c. cura. Sed tunc, ex quo hoc virtute dicti priuilegij non habuissent, non posset talis allegatio præiudicare, saltem quoad interim domino patriarchę, qui habet intentionem suam fundatam de iure communi: iuxta ea quæ habentur in cap. cum personæ. in fine,
10 extrà de priuileg. lib. 6. ¶ † Præterea pro defensione iuris ecclesiæ Tarraconen. & domini patriarchæ dicitur vnum. datum fuit exceptionibus datis contra priuilegium suprascriptum: quod videtur omnẽ controuersiam tollere: videlicet, quod in diœcesi Vticen. & in valle Riuipulen. ab antiquo fuerunt. & sunt duo monasteria, quorum vnumquodq; vocatur monasterium Riuipulen. vnum, quantũ ad propriũ titulum monasterij sancti Io. & est ordinis sancti Augustini: & reputatur fuisse antiquum monasterium: aliud verò monasterium, de quo ad præsens agitur, appellatur, quantum ad proprium titulum, monasterium sanctæ Mariæ de Riuipulen. & est ordinis S. Benedicti. in priuilegio autem. ſ. dicto non fit mentio de speciali titulo monasterij illius, de quo scribitur, nec cuius ordinis sit. Dicitur ergo sic: quod esto, quòd esset per hanc continuam locutionem exemptio plena concessa, nullum ipsorum monasteriorũ propter incertitudinem deberet reputari exemptũ. ar. ff. de manu. test. l. cum ex pluribus. ff. de adi. leg. l. 3. §. si duobus. & de reb. dub. l. si fuerit. & de testa. tute. l. duo sunt Titij. Et si prædicta, quamuis in facto consistunt negata fuerint, parata est pars domini patriarchæ eadem plene probare. Et quia abbas di-

cti monasterij sancti Io. Riuipulen. est præsens in curia: leuiter poterit dominus noster scire de prædictis omnibus veritatem. ¶ † Vltimo dicitur pro defensione iutis dictæ ecclesiæ Tarraconen. & dicti domini patriarchæ, quòd in casu, in quo sibi non sufficerent suprascripta, attendatur, quòd abbas, & conuentus dicti monasterij sanctæ Mariæ de Riuipul. de quo monasterio ad præsens agitur, esto, quòd ex dicto priuilegio valeant se tueri, saltē quoad habitam causam præscribendi, nō potest hoc extendi ad aliquod membrum eiusdem monasterij. cùm de membris in dicto priuilegio nulla mentio habeatnr: vt extra de priuil. c. ex ore. §. vlt. cum simil. & sic notoriè est seruatum, & seruatur in quolibet membro eiusdē monasterij, & in alijs diœcesibus constituto, &c.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Modicum operatur. *Cum hac decis. Oldra. transit Aret. in consi. 163. col. 2. in fin. dicens summo pontifici ad plenam probationem non credi quando factū, cui ipse non interfuit, narrat. Adducitq; pro hac parte Io. Calder. & Butrium in c. Post cessionem. de proba. & in c. fin. de succes. ab intesta. ego addo Iasin consi. 72. col. 3. in fin. vbi Papæ non credi plenè dicit, cùm deponit de facto alterius. Et pro hoc allegat Gl. & Doct. in cle. 1. de probat. Addo quoque Dec. videndum in tali materia in consil. 544. in 4. parte. & in consilio 602. quod est primum consil. 5. par. num. 13. Item in consi. 410. col. 3. num. 111 & in consil. 341. col. 2. num. 4. vol. 3.*

b ¶ Motu proprio hoc faceret. *Clausula Motu proprio valere facit priuilegia immunitatum, quæ alioqui minimè valerent. Alex. in fine trigesimitertij consilij vol. 5. Et de virtute huius clausulæ vide Iaso. in l. si testamentum. col. 2. C. de testa. item dic, quòd principis secunda iussio operatur idem, quod motus proprius, quando in secunda iussione habetur mentio primæ. Diaz reg. 586.*

De consti. & de elect. & de iureiuran. & de verbo. signifi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum capituli iuratum licèt disponat quod quoties fieret capitulum generale vocentur Canonici absentes: certo modo, aliàs non valeat actus, tamen si in electione non fuerint vocati, valet electio tali statuto non obstante, nec astringente iurantes. & num. seq.*

CONSILIVM CCLIX.

IMPVGNATVR electio electi Ruth. modo de nouo ex causis sequentibus. Et primò ratione cuiusdā statuti longissimo tempore facti: vt dicitur per capitulum Ruthen. quod tunc erat, dicitur, quòd quotiescunque capitulum generale extra duo capitula generalia, quæ consueuerunt fieri in anno diuersis temporibus in ecclesia Ruthen. mandare contingerit ex aliqua rationabili necessaria, & honesta causa, quòd vocentur absentes per literas, & nuncios speciales, causa principalis vocationis in literis expressa: & si aliter fuerint vocati, pro non vocatis habeantur, & venire nullatenus teneantur. Et si quod in illo capitulo actum fuerit taliter contemptis canonicis, vel eorū aliquo pro nullo penitùs habeatur. Quod statutum in genere, cùm canonici recipiuntur, in c. iurant (vt dicitur) iurando seruare statuta capituli generaliter, vt est moris. Cùm ergo in electione ista non fuerint vocati omnes absentes: & sic contempti, contra statutū factū fuit, si quod est, & contra iuramentū: ergo nulla fuit electio, vel ad minus annullanda per illos, qui non ratificauerunt electionem. ¶ Ad præmissa respōdetur, quòd dicta electio tenuit & tenet: & sanctè, ac canonicè facta fuit, pluriesq; disputata extitit: & discussa fuerūt dubia per dños Cardinales, & alios dños doctos qui pro ista parte concluserunt. Nec obstant ante dicta, quæ voluntariè, non Zelo iustitiæ per aliquos suggeruntur, seu etiam proponuntur. Primò, quia non sunt vera, vt ponuntur. Secundò, quia dictū statutū in forma publica, seu scriptura auth. seu sub sigillo authentico nō ostenditur, nec nomine capituli ostenditur, nec allegatur. Sicq; non est fides adhibenda alicui cedulæ, seu cartapello continenti dictum statutū allegatum, & propositum. Tertiò, quia dictum statutum inter cætera statuta capituli Ruthen. non inuenitur, nec in archiuis, nec thecis, siue armarijs ipsius capituli potuit reperiri. Quartò, quia certa statuta in scriptura, seu scriptis redacta iurantur seruari per canonicos Ruth. & solùm ad illa dictum iuramentum præstitū per eosdem de seruādis statutis extenditur, inter quæ dictū statutum non est, nec inter alia, vt dictum est. Quintò, etiamsi dictū statutū appareret verum in forma publica, vel authentica, non noceret, 1 rationibus, quæ sequuntur. † Primò, quia illud statutum generaliter loquitur, non faciendo mentionē de electione: & est iure cautū, quod in, & sub tali generalitate non subintelliguntur illa, de quibus verisimiliter præsumitur, quòd ordinans, si esset interrogatus de illa specialitate, non consentiret. ff. de pign. l. obligatione generali. & extra de offi. vica. c. 2. lib. 6. & extra de procu. qui ad agendum. cum ibi not. Sed non est verisimile, quod sub isto statuto (si quod est) intelligerent statuentes factum electionis, quod multa specialia requirit. ergo &c. Secundò, quia illud statutum nunquam fuit obseruatum: imò per factum contrariū in desuetudinē abijt: quia multæ fuerunt factæ electiones extūc, in quibus absentes extra prouinciā non fuerunt vocati, nec requisiti. & sic illi statuto fuit renunciatum, & tacitè fuit mutatum per factum contrariū, quod potuit fieri per capitulum. vt arg. extra de consti. cùm accessissent. in fi. cum fi. Et quia non refert, an aliquid ex æquipollentibus fiat. vt ff. si cer. pet. l. lecta. cum fi. & extra de his, quæ fiunt à maio. par. capi. ex ore. cum ibi no. & talia, quæ in desuetudinem abierūt, non præstant impedimentum: vt 4. di. circa prin. extra de reg. iur. non præstat. lib. 6. Tertiò, quia canonici, qui fuerūt in ecclesia Ruthen. per 5. 10. 20. & plures an. nunquam aliàs sciuerunt illud statutum, si quod fuit: nec audiuerunt: nec fuerunt certificati per suos canonicos antiquos: nec licèt pluries requisiuerint, vt eis omnia statuta ostenderentur, videre illud potuerunt: & sic per eos non stetit, nec stat: ergo eis imputari non debet. extra de 2 reg. iur. imputari. lib. 6. ¶ † Item probo, quod statutum præmissum non obstat etiam rationibus infrascriptis. vbicunq; requiritur certa actus specificatio, nō transit ille casus sub regula generali. extra de rescrip. c. sedes. de procu. qui ad agendū. lib. 6. & ibi no. per Io. And. eod. ti. non potest. in cle. Sed factum electionis in cathedralibus, & regularibus requirit certam specificationem, quia iura non cōmunicant facta earum alijs ecclesijs, vel beneficijs, extra de electa cùm in cunctis. quod ad partem loquitur de eis, saltē de episcopo: vt §. 1. & §. clerici. & ad partem de alijs: vt §. inferiora. & §. fi. ad hoc eod. tit. ne pro defectu. & c. quia propter eo. tit. & c. cupientes. & c. quamuis. & c. prouida. & c. quanquā. eo. tit. lib. 6. de concess. præben. dilectus. in istis omnibus non commiscentur ea cleſiæ prædictæ factis aliarū electionū; ergo statutū factum

factum generaliter, vel indeterminatè, ad electionẽ
3 episcopi non extenditur. ¶ † Item tria sunt genera
graduum in ecclesia, & vnum cum alio non commi-
scetur. In primo gradu est Papatus, qui apex dicitur.
ii. di. non vos. Secundus est dignitas episcopalis, quæ
non est solùm dignitas, sed culmen. de præb. venera-
bilis. & c. cùm olim. qui dicitur alibi locus guberna-
culorum. 40. dist. ante omnia. inter quos habẽt præ-
rogatiuam dñi Cardinal. de off. lega. lib. 6. Et tertius
gradus simplex dignitas: scilicet omnes aliæ inferio-
res. extra de elect. cùm in cunctis. §. inferiora. cũ alijs
multis. Sed vbi quis loquitur de vno de istis, ad aliũ
non extenditur regulariter. de sentent. excom. quia
periculosum. de præb. c. 2. lib. 6. vbi de hoc per Arch.
& Io. Mo. ergo cùm in dicto statuto non fuerit facta
mentio de electione episcopi, non extenditur ad eam
per generalia verba, vel indefinita. Item statutũ præ-
dictum ignorabatur per canonicos vsq; nunc: quare
potest dici, quòd ea, quæ non apparent, &c. de conse-
cra. dist. 1. non sunt solennitates. ff. de contrah. empt.
l. in lege. & l. rutilia polla. & no. de rescript. cùm con-
tingat. in glo. sed quis. arg. de fide instru. accepimus.
& c. contingit. de priuil. dilectis. §. porrò. 96. distinct.
bene quidem. Ergo in nullo casu dicam, quòd in ele-
4 ctione episcopi potuerit ligare canonicos, vel astrin-
gere ad seruandum. † Pro hoc est casus, quia quam-
uis statuto principis ligentur etiam ignorantes post
duos menses à tempore publicationis: vt legitur &
not. de postula. præla. c. 1. de consti. cognoscentes, &
per Io. And. super data. lib. 6. de concess. præben. quia
cunctis. per Archi. eo. lib. Tamen statutum ordinarij
non ligat ignorantes, de consti. animarum. lib. 6. qui
matrimo. accusa. non pos. cùm ita. Modo autem ca-
pitulum, quantum ad statutum faciendum, loco or-
dinarij est, quod statutum est, quantum tangit factũ
eorum: vt legitur & nota. per Innoc. & Compost. de
consti. cùm omnes. de verb. sig. constitutionem. per
Archi. & Io. And. lib. 6. Ergo cùm prædictũ statutum
ignorauerint vsq; ad hæc tempora, eos non ligat: imò
ex prædictis glo. nõ improbabiliter posset dici, quòd
ipsi sine episcopo hoc minimè statuere potuerint.
Cùm statutum ipsum tangeret totam ecclesiã. & sic
5 de ver. sig. c. constitutionem. li. 6. † Præterea statutũ
sine episcopo fieri nõ debebat. de consti. cum omnes.
iuris nunquam habet vigorem, nisi moribus vten-
tium approbetur. 4. di. §. leges. & c. deniq. quia per
desuetudinẽ tollitur. de treuga, & pace. c. 1. cum ibi
not. & not. per Innoc. de consuetudine in rub. & per
Compost. c. 1. & per Archid. de statu mona. periculo-
2 sa. li. 6. 4 multò fortius statutũ capitulare, quod tolli-
tur faciendo contra vnico actu, prout allegatum est:
vt legitur & no. de consti. cùm accessissent. & c. cum.
M. de præben. pro illorum. Et qualiter posset illud
seruari, nisi sciretur? certè malè. ad hoc. de cle. ex-
com. mini. Apostolicæ. cum ibi not. Item quod de fa-
culi potuerit introduci consuetudo, quòd canonici
non vocentur extra prouinciam, potest probari, quia
consuetudo talis concordat cum aliquibus iuribus:
vt decre. coram. cum ibi no. per Ber. & in c. in Gene-
fide ele. saltem ad hoc, quòd possit valere consuetu-
do. & concordat opi. Io. 7. q. 1. factum est. in princ. de
reiud. cùm olim. in fi. Item consuetudo talis appro-
batur de iure, etiam quòd nullus absens vocetur. de
præb. cùm in ecclesijs. vbi hoc est expressum. lib. 6.
Item est vtilis ecclesiæ, vt faciliùs & citius ꝙi prouidea-
tur: quia vacatio est periculosa, & damnosa. de elect.
cum inter vniuersas. & c. ne ꝓ defectu. & c. quia pro-
6 quam fit. & c. cupientes. † Sed talis consuetudo etiã
de iure Canonico introducitur spacio. 10. annorum.
extra de consue. cùm in tua. cum ibi not. & per Ioan.
And. & Archid. lib. 6. & no. 12. di. consuetudo. per Io.
de consue. c. fi. per Compo. Sed ista consuetudo scili-
cet quòd non vocentur, nisi illi de prouincia, seruata
est per tempora multa, amplius etiam per 10. annos:
ergo bene valebit. Præterea quamuis de contractib.
alijs addere & statuere, & conditiones apponere cui-
que liceat, prout vult: quia contractus sunt: & con-
tractus ex conuentione legem accipiunt. de reg. iur.
contractus. lib. 6. Et ideo circa illos casus statuere po-
tuerunt, quòd non valerent, nisi essent omnes præ-
sentes, & similia: contra illa iura, quæ dicunt quòd
possunt facere præsentes. 10. q. 2. hoc ius. & nota. per
Inno. Io. And. & Archidiac. eo. de test. præsentium. lib.
6. in verbo ipsorum. tñ ad iura de electione loquẽtia:
sicut est Decretalis concilij generalis: quia Papa non
potest aliquid addere: quia nullus potest excepto Pa-
pa contra conciliũ dispensare. de ma. & obe. cum in-
ferior. 21. di. cum inferior. de præb. dilectus. 2. de tem
poribus ord. dilectus. & ibi per Inno. & Ber. & est sa-
tis expressum. de elect. ne Romani. in cle. vbi ponun-
tur. 7. quæ non possunt fieri per inferiores: scilicet
modificari, corrigi, mutari, detrahi, addi, dispensari,
renunciari, nullum de istis potest fieri contra consti-
tutionem Papalem. Modò hîc prætextu illius statu-
ti, vt eo. ti. quod sicut. & c. venerabilem. & c. ecclesia.
Ratio prędicti statuti si adderetur ad decre. quia pro-
pter. vbi est electio annullanda. s. per contemptum,
vt in eo. tit. quod sicut. & c. venerabilem. & ca. eccle-
sia. Ratio prædicti statuti esset nulla: ergo statutum
prædictum, quantum ad electionem episcopi faciendam, non valebit. oportebit igitur intelligere, ad hoc
vt res, quæ agitur, magis valeat, quàm pereat. de ver.
sig. abbate. quod restringamus statutum prædictum
(præsuppositio, non tamen concesso, quod valeret)
ad contractus alios, & ad facta capituli, non ad elec-
tionem faciendam de episcopo in ecclesia memora-
7 ta. † Confirmatur hoc bene ex his, quæ no. Archi. in
additione facta per eum ad gl. Inn. de cond. appo. c. 1.
vbi dicit, quòd collatio beneficiorum, ordinis, & mo-
nachatus non solùm pendet ex solo consensu confe-
rentis & recipientis: sed ex officio. & potestate spiri-
tuali, quam habet cõferens ratione ordinis & digni-
tatis. Alij contractus ex solo contractu contrahentiũ
assequuntur suum effectum. faciunt no. per Io. Mod.
de iure pat. c. 1. lib. 6. qui dicit, quòd in beneficialibus
habet locum, quod est licitum, approbantes: & quod
illicitum reprobantes. & de præb. dilectus. 2. & c. di-
lecto. de reg. iur. cap. vtile. quasi dicat, quod in bene-
ficialibus nõ licet cuiquam apponere, quod vult. sed
hoc pendet ex ordinatione iuris. Cùm ergo ius non
ordinauerit, quòd electio sit nulla, facta non vocatis
absentibus, non poterit hoc per capitulum ordinari.
8 † Confirmantur etiam prædicta ex his, quæ no. Paul.
de Leaza. doctor Bonon. de elect. Romana. in prin. su
per verbo constitutio. vbi dicit, quòd episcopus non
potest statuere contra decre. quia propter quod ali-
qua electione obseruaretur: vel aliquid ibi adiunge-
retur, cùm esset dispensare contra concilium, per iu-
ra superius allegata. Item statutum prædictũ loqui-
tur de celebrando capitulo generali in ecclesia Ruth.
quæ dicta duo, si videantur, vel cõsiderentur iura de
electione loquentia, nunquam vocant vocationem
pro electione capitulum generale: sed vocatione pro
electione facienda. de electio. cùm inter vniuersas. &
c. quod sicut. & c. bonæ. 1. & 2. & c. ne pro defectu. & c.
quia propter. & congregato. cum multis similibus.
Et tamen, quando iura volunt loqui de capitulo ge-
nerali, vel capitulis generalibus, exprimunt. de deci.
c. fi. de statu mona. in fi. & c. ea, quæ. de excess. præla.

frequens. in fi. in cle. ergo statutũ ipsum loquens de capitu. celebrato, ad electionẽ nullatenus extẽditur. Præterea nos possumus interpretari, & intelligere dictum statutum, si non esset derogatum ei per desuetudinem, vt concordet cum iure Communi. Videamus propter quas causas vocantur absentes: non inueniuntur in toto iure Canonico, nisi quatuor casus. Vnus casus est in electionibus. Secundus in collationibus præbendarum, vbi pertinet ad capitulũ. Tertius est in receptione canonicorum. isti duo casus habentur de præben. cum in ecclesijs. Quartus est in cessationibus à diuinis. de off. or. quamuis. li. 6. In primis tribus casibus non est nullũ, quod fit absentibus non vocatis: sed appellandũ est instantibus, & habet locum in vocando: & quasi de remoto loco vocandi, consuetudo, vt prædicta decreta. cum ecclesijs in fi. de elect, quod sicut. & c. coram. & c. in Genesi in fi. Sed in cessatione non facienda, si non vocentur absentes, est nullum, & non habet locum in non vocando omnis cõsuetudo, si bene videatur decre. de offi. ordi. si canonici. & c. quamuis. lib. 6. ergo interpretabimur statutum secundum ius Commune. de consue. cùm dilectus. vt res magis valeat, quàm pereat. de ver. sig. abbate. vt nõ intelligamus de vacatione propter electionem. vel alios duos casus: sed propter quartũ, si consuetudo de cessando ibi habetur.

9 † Vel potest intelligi aliter, vt distinguamus inter ea, quæ fiunt de necessitate, vt electiones, & similia: & ea quæ fiunt voluntariè, in quibus agitur de his, quæ ad singulos pertinent. extra de consti. cùm omnes. vt ibi distinguunt omnes doct. in primis non est nullum, in secundis esset nullum: quia oportet, quòd omnes consentiant. vt ibi not. Ad hoc de reg. iur. in re communi. & c. quod omnes. lib. 6. Nec ob. si canonici Ruthen. iurent obseruare ecclesiæ statuta: quia intelligitur de licitis possibilibus, & libertati ecclesiæ non obuiantibus, de iureiu. contingit. lib. 6. Illud autem non est licitũ, nec possibile de iure. Et illud possumus licitè, quod de iure possumus. 22. q. 2. faciat homo, quod potest. Item nõ iuramenta, sed periuria sunt, quæ contra ecclesiasticam libertatem attentantur. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. cùm in cunctis. de iureiur. sicut nostris. Nec iuramentũ licitè potest seruari, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus

10 cõfirmatur. de for. comp. si diligenti. ¶ † Opponitur etiam contra electionem prædictã celebratam in dicta ecclesia Ruthen. quod consuetum erat olim denunciare mortem episcopi ecclesiæ Bituricen. antequam eligerent: & quia hoc factũ non fuit, ideò est electio nulla. Sed satis illud patet imprudenter oppositum, salua gratia dicentium, quoniam talis cõsuetudo reprobatur expressè. de elect. cum terra. vbi reprobatur hoc in Patriarcha, & tamen patriarcha est loco archiepiscoporum in electionibus confirmandis suorum suffraganeorũ. de priuil. antiqua. facit ad hoc, quamuis non ita propriè. de elect. cùm inter vniuersas. in fi. c. quod sicut. in princ. nec etiam prædicta opponuntur per ecclesiam Bituricen. quam tangeret, si verum esset: sed per canonicos Ruthen. quare patet, quod extra iura communia, & contra veritatem volunt suam ecclesiam supponere seruituti, contra iuramentum per eos præstitum temerè veniendo. de accu. veniens. in prin. quare sunt suis beneficijs, quæ in ecclesijs, vel ecclesia obtinent, spoliandi. de postu. c. 1. & fi. §. clericus. nec circa istud multum immoror, vel insisto: quia non continet veritatem.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a Periculosa. lib. 6. *Adde cons. 6. Alexan. col. 1. in fin. volum. 1. Quod est insigne, & copiosum in hac materia. Et amplia, quòd etiam si tale statutum inclusum sit in volumine statutorum, tamen ex non obseruantia decennalis id saltem sequitur, vt probabiliter potuerit ignorari, secundum Marsi. in consil. 49. num. 49. & 50. vol. 1. Excusatur q3 præsertim mulieres, absentes, minores, & rusticæ prætextu talis ignorantiæ, vt Dy. & Franc. no. in c. Ignorantia. de reg. iur. in 6. Imo. in c. cognoscentes, prope fi. de constitu. Anch. consil. 270. col. 3. Castren. consil. 207. Puto dicendum. vol. 1. Ferrat. caut. 17. col. pen. & fi. Nec obest ratio, quoniam quòd statutum extet, est quodammodo facti, vt Marsi. not. cons. 99. num. 22. vol. 2. Alciat. de præsump. regu. 1. præs. 37. & huiusmodi personæ à iure merè positiuo excusantur. secundum Pau. de Castr. in d. consil. 297. in Codice Papien. Quin si statutũ deuiaret à regulis iuris Communis, quisquis illud ignorat, nec lata quidem culpa afficitur. Ita Imo. in d. c. cognoscentes. Atq; hæc verba, vbi agitur de damno vitando, & de delicto in omittendo commisso, vt per Marsi. consi. 56. num. 5. & 6. volu. 1. glo. in l. Ex maleficijs. §. longe minus. de ac. & bo. Quam auream esse dicit Bald. in l. 1. col. 13. C. Qui acc. non poss. Imò his casibus non satis est ex aduerso deducere scientiã, ac probare, sed probandus est item dolus, scilicet, quòd quis se tuetur ignorantia, parere neglexerit. Bart. in l. 1. col. 3. ad se: Turpil. Paul. in l. qui iurasse. in fin. princip. de iureiur. Ias. cons. 46 col. 3. volum. 3. vbi similiter ponit, quo modo præsumatur ignorantia in ijs, qui rure degunt. Et hæc omnia nota quoniam sunt admodum vtilia.*

De rebus eccles. non alien. & de excess. prælato.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si propter tenuitatem dignitatis de consensu capituli vnit aliquam ecclesiam parrochialem sibi, non valet vnio, si dignitas non est tenuis. & num. seq.*

CONSILIVM CCLX.

1 QVOD Vnio facta † per episcopum simul de decem parochialibus ecclesijs decem dignitatibus ecclesiæ cathedralis de consensu capituli, in qua narrat interuenisse tractatum: sed aliter non apparet, & quæ proponitur facta propter inopiam dignitatum: quæ tamen secundum veritatem inopes, siue tenues non erant: sed eas habentes poterant viuere competenter, non teneat, videtur posse ostendi sic. de iure Communi quælibet ecclesia proprium debet habere Rectorem, qui resideat in eadem vt extra de cle. non resi. c. quia nõnulli. 21. q. 1. præcipimus. ergo vnio duarum ecclesiarum simul est contra ius Commune, & non est licita episcopo, nisi ex causa tenuitatis, vt extra de æta. & quali. eã te. & 10. q. 3. vnio. & eadem causa requiritur in annexione ecclesiæ ad præbendam, vel dignitatem ecclesiæ cathedralis, vt extra de præb. exposuisti. Sed hic causa inopiæ, vel tenuitatis verè non subfuit, licèt vnionem faciens eam esse &c. prætenderit, ergo deficiente causa faciente vnionem licitam vnio ipsa non tenuit. ar. quibus ex cau. in pos. ea. l. fulcinius. §. subquis possederit. & de fideicom. libe. cùm verò. §. subuentum. sicut videmus in minore, cuius prædiũ potest alienari interueniente decreto ex causa eris alieni. Pone ergo, quòd prætor decreuerit prædium alienandum prætendens subesse æs alienum. quod tamen verè non suberat, certè alienatio non tenet: & prædium de bonis minoris non erit, vt ff. de re-

bus

bus eorum, qui sub tu. vel cur. sunt. l. magis puto. §. pen. & ideò in talibus debemus aspicere, quod in re vera est, non quòd quis sibi finxit: vt ff. de Castr. pecu. l. si fortè. Præsertim in habentibus contrarium ius Commune. argum. ff. de probat. qui testamentum. & de lega. 3. eum qui decedens. §. fi. Hæc namq; præla, sicut vnire curanda est, non negligẽda: sed per ret, id est, vnio commissa episcopo: vt extra de excess. effectum apparet rem neglectam vel dolosè gestam: ergo non tenet: vt ff. de transact. cum hi. §. si prætor. & §. si cum lis. ¶ † Secunda ratio est: quia iste actus præsumitur fuisse fraudulentus propter factum simul diffusum numerũ vnionum. arg. ff. quæ in fraudem. omnes. §. Lucius. de varijs, & extraordi. l. de vsucre. & no. Compo. in simili extra de consti. cum M. Ferrarien. in 1. glo. versi. item quæritur, an sit licitum, si sic vitiatur factum, & auctoritas præfata: vt ff. de manumiss. testa. l. qui filium. ¶ Tertia ratio est, quia non liceret regulariter episcopo rem vnius ecclesiæ dare alteri ecclesiæ sine grandi causa: vt extra de reb. eccles. non alien. c. 1. Hoc enim solius principis est, vt ff. de euict. l. Lucius. C. de quadr. præscr. l. bena à Zenone. & 2. q. 3. nemo. & c. per principalem. & no. de relig. do. constitutus. sic itaq; non licuit rectoriam de hac ecclesia auferre, & ad alteram transferre, nisi grandi causa subsistente, cuius contrarium præsupponitur. § ¶ Quarta ratio est, quia præsupponitur, quòd talis, & sic diffusa vnio cedit ad euersionem quasi totalis collationis episcopalis: quia pauci valde, & modici valoris remanẽt ecclesiæ, de quibus possit seruientes remunerare, & per hoc minus amabitur, & minus timebitur: vt ff. de verb. oblig. cito turpen. minus exercere poterit opera charitatis, inter quæ illis primò quis tenetur obnoxius, à quib. seruitia recipit: vt ff. de peti. hære. sed & si lege. §. consuluit. de dona. aquilinus. & extra de testam. cùm in officijs. Et cum diocesis ecclesijs cura immineat animarum, non sic, idonei reperientur vicarij propter tenuitatẽ reddituũ, sicut reperirentur Rectores, si in facultatibus aliqualiter abundarent: vt extra de præben. extirpandæ. Sicut & propter maiorem dotem ditiori viro mulier nubit: vt in auth. de æqua. do. §. quia verò iam legem. coll. 5. Et talia talem euersionem inducentia non tenent. ff. ad Treb. l. Titius. & ar. ff. de of. præsi. l. vlt. & de leg. 1. l. legato generaliter relicto. in fi. 1. respon. Non obstat, quòd dominus episcopus tot confert ecclesias nunc, sicut ante vnionem, quia verũ est, quod confert tot vicarios, quot prius rectorias. Et in hoc multum honori suo detractum est, quia quantò quis præest melioribus, tantò maior ipse, & honestior est: vt in aut. de defen. ciui. §. vos igitur. colla. 3.

2 actor. † Secundò, quia prælatus est cuius confessioni non statur. 12. q. 2. quatuor. in fi. & no. Arch. 10. q. 2. §. hoc ius. in verbo proba. de relig. dom. c. constitutus. in gl. hic videtur. in fin. Tertiò, quia assetit causam euidentem. de ver. sign. constitutionem. in prin. lib. 6. Quartò, quia iudici non est euidens. 2 quæstio. 1. Deus omnipotens. & c. præcedenti. ¶ Quintò, quia præsumptio transfert onus probandi, vt ecclesiastica beneficia cap. vnico. Ex talibus autem multimoda præsumptio insurgit. de temp. or. de eo. in 1. gloss. de præb. c. dilectus. in fin. gl. positæ super verbo approb bantes. b

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In vnione. *Dec. in cons. 275. col. 2. vol. 2. dicit hanc Oldra. doctrinam esse magistralem, & eam sequitur ac fulcit argumentis & rationibus.*

b ¶ Approbantes. *Hodie dic indistinctè præsumi vniones fuisse per subreptionem obtentas, nisi coram loci ordinario, vocatis, quorum interest doceatur plenè de causa ita statuente consilio Trident. in 7. sessio. c. 6. de reforma.*

De proba. & reb. eccle.

SVMMARIVM.

1 *De duobus causis requisitis in vnione, & quod episcopo incumbit probatio earum. & nu. seq.*

CONSILIVM CCLXI.

a 1 IN vnione *a* requiritur solemnitas, & causa, s. euidentis necessitatis, vel vtilitatis. de præben. exposuisti. & de rebus eccle. non alie. c. dudum. libr. 6. & defectus alterius reddit eam nullam, vt in præalleg. c. dudum. sic in alienatione. 12. q. 2. sine exceptione, & c. licèt glos. ibidem in summa sapiat contrarium: quam reprobat Archi. de reb. eccl. non alie. c. 2. lib. 6. Episcopo autem incumbit probatio huius causæ. Primò, quia dicit. 5. q. 6. c.

De rebus eccles. & de his, quæ fiunt á prælato, & de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.

SVMMARIVM.

1 *Hic ponuntur aliquæ causæ, in quibus annullatur vnio, si fiat eis non interuenientibus: maximè si fiat capitulo per episcopum etiam cum consensu capituli: quia requiritur auctoritas Papæ, & non sufficit metropolitani.*

Item, si non vocetur Rector ecclesiæ vnitæ.

Item, quòd vnio facta simoniacè non valet. & num. seq.

CONSILIVM CCLXII.

1 IN quęstione, † quæ ponitur super vnione facta per episcopũ, & capitulũ decem ecclesijs decẽ dignitatibus, dico salvo meliori iudicio, quòd dicta vnio nõ tenet, nec seruari debet per successorem: quod probo iuribus & rationib. euidenter. Primò constat, quòd vbi plura requiruntur ad esse, & substantiam alicuius rei, si vnũ deficiat, deficit quod est actũ. hoc patet in vnione. de reb. eccl. non alie. dudum. li. 6. & in baptismo. 1. q. 1. detrahe. de baptismo. c. 1. non vt apponẽs. Hoc patet in testamento. C. de test. c. si vnus. hoc idem patet de transactione super alimentis facta. ff. de transac. cum si. §. si prætor. & ibi not. idem in dominij translatione: vbi requiritur titulus & traditio. Vnde alterum non sufficit. vt l. 2. §. nam. & C. de rei vend. & in acquisitione pos. C. de acqui. pos. licet. & est casus. extra de testib. olim. in fi. Nunc ita est, quod ad esse, & substantiam vnionis, quæ fit de ecclesijs parochialibus, multa de iure requiruntur, & inter illa requiritur, quòd subsit causa legitima necessitatis vel vtilitatis: & q illa causa sit euidens: vt legitur & probatur expressè de præb. exposuisti. §. si euidens necessitas vel vtilitas. Si igitur talis causa non subfuit, non tenet vnio: cùm vnũ de substantialibus deficiat, sicut non subfuisse dicitur, quia licèt vnio prætendat paupertatẽ dignitatũ, quibus facta est vnio, tñ dicitur, quòd ita nõ est in facto: quia habẽtes dignitates prædictas de antiquis redditib. consueuerũt bene & honestè viuere ante vnionẽ prædictã, sicut patere dicitur euidenter, & sic cã vnionis nõ est vera. Et si cã deficit, non valet

causatum: quia cessante causa, &c. ff. de dona. l. 2. §. fi. & l. seq. extra de appell. cùm cessante. & de voto. magnæ. in fi. & ibi no. ar. 16. q. 1. generaliter. cum simil.

2 ¶ † Præterea dato, quòd causa vnionis esset vera, non prodest, quòd licèt episcopus possit vnire vnam vel duas ecclesias, non tamen omnes ecclesias: quia sic collationes. & iura suæ mensæ episcopalis euacuaret prodigalitate quadam: quia sic sibi permittitur facere vnionẽ vt cui confert, vel tribuit competens subsidium conferat, & cui tollit damna grauia non infligat: vt legitur 12. q. 1. bonæ rei. & extra de dona. apostolicæ. Imò licèt ab initio causa fuisset legitima: ex quo tamẽ ex postfacto per diuersas vniones eneruatur ius parochialiũ ecclesiarũ, & episcopalis mensæ, cassari debet, quicquid ab initio, licèt legitimè, fuit factũ & illud reuocari. arg. in eo quod legitur & not. de deci. suggestum. C. de preci. imper. offe. l. quoties. ver. quod totius negocij cognitionem tollit, & vires principalis negocij exhaurit, &c. Sed quamuis quælibet vnio per se non grauet, omnes tamen simul consideratæ grauant, & ideo omnes reuocandæ. vt not. Host. in diuersis donationib. in c. allegato apostolicæ. facit. ff. de iu. pa. si libertus. §. si quis plures. & ar. ff. ex quib. cau. ma. l. nec non. §. si quis sæpius. & bene dico, quòd licèt possit vnire aliquas, nõ tamẽ omnes, sicut dicimus in simili, quòd licet episcopus, cum suo capitulo sibi posset reseruare fructus vnius ecclesiæ vacantis, vel duarum ex causa: vt legitur, & no. extra vt eccl. benefi. vt nostrũ. cum sim. non tamen potest de fructibus omnium de diœcesi sine auctoritate domini Papæ vt patet de ver. sig. tua. & de reser. si, ppter tua. li. 6. vbi no. per omnes. Nunc autem in facto datur, quòd omnes ecclesiæ de diœcesi spectãtes ad collationẽ episcopi sunt vnitæ, & sic immensitas reprobatur. facit de don. cæterùm. & præcipuè non debet valere vnio talis: quia ex hoc populus illarum parochialiũ ecclesiarũ dicitur grauiter scandalizatus, & propter scandalum nondum factum non modo episcopus debet cessare: sed etiam gratia dñi Papæ, vt de præb. cùm teneamur. de præseri. nihil. de renun. nisi cùm pridem, §. pro graui quoq; scandalo. de reg. iur.

3 qui scandalizauerit. & ibi no. 63. di. c. vlt. ¶ † Præterea dictæ vniones simul consideratæ non sunt perfectæ singularibus personis, sed toti capitulo, s. decem dignitatibus, de rebus dubijs, ciuibus. ff. de cond. & demon. municipibus, meliùs extra de proc. constitutus. Nunc ita est, quòd licèt vbi fit vnio alteri, quàm capitulo, ipsum capitulum det consilium, & consensum. vt no. Host. de præb. dilecto. & est expressum in cle. si vna. de reb. eccl. non alie. vbi tamẽ fit vnio ipsimet capitulo, non sufficit consensus capituli in re sua vel in facto proprio. ar. ff. de aucto. tut. l. 1. & l. pupillus. Sed superioris, s. Papæ consensus, & auctoritas requiritur, nec sufficeret metropolitani, quia nõ est de casibus reseruatis metropolitano, quoad subditos suffraganei. de offic. ordi. pastoralis. & quod ibi no. & ibi tenet & no. Io. And. in d. clem. si vna. super verbo mensæ suæ. in fi. ¶ Præterea dato, quòd omnia alia legitimè interuenissent, tamen hîc deficit vnum, videlicet, quòd Rectores ecclesiarum vnitarum non fuerunt vocati, nec in hoc consenserunt, quod tamẽ requiritur, vbi fuit vnio facta capitulo, vt colligitur à contrario sensu cle. allegata si vna. 1. responso. & per Host. in summ. ti. de reb. eccle. non alie. §. ex quibus.

4 ver. si. ¶ † Sed prædictis obstare videtur, quod dicitur in instrumentis vnionum, quod cum omniũ iurium solemnitate factę fuerunt vniones, sed non obstat, quia illud non probat solemnitatem, nisi singula capita exprimantur, quia instrumentum, non debet cõtinere verba iuris, sed verba facti iuxta ea, quæ no. Innoc. de prob. quoniam cõtra falsam, super ver. bo instrumentorum. & Host. de ver. sig. c. nihil. sicut dicimus in decreto electionis, quòd licèt contineret in genere, quod legitimè fuerit celebrata electio, nõ sufficeret, nisi singuli actus electionis, & formæ exprimerentur in eo, iuxta ea, quæ no. de elect. in nouit. sicut etiam dicimus, quòd licet instrumentum dicat, quod fuit legitimè appellatum, hoc non probat solemnitatem extrinsecam. s. quòd infra 10. dies, nisi aliter probetur, no. Compo. extra de elect. cùm dilectus. in fi. & per Moder. in eo. tit. quia circa. pro quibus facit de pub. l. quæcũq; §. fi. Præterea dato, quòd omnis causa legitima subfuisset, & omnis iuris solemnitas obseruata fuisset, tamen non sufficit propter aliud vitium, quia dicuntur factæ vniones per peeuniam datam vnienti, & sic per simoniacam prauitatem, quæ in spiritualibus vitiat id, de quo agitur, vt patet de re. permu. c. vl. in fi. ibi irritum decernatis, &c. & de pac. cùm pridem. 1. q. 2. quã pia. & quod not. de renun. super hoc. & per hoc vtilitas, quæ debuit inspici communis, reddita fuit ad priuatam hurlam, Item, contra iura de of. or. irrefragabili, §. inter. & per hoc quæsiuit vniẽs, quæ sua sunt, non quæ Iesu Chri-

5 sti. de cens. cum apostolus, & c. procurationes. ¶ † Ex præmissis igitur cõcluditur, quod non tenuit vnio, & dato quòd tenuisset, ex quo vergit in graue præiudicium episcopatus, debet retractari. ar. c. alleg. sup. gestũ de decimis, & sic successor episcopi contra præiudicium habet duplicem viam. Vnã videlicet retractare vnionẽ ex causa grauaminis, dato quòd ab initio tenuisset. Sed hoc debet facere cum suo capitulo, nisi sine causa recuset consentire, sicut cum capitulo debet fieri vnio. omnis enim res per quascunq; causas contrahitur, per easdem dissoluitur. de regu. iur. omnis res. Et vnde processit datio, procedit & priuatio. in auth. de defen. ciui. §. non habenti. collat. 3. ar. ff. de reg. iur. nihil tam naturale. Vel si velit, acciat viam iudicij. s. vocatis vocandis, & præmissa cauſæ cognitione pronũciet dictam vnionem dissoluendam, & hanc pronunciationem potest facere sine suo capitulo consentiente, nam in causis supradictis potest solus sine capitulo iurisdictionem exercere. arg. de consue. non est. lib. 6. vel etiam sine capitulo consentiente pronunciet vnionem, tanquam nullam factam ex causa non vera, nec seruata debita solemnitate, vt est dictũ, antè tamen quàm sic dissoluat vnionem successor, vel pronunciet dissoluendam, vt nullam non occupet ecclesias vnitas, nec conferat, ne ius sibi de facto dicere videatur. ar. de hære. cum secundum leges. lib. 6. a

a

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a Cum secundum leges lib. 6. *Vide in materia præximè allegata concilium Trident. sessio. 24. c. 13. & 15.*

De confessis & procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Per responsionem factam ad interrogationem, vel positionem, non intelligitur responsum ad eius declarationẽ, vel econuerso. Item, an & quando confessio procuratoris noceat domino, & num. seq.*

CONSILIVM CCLXIII.

DOMINVS Aegidius a dedit secũdam positionem huius tenoris. Item, quòd dicto tempore, & antè, & pòst quelibet dictarum ecclesiarum habuit, & habere consueuit nonnullos portionarios, & quòd ipsi portionarij ex fructibus, redditibus, & prouentibus dictarum ecclesiarũ perceperunt,

cepernnt,& percipere consueuerũt certas, & perpetuas portiones. Hac autem positione in iudicio exhibita auditor dedit terminũ procuratori dicti Nicolai ad respondendũ positionibus, in quo termino idem procurator huic positioni respondit. declarat subsequenter Egidius positionem prædictam. Et pro declaratione ipsius exprimit per nomina & cognomina, quos portionarios perpetuos quælibet ecclesiarum prædictarum inter cæteros habuit: & inter ipsos nominauit in qualibet ecclesia Nicolaum. deindeuenientе ipso Nicolao principali ad causam, & copia processus eidem decreta per auditorem, & termino ipsi præfixo ad respondendũ positionibus Egidij, quibus non erat responsum, & erat de iure respondendum, effluxis iam post dationem prædictarum positionis & declarationis, sex mensibus cum dimidio, in termino respondit sic ad secundam positionem, credit, &c. ¶ Nunc quæritur, vtrum idem principalis confessus videatur, quicquid continetur in positione, non solùm prout primò fuit positum, sed etiam prout fuit postea declaratum, & ostenditur, quòd etiam ad declarationem respondisse videatur, seu ad positionem, prout fuit declarata. ¶ † Circa quod duo ante omnia præmittuntur. Primum est, quòd dicta positio declaratione non indigebat, quoad tempus, cùm in ea insertum esset. Sed quoad personas portionariorum. quas ponebatur quamlibet ecclesiarum illo tempore habuisse, propter defectum nominum, & cognominum eorum ambigua, & obscura fuit: vt ff. de solut. l. cùm Stichus. & de ver. oblig. l. vbi autem. in prin. de iure fisci. l. ita fides. de test. l. hæredes palàm. §. si quis post testamentum. C. eo. l. hac consultissima. Explanatione autem nominum, & cognominum facta eadem positio certa, & clara reddita fuit, vt eiusdem iuribus patet. ¶ † Secundum est, quod per explanationem & declarationem huiusmodi non intelligitur quid nouum, positione illa propositum erat, quod fuit explicatum demonstratione nominum & cognominum, quod prius implicitum erat, hoc est, de quibus fuissent illo tempore portionarij, sicut in prælallega. §. si quis post test. & de acquir. rer. dom. l. adeo. §. cùm quis. Et hac consideratione, videlicet, quod per explicationẽ, seu declarationem non intelligatur quid nouum fieri, excluſus à iure ab inducendo factum nouum non censetur excluſus à declarando, seu interpretando antiquum factum, vt patet in iudice, qui quamuis suam nequeat reuocare sententiam, vt C. de sentent. & interloc. om. iud. in l. post sententiam. & sententiam rescind. non pos. l. 1. eam tamen interpretari non prohibetur. Et in testatore testamentũ condente, vt in prælleg. l. hæredes palàm. §. si quis. Hinc etiam inoleuit ex quotidiano iudiciorum vsu, vt excluſus à dando nouos articulos, nõ censeatur ob hoc excluſus à declarando datos. Et aduertendum est diligenter, quòd explicatio seu declaratio, siue interpretatio alicuius ambiguę, seu obscurę in aliqua scriptura dispositionis, adeo ipsi dispositioni est implicitum post facta, censeatur retrò facta in eadem scriptura, & sub eodem tempore processisse. vt vt dudum post facta, censeatur retrò facta in eadem scriptura, & sub eodem tempore processisse. vt ff. de hære. inst. l. esse toto. de cond. inst. l. instrumento. de condi. & demon. l. si ita scrip. & pro hoc. ff. de contrab. l. qui liberis §. testamento. ver. planè. Secundum quod in legibus, se ipsas interpretantibus fancitum est, pro quibus qualiter se inuicem habeant, dictum est b Tertia constitutione non adiecimus aliquid de temporibus, cùm omnibus manifestum sit oportere ea, quæ adiecta sunt per interpretationẽ in his valere, in quibus etiam interpretatis legibus

3 sit locus. ¶ † His præmissis secundum ea fateri necesse est, quòd declarans est implicitum, & etiam declaratio, quod satis denotat prælle. l. si ita scripsero. dum ibidem per declarationem generale, seu obscurum dicitur explicari, & in præall. l. hæredes palàm. dum ibi dicit, Explanari. & hoc modo etiam dicitur, quid explicitum antè gesto, vt ff. pro sol. l. actione. §. morte. vel quòd declarans est connexum, seu vnitũ ipsi declarato, aut quod est dependens ab eodem, seu quod consequens eidem declarato, sicut & vnum iudicium dependet ab alio. ff. de neg. ge. l. si quis contracto. ff. de verb. ob. l. stipulationes non diuidũtur.

4 ad idem. ff. re. amo. l. si mulier. §. fin. † Siue igitur declarans dicatur implicitum declarato, quod magis propriè videtur, & tunc quod ad declaratum responsum est, & ad declarans implicitum censetur esse responsum. ar. ff. de pac. l. iusgentiũ. §. prætor. & §. dolo malo. & de æden. l. si quis. §. ait prætor. & §. prohibet. & de no. ope. nun. prætor. §. 1. & l. 1. in prin. & quod ibi no. & pro hoc etiam bene facit. ff. de manu. test. l. si quis ita. §. scripserit. & l. rogo. & si ex noxa cau. aga. l. si. & de iureiur. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. & l. seq. in quibus etiam iuribus patet, quod implicitum ad idem tempus refertur, ad quod explicitum, & quod eiusdem temporis vtrunq; esse censetur. Siue declarans asseratur connexum, seu vnitum declarato, responso dato ad vnum, & ad reliquum dicetur responsum. ar. ff. de diuer. rescrip. l. 1. & de natu. lib. auth. item si quis & ff. de damn. infect. l. si finita. §. ex hoc edicto. extra de consti. c. translato. siue etiam declarans affirmetur esse consequens declarato, seu ab ipso dependens, adhuc responso dato ad declaratũ, ad dependens, & consequens responsum necessariò esse dicetur. arg. ff. de acqui. hær. l. si quis hæres. C. de lati. libe. tol. l. vnica. §. sed & si quis. extra de consti. nã concupiscentiã & no. expressè. 8. dist. c. quo iure. super verbo noli dicere. pro hoc etiam facit. ff. de admi. tut. l. tres tutores. §. exigi. & iudicatum solui. l. iam tamen. §. in hoc. Neq; potestas iuris, qua declarans est declarato implicitum, vel connexum, aut ipsi consequens, seu ab eo dependens, inducet in respondendo diuisionem voluntatis. ff. de his. qui. vt indi. l. eum, qui. §. pro parte. imò operabitur, vt responso dato ad vnum videatur esse responsum ad reliquum. & pro hoc etiam facit. ff. de doli. except. l. apud celsum. §. apud Iulianum. & quod no. C. de exhib. reis. l. si res.

5 ¶ † Ex his considerationib. moti doctor. scripserũt, quòd negata positione aliqua nõ tenentur negãs ad dependentem respondere, ne videlicet dependentẽ confitendo sibijpsi contrarius esset, vt patet in multis exemplis positis per G. in Specu. in tit. de positionibus. & facit quod not. C. de iura. calum. l. 2. quod & in practica inconcusse seruatur. Et familiariter loquendo consideret vnusquisque declarationе suprадicta in iudicio exhibita, si auditor dixisset, positionẽ talem repellimus: quia nimis generalis est, & obscura, vel admittimus, quia pertinens est, & clara: non

6 ob. hoc appellationi locus fuisset. ¶ † Vlterius multum est attendendũ, quod post recusationem de respondendo factam eo prætextu, quòd positio erat generalis, & obscura, secuta est declaratio, & inde post sex menses fuit actorum omnium copia decreta ipsi principali, & pòst fuit eidem factũ præceptum de respondendo positionibus, quib. non erat responsum, & post ista respondit. Nam ex his apparet, quòd iudex, & pars iuxta controuersiam præhabitam senserunt, quod positioni declaratæ respondetur, cùm absque declaratione positio ipsa impertinens esset. ¶ Vnde non est verisimile, quòd iussus iudicis emanarit super impertinẽti, nec causari potest principalis igno-

lis ignorantia, cùm tempus competens habuerit ad habendum copiam processus ante responsionem per ipsum factam, ex quo sibi copiâ processus decreta fuit. ¶ Et si quo modo ignorantiam allegare posset, ne propter confessionem de periurio notaretur, quoad hoc tamen, quin confessio videatur contenta in positione, & declaratione, ad effectum vt ex confessione ipsa à sua petitione, & intentione repellatur ignorantiam nullo modo allegare potest: tum propter procuratoris sui factum, & scientiam qui personam domini representat, & ei præiudicat: vt ff. de procurato. l. sed & hæ personæ. §. defenderet. & de tribu. act. l. procurator. & de exceptio. l. si procurator. tum propter copiam sibi datam, quæ etiam in eo scientiâ facit præsumi, aut ignorantiam affectatam, quæ non excusat, vt de clande. despon. capit. cum inhibitio. Neq; nouum est, quòd eædem probationes ad vnum effectum sufficiant, & ad aliud non, vt patet extra de testi. c. veniens. Patet etiam in probationibus super aliquo facto delictum includente. nam si ciuiliter actum sit, possunt sufficere, & tamen si criminaliter actum sit, cùm tunc clariores & pleniores requirantur non sufficiunt. Hoc idem contingeret in confessione, & negatione facta per procuratorem domino ignorante. ¶ Ponatur enim, quòd procurator confitendo, & negando est manifestè sibijpsi contrarius,
c hæc quidem confessio *c* & negatio, & contrarietas ex ipsis insurgens domino ignoranti, non præiudicabunt, quoad hoc, vt ipsi domino periurium impingatur: præiudicabit tamen quoad hoc, vt dominus à sua intentione repellatur. Finge enim, quòd procurator vnam positionem confessus est, vel confessatam negauit, certè & si dominus de periurio propter ignorantiam notari nequeat, tamé confessio vel negatio accipietur, quæ domino obesset contra intentionem suam, licèt non quoad periurium ignorante domino inducendum, cõfessio vel negatio facta per procuratorem, facta esse per dominum censeatur.
7 † Illud non videtur in dubium reuocandum, vtrum in declaratione secundæ positionis videatur tempus in ipsa positione positum repetitum, vel post per eam ab ipso non discussum? manifestum est enim, quòd positio de iure nõ poterat repelli, aut ad ipsam responsio recusari, sed solùm erat ambigua, & obscura ob defectum expressionis nominum, & cognominum portionariorum: non ergo opus fuit in declaratione de tempore facere mentionem, agatur, vt id duntaxat, quod ambiguum est, tollatur, non vt certum, & non ambiguum clarificetur. Stat igitur tempus in positione primò adiectũ, nec per declarationem subsequutam videtur ab eo discessum, imò potiùs repetitum: vt insti. ad l. Aquil. §. illud palàm est. ff. de testa. tu. l. si nemo. 2. §. hoc edictum. & de verbo. obl. l. Titia. etiam si diuersis temporibus id promulgetur, per quod dicatur repetitio inducta: vt patet. ff. de coniun. cum eman. lib. l. nihil. in hac parte. Et videtur casus in auth. de filijs ante dot. instr. §. vl. col. 3. & ar. ad hoc. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. Alioqui si à tempore in positione ipsa posito discessum videretur, sequeretur absurdum, quòd declaratio ad positionem faciendam facta positionem ipsam corrumperet, sicq; contrarium operaretur effectũ: quod non est dicendum: vt ff. de adi. leg. l. legata. & de condit. & demonst. l. cum tale. §. falsam. & de hære. insti. l. ex facto etiam. Sicut enim his legibus prolatum ad minuendum, augmentum non inducit: sic & prolatum ad augendum diminutionem non inducit. arg. ff. de leg. 1. l. si seruus legatus. §. si ej. & l. si cui serui omnes. Constat autem. quòd declaratio nominum & cognominum non fit, vt de tempore diminuatur, nec hoc est natura eius, sed magis, vt saltem debitæ circumstantiæ augeantur, ergo, &c.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Dominus Aegydius. *Not. hoc consil. quia satis pr. clarum est, atque copiosum in materia positionum & declarationum.*

b ¶ Dictum est. *Dic tu, in auth. de filijs ante dot. instr. na. coll. 3. ibi.*

c ¶ Hæc quidem confessio. *De hoc articulo quando confessio procuratoris noceat domino, habetur supra in cons. 126. in 1. col.*

De Iudæis & Sarracenis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæos Sarracenos, vel alios paganos pacificos de terris suis expellere non potest princeps, nisi parere recusent, vel idololatræ sint.*

CONSILIVM CCLXIIII.

a ILLA videtur probabilior sententia, quod princeps absque legitima causa pacificos Iudæos, Sarracenos, & alios paganos de terris suis nõ possit expellere. *b* Et primò, quia iuris naturalis
b est, & diuini, quòd quæcũq; vult princeps sibi iustè fieri, & faciat alijs, maximè suis seruis, aut tributarijs. Matth. 7. c. di. 1. ca. humanum. nec alijs faciat, quod nollet sibi fieri. extra de maior. & obe. c. dilecti. Sed ipse nollet de regno expelli: ergo non alios de regno expellat. Tenetur etiam diligere Iudæos & Sarracenos, inquantum suæ naturæ participes, nedum in anima, sed etiam in corpore, vt est expressum de pœni. dist. 2. charitas. in verb. non illi. & ver. seq. ibi quomodo nos in eorum peccatis, & periculis cogitamus, & sic nobis subueniri optamus, & ita eis subuenimus. & infrà. Quapropter charissime tota dilectione satage, vt bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo. Expellere ergo tales absq; ratione contra præcepta charitatis apertè est. Dilectio enim proximi malum expulsionis, vel aliud non operatur. ad Rom. 13. & charitas non agit perperam. 1. ad Corin. 13. & recta voluntas iniquum non agit. in
2 præalleg. c. charitas. † Et tale ius diuinum, & naturale indispensabile est, quia impermutabile. instit. de iure naturali. §. sed naturalia. dist. 6. his ita. Etiam per Papam: quia eius permutatio necessariò peccatum implicat. facit quod no. de iureiuran. & si Christus. in gl. quędam. & naturam bonã immutat, quod est impossibile. dist. 13. §. 1. di. 1. ius naturale. Hinc est etiam, quod ex isto iure, & charitate in necessitate eis subuenire, & eleemosynam facere tenemur. 4. 2. dist. quiescamus. 16. q. 1. si cupis. 86. di. non satis. Secundo hosti capto debetur misericordia, præsertim, vbi pacis perturbatio non timetur, multò fortiùs talis misericordia facienda est seruo tributario, ne expellatur. 23. q. 1. c. noli. Principes enim iubentur timentibus, & obsequentibus impendere dilectionẽ, nihil facere cupiditate nocendi, sed omnia charitate consulendi, nihil inaniter, nihil inhumaniter. 23. q. 5. prodest. Et quod agendum est, non ex furore, sed ex charitate agendum est. 12. q. 2. fraternitas. Tertiò eadem ratione, qua non debemus Iudæos, & paganos, & Sarracenos, pacificos rebus suis spoliare, eadẽ ratione nec eorum habitaculis, & extra natiua priuare,
c *c* hæc probantur per nota. 23. q. 7. c. fi de rebus. in glo.

per

3 per hoc. † Et quod posident, iuregen. posident, siue res, siue loca, siue iurisdictione. & sic iustè, & iusticia fori, non poli. 14. quæst. 4. quod dicam. extra de verbor. significa. ius dictum est. Sicut hoc clarè tenet Innoc. extra de voto, & voti redempt. quod his. & facit, 23. quæst. 5. si propterea. ibi vindicauit iustissimè. Et quod non possint, nisi persecutores fuerint, expelli, facit benè à sensu contrario. 23. quæst. 7. si qui. aliàs est sub capitulo si de rebus. Et innocentia, maximè regum, est nemini malum inferre. 23. quæst. 5. ca. non est. 6. quæst. 1. sapiens omni Christianæ inest religioni lenitas, & manuetudo, & credulitas ei contraria est signanter. 23. quæst. 5. vnum solum. Item tertio iura illorum Agarenorum Agar, & filius eius Ismael pater Agarenorum induxerunt, ideò expulsi sunt à Sara. Genes. 16. quod & ipsa persequebatur dominam suam, & ipse fratrem suum Isaac, de qua vtraque persequutione clarè loquitur Aug. 24. quæst. 4. si Ecclesia. & 22. quæstio. 4. recurrat. vbi superbus Ismael erexit ceruicem, & voluit seducere fratrem suum ludens: quia cogebat Isaac adorare luteas imagines, quas faciebat, vt dicit glos. quæ incipit Ismael. ergò vbi agarreni humiliter conuersantur, & non decipiunt simplices Christianos colere suũ luteum Machometum, non propterea expellendi sunt, sed recipiendi, sicut dicit Angelus Agar. 23. quæstio. 4. quando benè facit.

4 ¶ † Item quarto Pagani, & Iudæi inter oues Christi computantur creatione, gubernatione, & redemptione ex parte Christi. Vnde Dominus in Euange. Ioan. 10. capit. alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, scilicet, Ecclesię. Vndè & Papa super eos potestatem habet, sicut super oues suas, quas et inter alia commissit Christus. Ioan. vltim. Pasce oues meas, non distinguens inter has, & illas. extra de maio. & obe. solitæ. §. penult. & sic tenet Inno. per cap. quod super his. eo. tit. ¶ † Cum ergò Papa eos pascere debeat & verbo, & exemplo, & humanitate non rebelles, non ergò debet eos impugnare, nec permittere, vt lædantur. extra de natis ex libero ventre. capit. vna. vbi de hoc. Quintò, infideles non terroribus. non aspiritat. bus, non violentijs sunt trahendi ad fidem, neque expulsionibus, sed blanditijs, & muneribus, vt integra sit forma iustitiæ, & libertas arbitrij. 45. dist. qui sincera. & ead. dist. c. de iudæ. & 23. quæst. 4. c. vlti. quod benè facit. & quod optimè facit. vbi etiam infidelis vocatur proximus. Debet autem homo diligere proximum, sicut seipsum, vt quem poterit hominem beneficentiæ consolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coertione adducat ad colendum Deum. Et sic Iudæi iustè vbilibet expellerentur, & deficeret in eis verbum Isaię & Pauli, nec adimpleretur, quod eorum reliquiæ saluæ fient. ad Roma. 9. c. quod not. 28. quæst. 1. Iudæorum. in glos. 1. & fidei nostræ testimonium non præberent, sicut probat Eusebius, libr. 3. Ecclesiasticæ historiæ. cap. 7. pulchrè dicens: propter hoc Iudaica gens pro culpa perfidiæ de regno suo pulsa est, & dispersa per terras, vt eius fidei, cuius inimici sunt, vbiq; testes fieri cogerentur perdito quippe templo, & sacrificio, ipso quoque regno in paucis vt permixti gentibus sine discretione dispereant, & testimonium veritatis admittant, velut Cain profugus à facie Domini. Et Augustinus in sermonibus Epiphaniæ. ideò Iudæos non occidit, id est, de terris non penitus perdidit, ne obliuiscantur legis, quam propterea legendo reminiscuntur, vt sibi sumant iudicium, & nobis præbeant testimonium veritatis.

e ¶ † Sextò facit verbum Apostoli docentis dominos qualiter de seruis suis obedientibus se habere debeant. ad Ephes. vlt. c. ibi & vos domini eadem facite illis, scilicet seruis remittentes minas scientes, quia & illorum, & noster dominus est in cœlis, & personarũ acceptio non est apud Deum. & ad Colos. vlt. in prin. Domini, quod iustum est, & æquum, seruis præstate scientes, quod & vos dominum habetis in cœlis. Vndè sicut infideles Sarraceni, vel alij inter nos habitantes à nobis sunt pro suis scelerib. puniendi. extra de rap. in Archiepiscopatu. Sic sine causa sunt expellendi, vel puniendi. 56. distinct. satis peruersum. extra de constit. c. 2. Item sicut non sunt infideles de suis possessionibus expellendi, ita nec eis sunt auferendæ, sicut etiam nec sunt de suis antiquis habitationib. expellendi. 26. distin. deinde. extra de Iudæis. Iudæi. 2. §. 1. ibi à possessionibus suis. & c. sicut Iudæi & c. & si Iudæos. in princ. ibi pietas Christiana receptet, & sustineat cohabitionem illorum, ergo nõ expellantur. Item filij Israel non eiecerunt Iebusæos de Ierusalẽ.

7 Iudi. 1. 11. quæsti. 3. nolite ergo, &c. † Septimò casus videntur expressi. C. de sacrific. paga. l. Christianos. vbi dicitur, quod talibus quietè degentibus nullam debemus facere molestiam. & 23. quæst. 8. dispar. ibi, qui Christianos persequuntur. ergo à contrario sensu, si non persequunrur, non fit molestia, neque guerra. sic arguit glos. ibi & facit. 16. quæstio. 3. porrò. ibi cęterum vt paganorum, & incredulorum furor in causa est, &c. ergò à contrario sensu, &c. & quod ibi not. Prætereà ibi scriptum est, cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum, vbilibet autem habitare licitum est cuicunque, etiam seruo, dummodo tributum soluat debitum domino ratione dominij. extra de censi. omnis. 11. quæsti. 1. magnum. ergo nulli negandum est, quod ius humanæ societatis concedit. arg bon. 13. quæsti. 1. c. notandum. facit. 5. dist. ad eius verò. Item causa expulsionis Ammorręorum, Cananęorum, & Iebusęorum ab eorum terris per filios Israel peccata eorum fuerunt, maximè idololatria, quæ est contra legem naturæ, quę clamat vnum Deum, ad Roman. 1. ibi inuisibilia Dei, &c. Sed Iudęi, & Sarraceni non sunt idololatræ, sed alias infideles, neq; tales publici hostes principum regentium Christianorum: ergo non debent expelli. argum. expressum. 23. quæst. 5. §. hinc notandum. & Iosue 5. & 7. & Deuteron. 7. Genes. 15. Hæc sufficiant Canonistæ & Theologo grosso. gentib. verò vos subtilia argumenta legalia, & canonica adiungetis.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Sententia. *Proxima sunt huic consi. quæ habentur supra in consi. 72. & 91.*

ADDITIO ANTIQVA.

b ¶ Expellere. *Nunquid possit fieri violentia Iudæis vel paganis & qualiter Ecclesia indicat bellum contra Sarracenos. & quare contra Turcos vide Bart. in l. Christianis. C. de paga. & tem. eo. et adde quod Iudæi sunt capaces dominiorum & possessionum. et ideo non est licitum ipsos expellere violenter vel eis aliquã personalẽ iniuriam irrogare. vt no. Pet. de Anch. in c. quanto. de vsu. & nunquid immunitas concessa incolis alicuius loci comprehendat etiam Iudæos ibidem habitantes vide. d. Iasonem in rub. ad fi. ff. de iusti. & iure.*

ADDITIO RAINALDI Corsi.

c ¶ Et extra natiua priuare. *Horum vim nominum haud planè intelligo, nisi exponamus, extra natale solum. Quod & asperum est. & dici planius poterat.*

HACTENVS OLDRADI CONSILIA SVPERIORIBVS ANNIS IN VRBE ROmana impressa.

Sequuntur modò consilia hucusque non impressa, & penes paucos admodum maximo in pretio habita, quæ tandem multo labore, & industria collecta sunt ex varijs plerisque codicibus antiquissimis reuerendissimorum dominorum Cardinalium, ac reuerendorum patrum, nec non venerabilium virorum sacri palatij causarum Apostolici auditorum, & aduocatorum, nonnulla verò non longè ante hos dies Auinioni reperta, quibus in hunc vsque diem grauissimè caruimus, post decem illa, quæ primo loco sunt impressa, ordine suo in finem vsque subsequuntur.

De priuilegijs, vel de rescript.

SVMMARIVM.

1 *Ex gratia Papæ facta alicui de officio scriptoriæ pœnitentiariæ, si aliquis de numero scriptorum deficit, vel quam primum defecerit, cum tres deficiant de antiquo numero duodenario scriptorum: & plures sint illi antiquo numero superadditi, debet ipse obtinere, nec expectare superadditos cogitur. neque de superadditis est facienda subrogatio, vsquequo ad antiquum numerum duodenarium sit deuentum. & nume. seq.*

CONSILIVM CCLXV.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, &c. venerabili fratri Cancellino Episcopo Albanen. salutem, & apostolicam benedictionẽ. Laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus dilectus filius Petr. de Remis clericus Caturicen. dicœ. apud nos fide digniorum testimonio cõmendatur, nos inducunt, vt personam suam dignis fauoribus, & gratijs prosequamur. hinc est, quod nos volentes dict. Petrum præmissorum suorum meritorum intuitu fauore prosequi, gratiosè ipsius supplicationibus inclinati fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus eundem Petrum (si ad hoc per diligentem examinationem ipsum idoneum esse repereris, & aliquis de scriptorum pœnitentiariæ nostræ numero deest ad præsens, alioquì quam primum defuerit) auctoritate nostra ipsorum scriptorum consortio studeas aggregare: ipsumq; in scriptorem dictæ pœnitentiariæ, cuius curam geris, & ad officium ipsius scriptoriæ, eiusq; exercitium recipias, & recipi facias, vt est moris. Data Auinioni. 6. nonas Iunij Pontificatus nostri anno. 16. ¶ Significat reuerendę paternitati vestrę Petrus de Remis clericus Caturice. dicœ. quod pridiè sanctissimus pater, & domin. noster Papa volens eundem Petrum prosequi gratiosè, reuerentię vestrę per suas commisit literas, & mandauit, vt dict. P. reperto idoneo, si de pœnitentiariæ scriptorum numero, scilicet eiusdem, cuius curam reuerendam paternitas vestra gerit, deesset, alioqui quam primum defuerit, ipsum P. auctoritate apostolica ipsorum scriptorum aggregare consortio faciatis, ac in scriptorem dictæ patrocinariæ, & ipsius officium, ac eius exercitium faceretis recipi, & admitti. Quare supplicat humiliter idem, P. V. R. P. quatenus eundem P. dictorum scriptorum numero aggregetis, & ad dictum officium iuxta ipsarum Apostolicarum continentiam literarum, & ad eius exercitium recipi, & admitti facere de solita ipsis paternitatis benignitate digneminì: cum de d. numero deficiant subsequentes, vel aliqui eorum videlicet Reginaldus de Agenno. Michaël pacifici. sanctius de vrbe. Petrus caputij, ac seruus Dei. Ioco quorum nullus extitit subrogatus. Sanctissimus pater & dom. noster commisit etiam, & mandauit R. P. dom. Gancelio Episcopo Alban. summo pœnitentiario suo pro magistro P. de Remis clerico Caturicę diœcesis recipiendo in scriptorem pœnitentiarię sub forma, quæ sequitur Io. Episcopus, &c. tibi committimus, & mandamus, quatenus si eundem P. per diligentem examinationem tuam sufficientem esse repereris, & aliquis de scriptorum nostrorum pœnitentiariç numero deest ad præsens, vel quàmprimum defuerit eundem auctoritate nostra in scriptorem dictæ pœnitentiariæ, & eius exercitium recipias, & admittas. data, &c. fuit quidem, & est in ipso pœnitentiariæ officio numerus certus. & determinatus videlicet 12. & nominantur, qui tempore numeri cõstituti in dicto scriptorum officio consistebant, de quibus tres vel quatuor sunt viam vniuersæ carnis ingressi. Verum est tamen quod dictus dominus noster vltra numerum plures ad dictum officium recipi fecit quib. prouidetur, sicut vni ex alijs in dictum
1 numerum constituto. ¶ † Modò quæritur, vtrum dictus Per. admitti debeat, & recipi cum de dicto numero vacent tres vel quatuor? vel dictus P. expectare debeat, quod omnes alij supra numerum existentes primitus fuerint defuncti, vel recepti. Et quod dictus P. recipi, vel admitti debeat loco illius, vel alicuius illorũ, qui erant de duodenario numero: apparet primò ex forma gratiæ Apostolicæ eidem Per. factæ, per cuius verba vocatus est ad officiũ antedictũ, si vacat, vel quamprimũ vacare contigerit. ar. ff. qui, & à quibus manumi. non fiant. l. si optio. & extra de concess. prębend. cap. i. in concilio Vienens. Secundò ex vtilitate cuiuslibet collegij est semper ordinem plenum esse: vt ff. de decu. l. generaliter. §. spurios. Et notandum est, quod cum vnum fata subduxerint, statim proximus in eius commoda percipiẽda succedit omni obiectione cessante: vt C. de agentibus. l. 1. libro 12.
2 ¶ † Tertiò videtur, quod vbi in locum deficientium faciendum est supplementum, faciendum est ex nouis, sicut apparet in vsufructuario gregis, qui in locum deficientium capitum debet supplere exagnatis, id est, ex nouo natis: vt ff. de vsufructuario. l. vltus fuit quæstio. cum duabus ll. sequent. has quidem propositiones omnes concedunt: sed dicunt nonnulli huius subrogationem in locum deficiẽtis intra numerũ debere fieri ex superadditis ad numerum, & nullum ex expectantib. debere ad officium huius admitti, vtque quoad numerum sit deuentũ per subrogatorem superadditum, seruato ordine superaddi-ditionis suæ. & pro eis facere videtur. C. de sacrosanc. eccles. l. non plures. & de offic. diuer. iud. l. iubemus. & C. de proximis sacrorum scrinii. l. comperimus. li. 12.
3 sed hoc non obuiat prius dictis. ¶ † Ad quod intelligendum sciendum est, quod ex superadditione facta per dominum nostrum Papam numerus statutus naturam suam nõ mutat nec adiectionem recipit sicut agri limitati ex alluuione non mutantur limiti. suis: & lacus, & stagna licet interdum accrescant: tamen suos terminos retinent nec in eisius alluuionis agnoscitur: vt ff. de acquirendo re. do. l. in agris. & l. lacus, & stagna, sicut quæ pluribus superadditis per Papam eorum quilibet vocatus videtur ad nouum ius officij, de quo agitur, quod incipit cum creato, & desinit

desinit cum defuncto: vt extra de præben. c. dilecto. nec ad deficientis officium admittitur: vt nota. communiter per Doctor. & ideo, quia superadditi vocati sunt ad nouum ius officij huius non succedunt in locum alicuius deficientis de numero, sicut dicitur de testatore, qui numero aßit completo alium sine partis numerum additum ad aliud ius nouum, id est, in alium assem vocasse: vt insti. de hære. inst. §. si plures. Sed non est ius accrescendi inter superadditū, & eos, qui intra numerum sunt: vt ff. de hæred. institut. l. 4 item quod saluum. ¶ † Ad leges in contrarium adductas respondetur, quod aut præfixio numeri præcedit superadditionem, quæ respectu numeri excessum quodammodo dicit, & habent locum, quę supra dicta sunt. Aut è contra super excessus precedit numerum statuentem, vel dudum innouantem, & habent locum contraria, v. g. pone exemplum, quod ponitur in præallegat. l. non plures. C. de sacrosanct. eccles. Finge igitur, quod ante legem illam erant in Ecclesia Constantinopolitana. M. & quingenti decauit, quod non plures essent, quàm nongenti, certè ni, qui erat effusus numerus: superuenit lex, quæ statnullus recipietur, donec deueniatur ad numerum nongentorum, ne recedentibus, vel exeuntibus singulis decrescere posit vetita conglomeratio, vt in d. l. comperimus. aliàs si in locum cuiuslibet deficientis accederet alter semper staret excessus numerus: iuxta illud legale, accedentibus singulis crescit numerus: vt ff. de gradibus affi. l. iurisconsultus. §. sunt ex lateribus. in proposito autem non sic est, alio nanque de superadditis defuncto ad ius eius nullus vocapit. dilecto. & sic rato manente habituali numero, capitur, quia desinit cum defuncto, per præallegat. qui non mutatur per superadditionem tantum ad ipsum actualiter veniens, vt suprà modo scriptum est. insuper quæstio similis quasi omninò extitit in palatio Apostolico ventilata, & terminata per tres diffinitiuas sententias auditorum, & pro dom. Galiardo nigri, qui impetrauit canonicatum sub expectatione præbendæ in Ecclesia conuenarum, in qua erat certus numerus canonicorum iuratus & auctoritate apostolica confirmatus. videlicet 13. canon corum: deinde per Do. Papam ex certa scientia, non obstante dicto numero, sunt in eadem Ecclesia vltra prædictum numerum aliqui canonici creati, & mandatur, quod eidem prouideatur, sicut vni inter prædictum numerum existentes, dicto statuto in suo robore duraturo, nouiter post impetrationem huiusmodi prædictus do. G. mortuus est. P. vnus de canonicis intra numerum existentib. dicti dom. G. futuram præbendam ibi expectans acceptauit præbendam sic vacantem iuxta tenorem gratiæ suæ. Modo quęrebatur, an deberet obtinere tantum superadditis canonicis cõputatis, adhuc sint vltra numerum 13. & sic dicebatur, quod vnus de superadditis cadebat intra numerum, & ipsum implere debet, vel quid iuris? Quare ex prædictis iuribus, & rationibus videtur, quod dictus P. de Remis ad dictum officium recipi debeat, & admitti iuxta formam gratiæ Apostolicę sibi factę. cæterùm suppleat prouida, & circumspecta religio cuiuslibet melius sentientis.

De concessione præbendæ vel de priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Per reuocationem Papæ Benedicti 12. qui reuocauit omnes gratias prædecessoris sui Ioann. 22. factas eis, qui non habebant ius in re, sed ad rem, non sunt reuocatæ reseruationes, & canonicorum, & aliorum beneficiatorum receptationes factæ ex vigore priuilegij concessi Ecclesiæ Burdegalen. id est, quatuor doctorum nominatorum. & numer. sequent.*

CONSILIVM CCLXVI.

a 1 IN Christi nomine a amen. † Quod autem per reuocationem nuper factam per domi. Papam, vt patet in sua constitutione, quę incipit: Cæca cordis. reseruationes, & Canonicorum, & aliorum beneficiatorum, receptiones factæ ex vigore priuilegij Burdegalens. Ecclesiæ concessæ. reuocatæ non videantur, probatur rationibus 2 infrà scriptis. ¶ Primò, quia dicta reuocatio est generalis, quæ non derogat speciali. de rescr. Abbatem. de reg. iur. generi. ff. de lega. 3. l. vxorem. §. felicissimo. qui §. bene facit. maximè cum Priuilegium Burdegalen. Ecclesiæ concessum facti sit, & in facto consistat, & sic per generalem constitutionem non videtur reuocari: vt in cap. 1. de constitut. lib. 6. ¶ † Secundò, quia ad intentionem Papę concedentis priuilegium Burdegalens. Ecclesiæ est recurrendum. de præbend. cum causam. & nota. de verb. sign. dilecto. ad idem ff. de reg. iur. l. Neratius. sed intentio domini Papæ Benedicti non est, quod expectantes à Burdegalen. Archiepiscopo (vt est dictum in sua reuocatione) includantur, quia illo iure sunt expectantes, quàm per literas Apostolicas. argum. ff. de adopt. l. arrogatio. & in Clem. de re iudic. c. pastoralis. versic. 3 rursum non est. ¶ † Tertiò, quia per generalem reuocationem non intendit Papa spoliare Ecclesiam Burdegalen. sua possessione conferendi Canonicatũ sub expectatione præbendæ. extra de priuileg dudũ. spoliatur autem, si expectantes per ipsum suis expectationibus priuarentur. extra de ele. c. cum Ecclesia vulterana. non enim dent priuilegium Principis in iniuriam alterius conuerti. ff. ne quid in loco publ. in 4 l. 2. §. si quis à Principe. ¶ † Quartò, quia prædicta reuocatio respicit, & afficit personaliter expectantes per Romanos Pontifices. non autem reuocat priuilegia realiter concessa Burdegalen. ecclesiæ. & reuocatio priuilegij personalis non extenditur ad priuilegium ecclesiæ realiter concessum. de priuileg. ne aliqui. lib. 6. ¶ Similiter reuocatio indulgentiæ personis concessæ non extenditur ad indulgentiam ecclesiæ realiter concessam, vt legitur & nota. de rescript. cap. vltimo, lib. 6. Item quia non tantus fauor debetur personis sicut ecclesijs. de elect. cum nobis olim. Ad hoc etiam bene facit, quod no. de confir. vtil. c. ad nostram. Vnde Anacletus Papa dicit, priuilegia ecclesiastica intemerata, vel inuiolata cunctis decernimus manere temporibus. & Leo Papa ait: Priuilegia ecclesiarum & monasteriorum sanctorum Patrum auctoritate instituta nulla possint nouitate mutari. & hæc leguntur 25. q. 2. c. 1. & 3. q. & c. seq. vsque ad cap. im- 5 periali. ¶ † Quintò, quia si Princeps concedit quibusdam prouincijs ius Italicum, videlicet, quòd tributa non soluantur: vt le. & no. ff. de censi. l. 1. & vltimen postea mandando omnibus generaliter, quod soluant tributa, non videtur per hoc reuocare priuilegia dictis prouincijs concessa, & dictum mandatum de dictis tributis soluendis ad prædictas prouincias priuilegiatas extendi non debet. C. sine censu vel reli. l. fi. & ibi no. in 1. gl. 6 ¶ † Præterea reuocatio gratiarum debet intelligi secundum cursum solitũ aliorum Romanorum Pontificum, & sic istũ casum Burdegalen. ecclesię excogitatum Papa non debet includere. ff. de dam. inf. l. damni infecti. in prin. & de cõ-

trahen. emptio. l. fistulas. §. 1. & de ann. leg. l. scio medico. quia non videtur per reuocationem prædictam priuilegium Burdeg. ecclesiæ reuocatum, de quo cogitatum non docetur ff. de transl. cum Aqui. & talis reuocatio generalis ad casum, cui specialiter est prouisum, trahi non dēt. ff. de verb. ob. l. dol. & ff. de pœ. l. sanctio legum. & maximè, vbi cessat ratio, quæ mouit Papam reuocantem ad prædictam reuocationem faciendam, scilicet cæca cordis cupiditas, &c. quæ in Ecclesia Budegalens. sibi locum non vendicat. & sic cessare debet prohibitio. 2. quæ. 7. quod pro remedio. & de iureiur. & si Christus. rursus Ecclesia Burdegal. priuilegiata non debet sub generalib. tractatib. comprehendi. ff. de of. eius cui man. est iurisl. 1. 2. respon. quia de speciali dicuntur, &c. ff. de iureiurand. l. item
7 apud. §. hoc edictum. ¶ † Prætereà domin. Clemens erat naturaliter obligatus Ecclesiæ Burdegalen. propter beneficia ab ea recepta, vt ipse narrat in priuilegijs dictæ ecclesię concessis, vt probatur. ff. de pet. hg. l. sed si lege. §. consuluit. Vnde videtur potiùs soluisse debitum, quam donasse, & tale debitum naturale repeti solutum non pōt: vt not. in l. creditorib. ff. de ver. sig. pōt enim prælatus benemeritos remunerare fraude cessante. 12. q. 2. ecclesiasticis. & c. seq. ēt de immobilib. vt not. in l. iubemus. 2. C. de sacrosanct. eccles. l. libertus. ff. si quid in frau. patr. & talia non sunt per successores reuocanda, vt plenè habetur. 16. qu. 6. c. illud. ¶ Hæc mihi Bonifacio de Mutina decretorū minimo doctori videntur salua semper veriori sententia. ¶ † In reuocatione dicitur præsentis constō-
8 nis edicto omnes reseruationes, & constitutiones super canonicatib. & c. & etiam collationes, seu etiam prouisiones super canonicatib. &c. in quib. non fit in re, licet ad rem ius quæsitum à quibuscunq; prædecessorib. nostris Romanis Pontificib. factas, & concessas quibuscunq; personis, &c. per eorundem prædecessorum literas, &c. sed nulli venit in dubium, quin gratiæ factæ per Archiepiscop. Burdegale. clericis, de quibus quæritur, sint reuocatæ, si factæ sunt per Archiepiscop. non per aliquem prædecessorem do. Papæ, licet auctoritate apostolica, nec per literas eorundem prædecessorum, sed ipsius Archiepisco. Et quod ita sit, probant verba posita in priuilegio, seu concessione facta Archiepiscopo Burde. vbi post alia dicitur: volente eos illa gratia honorari, per quam se reddere valeāt alijs gratiosos, &c. ex quib. clarè apparet, quod do. Papa facit gratiam archiepiscopis dando eis potestatem prouidendi, & archiepiscopi faciunt gratiam alijs, quę duo differunt multum si benè attendantur. extra de præb. c. dudum. & c. quamuis nuper. & optimè facit quod not. Io. Mo. extra de præb. in fi. li. 6. vbi dicit, quod omnis potestas delegata minor est ipsa nō
9 delegata. ¶ † Item generale statutum reuocationis non prędiudicat speciali statuto concessionis factę per fæ. re. do. Clementem Papam quintum Archiepiscopis Burde. vt possint auctoritate sua prouidere, extra de rescri. c. pastoralis. & not. eo. tit. ca. quia. quoniam generi per speciem derogatur, vt ibi & de constit. c. 1.
10 lib. 6. ¶ † Item per constōnem generalem non reuocatur priuilegium speciale. ar. extra de rescrip. c. cum ordinem. quia nec per aliud priuilegium non faciens mentionem. de primo. extra de præscr. c. veniens. & no. in d. c. 1. & 25. q. 2. in summa. ergo nec eorum effectus. Patriarcha Grand. scilicet do. Dyn. qui nunc est archiepiscopus Ianu. adhærendo illius allegationib. videtur enim mihi episcopo Brixien. quod dictū priuilegium non sit reuocatum per dictam constitutionem reuocatoriam Episcopi Brixi. Quod verbo non expressit quis mente nō videtur cogitasse, per ea, quę leguntur & not. extra de bap. & eius effectu, maiores. §. pen. extra de spon. c. tua. Igitur cum dictus Benedictus in constitutione sua nullam mentionem fecerit de expectantib. virtute priuilegiorum, sed suorum prædecessorum duntaxat, de alijs non videtur intelexisse, quoniam si voluisset, expressisset, vt extra de dec. c. ad audientiā. quoniā talis expressio modicū de pergameno occupasset, prout Io. An. no. extra de re iu. c. inter. extra de ap. c. iuper eo. Ité non exp̄ssa ne
glecta esse videtur, vt extra de rescr. c. cum ordinem, sed ipse non expressit, igitur videtur in suo esse, sicut prius, dimisisse, quoniā vnū exprimendo de alio denegasse videtur, vt 25. dist. c. qualis. de p̄sum. c. nōne. igitur cum expressit (vt præmittitur) gratias suorū prædecessorū, gratias aliorū quorumcunq; in aliquo tangere non videtur, quoniā contra eū, qui legē apertium dicere potuit, est interpretatio faciēda, vt extra de reg. iu. c. contra eum. li. 6. igitur cum ipse non exp̄sserit mente cogitasse non videtur, quoniā ex dictis ratio est assumenda dicentis, vt extra de verb. sig. intelligentia. & c. præterea. cum ibi no. idem de mo-
b dico non est curandum, b vt extra de consec. distin. 2. reuera. sed gratiæ priuilegiatæ sunt modicæ, igitur de ipsis cogitasse non videtur, nec ipsum Archiepisco. hoc vnico lumine voluisse priuare. ar. de sen. excom. c. 1. §. fin. in Cle. quoniā melius est aliquas gratias expectātium priuilegiatorum remanere, quàm omnes vnico verbo voluisse reuocare. ar. extra de ele. c. eccle
11 sia vestra. ¶ † Prætereà hæc reuocatio est odiosa, cum tollat ius alterius, & absorbeat, non est igitur dilatanda, sed in suis terminis, prout sonant verba in ipsa posita tenenda. extra de priuileg. porrò quoniā odia restringi, & fauores conuenit ampliari. de pœn. dist. 1. omnes pœnæ. de ele. statutum. & de reg iur. odia. lib. 6. Sanctus igitur est sic intelligi, quàm quod omnes gratiæ suorum prædecessorum, & aliorum tollerentur, quoniam in odiosis id, quod minus est, accipere debemus. de regul. iur. odia. facit optimè de resc. si
12 propter tua. lib. 6. ¶ † Item priuilegia, cum sint facti, & in facto consistant, nunquam per generalem constitutionem tolluntur, extra de consti. licet lib. 6. igitur non est dicendum, quòd gratiæ priuilegiatorum sint submotæ, nec reuocatæ, quoniam quando Papa per suam constitutionem priuilegia, vel effectus priuilegiatorum tollere, & reuocare intendit, semper in vna constitutione de hoc facit mentionem. aliàs non tollerentur, vt patet extra de sepulturis super cathedram. §. nos etenim. de priui. & excess. priui. religios. de pœnis cupientes. in cle. & de ele. c. fundamenta. §. contemptores. lib. 6. cum igitur in constitutione nullam fecerit mentionem de priuilegijs, in suo esse remanere videntur, quoniam quod nō muratur, sta-
re non prohibetur, per ea, quæ leguntur, & not. in d.
13 c. ecclesia vestra. & c. statutum. ¶ † Item priuilegia ecclesiarum, & priuilegiatorum effectus est, & esse debet perpetuus, vt 25. quæst. 2. priuilegia. in 1. & 2. igitur per generalem constitutionem ab ipso editam tollere non videtur, ex quo non declarauit, per d. c. cum ordinem, de rescrip. quoniam si priuilegium secundum non tollit primum, vt extra de præscr. c. veniens. necetiā cōstitutio, ex quo mentionem non facit, non tollit primum, ex quo de primo non facit mentionem. extra de rescrip. c. cæterum. & c. plerunque. cum simil. ¶ Item separatorum separata debet esse ratio in 18. quæst. 2. c. nullo. extra de consecra. ec. vel alta. c. si ecclesiam. lib. 6. extra de decimis. c. religiosi. in Clem. Sed gratiæ Romanorum Pontificum sunt separatæ à gratijs priuilegiatorum, ergo gratias priuilegiatorum tollere non videtur, nec tollit, facit
14 extra de elect. cap. nuper. ¶ † Nec obstat, quòd

præsens

præsens constitutio vnum genus expectantium per literas facultatum duntaxat excepit ergo omnes alios expectantes excludere videtur. Nam istud non est verum, sed quia sibi hoc placuit. Item aliud non factum est, & de his, quæ ex voluntate procedunt, nõ est reddenda ratio, per ea, quæ not. extra de rescrip. si quando. Ideo cum non expresserit de alijs, in suo esse remanent. Nec ob. si dicatur, quod est eadem ratio in istis expectantibus sicut in alijs. ergo idem ius. extra de constit. c. translato, nam non est verum, quoniam per expectantes per literas apostolicas vniuersalis ecclesia lædebatur, & propter hoc fuit facta reuocatio per gratiam priuilegij in vna sola prouincia, propter quod non procedit ar. per c. nuptiarum. 27. q. 2. † Nec ob. si dicatur, quod statuitur in maiori, multo fortius in minori. extra qui fil. sint le. c. per venerabilem. §. 1. de sen. excom. c. cum illorum. circa medium. illud enim ita verum est, nisi minus sit omnino separatum à maiori, vt cum statutum in maiori non comprehendit, quod minus est. de priuileg. c. per exemptionem. §. 2. & de sen. excom. c. si somnia li. 6. Nec ob. si dicatur quid Papa tollendo quod maius est, & id, quod minus est, tollere videtur: sed maius est tollere gratias suorum prædecessorum, quam inferiorum, vt hic. ergo, &c. Quia illud verum est, nisi id, quod minus est, à maiore sit priuilegiatum, vt hic, quia non tollitur priuilegium per constitutionem, nisi de ipso faciat mentionem, vt supra. patet. ergo tolle ndo id, quod maius est non videtur tollere id, quod minus est. in cæteris defectui allegantis suppleat diligentia studentis. & si aliquid est, quod verum nõ contineat, imperitiæ non imputetur, sed carentiæ librorum in præsenti, & dissolutioni temporis ac vacationis diutine. P. Galhardus de Redaco decretorum doctor. iuxta thema propositum assistens, & consentiens allegationibus suprascriptis ex eo, quod argumentis, & iuribus fulciuntur dicas eas procedere rationibus infrascriptis. primo per c. vltra. extrà de conce. præb. §. sane. li. 6. quia ibi reuocatorio Bonifacij se extendit tam super gratijs impetratis, quam super canonicatibus præben. & dignitatibus parochialibus, & aliis ecclesijs, seu beneficijs quibuscunq; à suis prædecessoribus impetratis. non autem dicit ab alijs inferioribus impetratis. & sic ad inferiores concedentes tales gratias prætextu priuilegij papalem reuocatoriã non extendam. cum in reuocatione nulla mentio habeatur de gratijs ab inferioribus prætextu priuilegij impetratis. † ratio subest talis. constitutio, & statutum, facti sunt, & ideo in facto consistunt. extra de const. c. licet. li. 6. & ideo illud Papa non intendit tollere, nisi quantum exprimat, vt no. Arch. in d. c. licet. & ita dicendum est in priuilegio speciali, vt in casu nostro, quod Papa ipsum priuilegium non tollat, nec tollere intendat per suam reuocatoriam. hoc expresse no. Arch. extra de rescrip. c. si propter tua. libr. 6. in gl. consuetudo. & Ber. extra de præscri. c. veniens. in glo. sic patet. quia verba generalia quantumcunq; generaliter prolata à principe non sunt efficacia ad tollendum certum actum, & determinatum specialiter. extra de offi. dele. c. ex parte 2. & quod not. per Arch. in tosario. 2. q. 7. lator sic in præsenti, quantumcunq; Papa pronunciauerit generaliter suam reuocatoriã, non intendit tollere certum actum, & specialiter determinatum, s. concessionem, collationem, & gratiã factam prætextu priuilegij concessi Archiepiscopo Rurdegalen. quatenus ista exceptio contra reuocatoriam admittatur, vt in iuribus allegatis. Ego Bernardus de nouo damno canonicus Volnacẽ. domini Papæ capellanus, & ipsius sacri palatij causarum primi gradus auditor adhæreo conclusioni allegationum prædictarũ, videlicet quod per constitutionem prædictam reuocatoriam non fit dictum priuilegium reuocatum, & in testimonium præmissorum me subscripsi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In Christi nomine. *Hoc consi. nullo modo est Oldr. vt ex nominibus insertis eorum, qui consuluere, constat. Magnivero est faciendũ, eo quòd decisio Rotæ sit potius, quam consilium, propter approbationem, & subscriptionem D. Bernardi Auditoris in fi. positam.*

b ¶ De modico non est curandum. *Minima tunc curantur, cum publicus fauor versatur in ij sdem. Coras. in prælud. l. quiliberos. num. 33. de ritu nupt. Non curantur, quoties itur aduersus ius commune iure aliquo speciali nempe restitutorio. aut simili Bar. in l. si proprietarius. in prin. de damn. infect. Aretin. in §. Gallinarum. institutio. de rerum diuisio. Ias. in authentic. Qui rem. C. de sacrosanct. eccles. Dec. in c. De appellationibus. de appe. Alcia. de verb. signifi. lib. 1. fol. mihi 41. Marsil. singul. 276. Boer. consi. 42. col. 3. & 4. tex. in l. res bo. fi. de contrah. empt. & in l. 4. de restitutione in integ.*

De priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Prioratus aliquis si auctoritate apostolica fiat ecclesia cathedralis remanent iura & priuilegia episcopo ibi præfecto si erant. realia secus si personalia concessa tantum priori: vt priori. & num seq.*

CONSILIVM CCLXVII.

QVOD do. episcopo consuetudines, seu priuilegia hactenus. vt priori prioratus in cathedralem competentia modo competant, sic videtur. nulla iuris ratio, seu æquitatis benignitas patitur, vt quæ pro honore, & salubri vtilitate alicuius introducta sunt ad interpretationis duritiem producantur. ff. de leg. l. nulla. cum suis fi. & l. quod fauore. cum ergo in fauorem, & honorẽ prioratus & totius territorij erectus fuerit in ecclesiam cathedralem, duritiem interpretationis, quod suas dimittat consuetudines, quas pro quodam constituto propter diuturnitatem temporis videbatur habere, sentire non debet. ad hoc. ff. de acq. plu. ar. l. 1. in fi. ibi, quæ longa sunt obseruata consuetudine, velut pro iure constituto, seu interposito est habendũ. quamuis enim posset dici, quod vbi priori, vt priori, & eius sola contemplatione personæ iura annulorũ aureorum data essent, episcopalis dignitatis priuilegia amitteret, quæ vt prior habebat, vt alibi libertinus, tamen quia ista iura prioratum erectum respiciunt non amittuntur, dato quod prioratus ad gradum transiuerit dignitatis. ff. de excusa. tu. l. cum ex 1 ratione. in fi. cum gl. sua. † Item vbi fit translatio, an priuilegia transferantur, vel amittantur, dicitur sic. aut illa priuilegia magis concernunt rem, quam personam, & tunc priuilegia non perduntur, nisi expresse actum fuerit de perdendo. quemadmodum funeraria actio priuilegiata est, & in stipulatione retinentur funeraria priuilegia, si modo quis non abijciendi causa fuerit stipulatus. ff. de priuileg. cred. leg. 2. §. parui. sed vbi tantum personam concernerent tunc priuilegia minimè transferuntur. sic concordant. l. alleg. superius. & l. temporis. ff. de reiu. in fi. ibi, quia causæ magis. quam personæ bene-

ficium: præstatur. ff. de leg. 2. l. cum patronus, cum ibi alle. vbi tantum de priuilegio personali. cum igitur hæc priuilegia magis concernant rem, s. ipsum prioratum, quam personam prioris translatione & ereptione facta nullatenus amittuntur. illa enim quę firma sunt, & quasi originalia, si in petitionem hæreditatis transfundantur, non perduntur, vt patet in furti actione, & de seruo corrupto: quæ cum pœna transferuntur in petitione hæreditatis: quia quasi naturaliter inhærebant. sed inficatio. l. Aqui. quæ nō sic fixa est cum l. Aqui. non transfunditur in pe. hæ. sic non ob. §. cum prædiximus. de pe. hære. l. item veniunt. concor. cum l. certi condictio. §. competit. & l. alle. in dic. §. cum prædiximus. quia huic prioratui, quasi naturaliter, & ex iure constituto: vt suprà dictum iura talia competebant. ¶ † Item si inspiciatur origo prioratus, debent durare istæ constitutiones, & priuilegia si inspiciatur accidens. quia factus est episcopatus, tunc non videntur concordare iura super hoc. Nam aut accidens ex toto assumit ipsum actum, & non curatur de origine. aut non, sed remanent adhuc plura, tunc non aspicitur accidens, sed origo. cum igitur durent plura iura prioratus, & persona episcopi, & monachorum, dicamus, quod accidens originem non assumat. sic concord. ff. de assess. si eadem. ff. de postuland. leg. 1. §. bestias. cum ibi allegatis. ff. de orig. iur. leg. 2. §. deinde exact. super verbo exaccidenti. & ff. de tute. l. quibus iuncta. l. ff. de decur. l. fi. ibi in memoriam prioris dignitatis. & hoc maxime, vbi se possunt compati accidens, & orig. vt l. alle. qui habent. de tutelis. cum magis consideranda sit origo in talibus. quam titulus immutatus. C. ad Mace. leg. 3. in fi. ¶ † Item episcopatus Claromontis in episcopatus duos diuisus est, vbi ergo aliqua dignitas, seu officium diuiditur, tunc quælibet pars priuilegia retinet, quæ sola dignitas, non solùm officium antea obtinebat. C. de aduoc. diuer. iudi. l. binos. sic igitur pars S. Flori habet priuilegia, quę habebat circa talis episcopus Claromontis. Item sicut in territorio S. Flori fuit creatus episcopus amisso nomine prioratus, sic in certo territorio fuit creatus comes cum amissione nominis vicarij, videlicet annonarum, & capitatorum, sed nonne habet pietatem, quam antea habebat in milites? dicitur, quod sic. ergo idem in isto episcopatu creato, quia iura realia, & personalia habet, sicut ante. in authen. vt iudic. sine quoquo suffra. §. illud tamen & §. se. ibi & habiturus etiam potestatem in milite per hoc, quia iura realia remanent extincto ædificio. ff. de ser. vrb. prædio. l. seruitutes. §. si sublatum. cum ibi not. ¶ Item hoc habent verba text. quod adiectu alterius dignitatis perire non patimur, sed prosperioris fortunæ iudicio ad honoris ornamenta prodesse, vt vetera priuilegia conseruentur. C. de proxim. sacro. scrinii. l. iubemus. lib. 12. in fi. ¶ † Item agentes in rebus ad gradum dignitatis prouehuntur præstitijs dudum priuilegijs saluis. C. de princip. agent. in rebus. l. Principes. libr. 12. & iterum, qui enim superioribus dignitatibus creuerint, nihilominus huius loci priuilegia præsto sibi fuisse lætentur, finita etiam prima dignitate. C. de excus. mulie. l. eos. e. l. cum ibi not. leg. 3. C. de dignit. & iterum text. cum enim par, eademq; sit ratio inter episcopum Claromontis, & istum, pari vtantur priuilegio. Cod. de præ. sacra. lar. l. fi. e. lib. allegatur text. per quam enim temerarium est hanc nostræ pietatis liberalitatem quanquam astuta interpretatione non in augmentum anteriorum priuilegiorum, sed in diminutionem conuertere. l. fi. C. de præposi. agent. in rebus. Item vbi quis seruitutem ampliat sibi debitam, per quod videtur quasi primò mutata illam perdere, nō tamen ex ampliatione homini eam perdit. ff. de ser. l. si cui vnus enim & idem actus causam augmenti, & diminutionis importare non debet. ff. de sol. l. qui hominem. cum alijs multis. & l. cum tale in fi. ita in casu nostro: honor enim auctus est prioratui erecto in ecclesiam cathedralem: sed non tamen eius conditio immutata fuit: & sic cum non mutetur realiter, nec statum eius pristinum conuenit immutari. & sic verba textus propriè iacent, quæ pro contrario fuerant contra dominum episcopum allegata. † Et dicatur quare, ex quo crescit episcopus, non crescit conuentus, & capitulum mutatū? arg. C. de nup. l. fi. vbi vxor crescrit propter dignitatē mariti. ratio est, quia maior pietas est prælati in monachum, quam mariti in vxorem, quod patet. C. de cond. inser. l. si vxor. cum l. ficut. ibi alle. ff. de ope. li. quia quo ad duo habet pietatem maritus in vxorem. s. quo ad debitum carnis & quo ad operandū, sed quo ad alia est socia. Verum prælatus, quo ad omnia, habet pietatē in monachos, nec sunt socij, sed sunt serui. C. de epis. & cle. auth. cau sa. seruus autem nescire debet, quid faciat dominus suus. prout Christus in Euangelio testatur. Item hic nō extinguuntur iura ista extincto, & transfuso prioratu, quia expedit transfundi aliqua, & aliqua non, sicut alibi stipulatori expedit transfundi, & extingui aliqua: aliqua non: veluti cum stipulator habet reū, & fideiussorem obligatū, & extinguit obligationem principalem accipiendo bona rei: Nunquid extingui tur accessoria. s. fideiussoria? certè non. quia expedit creditori. sic igitur hic aliqua expediunt, & transfunduntur, non alia. ff. de fideiuss. hæres à debitore. s. ante. † Item sicut maior dignitas assumit minorē prioratum, sic principalis debitor succedendo fideiussori suo assumit fideiussoriam minorem obligationē. sed nonne, si interfit alicuius non assumi vt creditoris illa minor fideiussoria tenetur? dicitur, quod sic. de separa. l. debitor. sic igitur, cum interfit episcopi non absorberi iura prioratus ex toto in episcopatu, iura prioratus quo ad hoc remanebunt. Item sicut hinc de conuentu fit capitulum in honorem, sic officiatus, qui bene seruiuit, si ad honorē efficitur clericus, nunquam his actionibus, quæ contra eum, & eius competebant patrimoniū, liberabitur. Non igitur isti monachi ad hoc, quod ligati erant, vt conuentus liberantur, dato quod fit capitulum creatum. sic. C. de epis. & cle. l. quisquis emersis. in fine. subiectos enim esse eos suo prælato decreta sanciunt, vt ibi in fi. † Item quamuis nouatio fit vnius actionis in aliam transfusio. ff. de no. l. 1. cum nec iure antiquo, nec no uo fortius transfunditur illud, quod plus erat in actione pristina effectualiter transfusa: imo in hoc remanet, vt effectus, nec quo ad hoc est nouata: vt ff. pro socio. l. duo. & l. si quis à socio. cum l. se. Igitur illud, quod plus erat in prioratu, quam sit nunc, attento. c. transfusum non fuit, nec nouatum, quomodo remanet illud saluum. cum igitur non transfundatur, dicit text. quod iure pristino peti potest. ff. de vsu. l. si stipulatus. in fi. vbi verba ista sunt posita. † Item quod consuetudo vicinarum diœcesi attendatur, dicunt iura, quia pro veritate habenda recurritur ad vicinos. C. de nup. l. fi vicinis, & cum in oneros is, & eis præiudicialibus ad eos recurritur. C. de epis. audien. l. Christianos proximos. & c. quæ not. ff. ad l. Aquil. l. fi seruus seruum. §. si quis insulam C. de naufra. l. quoties. C. de incest. nup. l. cum ancillis. in fi. ff. loca. l. tantum. & ff. ad Silleia. l. 6. §. c. & §. si in illa. multomagis in honorem ad eorum consuetudinem recurri debet. † nec erit in hoc casu propriè extensio consuetudinis: quia si dicant isti monachi, in capitulo nostro

lo nostro non curamus de tali consuetudine, quæ nunquam viguit, sicut dicit ille, qui dicit, quod in agro suo eo inuito nunquam lapides fuerunt cæsi, tamen quia in territorio illo erat consuetudo, quod data pecunia cæderentur, patietur hanc consuetudinem iste talis. sic ergo monachi isti. quia in territorio Claromont. erat consuetudo, sub cuius erant territorio, nunc diuisi ista vtantur consuetudine prout in non extensa. ff. communia prædio. l. venditor. §. si constat ad hoc. ff. de l. 1. l. si seruus plurium. §. fi. vbi ad vicinas consuetudines est recursus, dato quod in facto concordato dicatur quòd vsq; ad litem motam, seu controuersiam fuerunt in possessione, & sic monachi confitentur possessionem, dato quòd subsequatur, & non permittunt vti, &c. quæ verba, dato quòd per se diceret episcopus, non sapiunt spoliationem, est text. ff. vti possidetis. l. si duo. §. hoc interdictum sufficit, vbi ille facit mihi controuersiam possessionis, qui prohibet me vti possessione mea. Et tamen huiusmodi actus non sapiunt spoliationem, sed magis retentionem, ad hæc non spoliat, qui vim fa-cit, nec permittit possidentem libera possessione gaudere. ff. vnde vi. alias de vi & vi arma. l. vim facit. cum ibi alle. Item l. diffamari. vbi si iura haberent sunem per hoc proponenda talem verbalem contradictionem dicerent & allegarent, licet ea lex ad alium finem scripta sit. C. de inge. manu. similiter. l. harum. & l. Egi. ff. si ser. vend. & sic in attentatis non præiudicant domino episcopo, sed eum iuuan. do. Oldrad. de laude.

De priuileg. & de deci. & de verbor. signifi.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium generale religiosis concessum super decimis non soluendis non extenditur ad decimas, in quarum perceptionis possessione tempore concessionis huius priuilegij erant ecclesia cathedralis, & aliæ parochiales, & num. seq.*

2 *Scandalum quid sit. & quomodo debet priuilegium principis interpretari.*

CONSILIVM CCLXVIII.

QVÆSTIO est, vtrum per priuilegiũ concessum aliquibus religiosis sub his verbis: vobis auctoritate pœnitentiũ indulgemus, vt ad præstationem decimarum de quibuscunq; possessionibus, & alijs bonis vestris, quæ nunc in præsentiarum habetis, & iustis modis acquisieritis, in futurum minimè teneamini, &c. ipsi religiosi à præstatione decimarum, in quarum perceptionis possessione erant tempore concessionis huius priuilegij ecclesia cathedralis, & aliæ inferiores ecclesiæ parochiales, quarum intentionem dicta perceptionis commune fundabat, & fundat, sint liberi, & immunes effecti. Et allegatur, quod sic, multiplici ratione. ¶ Primo ratione generalitatis verborum, superquibus priuilegium emanauit prædictum ibi, de quibuscunq; possessionibus, &c. Cum enim verba sint generalia, generaliter de omnibus possessionibus & bonis nulla differentia inter ipsa habita sunt intelligenda: imo cum ibi sit signum vtile. s. quibuscunq;, plus habet operari, & plus inducere, quam si per signum indefinitũ duntaxat concessio dicti priuilegij facta fuisset, vt ex differentia legati omnis marmoris, & omnis lanæ, & marmoris, & lanæ simpliciter, & indefinitè colligi potest. ¶ Secundo, quia priuilegia sic sunt interpretanda, vt aliquid conferant illis, quibus sunt concessa: nec in ipsis est maligna, sed benigna, & plenissima interpretatio facienda, ac si secus diceretur, eorum contrarium fieret, & sequeretur. ¶ Tertiò hoc probari dicitur expressa iuris dispositione. extrà de priuil. c. accedentib. ¶ Quarto allegatur, pro hac parte d. Ioa. Papæ. 22. in casu, vt asseritur, similis determinatio. ¶ Quintò allegatur scandalum, quod exinde, vt dicitur, oriretur, si contrarium diceretur. ¶ Sextò obseruantia, quæ proponitur vigere in similibus casibus in alijs prouincijs.

1 ¶ † Sed in contrarium arguitur sic. certum est, quod cum princeps alicui priuilegium concedit, ipsum sic temperare, & c. ciuiliter est intelligendũ, vt in quantum fieri potest sine alterius iniuria & iuris præiudicio alieni. præsertim si per ipsam iuris interpretationem aliqua vtilitas, cui conceditur, afferri possit. intelligatur concessum a vt ff. de admi. tu. l. impuberi, & ad Trebel. sed cum ab hærede. C. de eman. li. l. nec a uus. ff. ne quid in loc. publi. l. 2. §. merito. & extrà de vsu pal. c. ex tuarum. & de rescrip. ca. quamuis. li. 6. & non solùm huius intellectus principis concedentis ad tempus concessionis porrigitur sed ad quodcũq; temporis futurum. & ideò dato quod priuilegium à sui principio sit æquum si ex post facto tendat ad iniquum, cessat ipsum priuilegium, vt ff. de vul. & pup. l. ex facto. & extrà de deci. c. suggestũ. & ibi est casus: sed certum est, quod supradictum priuilegium præfatis religiosis concessum, in præiudicium alienum, videlicet ecclesiarum prædictarum à principio, vel ex post facto, tendit, ac iuris interpretatione in decimis per ipsas ecclesias non possessis, quanquam debitis eisdem, operari & vtilitatem afferre potest, cum multæ decimæ possint eisdem ecclesijs esse debitæ, quanquam non possideantur per ipsas prout etiam no. In not. de priuile. dudum. Igitur ipsum priuilegium ad decimas tempore concessionis eiusdem per prædictas ecclesias possessas non porrigetur. sic enim temperatè, & ciuiliter intelligetur, & minus iniquitatis habebit. ar. ff. de reg. iur. l. quoties nihil: & ius alienũ non absorbebitur in totum per ipsum, vt C. de prec. impera. offe. l. quoties. & vide hoc expressum in præ-
2 alle. decr. dudum. & de deci. c. 2. li. 6. ¶ † Præterea manifestum est, quod priuilegium, inquantum tangit ius concedentis, latissimè sit interpretandum, tamẽ in quantum tangit ius tertij, est restringendum: prout not. Innocen. de dona. cap. cum dilectus. & de deci. cap. tua. & de transla. capitulo vltimo. & pro hoc facit prælegatum. ca. ex tuarum. Sed constat, quòd priuilegium, de quo agitur, ius tertij. s. ecclesiarum, suprà dictarum, tangit ergo est restringendum, vt sic ad decimas non possessas non referatur. Tertio pro hac parte arguitur sic. constat, quod prędicti religiosi tempore concessionis dicti priuilegij ad præstationem decimarum de omnibus possessionibus suis faciendam ecclesijs memoratis duplici iure erant astricti, videlicet iure proprietatis, seu dominij, & iure possessionis, existentium tunc penes easdem ecclesias. tunc arguitur sic. cum quis duplici iure, siue vinculo diuisim per se sufficienti alicui est obligatus: esto quod priuilegium recipiens vnum ipsorum impetret, remanet aliud, vt ff. de serui. vrb. præ. l. si domus. & optimè de statuli. l. seruus si hæredi. & in prælleg. cap. ex tuarum. & pro hoc etiam ff. de
3 iti. actuq; priuat. l. 1. §. hoc autem interdictum. † Dato igitur, quod dictum priuilegium ius dominij respiciat, non tamen ius possessionis, de qua in priuilegio mentio nõ fuit facta: respectu cuius nihil commune habet cum possessione proprietatis, vt ff. de acqui. pos. l. ge-

posſ. l. generaliter. §. nihil sit. & per consequens dicti religiosi ex iure, & vinculo possessionis remanserunt obligati. & per hoc benè facit extrà de præben. cap. cum nostris. nec enim intentionis principis est per suum priuilegium ius possessionis cuiquam interuertere, seu auferre, vt C. si per vim, vel alio modo. l. 2. videtur expressum in dictis decre. de priuileg. c. dudum. & de deci. cap. 2. lib. 6. & not. hoc etiam, C. de loc. prædic. ciui. l. fi. Quarto pro hac eadem parte arguitur sic. certum est, quod quando lex prouidet expressum in casu, in quo minor subest ratio, videlicet tacitè prouidisse in casu, in quo maior, vt C. de reuocan. do. l. his solis. idem & si eadem ratio subest: quia licet verba legis deficiant mens tamen non deficit, sed locum habet, vt ff. qui pet. tut. l. credendum. & C. de excu. tu. l. licet. & ff. ad Tertul. l. 2. §. non solùm. & de iur. om. iu. l. si quis id. & ideo quod legis verbis ommissum est, non immittetur religione iudicantis, vt ff. de testi. l. quæsitum scio. ¶ Item certum est, quod in casu, in quo priuilegium conceditur de decimis noualium non soluendis, prouisum est expresse per verba dictæ decre. dudum. de priuileg. & præalleg. decret. 2. de decimis: libr 6. quod priuilegium non comprehendit decimas per tertium tunc possessas. ¶ Vlterius certum est, quod non minor, sed maior ratio subest, vt per priuilegiũ non videantur concessæ decimæ aliquarum possessionum non noualiũ ab alijs possessæ, quam ipsorum noualium, propter maius præiudicium: vt extrà de deci. c. ex parte. ergo de primo ad vltimum, &c. ¶ Amplius pro hac parte considerandum est fore verisimile, quod in præal. decre. dudum. prior, & conuentus de Bucello allegarent possessionem decimarum tantum ex aliquo iure speciali: cum iure communi ipsæ decimæ fuissent debitæ ecclesiæ matrici, vel saltem ecclesiæ cathedrali vt notoria iura debent. Item considerandum est, quod illa possessio est validior, & efficacior, quæ aliquo titulo, quam illa, qua nullo, vel minus efficaci
4 iuuatur: vt probatur extrà de probat. c. licet ¶ † Tamen vlterius est aduertendum, quod titulus iuris communis est validior, & efficacior titulo priuilegij, vel aliquo alio speciali titulo: quod ex hoc apparet. quia specialia facilius tolluntur, quam ius commune, vt probatur. ff. de mili. testa. l. eius, qui. §. militia. & de excu. tut. l. administrantes. §. vlt. & l. propter. §. fi. & l. sed & milites. §. 1. & not. ff. de acquir. hæred. l. si quis extraneus. & de iure emphi. l. 2. & ad Vell. l. antiquæ. hinc est, quod pro quo facit ius commune, non est necessarius titulus in præscribendo contra priuilegium, sed econtra sic, vt probatur extrà de confir. vti. c. cum dilecta. & ibi not. per Innoc. His consideratis, & suppositis arguitur sic: si id, de quo minus inesse videtur inest: & id, de quo magis: vt extrà de elec. c. cum in cunctis. & C. de neg. ge. l. 1. sed minus videtur inesse, quod possessio nullo, vel minus efficaci titulo, quam sit titulus iuris communis, fulcita vires priuilegij de decimis non soluendis concessi impediat: & tamen impedit, vt in præalleg cle. dudum. igitur magis impediet vires talis priuilegij possessio titulo iuris communis roborata, sed sic est in propo-
5 sito. ergo, &c. ¶ † Nunc ad rationes in contrarium pro parte noualium adductas breuiter respondetur. Et primò ad primam, & secundam dicitur, quod non procedunt per ea, quæ in secunda ratione, & tertia pro hac parte allegatis dicta sunt. nam in legatis illis de præiudicio, seu iniuria tertij non agebatur: sed testator de suis proprijs bonis duntaxat disponebat absq; iniuria cuiuscunq;. & vlterius sæpe compertum est de verbis qnantumcunq; generalibus, & verbalibus quædam excipi, & in ipsis modificationem fieri: vt ff. de leg. 3. l. si mihi mæuia. §. fi. & ff. de serui. l. fi cuius. & de ritu nup. l. quanquam. & no. C. sine censu vel reli. l. 1. & facit præalleg. decre. 2. de deci. lib. 6. & potissimè hoc procedit in priuilegijs, & rescriptis, quæ, in quantum fieri possunt, sunt iuri communi, & æquitati conformanda: vt extrà de consuetu. cum dilectus. & C. de noxa. l. 2. imò quod plus est, ipsa priuilegia, & rescripta sunt æquitati conformanda: licet
b eorum verba non patiantur *b* vt not. 23. q. 1. ca. paratus. Item quando est eadem ratio, & conditio omnium particularium sub genere comprehensorum, videtur quod indefinita locutio æquipollet vniuersali, vt not. Dyn. de reg. iu. c. 1. constat autem, quod eadem, imo maior ratio est in alijs possessis, quam in noualibus propter maius præiudicium: & vt supra probatum est, verbum indefinitum æquipollet vniuersali, & signum vniuersale adiectum verbo possessionibus restringitur, non minus, sed magis, quam si
6 verbo noualibus adiectum fuisset. † Insuper, quod huius generalitas sit in casu proposito restringenda not. expresse Ioan. And. reg. iur. ca. in generali. libr. 6. Ad decretalem accidentalibus respondetur, quod ibi non dicitur, quod tempore, quo priuilegium extitit concessum, decimæ per alios possiderentur: sed solum ibi dicit, & ad hoc tantum, non ad allegationem monachorum se ibi retulit Papa, quod si temporarij contra sua priuilegia eis indulta, & sic post ipsas decimas pro 40. annis soluerint, compellantur ad solutionem ipsarum cum tanto tempore soluendo priuilegijs renunciasse videantur. per hoc autem non sequitur, nec ex text. illo probatur, quod tempore impetrationis eorundem priuilegiorum persolue-
7 rentur decimæ monachis de terris illis. ¶ † Ad literam, seu decretum domi. Ioan. Papæ 22. respondetur, quod ibi non dicitur, quod episcopus Clouicen. & rectores illi essent in possessione percipiendi decimas de possessionibus illis tempore priuilegij concessi: & sic ad propositum nihil facit. nec est præsumendũ, quod Papa ibi voluerit tollere ius communi, seu iuri communi, quid habetur in præalleg. decre. dudum. & c. 2. de deci. li. 8. derogare: cum de ipsis nõ fecerit mentionem: & si hoc etiam voluisset, quò ad certas personas, non faceret ius, quo ad alias: vt ff. de leg. l. ius singulare. ¶ Ad quintam rationem respondetur, quod nõ constat, quod in facto contineat veritatem, & dato quod constaret, non obesset: quia patientia aliquorum de vna prouincia erga certas personas ius suum gratiosè, vel negligenter prosequi omittentium non præiudicat, nec proficit alijs de alia prouincia: quia nec consenserunt: nec homi-
num alterius prouinciæ legibus, & moribus astringuntur. & pro hoc facit, quod dicit tex. probatis his, quæ in oppido, &c. de ædi. priuatis *l. an in totum*. & quæ fit longa consuet. l. 1. & quod not. ff. de priuileg. credi. ex ea causa. & per not. de *consuetu.* in summa. & quod talis consuetudo foret ecclesijs onerosa, ad quod facit, quod not. Innoc. de offi. Arch. ca. dilecto.
8 ¶ † Ad vltimum de scandalo respondetur, quod cum moniales priuilegiũ, de quo agitur, impetrauerint, & ipsum contra iura extendere velint (quia scanda-
c lum *c* nihil aliud sit, quam dictum, vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ,) Istud scandalũ est ex parte monialium actuũ, & ipsis alienum vsurpare volentibus: non autem Archiepiscopo, & rectoribus ius ecclesiarum suarum per viam iuris defendentibus imputandum. nec enim iura patiuntur, vt vnius inopia per alterius iniuriam releuetur, ne quod ex pietate in aliquibus miserabilibus personis conceditur ad iniuriã parochialium ecclesiarum redundet, vt 22. q. 2. c. 1. & extrà de eccles. ædifi. c. 2.

ADDITIO

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Intelligatur concessum. *Generale verbum restringitur etiam in teste & in instrumento, Alc. in l. inter omnes. num. 4. Qui satisdare cogantur.*

b ¶ Non patiantur. *Hoc fundamento Iaſ. vtitur in consil. 57. col. pen. volum. 3.*

c ¶ Scandalum. *Scandalum quid sit. Et de hoc vide S. Thom. de Aquino in secunda secundæ. q. 43.*

De testa. & de succeſſ. abinteſt. de verb. ſig. & de cond. ap. extra. de inſt. & ſubſtit. ſub condi. factis.

SVMMARIVM.

1 *Cum pater ſubſtituit filio ſuo: ſi abſque filio ex corpore ſuo procreato hæredе deceſſerit: filiam ipſius, vel eius prolem: tunc ſi filius habuit filium, & ex eo nepotem: & premoriatur filius ipſius relicto alio filio nepote hæredis, & pro nepote teſtatoris, excluditur ſubſtitutus ipſius teſtatoris ex voluntate præſumpta.*

2 *Appellatione filij veniunt nepotes, & pronepotes in fauorabilibus.*

CONSILIVM CCLXIX.

THEMA, ſiue tenor facti. Deinde prædictus dom. de Famiano in terra ſua, & bonis, & iurib. ſuis, nominib. & actionibus, omnib. in omnibus bonis ſuis, quæcunq; qualiacunq;, & quantacunq; & vbicunq; ſint, fecit, & inſtituit ſibi hæredem ſuum vtilem, & generalem Ioan. filium ſuum, ac hæredem maſculum ipſius Ioan. filij ſui de ſuo corpore legitimè procreatum, vel etiam procreandū, ore ſuo proprio proferendo: ſi verò dictum Ioan. filium ſuum, & ipſius teſtatoris hęredem vtilem ab ipſo ſuperiùs inſtitutum mori contingeret abſque ſolio, ſeu hærede maſculo de ſuo corpore ex legitimo matrimonio procreato: videlicet nullo filio hærede maſculo ſibi ſuperſtite remanente, & eidem filię tantum cenſent ſuperſtites, & hæredes, illam, & illas voluit, & præcepit idem teſtator de ſuis honorificè maritari, & in eum euentum ſubſtituit dicto Ioan. filio, & hæredi filio vtili filium dictæ Guli. filiæ ſuæ vxoris prædicti dom. de Muro, videlicet filium dictæ Guliel. qui eſſet poſt primogenitum filium eiuſdem natus, & non eſſet domi. de Rino. Ita videlicet, quod filius dictæ Gulie. haberet, & reciperet nomen, & arma Baroniæ de Famiano, ſi verò dicta Gul. filia ſua filium maſculum, & hæredem maſculum non haberet de ſuo corpore ex legitimo matrimonio procreatū, in eum euentum ſubſtituit d. Ioa. filio, & hæredi vtili filium poſt primogenitum Stephanæ filiæ ſuę vxoris prædicti dom. de Rino, qui non eſſet hæres prædicti domini, de Rino, ita quod haberet, & reciperet nomen, dominium, & arma Baroniæ de Famiano, verba generalia in ſi. teſtamenti ſunt iſta. Hoc eſt aũt vltimũ teſtamentum ſuum, & vltima eius voluntas, & ordinatio ſua quod, & quam valere idem teſtator præcepit iure videlicet teſtamenti nuncupatiui: & ſi iure teſtamenti nuncupatiui non valeat, voluit, ꝙ valeat iure codicillorum, vel epiſtolę, aut iure donationis cauſa mortis, vel etiam inter viuos, vel ad pias cauſas, aut iure ordinationis, vel diſtributionis factæ inter liberos aperte, & iure cuiuslibet vltimæ voluntatis minus etiam ſolennis, & eo iure, quo melius valere poterit quoquo modo. Nunc d. Io. hæres enim habet filiũ ex ſuo corpore procreatum, neceſt in ſpe habẽdi, habuit tamen filium, & deceſsit, ex quo filio defuncto hẽt d. Ioa. nepotes, ac ẽt ex illis nepotib. hẽt pronepotes. dicta verò Guil. filia dicti teſtatoris mortua eſt relicto primogenitò de Rino, & ſecundogenito. Itaque dubitatur, vtrum dicta ſubſtitũ euaneſcat propter agnitionem nepotum: maximè ſi eos faciat hæredes dict. Ioan. & an omnino locum habeat dicta ſubſtitũ propter verba ipſius ſubſtitũnis, quæ dñt de ſuo corpore, &c. † Videtur mihi Ia. de Mediolano in Romana curia aduocato ꝙ nepotes, & pronepotes Ioan. filij hæredis inſtituti ſecundum rei veritatem non ſunt hæredes teſtatoris patris dicti Io. expreſſa eius vocatione, licet poſſet dici, quod ſubſtitutũ excludant ex voluntate præſumta & coniecturata, quia in ſubſtitũnib. & fideicõmiſſ. de facili committitur coniectura *a* vt in l. cum ꝓponebatur. ff. de lc. 2. & in l. hęr. l. 1. ff. ad Tre. & in l. Luc. & ibi not. ff. de hære. inſti. & in l. filius. §. cum quis. ff. de le. 1. cum fim. † Nam ſecundum verborum ſignifica. in fauorabilib. filij appellatione continẽtur nepotes, & pronepotes, & omnes liberi intelliguntur: vt l. filij de verb. ſign. Nam filiorum appellatione oẽs, qui ex nobis deſcendunt continentur. Nec dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros, quam filij nomine appellare, etenim iccirco filios, filiaſué concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earumué nobis diuturnitatis memoriam in æuum relinquamus: vt in l. liberorum. ad fin. ff. eo. tit. † Nam coniectura pietatis videtur ſubſtitutio defeciſſe tacitè, ita quod minus ſcriptum, quam dictum fuerat, reperiatur agnitione nepotis, & pronepotis. l. cum auus. ff. de condi. & de. & C. de inſtit. & ſubſt. l. generaliter. §. fin. & C. de fideicom. cum acutiſsim. cum ſimi.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Admittitur coniectura. *Hoc dictum ad propoſitum ſuum adducit Iaſ. in conſi. 141. col. 12. vol. 2. & in conſil. 52. col. 5. vol. 3.*

De feudis, & de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſine licentia domini poteſt in rebus feudalibus conſanguineum impunè hæredem inſtituere & non incidit in pœnam iuris.*

Item de duplici feudo quod tranſit ad hæredes & quod nõ tranſit.

Item hæres feudatarij non incidit in pœnam, ſi non reſtituit domino feudum, vel non reſpondet cum ſeruitio. cum num. ſequent.

CONSILIVM CCLXX.

a IN quæſtione propoſita *a* videtur. † ꝙ dict. Guigar. de Clariaco quondam d.
1 Clariaci de rupe potuerit licitè, & de iure ſibi hæredem vtilem inſtituere d. Armarium de Pictauia comitem Valẽ. conſanguineum germanum dicti do. Guiguardi ex parte matris in caſtrum Clariaci, & de rupe, & in quibuſdam alijs bonis ſuis: nam licet idem domi. Guiguardus vaſallus d. Dalphini ratione dicti caſtri de Rupe non poſſet de iure feudum dicti caſtri de Rupe ſine licenti dicti d. Dalphi. in totum, vel in parte vendere, ſiue pignorare, vel quocunq; modo diſtrahere, ſeu alienare *b* vel pro anima iudicare, vt in c. imperialem decet ſolertiam, de prohi. feu. alie. per Iotarium, & in ca. Lotarius. alias imperialis. tñ intelligendum eſt, vt videtur dẽre intelligi de iure, de prorſus extraneo hærede inſtituto, non autem de eo, qui ſit coniuncta perſona teſtatoris feudatarij, ſicut erat dictus domi. Arma. qui erat conſanguineus germanus præfati d. Guiguardi, quare dato, quod prohi-

beretur institutio hæredis prorsus extranei sine permissu, & licentia domini, & sic intellexit glos. in præfato cap. imperialem decet solertiam. in gloss. quæ incipit: Si autem alienauit. non tamen prohibetur institutio coniunctarum personarum, quæ videtur posse fieri de iure sine permissione illius domini, ad quem feudum spectare dignoscitur: vt C. de fideicommiss. l. voluntas patris. ff. de legat. 3. l. pater. §. iul. & §. quindecim. & §. idem quæsiuit. & ff. si quid in frau. pa. l. 1. §. 1. in fin. & eo. tit. l. minus. & C. de impo. lucra. descript. l. 1. 1. respons. † Nam licet ille, qui 2 hæredem instituit in feudo, vel feudum legat sine permissione domini, dicatur alienare, vt C. de secun. nup. l. si quid. §. certum. & ff. de legat. 2. l. peto. §. fratre. Tamen & si aliquis est prohibitus à iure alienare, & hæredem instituat in re prohibita alienari, non habet locum pœna prohibitionis alienationis factæ à iure. ff. de alie. iu. mu. causa fac. l. ex hoc edicto. §. alienare intelligitur. & ff. de fun. do. l. 1. & in Authent. de liti. 1. responso. & §. 1. cum simil. sic in proposito videtur dicendum, quod licet dominus Guiguar. non potuerit castrum de rupe sine permissione do. Dalphini alienare sine pœna commissionis feudi, & alienatio sit nulla: vt in c. imperialem. & in c. Lotarius. & hæredem instituendo dicatur alienare, vt in l. peto. §. fratre. & in l. si quis. §. certum. quia alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur, & per hæredis institutionem transfertur dominium, adita tamen hæreditate per hæredem institutum: vt in l. cum hæredes. ff. de acquir. pos. & in l. 1. §. scæuola, ff. si quis test. lib. esse ius. fu. & in l. cum pater. §. surdo, & muto. ff. de legat. 2. tamen hæredem instituendo in dicto feudo, vel legãdo ipsum feudum sine permissione domini Dalphini, quamuis dicatur alienare non erit locus dictarum legum pœnæ, scilicet c. Lotarius. & imperialem, nec potest dici dictum feudum commissum per dictas leges Lotharius & imperialem. ratione dictæ institutionis factæ per dictũ dominum Guiguardum de dicto domino Armario: & parcendum est ei, quantum ad pœnam commissionis: sicut non habet locum edictum de alien. iu. mu. causa fac. in eo, qui hæredem instituit, vel legat, quamuis dicatur alienare: & parcitur ei, quia deest dolus, vt in dict. l. ex hoc edicto. §. alienare: & in dicta l. 1. ff. de fun. do. & in præalle. l. pater. §. Iulianus. & §. 3 quindecim. & §. idem quæsijt. cum similib. † Præterea non potest negari, quin do. Guiguar. habuerit vtile dominium in dicto castro de rupe, quamuis ratione dicti castri fuerit feudatarius dicti domi. Dalphini, & quod ei competebat, & competijsset vtilis actio in rem aduersus quemuis possessorem, & etiam aduersus do. Dalph. quæ actio in rem competit ei, qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium acquisiuit, vt in l. in rem actio. 1. responso. ff. de rei vend. & quod dico, quod eidem competebat, & competijsset vtilis actio in rem, videtur posse dici de iure, ad exemplum eorum, qui in perpetuum feudum fruendũ conduxerunt à municipibus: qui quamuis non efficiantur domini directi: tamen competit eis vtilis actio in rem aduersus quemuis possessorem, & etiam aduersus ipsos municipes: & tales conductores perpetui dicuntur habere vtile dominium, vt in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vec. vel emphi. petatur. sicut & in superficiario dicitur, cui dantur vtiles actiones ratione vtilis dominij: vt in l. tutor. §. etiã. ff. de pigno. actio. Et intelligo vtiles actiones in rem: vt in l. superficiario, & in l. prætor. ff. de rei vend. & l. prouincialis. §. penult. ff. de oper. noui nunciat. & in l. 1. §. quod ait. ff. de sup. & sic etiam dico in feudatario, qui habet vtile dominium in feudo. vt not. gloss. in l. 2. C. vbi in rem actio. in glo. quæ incipit: Vt commendatarius. ergo vtile dominium, quod habuit do. Guiguard. in d. feud. potuit transferre in do. Armarium ipsum hæredem instituendo sine licentia dom. Dalphini: quia cum aliquis legat rem alienam, & legans habet in ea aliquod ius, tunc id solum videtur legare, scilicet ius, quod habet in ea: vt in l. si domus. §. si fundus. ff. de legat. primo. & eod. tit. l. si cui. §. si. & l. non quocunque. §. 1. & l. senatus. §. fin. & in l. 1. in fin. ff. de libe. legat. & in l. tabernas. ff. de contrahend. empt. & vendit. & legitur & not. in cap. pastoralis. extra de do. & hoc videtur Spec. tenere in emphyteuticario, qui non habet meliorationes suas alienare sine consensu domini. C. de iure emphyteu. l. 3. & extra de locato. cap. potuit. & quod posit emphyteuta legare etiam extraneæ personæ domino irrequisito, no. in Spec. de locato. in §. sub hoc tituio. 4 in versi. 12. quæro, vtrum emphyteuta. ¶ † Ad secundum, quo dicitur, dictum castrum emphyteuta. dum iurabile, & reddibile, & quod dominus Armarius fuit inobediens, & difficultatem adhibuit in reddendo dictum castrum, & ideò ius, si quod habuit ex testamento domi. Guiguar. perdidit. Videtur dicendum, quod dominus Armarius non perdidit suum ius quæsitum in castro de rupe ex testamento dom. Guiguar. ex eo, quod non reddidit dictum castrum domi. Dalphi. in prima inquisitione ipsius, vel secunda, vel tertia, seu alias: quia dom. Arma, successit in iure alieno, & ideo iustam causam habebat ignorandi, vtrum dictum castrum esset iurabile, vel non: vt in regula. qui in alterius. de reg. iur. ff. & in regula cum quis. eod. tit. lib. 6. quæ regulæ intelliguntur in eo, qui se defendit, sicut faciebat prædictus d. Arma. non autem in eo, qui agit, vt in dicta regula qui in alterius. & no. per Io. Mo. in dicta regula cum quis. & ideò antequam do. Arma. fuerit notificatus, ita quod plenam, & indubitatam notitiam habuerit, quod dictum castrum erat iurabile, & reddibile ad voluntatem dicti do. Dalphi. non tenebatur restituere dictum castrum, nec tenebatur credere cuilibet referenti, quod dictum castrum erat iurabile & reddibile. extra de fi. ca. per tuas 2. quia homo non debet esse nimis credulus, & imputatur ei, vt quidam putant, qui credulus fuit, vt in l. 1. §. dolum. in fi. ff. de eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat. & l. 3. §. sed fi. ff. de in rem verso. & in l. fi. in prin. C. de accu. cum sim. & ideò non potest dici rationabiliter dom. Arma. fuisse inobediens, & adhibuisse difficultatem in restituendo dictũ castrum: quia quam citò certificatus fuit, quod dictũ castrũ erat iurabile & reddibile, immediatè dictum castrum restituit, & restitui mandauit, meritò ergo iusta ignorantiæ causa, quam habuit dominus Armarius in succedendo in iure alieno, ipsum excusauit, & excusat, vt in regula prædicta vtriusque iuris, & per hoc dicitur, quòd hæres emphyteutæ, qui cessauit soluere ecclesiæ canonem per biennium, vel pri uato per triennium, excusari potest, & dêt prætextu 5 ignorantiæ, per verba dictæ regulæ, † Et quia tempus non solet currere ignoranti, vt in l. 1. §. dies. & §. si aduersus. quando appe. fit. & in l. anus. ff. de calum. & in l. cum sex. ff. de ædil. edict. & not. gloss. ac. in d. §. si aduersus. in gloss. sed in quo casu. C. de iure emphyteu. in l. 2. ad fin. & per Dyn. in dicta regula cum quis. & plenius in Spec. de locato. §. nunc aliqua. ver. 18. Et pro hoc facit, quod leges voluerunt scientiam, & non ignorantiam obligare, vt in l. generali. C. de tabu. lib. 11. & in l. si dictum. §. penult. ff. de euic. & in l. pecunia. §. primo. ff. de vsur. & in l. semper. §. hoc interdicit. ff. quod vi aut clam. & si quis omninò

omnino vellet dicere de rigore iuris potuit cadere in pœnam, tamen de æquitate restituendus est ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. vt in prædicta l. semper. §. hoc interdicto. & no. in glos. præalle.

6 †Præterea ille videtur propriè inobediens esse, & difficultatem adhibere, & moram facere in restituendo, qui litigare maluit, supple iniustè, potius, quàm restituere. ff. de verb. obl. l. nemo. §. si post moram. in fin. & ibi no. & eod. tit. l. qui Romæ. §. duo fratres. & ff. de admi. tu. l. tutor, qui potest. §. tutor datus. & ille non videtur inobediens esse, nec difficultatem adhibere, nec morã facere, qui iustè litigare maluit à contrario sensu legum prædictarum. de peti. hære. l. illud. nec videtur aliquam moram fecisse ille, qui iustè in iudicium prouocauit, vt in l. si quis solutioni. in fi. 1. respon. ff. de vsu. l. qui sine dolo. ff. de re. iu. & l. 1. §. fi quis paratus. ff. quod vi aut clam. Ergo non videtur de iure posse dici, quod dom. Armarius fuerit inobediens, nec quod difficultatem adhibuerit in restitutione eidem facta ex parte do. Dalphi. super restituendo castrũ de rupe, cum semper in qualibet requisitione dicti castri de rupe diceret, & respõderet, quod paratus erat stare iuri, & facere omnia, ad quæ tenebatur de iure, quotiescunque certificatus esset, quod dictum castrum esset iurabile, & reddibile ad voluntatem dicti domini Dalphini. & antequam certificatus fuerit, quod dictum castrum esset iurabile, & reddibile ad voluntatem dicti domi. Dalphini, videtur, quod do. Armarius habuerit iustam causam non restituendi dictum castrum de Rupe, & quod non fuerit in mora, nec inobediens, nec difficultatem adhibuerit restitutioni dicti castri. non enim omne, quod differendi causa optima ratione fit, annumerandum est moræ. quid enim si debitor amicos requirat, vel expediendi debiti, vel de fideiussoribus rogandis, vel exceptio aliqua allegetur? mora facta non videtur, si modò idipsum non fraudandi causa simuletur, vt in l. sciendum. cum se. ff. de vsu. & non dicit lex, quod non subuenitur etiam in sumptibus illis, qui rationẽ litigandi non habuerunt, nec qui ignauiam, id est, stultitiam prætendunt, sed illis qui iustam causam litigandi habuerunt, subuenitur. ff. de leg. 2. l. qui solidum. §. etiam. & ff. de iur. & fac. ign. l. regula. §. quod imperitia. & no. extra de dolo. c. finali. & 2. q. 1. c. in primis. & pro sententia quod no. Inno. qui dixit, quod contradictores facti & non iuris ligantur his sententijs, vt no. in c. pro illorum. in gl. hæc sententia. circa fin. extra de præben. & idem no. Arch. e. ti. si cui gra-

7 tiosè. in gl. hac clausula. ¶ †Ad tertium, cum dicitur, quia do. Armarius recipiendo possessionem dicti castri de rupe sine licentia do. Dalphini videtur perdidisse omne ius sibi quæsitum in dicto castro ex dicto testamento do. Guigar. dicendũ est, quod nullum ius perdidit in apprehensione possessionis dicti castri de rupe, quia hoc fecit de voluntate dicti do. Guiguardi testatoris, & ipso viuente, quod videtur de iure fieri potuisse ratione vtilis dominij, vt suprà dictum est, q̃ competebat dicto do. Guiguardo in dicto castro ratione feudi. ar. ff. de pig. act. l. vlt. & C. de pig. l. creditores, & quia ratione iuris, quod dictus do. Guiguar. habebat, videtur potius possessionem dicti castri recepisse, quàm iniuriam fecisse d. Dalphino. ff. pro socio. l. merito. & ff. de iniu. l. item a pud. §. si rationem. neque enim alienat, qui duntaxat dimittit possessionem. d. item si res. §. potestatem. ff. de alien. iud. mu. causa fac. cum simil. Ex quibus omnibus suprà dictis concluditur euidẽter, quod do. Dalphinus debet do. Ludouico cum inuestire de dicto feudo, & fidelitatẽ recipere à dicto domino Ludouico, & quia tantum tardauit in restitutione dicti castri, videtur iniustitiam fecisse: quia illa est iustitia, quæ ius suum cuilibet ita tribuit, vt non distrahatur ab illius persona iustiore petitione: quasi dicat nullus êst, qui iustiorẽ habeat petitionem, quam dom. Ludouic. & ideo præferendus est. & quod vsque ad ista tempora male factum est, & iniustè, debet iustè fieri, quia colere iustitiam summum bonum est, vt legitur in canone. 12. q. 2. cum deuotissimam. & legitur, & no. in c. ex ore. extra de priuileg. Et prædictas allegationes ego Iaco. de Cuticis de Mediolano in Romana curia aduocatus credo veras esse, & de iure procedere. & in testimonium præmissorum sigillum meum proprium appo-

8 sui. ¶ † Prædictas rationes vidimus nos Bonifacius Episcopus Mutinæ Dei gratia, & dicimus, quod probabiliter dici potest, quod dominus Guiguar. testando potuit feudum cum rebus certis in dominũ Comitem trãsferre sine licentia domini Dalphini, quia vtile dominium habuit in feudo: vt no. C. vt in rem acti. l. 2. quod ius relinquere potuit cum vniuersitate. ff. de acqui. re. do. l. quædam. de contrahen. empt. in modicis. & not. Innoc. & Hostien. de prob. c. in prouincia. & ac. C. de episc. & cleri. l. quisquis. ff. de verb.

9 obl. l. continuus. §. si ab eo. † Non ob. in lib. feu. de suc. feu. c. sequitur. in prinip. in ti. qualiter olim possessio feudi alie. c. 1. ver: donare autem, &c. quia consuetudines feudorum non ligant extra locum, vbi statutæ, vel seruatæ sunt, vt expresse no. per Hosti. in sum. de immu. eccle. §. inquantum. versi. si verò pater norum. sed standum est tunc legi scriptæ secundum eum. & secũdum legem scriptam, rem, in qua habeo vtile dominium, possum in testamento relinquere. ff. de leg. 1. si domus. in fi. cum sim. Et si tu instabis: amice lex imperialis prohibet feudum pro anima iudicari, vt in l. imperialem. in prin. solu. secundum Hosti. illud verbum pro anima iudicare, ibi positum non fuit in antiquo, sed falso adiectum, quod patet; quia de tribus facta fuit à principio legis quærela. scilicet venditione, pignoratione, & de collusione facta sub nomine libelli, & nihil fuit dictũ de iudicio animæ. Et sic ad ista tria respõdet Imperator in §. hac edictali. & ibi fuit vitiosè adiectum pro anima iudicare, præter conscientiam Principis, cuius responsio ad interrogationem refertur. C. de transa. vt responsum. Vel aliter secundum eum, est quoddam feudũ, quod non transit ad hæredes, & ad tempus datur, vt patet in li. feu. quimo. feu. amit. §. item si quis. & de feu. Guar. & Castal. c. 1. vel in quo pars tenetur in propria persona seruire, & in tali feudo non potest testari: quia inter artifices, &c. vt ff. de sol. l. inter artifices. & de offic. dele. c. fi. & de isto loquitur decreta. nuper. de donat. inter vir. & vxor. & lex imperialis. & alia iura contraria. Est & aliud paternum seu antiquũ; & reale, quod transit ad hæredes, & in quo quis potest seruire per alium, quod est communiter, & tunc testari potest, vt suprà dictum est. vel aliter secũdum ipsum Host. illud verbum pro anima iudicare non vetat testamentum ritè conditum, sed excludit quandã fraudem, quam excogitabat vasallus hoc modo. Confitebatur vasallus se multa damna ecclesiæ intulisse, & in recompensationem dicebat. Ego do quicquid habeo, retento mihi vsufructu, & iudico hîc animam meam, &c. Non enim vt ipse Host. dicit, prælati ecclesiarum, qui fuerunt præsentes. & petierunt prædictam constitutionem edi, petijssent cõtra se, scilicet, quod quis non possit pro anima sua iudicare, & relinquere.

10 †Non obst. glos. quæ est in l. imperialem. super verbo alienare, quia loquitur, quando solum in feudo hæredem instituit. vt ibi patet: vel quando nullos agnatos habebat, vel in feudo temporali, quod ad hæredes non transit, vel dicam eam male dicere. & confirma-

tur hoc quia emphyteuta, qui non potest alienare sine consensu domini, extra de loca. c. potuit. C. de iure emphy. l. 2. tamen hæredem instituere potest, quia alienare non videtur. l. ex hoc edicto. §. alienare. de alie. iu. mu. causa fac. secundũ Guli. in Spe. de loca. §. nunc aliqua. ver. 113. † Nec videtur do. comes morã feciſſe, ſi dixit ſe velle cum amicis deliberare, & ſe informare, quid haberet agere, quia lex non dicit eſſe, quod differendi cauſa optima ratione fit, moræ annumerandum, quid enim, ſi ad amicos adhibendos, vel expediendi debiti, vel fideiuſſoribus rogãdis, vel exceptio aliaqua allegetur? mora facta non videtur, vt textualiter habetur. ff. de vſur. l. ſciẽdum. propter quod induciæ deliberatoriæ ad deliberandum cum amicis conceduntur à iure. 3. quæſt. 3. de iud. & no. C. de dila. l. 1. extra e. tit. c. 2. facit. ff. de ſerui. vr. prædi. quidam hiberus. tempore enim indigemus, vt aliquid maturius agamus. l. di. ponderet. intereſtq; noſtra, ne præcipitemur, quandiu iuſtè deliberemus, & iſtud modicum tempus, in quo quis deliberat, vel ſe informat. & ſe præparat, non enumerant, neque ponderant iura, vt l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. ma. hinc eſt, quod tempus datum à iudice ad appellationem proſequendam non computatur in anno proſequendæ appellationis: quia illud tempus etiam datur ad præparandum, & itinerandum, vt not. de ap. ſæpe. in gl. pe. & maximè quia ſuccedit in locum alterius, & ſic habuit do. comes iuſtam ignorantiæ cauſam, vt in regula vtriuſq; iuris. Vnde dicit gl. quod ſi emphyteuta non ſoluit canonem infra tempus, qui ignorauit iuſte, quia ſucceſsit alteri, non cadit in pœnam: vel ſi purtu vis dicere, quod cadat, ſaltem iuuatur per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, ſi qua iuſta, &c. & no. in d. l. 2. C. de iure emphyt. non enim videtur omninò doloſè, vel moroſè reſiſtere, cum dicebat, quod paratus erat ſtare, & facere omnia, quæ de iure teneret. ff. quod vi aut clam. l. 3. §. ſi quis paratus. cõtradictores enim facti, & non iuris ligantur ſententijs: vt no. Innoc. in c. pro illorum. de præben. & controuerſia extra iudicialis parit interdictum vti poſſi. non autem iudicialis: vt no. Inn. de proba. in præſentia. de reſti. ſpo. audita, quia non videtur iniuriam facere, vt l. iniuriarum. ff. de iniur. & de ele. cum Eccleſia Vulterana. talem reſponſionem facit Papa. de re iu. ad Apoſtolicæ. lib. 6. porro non videtur do. comes peccaſſe, ſi poſſeſsionem caſtri de rupe apprehendit do. Dalphi. irrequiſito, quia hoc fecit de voluntate d. Guiguar.
12 teſtatoris. C. de pig. cre. † Item ratione ſimplicis dominij. q. ſimpliciter competit in caſtro ratione feudi, potuit poſſeſsionem apprehendere, & ſic ratione iuris ſui videtur potius apprehendiſſe, quam iniuriam d. Dalphi. feciſſe. ff. pro ſocio. merito. ff. de iniur. Item apud §. ſi communem. Concluditur ergo, quod d. Dalphi. non debet moleſtiam facere domino comiti ex cauſis prædictis, ſed ipſum inueſtire de dicto caſtro, & fidelitatem recipere ab eodem. Nec obſt. lapſus temporis do. comiti, quia per eum non ſtetit. in lib. feu. quo tempore miles inueſtituram petere debet c. 1 & ſine dubio, prout no. in ti. per quos inueſti. c. nulla. d. Dalph. qui recuſauit in inueſtituram facere, & fidelitatem recipere, priuatus eſt proprietate feudi, & iurium ſuorum, & debet ſibi conſcientiam facere, quia tamen tardauit in traditione, & reſtitutione caſtri prædicti.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ In quæſtione propoſita. *Non eſt author huius conſilij Dominus Oldradus, ſed d. Iacobus de ſanctis cum approbatione d. Bonifacij Epiſcopi Muſſuenſis, & ipſa lectio manifeſtat.*

ADDITIO ANTIQVA.

b ¶ Seu alienare. *Nunquid vaſallus poſsit de ipſis feudis teſtari latè tradit do. Al. in conſ. 29. incip. perſpectis conſideratis q. colum. 3. ver. circa ſecundum dubium. & col. ſe. in 5. vol. Sed quæro nunquid feudalia ſint hodie redacta ad inſtar patrimonialium vide omninò d. Guigu. Papa in quæſt. 59. incip. ſecundum vſus feudorum. & vide Io. Fab. inſti. in proemio & de emp. & vend. circa princ. & de leg. patro. tute. circa finem.*

De hæreticis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus eſt aſſerens, quòd viuens in ſeculo vſq; ad ſenium, & faciens rem cum matre ſua, ſi pœniteat non poſsit ſaluari.*

2 *Item ſi dicat, quòd Romæ non dimittuntur peccata, vel alibi, vel dicat, quòd peccata non dimittit, niſi ſolus Deus. & num. ſeq.*

CONSILIVM CCLXXI.

1 QVAESTIO † talis eſt. Aliquis dixit, & credebat, quod quando aliquis vixit in ſeculo vſq; in ſenium, & tunc ipſe aſſumit ſibi vuluam matris ſuæ, & vult pœnitere de peccatis ſuis, quod non poterat. Quæritur, nunquid hoc ſit hæreticum? Et videtur quod ſic, quia dominus pollicetur per Prophe. peccator in quacunq; die conuerſus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Ezech. 18. c. 30. diſtin. c. ponderet. & ver. & dominus. §. non ſolum errant, qui hæc non credunt, ſed etiam radicitus claues eccleſiæ deſpicere videntur, de quibus dicitur: Quæcunque ſoluueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlis, alioqui hæ ſententia aut domini non eſt, aut vera eſt, vt in eo. c. ponderet. ver. & dominus. Et alibi dicitur, cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. 26. q. 6. c. is qui. & vbi poſt peccata ſequuta eſt pœna, ibi datur miſericordia. l. di. quia. in fin. & nulli homini claudenda eſt miſericordia. l. di. 23. q. 4. c. duo iſti: nomina. ad idem. 42. di. c. quieſcamus. cum fim. & ideo poſt pœnitentiam, & miſericordiam non debet deſpici in eo, quod fuit, quia iam incipit eſſe, quod non fuit. l. di. ferrum. ad idem de pœni. di. 1. c. quarumlibet. & c. quamobrem. neque enim eccleſia vnquam claudit gremium redeuntibus, vt C. de ſum. Trin. & fin. ca. l. inter claras. & C. de hære. l. Manichæos. & extra de hære. cap. ſuper eo. lib. 6. ſcriptum eſt enim in Pſal. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. ¶ † Secunda quæſtio,
2 nũquid ille, qui dicit, quod nullo modo credit, quod Romæ, vel alibi grauia peccata dimittantur. item q. credit, q. peccata non dimittat, niſi ſolus Deus, poſsit dici hæreticus? Et videtur, q. ſic, quia dominus dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eã, & tibi dabo claues regn cœlorum. Petrus ergo ligandi, ſoluendiq; poteſtatem priùs accepit à domino, vt legitur. 21. di. c. in nouo. & c. quamuis, & 21. di. c. 1. de ſacroſ. eccl. & talis dicendo talia verba conatur auferre Romanæ eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo capite omnium eccleſiarum traditum. & talis ſine dubio in hæreſim labitur. 22. di. c. 1. dicendo enim talia verba aliter ſcripturam intelligit, quam cõſenſus ſpiritus ſancti flagitat à quo ſcriptura eſt: & per hoc hæreticus poteſt appellari. 24. quæſt. 3. cap. hæreſis. & §. ſunt & aliæ. & traditas eccleſiæ claues deſpicere videtur (vt diximus) cum ſcriptum ſit, quæcunq; ſoluerit

veritis super terrã, soluta erunt & in cælis. Alioquin hæc sententia aut domini non est, aut vera est, vt in 3 præall. c. ponderet. versi. dominus. † Et propriè hæreticus est ille, qui homini verba emendare non vult, sed potius defensare persistit. 24. q. 3. c. 1. qui in ecclesia, quod si paratus fuerit se corrigere, & emendare, & non defendere verba prædicta pertinaci animositate, non est inter hæreticos computandus. eodem ca. & q. in c. dicit Apostolus. vniuersi enim qui de sacramento corporis, & sanguinis d. nostri Iesu Christi, vel de baptismate, siue peccatorum confessione, vel remissione, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sancta Romana ecclesia prædicat, & obseruat, hæreticus est habendus, vt extra de hæret. c. ad abolenda. 24. di. c. hæresis, illud ergo, quod Romana ecclesia seruat, & mandat ab alijs obseruari, generaliter est obseruandum. 11. di. c. si quis nesciat. Cum igitur Romana ecclesia prædicet, & obseruet, quod Romæ possint dimitti peccata, & quod possit illa dimittere, & qui aliter sentit, & credit (vt est dictum in themate) hæreticus est habendus per iura prælegata. Et si de hoc constiterit, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscata, totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudandus est, & omni officio, & à beneficio ecclesiastico spoliandus, & arbitrio secularis pietatis relinquendus, tunc animaduersione debita puniendus, nisi continuo *a* post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ veritatẽ sponte recurrerit, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publicè consenserit abiurare, & satisfactionem 4 congruam exhibere. † Laicus autem, nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione debita confestim ad fidem confugerit ortodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur debitã recepturus pro qualitate facinoris vltionem, & qui post abiuratam hæresim deprehensus fuerit in hæresim abiuratam recidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquendus est, & bona sua ipso iure sunt confiscata, vt habetur in præalle. c. ad abolendam. §. præsenti. & §. laicus & §. illos quoq;. & c. ti. c. super eo. & c. cum 5 secundum ll. lib. 6. † Sed confiscationis huius exercitio fieri nõ debet per principes, vel alios dominos temporales, antequam per episcopum loci, vel aliam personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat pietatem, somnia super eodem crimine fuerit promulgata: vt in d. c. cum secundũ. §. confiscationis. & quia dicitur, quod plures testes singulariter deposuerunt per famam communem, & vulgarẽ, probatur, quod b talis est publicè diffamatus *b* pro eo, quod familiaritatem continuam habuit cum hæreticis, & ipsos defensauit dicendo quod hæreticis facta erat iniuria, & plura alia, debet se ad arbitrium episcopi purgare, & si non purgauerit se ad arbitrium episcopi, siue quia in purgatione deficit, vel hæreticus est censendus secundum Hostien. & hoc no. extra de pur. ca. c. inter. §. 1. & Arch. de hæreticis. c. accusatus. li. 6. in gl. ex dictis testium. Et sufficiant prædicta, quantum ad præsentes quæstiones.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Nisi continuo. *Gl. si. in c. pe. de hære. vult etiam post condemnationem recipi hæreticum debere, si redeat. De quo tamen vide no. per De. in c. At si clerici. in princip. colum. ante pe. de iudi.*

b ¶ Diffamatus. *Videtur hic desideratum post punctum copula siue distributiua, ita vt duo articuli constituantur ado. Oldr. in hoc §. concl. j. Prior articulus famam singularibus testibus probatam esse, eo quod plures sint, concludit. Quam verè non disputat. sequens pertinet ad consuetudinem cum hæreticis continuam, quam purgare necesse est. Legendum est itaq; meo iudicio. Est publice diffamatus. Pro eo verò, quod familiaritatem, &c.*

De foro compe. & de feud.

SVMMARIVM.

a Pares curiæ non sunt iudices in causa quæ vertitur inter dominum & quendam tertium non vasallum super feudo comitatus etiam si dominus sit ecclesia sed iudex ordinarius rei & quot modis acquiritur feudum. & nume. seq.

CONSILIVM CCLXXII.

REVERENDE pater in causa comitatus † Losen. quæ vertitur inter ecclesiam Leodic. ex parte vna, & d. Theod. & d. Deheyfiergis filium sororis Ludouici quondam comitis Losen. ex altera parte, fuit factum vnum fundamentum in consistorio coram d. Papa. & aliàs idem dictũ est coram d. Hispano, quod si inter dominum, & vasallum controuersia, & lis oritur de feudo, per pares curiæ à domino sub debito fidelitatis contractus homini quæstio est terminanda, & istud fundamentum est, & homini proposito est verum & notorium. 1, vera, notoria in iure, vt probatur de prohibita feu. alie. per c. Præterea si inter duos. ver si inter dominum & vasallum. & in lib. feudorum de controuersia feudi coram pluribus terminanda. c. si inter dominum. & isti propositioni non contradico in aliquo. sed ista non est quæstio nostra, sed nostra quæstio est inter ecclesiam Leodicen. ex parte vna, & dictum dominum Theoder. qui se dicit hæredem do. Ludo. quondam comitis Losen. filium sororis dicti domini Lud. quondam. comitis ex altera super d. comitatu Losen. qui certissimè est de feudo ecclesiæ Leodicen. vbi debeat homini quæstio terminari? videlicet verum dictus comitatus pertineat ad dictum d. Theode. ratione successionis, quia dicit se hæredem dicti d. Ludo. quondam comitis Losen? & videtur, quod huiusmodi quæstio non possit, nec debeat terminari per pares curiæ ecclesiæ Leodicen. & hoc videtur probari in dicto. c. præterea. in ver. si verò. cum enim specialiter loquatur text. de domino, & vasallo, & quando quæstio est de feudo inter dominũ, & vasallum, quod huiusmodi quæstio debeat terminari per pares curiæ, voluisse videtur, quod in omnibus alijs casibus veteres leges debeant seruari. s. quod alter iudex de huiusmodi quæstione cognoscat, & quod de vno conceditur, in alijs negatum esse videatur, vt l. maritus. C. de procur. l. quod labeo. ff. de compensa. l. cum ita. in fi. ff. de condi. & demon. cum si. quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? vt l. sancimus. C. de testa. nam quicquid. l. noua specialiter non videtur expressum, illud regulis veterum legum, & constitutionum videtur relictum: vt in l. præcipimus. in fi. C. de appellat. & in capit. constitutio. de elect. lib. 6. & quicquid astringendæ obligationis causa dicitur, illud nisi palam verbis exprimatur, omissum intelligitur. l. quicquid astringend. 1. responso. ff. de verborũ obligatio. Et cũ casus iste in consuetudinibus feudorum non sit comprehensus, merito lege scripta strenuus aduocatus vti poterit, vt in lib. feud. de cognitione feudi. c. cum obertus de orto, & sic casus

omissus, & in consuetudinibus feudorum non comprehensus pro omisso debet haberi, vt in l. commodissimè. ff. de lib. & post. & in l. si cum dotem. 1. respons. ff. so. ma. Cum ergo. ll. & consuetudines feudorum dent iurisdictionem paribus curiæ ecclesiæ Leodicen. duntaxat quando quæstio esset de feudo ecclesiæ inter ecclesiam, & vasallum, non autem debet iurisdictionem paribus quando est quæstio de feudo ecclesiæ inter ecclesiam Leodicen. & dictum do. Theodericum non vasallum ecclesiæ Leodicen. qui se dicit hæredem extraneum dicti do. Ludouici quondam comitis, contenti esse debemus casibus in legibus feudalibus, & consuetudinibus comprehensis. argum. l. si stipulatio facta fuerit. ff. de verbo. ob. quod autem non sit vasallus ecclesiæ Leodicen.
2 probatur manifeste, † quia ille propriè dicitur vasallus, qui inuestitus est per feudum de plebe aliqua, vel plebis parte à principe: vel aliqua potestate: vt puta capitaneo, & his. vt in l. feudi. quis dicatur dux: marchio: comes: siue capitaneus, vel valuasor. no. per Ioan. And. extrà de elec. li. 6. in cap. fundamenta. §. vt igitur. sub verbo marchio. in glos. quæ incipit: in lib. feud. Sed do. Theoderic. nunquam fuit inuestitus per feudum de plebe, vel parte plebis in ecclesia Leodicen. nec de dicto comitatu. nec de feudo comitatus Losen. igitur non potest dici vasallus, nec maior, nec minor, nec etiam capitaneus per cap. præallor. leg. ¶ †
3 Præterea feudum acquiritur multis modis. Acquiritur enim inuestitura, præscriptione, & successione. Inuestitura acquiritur, cum aliquis tradit possessionem rei immobilis alicui nomine feudi corporaliter. & tunc propriè dicitur inuestitura, quando hasta, vel aliquid corporeum quodlibet porrigitur à domino dicente se facere inuestituram. vt in confirmatione feudi, quid sit inuestitura. in princip. & sine inuestitura nemo potest feudum acquirere: nec potest, nec debet fieri huiusmodi inuestitura: nec consistit nisi in rebus soli, vel solo cohærentibus. aut in illis, quæ inter immobilia computantur: veluti cum de camera, aut de caneua feudum datur. vt in constitut. feudorum: de feudi cognitione. capit. 1. §. sciendum est. Acquiritur etiam feudum eo, quod habetur pro inuestitura, vt puta cum dominus dixerit alicui coram curia: vade in possessionem illius feudi, & ipsum teneas pro feudo, licet non interceserit iuuestitura? tamen per indè habetur, ac si interceserisset. vt in lib. feudo. de consuetudine recti feudi. cap. sciendum est. Acquiritur etiam & alio modo, eo quòd feudum habetur pro inuestitura, puta præscriptione. vt si aliquis possideat feudum aliquod per 30. annos vel feudum, & seruitium domino exhibuit, quamuis de eo nunquam fuerit inuestitus, præscriptione tamen 30. annorum se tueri potest. vt in constitutione feudi si de feudo controuersia fuerit. capi. si quis per 30. annos, acquiritur etiam feudum per successionem, & non ex testamento, sed potius abintestato, nec enim valet aliqua ordinatio defuncti de feudo facta, siue legatum. vt in constitutione feudi de succes. feud. capi. sequitur. ergo cum dicitur, nulla ordinatione defuncti in se manente, vel valente. Et qualiter olim feudum poterat alienari. §. donari autem. & natura successionum feudi est talis, quod in feudo pater non succedit filio, vt in constitut. feud. de natura successionis feud. cap. 1. descendentes vero sic. & primò quidem filius succedit patri in feudo, & non filia. Item nepotes ex filia, & non neptis, & sic vsq; in infinitum, vt in constitutionibus feudorum capi. fœminæ: §. 1. & §. filia. not. à successio. fratrum, &c. capitul. per successionem. vbi dicitur, quod fœmineus sexus, vel ex fœmineo sexu descendens ad successionem feudi aspirare non potest, & qui feud. dare pos. §. hoc autem notandum est. vbi dicitur, quòd licet filiæ & masculi patribus succedant secundum leges, tamen à successione feudi remouentur, & etiam filij earum, nisi specialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat. & quod suprà dictum est, quod succedit filius patri in feudum, hoc potest habere locum de minoribus, secus autem in maioribus feudis, puta in ducatu, marchionatu, & comitatu. In illis enim non succedit hæres. vt in lib. feud. de feudo marchiæ. capitul. de marchia. refert tamen Hostiens. in summ. de feud. §. qualiter feudum confirmatur. verbor. de succes. quod de consuetudine imperij non succedit, nisi filius descendens in feudo. Imo feudum debet reuerti ad Imperatorem, & ipse confert, cui vult. & sic refert se vidisse iudicari in Alamania per proceres, vbi fuit. †
4 Sed prædicta omnia cessant in persona domini Theoderic. ergo non potest dici vasallus. primò enim cessat inuestitura, quia nunquam fuit inuestitus per feudum de dicto comitatu per episcopum Leodicen. & sic non potest dici vasallus ratione inuestituræ. secundò non potest dici vasallus pro inuestitura, quia nunquam per episcopum Leodicen. fuit dictum do. Theoderic. quod ingrederetur possessionem dicti comitatus, & si ius aliquod habuisset in comitatu ipsum ius perdidisset accipiendo possessionem comitatus auctoritate propria: vt l. si quis in tantam. Codice. vnde vi. l. creditores ff. ad l. Iuliam de vi priuata. l.
5 extat edictum. ff. quod me. causa. † Tertio modo non potest dici vasallus, nec acquisiuisse comitatum præscriptione, quia non possedit comitatum per 30. annos, nec per ipsum tempus exhibuit seruitium domino episcopo, tanquam ipsum comitatum haberet in feudum. quartò non potest dici vasallus successione, nec acquisiuisse dictum comitatum per successionem rationibus infrascriptis. Primo quia per d. Ludouic. quondam comitem non potuit disponi de dicto comitatu per testamentum in persona dicti do. Theoderic. seu alterius. Secundo quia dictus do. Theoderic. est filius cuiusdam sororis dicti domini. Ludouic. & filij, & filiæ filiarum remoti uentur à successione feudi, & ad successionem feudi non possunt aspirare per iura prælleg. Tertio quia posito, quod prædicta cessarent, hæres nullo modo succedit in comitatu. ergo non potest dici, quod quæstio istius comitatus, quæ est de feudo ecclesiæ Leodicen. debeat terminari per pares curiæ ecclesiæ Leodicen. & sic impertinenter datæ sunt exceptiones contra commissionem do. Hispani. in quantum opponitur, quod commissio vna fuit falsa reptitia, quia in impetratione ipsius commissionis tacitum fuit, quod cognitio, & discussio veritatis quæstionis, & controuersiæ erat examinanda, & decidenda per pares curiæ ecclesiæ Leodicen. pro quo facit decreta. examinata extrà de iudicijs. & ff. si mensor fal. mo. di. leg. 1. verbor. si autem exlocato. & melius. ff. de flum. leg. 1. §. Labeo. & per prædicta tollitur fundamentum decret. ex parte. & §. prædicti. versi. not. suprà alleg. in l. imperialem decet solertiam. quæ allegabatur per aduoc. do. Theoderic. Debet igitur quæstio terminari per iudicem ordinarium cunctorum hominum, & qui habet iurisdictionem ordinariam auctoritate apostolica, & imperiali quia secundum apostolum omnes homines debent esse subditi principi, tanquam præexcellenti, & ducibus ab eo missis, cum beato Petro, & in personam dicti beati Petri omes Christi sunt Rom. Pontifi. eius succes. commissæ, non distinguendo inter has

ter has oues, & alias, vt in c. solitæ. extra de maio. & obe. & not. in l. fi. C. si contra ius, vel vti. pub. Supradictas autem allegationes, & rationes ad destruendum allegationes dicti domini Theoderic. Ego Iacobus *a* de cuticis de mediolano volebam facere, & allegare in consistorio coram Papa, sed impeditus fui propter quæstionem magistri Pontij. & quia Papa immediatè dixit: satis est, volumus deliberare. Sed vos pater reuerende, qui estis fons, & lumen iuris, supplebitis defectum aduocatorum ecclesiæ Leodicen. & ipsam ecclesiam iuuabitis, quæ est cultrix iustitiæ, & quæ non patitur aliquid contra iustitiam in se fieri, vel in altero. vt habetur in lib. feud. de alie. b feud. c. si clientulus voluerit. *b*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Ego Iacobus. *Dominus Iacobus Mediolanen. auctor fuit huius consilij. Non autem dominus Oldradus.*

b ¶ Si clientulus voluerit. *Quia posita fuit conclusio supra quod fœminæ, & earum descendentes regulariter excluduntur à Feudi successione, opere pretium scire est, quod hæc regula limitatur in Feudo proprio. l. à summi Principis liberalitate purè, ac simpliciter veniente. Nam si pecunia, vel aliter ex causa onerosa quæsitum fuerit, tale feudum dicitur improprium. & in eo succedit fœmina, atq; eius descendentes. Et hæc est crebrior iuris prudentum opinio, vt per D. Ioan. Campeg. in 11. consil. column. 6. num. 6. inter Bruni consilia. Et D. Iacob. Card. Simonetam in volum. edito super statu Montisferrati consil. 35. col. 4. nume. 7. Item D. Philip. Decium in consil. 340. colum. 4. num. 7. volum. 3. Nec non D. Card. Parisium in consil. 4. num. 39. volum. 1. Et D. Carolum Rui. in consi. 25. colu. 5. num. 13. volum. 1. Postremo (ne singula Doctorum nomina persequar) per D. Aug. Beroum in c. Dilecti. column. 22. num. 44. de iudic.*

De pactis, & de verb. signifi. & sen. & reiu. vel de iu.

SVMMARIVM.

1 *Compositio facta de controuersia super possessionibus non se extendit ad malefitia. ideo iudex habens merum, & mixtum imperiu debet illa punire, vbi sunt commissa.*

2 *Sententia lata post terminum valet non obstante instantia iudicij.*

CONSILIVM CCLXXIII.

ITEM damus, & concedimus, & indulgemus vobis, quod si super aliqua possessione, vel honore, vel castro sitis in termino castri, vel villæ, seu in dominicatura nostra orta est, vel fuerit quæstio inter nos ex vna parte, & vos, vel aliquem vestrum ex altera, nos in causa illa iudicem constituemus non suspectum. Si uero quæstio orta est, vel fuerit super possessione sita in termino castri, vel villæ, vel alicuius vestrum, quid castrum, vel quæ villa pro nobis in feudum teneatur, nos in causa illa vnum iudicem ponamus, & vos episcopus, vel abbas, prior, seu aliqua alia persona ecclesiastica, cum qua causam prædictam habuerimus, ponatis alium iudicem, qui quidem de causa ipsa cognoscant infra dictam diœcesi. & eam debeant de iure terminare. quod præcedit, est tenor priuilegij regis concessi ecclesiæ Eluen. & omnibus personis ecclesiasticis diœcesi, Eluen. habentibus iurisdictionem. Quæstio talis est. In ciuitate Eluen. quæ non tenetur in feudum à rege, sit infra suam dominicaturam, cui ecclesiæ rex promittere solet fidelitatem, & eius episcopo, non est iam diu episcopus, & capitulum habet omnimodam iurisdictionem, altam, & bassam: merum, & mixtum imperium, exceptis solum fractione pacis, & treuguæ: & fatigatione hominum dictorum episcopi, & capituli, & in fideiusionibus, & obligationibus solum, si episcopus, & capitulum requisiti per regem, vel suos negligant facere iustitiam, rex faciet, in his inquam duobus & hoc dicitur de hac fatiga. Nunc quæritur si homines Eluen. delinquant in personam vicarij regis, vtrum spectet punitio ad regem, vel episcopum, & capitulum? quia dicit esse crimen læsæ maiestatis. & si de hoc sit dubium, quæro, an rex super hoc iudicem debeat dare secundum primum membrum priuilegij: vel rex vnum: & episcopus, & capitulum alterum iudicem dare debeant 1 iuxta alterum membrum eiusdem priuilegij? † Mihi Iacob. de Mediolano videtur, quod punitio, de qua quæritur, spectet ad episcopum, & capitulum: quia præsupponitur, quod in ciuitate Eluen. episcopus, & capitulum habent merum, & mixtum imperium, exceptis duobus casibus: & iste casus non est de exceptis: ergo regula remanet, quæ confirmatur per exceptionem. l. generali capite. §. vxori. ff. de fun. instru. & instr. le. l. quæsitum. §. idem respondit domo instructa. & ibi no. ff. de fun. instr. & instr. le. & in authen. de monachis. §. autem concor. Prætereà rex nullo modo potest cognoscere, etiam si super hoc iurisdictionem haberet in ciuitate Eluen. quia causa est criminalis, & qui iurisdictioni præst, neq; sibi, neq; suis in causa criminali ius dicere debet, neq; vxori, vel liberis suis, neq; libertinis, vel cæteris, quos secum habet. ff. de iu. om. iu. l. qui iurisdictioni. cum si. Prætereà hic non possunt habere locum prædicta. capitula quę habent locum. quando quęstio est super aliqua possessione, vel honore, vel villa vel castro sitis in territorio, &c. Et hæc nō est quæstio super prædictis. Sed quæstio est de hominibus ciuitatis Eluen. delinquentibus in personam vicarij regis, quorum hominum punitio pertinet & pertinere debet, etiam in casu proposito, ad episcopum, & capitulum, primò propter rationes iam dictas. Secundo propter merum, & mixtum imperium, quod præsupponitur hæredi episcopus, & capitulum in ciuitate Eluen. per quod animaduertitur in facinorosos homines. vt ff. de iu. om. iu. l. imperium est. & de off. præsi. l. illicitas. §. vniuersas. cum si. Tertio ratione personæ, quæ subest, quantum ad merum, & mixtum imperium, episcopo, & capitulo: à quibus in homines suos merum, & mixtum imperium exerceri potest ad exemplum præsidis prouinciæ, qui in suæ prouinciæ homines tantum imperium habet. ff. de offic. præsi. l. 2 præses. ¶ † Quartò ratione loci. & ratione delicti in loco episcopi, & capituli commissi. ratione delicti possunt dici sui homines, & in ipsos habet merum, & mixtum imperium, & exercitium ipsius. vt in d. l. præses. & C. vbi de cri. agi oportet. le. 1. & in authen. qua in prouincia. & C. vbi sc. vel cla. le. 1. cum si. licet steterit per maliciam, & impedimenta partis, contra quam lata fuit somnia, quod ante non fuit lata. videtur esse dubitatio iudicis solum in hoc vtrum somnia Iaco. de Gapo sit nulla, quia lata fuit post lapsum triennij infra terminum tempore contestalitis, vel per iudicem? & videtur mihi Iacob. de cu- a ticis *a* de Mediolano in Romana curia aduocato, quod de quęstione ista sit casus, quod valet dicta somnia. ff. de excusa. tuto. l. si cum ipse instituerat. & per istam, l. determinauit d. Dyn. istam quæstionem

in d. l. si

in d.l.si cum ipse. & ad hoc concordat. l. petendæ. C. de tempo. in inte. rest. & ff. de mino. l. inter vtile. & C. de ino. te. l. contra maiores. ad finem. ibi præscriptio ex prioris iudicij mora quinquennalis temporis non nascitur, quæ officere non cessantibus non
3 potuit. C. de anna. exce. l. 1. ad fi. concor. † Causa autem excusationis tutoris debet tractari, & terminari infrà quatuor menses continuos ex die nominationis, & scientię: vt in l. quinquaginta. ff. de excu. tu. & post quatuor menses non auditur, vt in e. tit. l. scire oportet. §. contrarius. quod infra tempus debitum, & constitutum tutor proposuit excusationem, & mora creditorum impeditus fuit, quo minus decreto liberaretur infra quatuor menses, excusationem deindè rectè probabit, & liberabitur, vt in d.l. si cum ipse. in gl. sua. Prætereà prædicta somnia, quæ fuit læta post triennium, videtur, quod teneat, quia videtur lata contra ius litigatorum, ideo valet, & tenet. l. præses. & l. cum prolatis. ff. de re iudica. & l. 1. §. item cum contra sacras. ff. quæ sen. sine app. rescin. & in leg. 2. C. quando prouocare non est necesse. cum
b concordantibus. *b*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Iacobo de cuticis. *Hoc item consil. auctorem habet d. Iac. de cuticis Mediolanensem aduocatum in Ro. Curia de quo in fi. precedentis consilij.*

b ¶ Cum concordantibus. *Not. ex fine huius cons. quanti refert: appellationem interponere. Semperq; illam in dubio interpone. Quid enim omisisse prodest: Aut quid nocet, etiam si superfluò appelletur.*

De restitu. spolia. & de testi.

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur de possessione & proprietate ecclesiæ an sit de vno episcopatu vel alio etiam si vnus episcopus petat restitutionem ipsius tamen statur hic maiori parti testium alterius episcopo pro quo facit ius commune & non fit restitutio. & num. seq.*

CONSILIVM CCLXXIIII.

1 IN causa, quæ † vertitur super diœcesano iure ecclesiæ Richan. inter dominum episcopum Tricastrinen. agentem ex parte vna, & domi. Vasionen. episcopum defendentem ex altera, videtur, quòd vos domini arbitri debeatis pronunciare dictam ecclesiam iure diœcesano spectare ad domi. Vasionen. & dicto domi. Tricastrino super dicta ecclesia perpetuum silentium imponere: nam certum est, quod domi. Vasionen. probet per magistrum Bertrandum tholosanum notarium de variaco. Io. gaudeberti Guli. Gerardi. Pet. balosis iurisperitum, quòd castrum, & totum territorium Variaci, & omnia eius tenimenta fuerunt, & sunt infra diœce. & de diœce. Vasionen. & quòd dicta ecclesia fuerit, & sit infra territorium, & de territorio Variaci, probatur per dictum magistrum Bertrandum, & Arnoldum Gerardi, Petrum Iancandi, magistrum ponitum mirape Dei, Vgonem Raymondi, Petrum Caij Bertrandi de staiti, & Gul. Arnoldi. Et sic de iure communi in omnibus episcopalibus subest episcopo Vasionen. quia si omnia monasteria, & alia loca religiosa, & omnes ecclesiæ pertinent ad episcopum loci de iure communi. 16. q. 5. c. si quis episcoporum. & eadem causa. 2. q. 7. c. omnes basilicæ. & 18. q. 2. c. monasteria. & extrà de religi. do. e. de xenodochijs. & c.
2 constitutus & ca. cum venerabili. cum concor. † Nec obst. quòd do. Tricastrinus probat per Pontium milionis, quòd vidit toto tempore vitæ suæ. ff. 30. annorum, quòd dicta ecclesia fuit, & consueuit esse de diœce. Tricastrinen. & de hoc fuit, & est fama, & habet contestes domi. Iacob. de Gegardi, & Raymundum gerardi (sed illi duo Raymundus, & Ioan. non reddunt sufficientem causam dictorum suorũ) & quòd probat etiam per famam, quòd dicta ecclesia est in, & de diœce. Tricastrinen. per magistrum Franciscum Baiuli. domi. Andream Egidij, magistrum Bertrandum sancti Amacij, Gerardum Bernardi, & Bernardum Blacocij, quia per plures testes (vt supra dictum est) probatur pro parte. d. vasionem. & quantum ad veritatem, & quantum ad famam, quòd dicta ecclesia fuit, & est in, & diœc. vasionen. & quod intra territorium variaci, & quod territorium variaci est in, & de diœce. vasionen. quam fit probatum per domi. Tricastri. quando testes producantur à diuersis partibus, qui deponant non solùm diuersa, sed aduersa, & contraria penitus tunc standum est, & statur, & creditur maiori numero, si testes per vtranq; partẽ producti eiusdem honestatis, & æstimationis fuerint. ff. de testi. le. 3. §. 1. ff. de pac. l. maiorem, & melius extrà de testi. c. in nostra præsentia. Si vero testes ex vtraq; parte deponentes contrarij omninò essent pares, ferenda est sententia pro reo. extrà de proba. c. ex literis. & de fide instru. c. inter dilectos. in fin. & vos doarbitri confirmare debetis motum animorum vestrorum ex argumentis, & testimonijs, & rei aptiora, & proximiora reperietis: & ad finceram fidem testimoniorum, & ad testimonia, quibus potius ius veritatis assistit, respicere debetis, & quòd magis est, omnibus dictis testium conuenit negocio de quo agitur. nam ista magis conueniunt negocio, & magis sunt aptiora, & proximiora rei, de qua agitur, quod dicta ecclesia fuit, & sit in, & de diœce. Vasionen. vt probatum est per plures testes, ex quo probatum est, quod totum territorium variaci fuit, & est in, & de diœcesi Vasionen. & quòd dicta ecclesia fuit, & est in tra territorium Variaci. ff. de testibus. l. ob carmen. §. si testes. & in d.c. in nostra præsentia. & eod. titu. c.
3 prætereà ad fi. cum concor. † Nec ob. quod dicitur pro parte domi. Tricastrinen. quod petitur restitutio possessionis dictæ ecclesiæ, & iurium episcopalium, quorum se spoliatum asserit, & quod primò, & ante omnia restituendus est: quia quando est præsumptio contra actorem, & eius commune pro reo possessore, sicut est in casu nostro, vt supra ostensum & probatum est, etiam probata spoliatione non debet fieri restitutio probato petitorio pro reo. vt quod de causa pos. & propric. c. cum ecclesia. & c. cum illectus. & ff. de rei vendit. l. officium. & idem est in concunq; casu, vbicunq; factum est notorium probatum tra de diuor. c. significasti. Nam proprietas probata pro reo defendit ipsum in possessione. ff. de superfi. l. 1. & ff. depositi. l. bona fides. in fine ff. de excep. dolli. l. dolo facit. Nã in casu isto do. Tricastrinen. lis nullo modo deberet restitui ad possessionem dictæ ecclesiæ, quæ est in diœcesi Vasionen. vt supra ostensum est. nec ecclesia debet restitui ad iura episcopalia, nisi euidenter doceret, quod possessionem dictæ ecclesiæ, & iurium episcopalium prædictorum legitimè assecutus fuisset, quia eam, & ea occupasse finaliter præsumitur, cum dicta ecclesia sit constituta in diœcesi Vasionen si, vt supra dictum est, & in casu isto manifestum est, quod nisi aliud ostenditur, vel per compositionem, vel præscriptionem, vel per priuilegium (quod ostensum nõ est per dominum Tricastrinen.) dicta ec-

dicta ecclesia de iure Communi pertinet, & pertinere debet ad domin. Vasionen. per iura allegata suprà in prima parte pro do. Vasionen. & videtur casus in c. ad decimas. extrà de resti. spo. li. 6. consideratis verbis, & ratione ipsius decre. Et pro hoc facit Decretalis. ipsum. extrà de præscrip. lib. 6. † Præterea nonne testes per vtramq; partem fuerunt producti ad probandum proprietatem dictæ ecclesiæ aliàs publicari, & super proprietate intantum processum est inter dictas partes, quod plenè poterat de proprietate liquere? certum est quòd sic, quia coram vobis dominis arbitris non sunt factæ nouæ probationes aliæ, quàm essent factæ, antequam per domi. Tricastrinũ oblata esset petitio coram vobis super restitutione dictæ ecclesiæ, & iurium episcopalium. sed quando super proprietate, vel petitorio intantum est processum, vt plenè possit de proprietate liquere, insimul vtraq; quæstio possessionis, & proprietatis debet terminari vna, & eadem sententia, & licet in pronunciatione primò fit possessio præmittenda, in executione tamen debet proprietas præualere: vt in d. c. cùm dilectus. & extra de testi. c. significauerunt. ad fi. semper enim proprietas tanquam dignior trahit ad se possessionem, vt sequatur dominium, quia iustior est petitio proprietatis, quàm possessionis: vt in d. l. bona fides, argu. ff. de pign. actio. si rem alienam. & 16. q. 3. c. præscriptionum. vers. quod si mala. & no. in d. c. cùm dilectus. in vlt. glo. ergo vos domini arbitri debetis vna, & eadem sententia terminare petitorium & possessoriũ, sed in executione debetis proprietatem præferre, quæ proprietas est, & fuit de iure Communi do. Vasionen. episcopi vt suprà ostensum & probatum est. ¶ † Præterea ex quo de iure Communi dicta ecclesia pertinet ad dom. Vasionen. nisi domi. Tricastri ostendat per priuilegium compositionem, vel præscriptionem, quòd dicta ecclesia pertineat ad ipsum (quod non ostendit) aut nullũ, aut reprobum habet titulum, & habenti reprobum titulum, de quo constat, nulla danda est restitutio. no. Inno. in c. const. tutus. extra de filijs præsbyt. & nullum, & inutile æquipollent in iure. ff. qui satisda. cogan. l. quoties. & ff. de pigno. act. l. eleganter. ibi qui reprobos. ff. de verb. signif. l. Paulus. cum simil. Cætera suppleat discretio iudicantium.

HAEC, QVAE SEQVVNTVR CONSILIA IN VNO DVNTAXAT, ac singulari Codice sunt inuenta: quæ etsi longa iam vetustate multis sint ignota: ea tamen sunt eiusmodi, vt omnium consensu, qui de hac re iudicare possunt, Oldradi esse non dubitentur.

De appellatio. & de præbendis.

SVMMARIVM.

1 *Si appelletur in casu. c. beneficia. de præben. lib. 6. deuolutio ad curiam locum non habet ex beneficio. c. statuimus. de electione. lib. 6.*

Item quæ requirantur ad hoc vt habeat locum d. c. statuimus. & d. c. si beneficia. & num. seq.

CONSILIVM CCLXXV.

1 QVÆSTIO est, si appelletur in † casu. c. si beneficia. extra de præb. lib. 6. an deuolutio ad curiam locum habeat ex beneficio. c. statuimus. quod est c. 1. extra de elect. eod. lib. Et videtur, quòd non, quatuor rationibus. Primò sic. c. statuimus. habet locum, vbi potest habere locum obiectus in formam, vel personã. quod apparet, quia de his ibi mentionem non facit: vt C. de prædijs minor. sine decre. non alie. l. vlt. de admi. tu. ita autem. circa prin. & de fluminibus. l. prima. §. nunc autem omne. sed regressus ad primum beneficium ex mente. c. si beneficia. exceptionem huius non admittit,
a vt patet: quia dicit liberè *a* reuertatur: quod est dicere, sine obiectu exceptionis. vt probatur de officio. ordi. c. ordinarij. §. 1. & ibi no. lib. 6. & in d. c. si beneficia. ergo. c. statuimus. locum non habet. Secundò probatur. c. statuimus. non habet locum inter eos, qui sunt sortiti vltimum electionis, postulationis, vel prouisionis effectum per pacificam possessionem adeptam. quod apparet, quia amodo non potest electio, postulatio, vel prouisio propria impugnari. hæc enim tria nomina sunt designantia ius iacens, quæ desinunt, cùm per assecutionem vltimi finis ius illud incipit non iacere: sicut dicitur de seruo hæreditario, qui per additionem hæreditatis perdit nomen hereditarij. vt ff. de acqui. rerum domi. l. per hæreditarium. & ibi not. de ac. hæ. hæres per filium. & ibi similiter no. de ac. poss. l. 3. §. veteres. & ibi melius not. Tertiò, c. statuimus. habet locũ, cùm forma vel persona potest per modum exceptionis impugnari: habet enim locum, cùm supereſt aliquid, quod possit appellatione suspendi: aliàs non esset propriè appellatio, de qua ibi loquitur: sed potius prouòcatio simplex. vt extra de appel. cùm sit Romana. & hoc bene declarat. c. vt circa. quod oritur ex illo. Constat autem, quòd cùm nihil superſit fieri, exceptio locũ non habet: sed accusatio magis. vt extra de accus. super his. & no. per Compost. extra de electio. quod sicut. circa fi. magnæ glo. & per Innoc. extra de cau. pos. & proprie. cùm olim. & de dolo & contu. cùm olim. ergo &c. Quartò, hoc probat ratio coæqualium, & coniunctim positorum. dicit enim. d. c. electionem, postulationem, &c. constat autẽ intellexisse loquentem de his electionibus & postulationibus, quę fiunt per hominem: quoniam hæc à lege non prodeunt: ergo cùm de prouisione subiungit, idem intellexisse dicemus. arg. ff. de reb. dub. l. 1. de condi. & demon. l. libertis. & l. Seio. §. Caio. ¶ Nunc restat respondere ad septem, quæ in contrarium allegantur. s. ad veritatem vocationis: nouitatem prouisionis: identitatem rationis: incursum abusionis: proprietatem reuersionis: iniquitatem fictionis: & reprobationem
2 conditionis. ¶ † Circa primum sic procedunt aduersarij: quoties sunt contraria, seu se non compatientia, obiectio vnius inducit abdicationem alterius: vt ff. de diuor. & repu. l. vl. C. de postu. quisquis. & qui mili. non pos. l. is quidem. circa princip. lib. 12. Respondeo, quòd illud verum, quando quis eligit alterum ex se simul non compatientibus ex certa scientia. secus autem si per errorem: quo casu non est propriè electio. vt ff. de inoffi. testa. mater decedens. de petitio. hære. l. legitimam. & de bo. lib. Paulus respondit patronus. sed hîc fuit sic, quòd euentus electionis secundæ præbendæ demonstrauit, ergo &c. vt ff. de bo. li. si verò. §. si patronus. & de inof. test. nihil proponitur. §. si cùm filius. ¶ † Circa secundum sic procedunt: vbicunq; appellatur propter nouam prouisionem, habet locum. c. statuimus. sed hîc appellatur propter nouam prouisionem. s. legis, licet non hominis. ergo &c. prima patet. secundam probant. sicut lex ipsa iure aliquem priuat: vt ff. de pu. & vectig. l. commissa. & in auth. de incestis nuptijs. §. 1. & sic & ipso iure restituit: vt ff. ad Trebellianum. debitrix. §. vlt. ¶ Ad istud respondetur per interemptionem minoris: quia cùm non fuerit ibi vera va-

catio, vt in superiori ratione dictum est, non potest dici noui iuris acquisitio, sed antiqui semper continuati retentio, vel saltem continuationis fictio. ar. ff. de li. & posth. filio. & d. l. debitrix mulier. §. fin. & ibi not. ad Treb. l. si patroni. §. actiones. & l. si hæres institutus de peculio. peculium. §. si hæres. de iure do. si is. §. vlt. de impensis in reb. do. fac. l. quod dicitur. de iure fisci deferre. §. vlt. & l. Titius. si ex nox. causa ag. lib. 2. in fi. & quibus mo. pig. vel hypo. sol. voluntate. §. fin. Ad cuius corroborationem accedit, quod not. Archid. in d. c. si beneficia. vbi dicit, quòd potest redire ad suum beneficiũ propria auctoritate, quod non posset, si suum esse desijsset, vt in 10. col. de feud. sine culpa non amitt. c. 1. ¶ † Circa tertiũ sic procedunt. vbi est eadem ratio, & idem ius. sed est eadem ratio in hac prouisione legis, sicut in prouisione hominis, ergo &c. ¶ Ad istud respondetur per interpretationem minoris, quoniã prouisio hominis est noui iuris collatiua. hîc autem nouum ius non est, neq; est par ratio habiti & habendi: vt ff. de muner. & hono. reus. de postu. l. 1. §. casum. de his, qui sunt sui vel alieiu. patre. & ibi no. extra de accu. c. super his. ¶ † Circa quartum sic procedunt. illud est absurdũ, quo posito sequitur absurdum: vt ff. solut. mat. diuortio. de leg. 3. offidius. sed si contrarium eius, quod dicunt, teneretur, sequeretur absurdum. ergo &c. absurditatem verò adducunt talem. Pone, quòd relinquens primam prębendam, & accipiens secundam euictam non curat reuerti ad primam. is, cui medio tempore esset prima collata, noua collatione indigeret. aliàs salua conscientia beneficium retinere non potest, vt extra de sup. negli. præl. literas. & ibi not. per Innoc. ¶ Ad hoc potest dupliciter respõderi: vno modo concedendo totum argumentum, & dicendo non esse absurdum nouam collationem fieri: sed quod hoc sit absurdum, iure probatur. vel aliter dicendo, quòd non requiritur propterea noua collatio, si is, qui eam dimisit, in redeundo non vtatur iure suo, licet, si vellet, tanquam ad suum redire posset: vt ff. de Castren. pec. l. proponebatur. & de lega. 1. seruũ filij. ¶ † Circa quintum sic procedunt, non est propriè ad aliquod reuersio, nisi ad omissum, vt ff. de vsufr. lega. qui fructus. & l. qui filios. C. de reuo. don. si nunquam. & de iur. & ar. bo. species. cum si. Sed tex. c. si beneficium dicit reuertatur, ergo iudicat quòd erat omissum. ¶ Ad hoc respondetur, sicut duplex est exitus, sic duplex est reditus, s. iuris & facti. vnde & de reditu facti debet intelligi, sicut sæpe dicitur aliquid reuocari, quatenus de facto extitit, vt extra de reb. eccles. non alie. c. si quis præsbyterorũ. de elect. nosti. & ibi not. & in 10. col. de prohib. feu. alie. per Fed. imperialem. circa prin. ¶ † Circa sextum sic procedunt. Omnis fictio est contrarij veritati assumptio, sicut apparet ex decursu omnium fictionũ, & colligi potest ex not. C. de proba. siue possidetis. quòd autem habet cõtrariam veritatem, non subsistit: vt C. de lati. liber. toll. l. ista. relicta ergo fictione, qua fingitur antiquum ius continuatum, inhæreamus veritati, secũdum quam est nouum ius, & sic. c. statuimus. locum habet, vt 8. dist. veritate. & ff. pro emptore. l. 2. §. si sub condi. de iureiur. l. 3. §. pen. ibi Marcellus ait veritatẽ esse quærendam &c. ¶ Ad hoc respondetur, quòd hîc non est aliqua fictio, sed ipsa vera continuatio antiqui iuris, vt ostensum est suprà in primo argumento & secundo. & dato, quòd esset fictio, est tamen summæ æquitati innitens: vt ff. de vaca. & execu. mun. l. 1. ne. s. legi obediens in aliquod damnum incurrat. vt ar. ff. de bono. poss. contra tabu. l. sed & si decesserit. & ibi no. in prima gloss. & hoc dicit tex. c. si beneficia. ne talis ignorantia eis, cùm sint sine culpa, præiudicialis exi-

8 stat, &c. ¶ † Circa septimum sic proceditur, nulla conditio potest esse in electione, vel prouisione. vt extra de electionibus. statuimus. lib. 6. Nec in renunciatione. vt no. Inno. extra de rescriptis. in nostra. si sic, in ista renunciatione primi beneficij nulla condiitio fuit: sed fuit pura, ergo &c. ¶ Ad hoc respondetur, quòd nulla potest esse conditio, verum est ab homine appositа, vel intellecta: quia animus eius debet esse purus, & non furuus: sed à lege subintellecta, cessante tamen hominis intellectu: hæc non est prohibita: sicut nec in matrimonio carnali. vt extra de iureiurando. quemadmodum & ibi notatur, & C. de non numerata pecunia. l. vltima. hæc enim hominis animum furuum, vel vitiosum non reddit: quia nec eam intelligit. & talis est hic. ¶ Vltimò sic dicunt & arguunt. iura sæpe arguunt de matrimonio carnali ad spirituale. vt extra de translatio. inter corporalia, sed iure Postliminij, quod fictio est, non recuperatur vxor. vt ff. de capti. & postliminio reuersis. in bello. §. medio tempore. in fine, &c. cum dicto §. non vt pater. ergo nec præbendarius præbendam. ¶ † Ad hoc respondetur, quòd hæc fictio necessaria non est, vt sua prà ostensum est. ergo argumentum non concludit, vel etiã si fictio necessaria esset, posses aliter respondere, quòd postliminium locum habet in rebus prodictis, quæ fiunt in alicuius dominio, vel potestate: quot, vel quæ sunt, vel fuerunt captiuitate soluta: vt priè, quæ fiunt in alicuius dominio, vel potestate: vt ff. de captiuis, & postliminio reuersis. non dubito. circa principium. ibi & dominium rerum suarũ, &c. vxor verò non est in dominio, vel potestate viri: vt C. de condit. inser. si vxor. & ibi no. ideo dicit, postliminium ibi locum non habet: sed beneficium quodam modo est in dominio beneficiorũ: vt ff. de statu hominum. quæ furere. extra de proba. ex literis, quare ibi fictio, si necessaria esset, locum habere posset. Et sic cessantibus obiectibus stant rationes. & manifestè concluditur. c. statuimus. locũ in casu, de quo quæritur, non habere. & hæc est mens capituli.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a Liberè. *Quæ sit huius vis aduerbij, notatum fuit suprà, in consil. 225. col. 2. & 3.*

De officio delegati.

SVMMARIVM.

1 *Si episcopus vnius ciuitatis detur conseruator, & postea efficiatur Archiepiscopus eiusdem ciuitatis, nõ propterea expirat eius iurisdictio, imò semper manet conseruator.*

CONSILIVM CCLXXVI.

2 BONÆ memoriæ *a* do. Clemens Papa. v. dedit reuerendo in Christo patri do. R. sanctæ Mariæ nouæ Diacono. Car. conseruatorem, & iudicem episcopum Tholosanũ: ita quòd extunc esset perpetua iurisdictio, quoad omnia ipsius negocia etiam non cæpta. Postmodum sanctissimus in Christo pater do. Ioan. Papa. 22. ecclesiam Tholosanam Metropolitanam erexit. Modò quæritur, vtrũ in negocijs dicti do. Car. vt conseruator & iudex procedere possit Archiepiscopus Tholosanus: vel per erectionẽ huiusmodi commissa iurisdictio expirauit? Et est dicendum, quòd procedere potest, nec iurisdictio expirauit. Primò: quia auctus est honor, non conditio mutata. vt ff. de condi. & demon. falsa. & de execut. tut. cùm ex oratione. nec definit esse episcopus Tholosanus, sed nomẽ in eo variatur: vt ff. de hær. inst. seruus alienus.

alienns.§.quo fideicommissaria.de colla.do.si fuerit. & de bo.pos.secundum ta.l.2.Et videtur ipse sibijpsi succedere: vt ff.qui po.in pig.habeantur.l.si prior.in prin. & aliquali causa mutata videtur ipse sibijpsi substitui: vt ff.de vulg.& pup.subst.l.sed si plures.§. nemo.& l. vlt. cùm igitur scriptum fuerit dignitati, & illa eadem maneat,licet creuerit.vt ff. de fur. l.in- ficiando.§ infans.vel est ibi successio,vel substitutio, vt dictum est suprà. non videtur dubitandum, quin iurisdictio remanserit.& pro hoc.C. de dig.l.maior. lib. 12. & de primice. & secundicerio. l. 1. & de exc. mu. l.eos.& ar.ff.de hæ.insti.l.talē. & in aut. vt iudi. fine quoquo suffra.§.illud tamen decernimus.col.2.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶Bonæ memoriæ. *Replicatum est suprà 239. & vide Crot.in l.1.§.si quis simpliciter.in 5.no.de verb.oblig.Alexand.in l.Qui liberis.§. Hæc verba.post nu.9.de vulg.& pup.Guarn.in Rubrica de verb.obl.q.13.col.2.*

De solu.& de senten.excommu.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus,si infra terminum non soluerit,non incurrit excommunicationem, si non potuit soluere,& non contempsit mandatum iudicis.ideò post terminum non est denunciandus.& num.seq.*

CONSILIVM CCLXXVII.

1 QVOD † Abbas monasterij sancti Stephani Ianuen. esto quòd intra terminum per do.Car.sibi prefixum certam pecuniæ quantitatem fratri.G.monacho non persoluerit,iuxta ipsius dom. Card. præceptum, non sit denunciandus excommunicatus,ostenditur breuiter sic. Constat, quòd nemo est excommunicatione ligandus, nisi qui facere contemnit,quod facere tenetur. vt 11. q.3.c.nemo episcoporum.& c.episcopi.& ibi no. præceptum igitur do.Car.iuris in hac parte ministri, vt iuri sit consonum, & possibile, & per consequens errorem,& absurditatem non contineat,debuit,& debet sic intelligi, si ipsi potuit pareri. aliter enim is, qui non contemneret, diceretur excommunicatione fuisse ligatus,quod non est dicendum do. Car. in animo gessisse,vt s.in casu, quo Abbas suo præcepto parere non contemneret, ipsum Abbatem excōmunicatione ligaret,& pro hoc quod no.per Inno.extra de of.dele.c.p.& g. Sed ex his,quæ inter dictum termināū,& post propositā,gesta, & oblata sunt pro parte dicti Abbatis,& aliter sunt notoria,resultat Abbatem ipsum non fuisse contumacem in parendo præcepto prædicto: ergo non potest eum dici excommunicatum esse: intra terminum. si quidem per Abbaram domino Car.sibi fore impossibile parere præceeundem propositum, & iuramento assertum fuit copto prædicto,& hoc propter inopiam, & facultatum defectum. manifestum est autē, si hæc causa vera est, quòd sufficit ad excusandū ipsum contemptū, propter quem fuisset excommunicatione notandus, vt extra de so.c.Odoardus.de resti. spoliatorū. c. olim. ff.de li.l.nam is.& de fur.l.itaq;.quòd verò causa huiusmodi debeat haberi pro vera, apparet ex duobus saltem simul iunctis:ex iuramenti præstatione, & ex 2 guerrarum in partibus Ianuen.notorietate.† In hoc enim articulo, in quo agitur, an Abbas parere contempserit, vel non: iuramentum ipsius Abbatis videtur sufficiens probatio, maximè concurrente, & assistente notorietate prædicta. & pro hoc bene facit ff. de exc.tu.l.scire oportet.§.sufficit.secundum non leuis auctoritatis doc.intellectum. ab eo namq;, cui probare incumbit se pauperem esse, nō exigitur plena probatio: cùm hoc impossibile quodammodo foret,vtpote implicans negatiuam.vnde sufficit vox & fama vicinorum.& sic intelligunt Doct. vocatum ad munus tutelæ posse probare paupertatem, quæ sibi tribuit excusationem,vt ff.de excusatione tu. l. paupertas.argumentum ad hoc. ff. de flu. l.1. §.1. & alibi dicitur,quòd iuramentum pro summaria cognitione habetur,vt no.Inno.extra de do. & contu. c. contingit.pro quo facit.ff.ad exhi. l. thesaurus. guerræ verò,quæ (vt præmissum est) notoriæ sunt, hoc faciunt,vt non videatur esse, quòd possideatur, quòd per hostium potentiam possideri non potest,vt ff.de bonis auctoritate iudi.pos.l.cùm vnus.§.fi. ¶ Circa hoc etiam attendenda est personę iurantis conditio, qui est religiosus sacerdos & Abbas. Vnde non est verisimile, quod immemor sit suæ salutis, maximè ob non magnam pecuniæ quantitatem. Insuper intra terminum prædictum Abbas præparatus, vt suam obedientiam in parendo præcepto sibi facto iuxta possibilitatem ostenderet, obtulit mandato prædicto electionem de omnibus debitoribus monasterij, & separatum ipsum constituere procuratorem cum pleno mandato ad exigendum ab eisdē vsq; ad quantitatem sibi decretam.quis ergo infelicitatem huiusmodi Abbatis pecuniam soluere nequeuntis contumaciæ ascribet? & acerbitatem monachi post annos quatuordecim ad vexationem Abbatis venientis, & nihil nouum,nihil fœdum opponentis,& dictam oblationem recusantis sustinebit,& non repellet eum? At quandoq; aurum mutuans rem immobilem pro ipso auro insolutum recipere cogitur? vt in auth. de fideius.§.quod autem. & hoc idem in multis iuribus sic possumus reperire, quòd aliud pro alio soluitur 3 inuito creditore,vt in c.fin.no. ¶ † Circa quod istud etiam est attendendum,quòd si do.Card.in suo præcepto de pecunia soluenda fecerit mentionem, non creditur, quòd de pecunia præcisè intellexerit, vbi Abbas pecuniam non habeat, maximè cùm nouerit, quòd numeratio totius debiti non est in expedito: vt ff.de fideius. l. si dubitetur. sed magis creditur, quòd de pecunia ad taxandum,quantum deberetur, habuerit mentionem Abbate itaq; intra terminum negante,& per iuramentum se non habere, vnde in promptu solueret,monachus aut debuit cōtrarium probare, aut recipere nomina debitorum. sic enim fit executio iudicati: vt ff.de re iu.l.à Diuo Pio. §.si iu per rebus,si quis ergo negationē dicti Abbatis iuramento firmatam de impotentia soluendi,& oblationem de nominibus debitorum, ac guerras notorias & conditionem personæ ipsius Abbatis diligenter consideret,fatebitur causam per eum propositā, facultatum.s.defectum,sufficienter probatā, & ipsum de contemptu non posse notari, & per cōsequens eū excommunicatum denunciandū non esse,vel saltem tot argumentis pro Abbate faciētibus onus probandi contrarij in monachum esse translatū.ar.ad hoc. ff.de re mi.l.non omnes.§.à barbaris.& quod ibi no. post terminum autem oblata est probatio sufficiens, quòd intra eundem terminum reuera sufficiunt defectus facultatum,& impotentia soluendi, quæ quidem oblatio repelli non potest,sed debet admitti de iure,sicut repelli nō potest probatio, quòd intra terminum soluisset. per hanc enim probationem, quæ offertur,detegitur eundem Abbatem in non soluendo contumacem non fuisse,& ipsum excommunicationem non incurrisse, & denunciandum excommunicatum non esse;

De accusa. & de test. & de vacatio.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio quando fit contra Abbatem debet fieri sicut in alijs regulariter fit, & non sicut contra monachos, vel sicut fit generaliter tàm in capite quàm in membris. cum num. seq.*

CONSILIVM CCLXXVIII.

1 LICET quantum ad clausträle alius
a † sit effectus inquisitionis *a* specialis contra aliquem factæ præcedente infamia, & alius generalis, qui fit in capite, & in membris, vbi sola reformatio morum, & regularium statutorum intenditur, vt extra de concess. præb. c. ex parte. extra de accusa. c. olim. & ibi not. per Host. tamen quantum ad Abbatẽ idem videtur: quia per vtramq; ab administratione remouetur, si remouendus inueniatur: vt extra de re iud. c. cum I. & A. & ideo in c. olim. extra de accusat. mandatur fieri copia dictorum testium Abbati, sed monachis non. & ideo videtur iniuria fieri Abbati, si bis contra eum de eisdem delictis inquiritur, & ad eundem effectum, vt ff. nau. cau. fta. l. licet. §. vlt. Præsertim cùm specialius dicatur fieri contra Abbatem non infamatum, nec Papa scribat de eo, vt de infamato: vt extra de accu. c. cùm oporteat. & ibi no. per In-
2 noc. & Host. ¶ † Super secundo, in quo dicitur, quòd admittuntur conspiratores, &c. Dicendum est, quòd in generali inquisitione, quæ mandatur fieri in capite, & in membris, cùm sola correctio intendatur, & domestica, non facilè potest probari, nisi per domesticos: vt C. de diuor. & rep. l. consensu. & extra de test. c. veniens. tales admittuntur. & est casus extra de re iud. c. cum I. & A. sed Abbati, contra quem conspirauerunt, non oberunt, vt ibidem dicitur & not.
3 per Inno. & Host. ibi. ¶ † Super tertio videtur, quòd excommunicatus, cuius excommunicatio non prætẽditur nulla, semper esset de rigore iuris ad excom-
b municatorem mittendus, *b* vt extra de off. or. c. ad reprimendam. & de off. dele. c. prudentiam. §. sexta.
c pro testimonio tamen ferendo, *c* & cùm aliàs veritas patere non potest, testes ad cautelam absoluuntur de consuetudine ecclesiæ Romanæ: vt extra de test. c.
4 veniens. in fin. & ibi not. Host. ¶ † Super quarto videtur, quòd vbi proceditur ex mero officio, non est litis contestatio necessaria: si verò ad alicuius instantiam, sic vt extra de purgatione canonica. c. cùm dilectus. & ibi no. per Host. de test. c. cùm olim. & ibi similiter not. per Host. & meliùs extra de testi. c. cùm
5 clamor. & in præalleg. c. cum I. & A. de re iu. ¶ † Super vltimo videtur, quòd inquisitio generalis in capite, & in membris debeat fieri in eo loco duntaxat, vbi morantur hi, de quorum vita agitur: vt 43. di. de petro. & 2. q. 1. Deus omnipotens. & 23. q. 1. pudenda.
6 & no. in Spe. alle. c. cum I. & A. extra de iu. &c. ¶ † Ad primum, quo quæritur de robore donationis celebratæ per Henricum Arnoldi in monasterium Sanctæ Claræ, dicendũ est, quòd donatio fuit, & est cum perfectione perfecta, quantum ad obligationem, quę ex solo consensu hoc casu esset ciuilis, naturalis, & efficax ad agendum orietur: vt in insti. de do. §. perficiuntur. & C. eo. tit. l. si quis argentum. §. pe. & §. fi. & quantum ad dominij translationem, & iure communi, & iure speciali. Iure communi: quia donans donatarij se constituit nomine possidere: vt ff. de ac. pos. l. quod meo. de rei vendi. l. quædam mulier. & per dedicationem sui & suorum, per quam dominiũ rerum dedicatur, ipso iure transit in monasterium, vt C. de sacrosan. eccles. auth. ingressi. extra de prob.
c. in præsentia. Est & quædam species vniuersalis successionis, per quã fine apprehensione corporali, quæritur dominiũ: vt ff. de adoptio. l. si pater. & instit. de acq. per arroga. §. vlt. ff. de acq. possess. l. cùm hæredes. ad Trebel. l. facta. & l. restituta. imò videtur, quòd in
d possessorem transferat etiã non apprehensa. *d* quod est mirabile, vt ff. de preca. l. si adoptauero. Ex iure verò speciali: quia in ecclesiam transit dominiũ rerum donatarum ipso iure sine traditione: vt C. de sacrosan. eccl. vt inter dominium. ¶ † Ad secundum,
7 quo quæritur, an si Abbatissa, & conuentus causam ingratitudinis cõmisissent, possit ab eis donatio revocari? Est dicendum, quòd licet regulariter possit donatio reuocari per ingratitudinem: vt C. de donat. l. vlt. & ex. de dona. c. vlt. tamẽ in casu nostro hoc nõ videtur sibi vendicare locum: quia factũ eorum non potest in damnum ecclesiæ redundare, 6. q. 3. placuit. 2. & eadem causa quæstionem. 6. si episcopum. ex de
8 excep. c. cùm venerabilis. ¶ † Ad tertiam quæstionẽ, qua quæritur, vtrum donatio iuramento firmata reuocata sit per susceptionem nouæ prolis? Dicendum est, quòd sic: vt C. de reuoc. dona. l. si vnquam. Sed
e *e* Decretistæ videntur dicere, quòd hoc verum est in re fori, non iure poli. 17. q. 4. quicunq; 2. Nec in hoc videtur Sacramentum multum operari, quoniam tacitam conditionem habet, qua existẽte non est verisimile donatorem donaturum fuisse, nec iuratu-
rum: vt C. de non num. pec. l. vlt. C. de satisdando. l. fi. & extra de iureiu. c. quemadmodum. & ibi plene no. Non est autem verisimile, quòd donans, præsertim omnia, donasset, si de prole futura cogitasset, vt C. de fideicom. l. cùm acutissimi. & ff. de cond. & demon. l. cùm auus. Et licet suscepta soboles possit esse causa reuocandæ donationis, hoc intelligo de licen-
f tia sobole *f*, vt ff. de ope. lib. l. qui libertinus. §. penul. ibi ex lege autem nati liberi prosunt: vt C. de ifti. &
9 sub. sub condi. fa. l. generaliter. §. pe. & ibi no. ¶ † Ad quartam quæst. qua quæritur, vtrum iudex delegatus possit inuocare brachij secularis auxilium? dixerunt Inno. & Host. quòd sic, vt no. Inno. extra de off. dele. c. significasti. & Host. in eo. tit. c. 1. & pro hoc. 23.
g q. 5. administratores. & his opinionibus adhære. & licet Arch. videatur notare contrarium, & dicere ita curiam Romanam obseruare, extra de hæret. c. vt officium. lib. 6. ¶ † Ad quintam & vltimam quæstionẽ,
10 qua quæritur, si damnum dicto Henrico illatum per iudicem secularem causam ingratitudinis induxerit in donatario, ad cuius petitionem factum est? Dicendum est, quòd non: quia iuris executio non habet iniuriam: vt ff. de iniu. l. iniuriarum. §. is qui. & argu. ff. de in ius voc. l. libertus. & C. de obseq. patro. à libertis præstandis. l. si manumissor. Et his patet solutio ad ea, quæ in oblata mihi cædula continentur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a Inquisitionis. *Circa materiam generalis, & specialis inquisitionis, vide Ange. de malefic. in declaratione inquisitionis in 2. carta.*

b Excommunicatorem mittendus. *Hæc est regula, quod excommunicatum ab vno alius non absoluit. Fallit tamen in sex casibus. Primus est in excommunicatione lata per constitutionem hominis. Secundus in delegato Papa, qui data negligẽtia, vel in iusta denegatione eius, qui excommunicauit, potest absoluere, quantum ad effectũ, vt possit agi causa sibi demandata. Tertius est cum excommunicatus succedit excommunicatori in ipsa causa saltem quoad onus. Quartus est in mortis articulo. Quintus in Papa, qui absoluit etiam à concilio excommunicatum. Sextus & vltimus est in teste pro ferendo testimonio vt hic Oldra. dicit. Vide Diaz regu. 262.*

c Ferendo. *Iunge hic, quod no. supra, cons. 145. in prin.*

d ¶ Non

d ¶ Non apprehensa. *Videtur legendum. Quòd possessionẽ transferat etiam non apprehensam.*

e ¶ Sed decretistæ. *Melius crede legeretur licet.*

ADDITIO ANTIQVA CVM RAINAL. CORS.

f ¶ Intelligo de legitima sobole. *Nunquid donatio ob causam inter aliquos facta per liberorum superuenientiam etiam si fuerint naturales seu spurij vel adoptiui reuocetur, & an talis donatio ob ingratitudinem reuocari valeat. vide omnino do. Alex. consi. 39. incip. super primo dubio. col. 4. versi. circa tertium dubium. & col. seq. in 4. volu. & an donatio iurata reuocetur propter superuenientiam filiorum. vide plenißime do. Phi. cor. consi. 30. incip. in hac consultatione. in 4. volumine.*

* *iunge hic, quæ superius adnotata sunt in consilio. 238.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

g ¶ Adhære. *Arbitror legendum esse Adhæreo, ita vt Oldradus opinioni Innocentij & Hostiensis subscribat.*

De libelli oblatione.

SVMMARIVM.

1 *Articuli continentes factum à iure dependens procedunt.*
2 *Articuli negatiui qui possunt probari bene admittuntur.*
3 *Articuli debent comprehendere factum quod possit capi sensu hominis.*
4 *Articuli debent continere locum & tempus mensuratum.*
Articuli procedunt si testis videatur ex articulis capere nomen iudicantis.
Item qualiter articuletur iurisdictio. & nu. seq.

CONSILIVM CCLXXIX.

IN propositione maiori, quæ impugnare articulus facit, quam postea ad singula genera articulorum contrahit, prout suo proposito expedire credit, quinque continentur. Primum est, quod articulo nõ debent esse iuris. Secundum est, quod non debent esse negatiui. Tertiũ est, quod debent continere factum tale, quod aliquo sensu corporis valeat comprehendi. Quartum est, quod contineant factum loco, & tempore mensuratum. Quintum, quod sint tales, quod super eis deponens non assumat officium iudicantis. & ex his quinque, vel eorum aliquo assumit impugnationes, quas facit dicens, quod omnes articuli peccant in aliquo istorum. de intellectu ergò maioris propositionis aliquid videndum est: deinde quantum ad veritatẽ habendam sufficiet de minori. ¶ † Ad primum ergò, cũ dicitur, quod articuli iuris non admittuntur, dico, quod duplex est articulus iuris. vnus, qui fit sup eo, quod ius expressè disponit affirmatiuè, vel negatiuè: & hoc casu articulus non admittitur: quia hoc ius est certum, & determinatum, vt si quis vellet dare articulum, quod patrifamilias ciui Romano licet de rebus suis testari, frustra laboraret: quia lege falcidia capite primo ita cautum est: qui ciues Romani sunt, vti quisque legauerit, ita ius esto. ff. ad l. fal. l. 1. in princ. & de verb. sig. l. sæpè, vel si quis daret articulum, quod non licet minori. 14. annis testari: quia & hoc in iure certum est: vt ff. de test. l. qui ætate. C. quã do prouo. non est necesse. l. 2. & qui testa. facere pos. l. si frater. & est ratio certitudo. vt ff. de iur. & fac. igno. l. 2. & quia etiam contraria probatio non valeret. vt ff. de aur. & ar. le. l. ornamentorum. & no. C. de iure iuran. propter calu. da. l. 2. & de confessis. l. ista. Alius est, qui fit super facto recipiente suum esse, & per consequens efficaciam à iuris dispositione: & iste benè admittitur, vt si dicatur, pono, quod Titius vendidit Sempronio talem rem, vel quod Titius condidit testamentum: vel quod Titius tali tempore erat sacerdos. isti enim articuli cõtinent factum à iure, vt sic fiat, certo modo inductum, vt probatur. ff. de contrahen. emp. & ven. l. 1. de test. l. prima. & secunda. Et quod isti articuli probationi subiaceant, & per consequens sint admittendi, probatur. ff. de iure iuran. l. si duo patroni. §. sed si quis iurauit & l. fin.

2 ¶ † Ad secundum, cum dicitur, quod non debent esse negatiui: hoc debet intelligi de ea negatione, quæ probari non potest, vt C. de proba. l. actor. Si verò cõtinerent negationem, quæ probari posset, bene admitterentur, quia quicquid potest probari, potest in articulum deduci: vt in auten. de his, qui ingrediũ. ad ap. §. vlti. sed hoc potest. vt extra de renunci. c. super hæc. in auten. de hære. & fal. §. si verò quidam ab sunt. ff. de iti. actu& priua. l. 1. §. hoc interdicto. & ibi no. & extra de causa pos. & proprie. c. cum ecclesia

3 sutrina. ergo, &c. ¶ † Tertium, cum debet continere tale factum, quod aliquo sensu corporis valeat apprehendi: intelligendum est ipsum posse aliquo sensu corporis apprehendi, cum nihil ipsum immediatè comprehendit, vel aliud comprehenditur, per quod, vel ad quod illud de necessitate sequitur: vt si quis ponat Titium tali tempore fuisse, vel esse furiosum, vel fortè, vel aliter virtuosum hæc enim sensu corporis non apprehenduntur, sed ex actibus, quos quis facit, & qui possunt sensu corporis apprehendi, talis iudicatur, vt. ff. de tu. & cu. da. ab his, l. is, qui de condi. insti. l. quidam in fuo. C. de his qui ve. æta. impetra. l. 2. ibi testimonio vitæ honestioris edoceãt, &c. extra

4 de præsump. c. ex studijs. & c. literis. ¶ † Quartum, quod dicitur, quod oportet, quod contineant factũ loco, & tempore mensuratum, si intelligatur de loco, & tempore tacitè cõcomitantibus quemlibet actũ: vt dicit. c. Abbatiæ. vtique verum est, quia nullũ factum de mundo potest ab his duobus absolui. si autẽ intelligatur, quod in omni articulo debeat poni locus, & dies celebrati contractus, de quo mentio fit in articulo, falsum est: quia hoc esset dare materiam falsum fabricandi. vt. ff. de eden. l. prima. §. diẽ. & etiã articulantem in ciuili ad amplius arctare, quam in criminali, vbi sufficit mensem apponere. vt. ff. de accu. l. liberorum. & non debet plus in articulo poni, quam necesse sit per testem deponi. sed dictum testis tenet, & si non recordetur de die: vt no. In. extra de

5 accu. c. qualiter. ergo, &c. † Dicit etiam pars aduersa, quod articuli debent esse certi, & non generales. dico, quod certitudo debet esse alia, & alia secundam propositam materiam: sicut dici consueuit, quod stipulatio ex incertitudine vitiatur: vt. ff. de ver. ob. l. ita stipulatus. in prin. & l. triticum. & de iure do. l. cũ post. §. gener. & tamen non est ibi necessaria adiectio loci, nisi in casu cum quis stipulatur insulam fabricarì, vt. ff. de ver. ob. l. qui insulam. & de eo, quod cer. lo. dari oportet. l. 3. §. si quis insulam. deinde alia certitudo requiritur in c. vt circa. vbi agitur de obiectibus infamantibus, & alia, vbi quis agit de iure suo, & actione ciuili: vt in proposito: vt colligitur extra de procu. c. tuæ. in quo casu locus, tempus, & cæteræ negocij circũstantiæ examinationi testium relinquũtur: nec est necesse hæc omnia in articulis poni. vt ꝓbatur extra de testi. c. causam, quæ. & de proba. c. licet. si quis igitur vigilanter consideret, non inueniet aliquem de articulis datis per dominum episcopum Carpentracem. in aliquo istorum peccare. Et vt aliquã in spẽ pcurramus de impugnatione prima, q̃ fit circa sextũ arti. q̃ dicit, q̃ redditũ fuerit ius p eccleſiã

Carpentracen.&c. & non datur, per quem, quare di
6 citur, quod articulus non procedit. ¶ † Ad istud re-
spondetur, quòd imò datur in declaratione, quia di-
citur per episcopum Carpentracē. & sufficit nomen
exprimi dignitatis in actibus. qui dignitati ascribū-
tur, non personæ: vt. ff. de condi. & demon. l. nomi-
natim. & melius, quia ibi ponuntur exempla. ff. de
testa. & manu. l. nominatim. & de fti. seruo. l. si ser-
uus cōmunis ex re. §. fi. l. seruus hæreditarius. & ex-
tra de offi. & pote. iudi. dele. c. quoniā Abbas. & arg.
eorum, quæ no. ff. de pac. l. tale pactum. §. penult. &
videtur tetigisse Inno. extra de sen. excom. c. cū desi
deres. nedum quia in declaratione facta ad nouum
articulum nomen episcopi est expressum, & exhære-
datio, quæ propter sui odiū nominatim fieri debet,
nominatim facta intelligitur, ēt si nomen filij nō ex-
primatur, sed solum gradus primus: vt si dicatur, cæ
teri filij exhæredes sunto, secus autem si gradus cer-
tus non exprimeretur, vt si dicatur, cæteri liberi ex-
hæredes sunto. vt. ff. de libe. præte. vel exhære. l. Titi
us. in prin. & ibi no. & insti. de exhære. libe. in princ.
7 † Nemo ergo dicere potest sufficientem expressionē
factam non eē gradu episcopali expresso, cū quo gra-
du nullus alius concurrit. Non ob. qđ adducit pars
aduersa no. per Inno. in c. si diligenti. ad fi. quia ibi
loquitur in allegatione tituli, & in casu, quo titulus
est necessarius: quia tunc, sicut ipse dicit, fictitium vi
detur dicere se emisse, & non dicere, à quo, vt C. de
fur. & seruo corru. l. in ciuile. sed hic non datur arti-
culus de titulo, sed de vsu, in quo sufficit vsum per
quemcunq; exercitium, dummodo nomine ecclesię:
vt. ff. quemadmodum serui. amit. l. vsu. cū. l. seq. vsq;
ad l. vlt. de itinere, actuq; priua. l. 1. §. is, qui colonus.
8 & iō non requiritur illa specificatio. † Præterea hic
datur articulus de vsu tanti temporis, cuius contra-
rij memoria nō existit, in quo casu secundum Inno.
in tit. non est necesse dicere, à quo, quia tanti tempo-
ris, imò magis, cuius spacium est pro sufficienti. ff. de
aqua plu. arcē. l. 1. §. vlt. & l. in sum. in prin. & de aqua
quot. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & C. de fun-
dis limitro. l. 2. lib. 11. dicit etiam pars aduersa, quod
si testis diceret redditū esse ius, quod hoc esset iudica
re, verùm dicit, si ius pro iustitia poneretur, sed si po
natur pro omni eo, quod procedit à iudice iudiciali-
ter decernente, etiam si nunquam decernat, vt. ff. de
iust. & iu. l. pe. simplex factum est, & non ius, sicut di
citur, vide talē sedere, equitare, vel audiui talem can
tare, & huiusmodi: alioqui non posset probari locus,
vbi consueuerunt sedere maiores, & de necessitate
sic dicta, quod ibi ius reddebatur, sed hoc falsum, er-
go & primum, vt in d. l. pe. de iusti. & iu. & de iudi. l.
9 si locus. † deinde dicit pars aduersa, quod illa verba,
per tempora suprascripta, sunt obscura, cū in primo
articulo plura tempora darentur. Respondeo, non
sunt obscura, quia cū non fit temporum in eo facta
distinctio, ad omnia supra dicta tempora fit relatio,
& omnium breuiter videtur facta repetitio, vt ff. de
le. 3. l. si plures gradus. de le. 2. l. si ita relictū. in prin.
& de hære. insti. l. cū in testamēto. §. 1. de aqua quot.
& æsti. l. 1. §. ait prætor inter hæredes. C. de lib. prę te.
vel exhæreda. l. 1. & extra de rescri. c. olim ex literis.
deinde dicit pars aduersa, quod non datur in articu-
lo, inter quos fuit redditum ius. Ad hoc respondē-
tur, quod nec necesse fuit ad talia indiuidua descen-
dere, alioqui necesse esset eadem ratione in articulo
ponere, quale fuit illud, vtrum fuerit sententia diffi-
nitiua, vel interlocutoria, vtrum in scriptis, vel sine:
super qua re, & vtrum fuerit actus voluntariæ, vel cō
tentiosæ iurisdictionis, de quibus, & si posit à testi-
bus quæri, præsertim cū suspecti sunt, ar. eorum quæ
no. C. de testi. l. testium facultatem, tamen fatuū est
dicere, qđ hæc debeant in articulo poni, alioqui rei
inexecrabilis circuitus deduceretur, & pro sui im-
possibilitate caperetur, vt. C. de senten. quæ pro eo,
quod interest. l. ista. & in infinitum abiret, quia pro
ximis quibusq; copulati, procedūt, vt. ff. de fun. inst.
& instru. le. l. cū de lanionis. §. afinā. ver. si quis argen
tum. quod allegat pars aduersa, quod non dantur ra-
ctus, per quos iurisdictio exercetur, &c. falsum est,
quia nulli actus magis iurisdictioni conueniunt, quā
ius dicere, & reddere inter contrahentes, & delinquē
11 tes, vt. ff. de iurisd. om. iu. l. 1. & l. vlt. † Et si dicatur, nō
dantur in specie in hoc homine, & in illo respōsum
est supra quia non est necesse, sed hoc quæritur exte
stibus, & præsertim non est necessaria specificatio ge
neris, vel indiuiduatio speciei, quando quelibet spe-
cies illius generis habet effectum propositionis. ar.
ff. ad velle. l. quāuis. §. planè si mihi proponas, & de
lib. & posth. l. Gallus. §. si eius, qui filium. & hoc nō.
Io. Mona. & Ioan. And. extra de excep. c. pia.

De simonia.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet potest vexationem suam, & ius suum licitè re-
dimere, & si quid dederit, vtrū hoc repetere possit, etiā
in beneficialibus: & an committat simoniam.*

CONSILIVM CCLXXX.



QVAERITVR, vtrum quis possit ve-
1 xationem † suam, & ius suum licitè re-
dimere, & si quid dederit, vtrum pos-
sit illud repetere? Et videtur, qđ lic.
C. de condi. ob. tur. causam. l. qđ eui-
tandi. de hac materia no. per Io. 1. q. 1.
c. nullius episcopus. & 1. q. 3. c. quæsitum. vbi tenet ex
presse, quod is, qui vexatur indebite, vexationem suā
iustè, & licitè redimere potest: & licet ex parte reci-
pientis simonia contrahitur, non tamen ex parte dā
tis: sicut fuit in Giezi. & habetur in d. c. quæsitum. v.
bi episcopi compellebant monachos redimere alta-
ria, hoc est ecclesias, & decimas. vt ibi in rex. exprimi
tur. & est casus extra de simo. c. dilectus filius. R. præ
positus. vbi Ber. tenet idem, quod Ioan. in præalle.
nullus episcopus. & c. quæsitum. & hanc sententiam
sequitur Inno. extra de simo. c. ad aures. & d. capit.
dilectus filius. A. præpositus. vbi ꝑcipitur Archi. qđ
restituat, quod accepit, ex quo appa-
ret, quod præpositus, qui pro redimenda vexatione
sua dedit, simoniam taliter dando non commisit. si
enim simoniam commisisset, non præciperetur ei
restitui, quod dedit. vt ibi doc. sentiunt. & ex hoc ha-
betur similiter, quod id potest repeti, quod in hoc ca-
su datur. & hoc etiam not. Arch. in lectura. doc. in
2 præal. c. nullus episcopus. & c. quæsitum. ¶ † Et ad
notandum, quod in pari causa turpitudinis potior
est agentis conditio. ff. de condi. ob tur. causam. l. unā
culo. nisi ob causam ei restitueretur, vt. ff. de condi.
ob tur. cau. c. veniens. secūdum Gof. & Vin. & Archi.
ad hoc extra de magi. c. prohibeas. & de feu. c. ex in-
sinuatione.

De præbendis.

SVMMARIVM.

1 *Licet in gratia expectatiua fiat mentio de decanatu, &
præpositura: tamen prioratus ecclesiæ connentualis
non cadit in ea. & nu. seq.*

CON-

CONSILIVM CCLXXXI.

1 QVOD prioratus ſancti Bandilij † pro pe Nemauſum non veniat in gratia. A. de furchia, licet in d. gratia de decanatu, & præpoſitura mentio fiat in gñe, poteſt oñdi ſic. Certum eſt, quod in dicto prioratu eſt coniugatio. 12. monachorum priore competato, & ſic poteſt indiui, quod dicitur extra de ſta. mo. c. ne in agro. §. rurſus. in cle. & devi. & ho. cle. c. quoniam, vt ait. Præterea, qđ talis prioritas eccleſia collegiata cẽſeatur, licet ad volũtatem Abbatis conferatur probatur extra de ele. c. ſac. ſan. cũ ibi no. per Inno. Ho. & Ber. extra de iurepat. c. nobis &. c. poſtulaſti. Præterea, quòd præſidentes talibus prioratibus ſint prælati, & excõicent de iure, probatur extra de ele. c. ſcriptum eſt. de maio. & obe. c. cum in eccleſijs. de iud. c. decernimus & ar. extra de of. or. c. cũ ab eccleſiarum prælatis, & 24. q. 3. corripiatur. hinc eſt, quod tales priores, licet p electionem nõ aſſumantur, pñt eſſe iudices delegati, vt dicit conſtõ noua iuris antiqui declaratiua. extra de reſcri. c. & ſi principalis. in Concil. Viennen. Cũ igitur in gratia, de qua agitur, de decanatu, & præpoſitura mentio fiat in gñe, principalis dignitas non venit, cũ tales gratiæ ſint ambitioſæ, & ideo reſtringendæ. extra de præbẽ. c. quãuis. 1. & eo. ti. c. ſi pluribus.
2 in 2. rñſo. lib. 6. † Non ob. iura, quæ pars aduerſa pro ſe allegat, extra de æta. & quali. c. 1. & de verb. ſigni. c. quãuis. quæ vidẽtur expreſsè dicere, quod nomen decanatus, vel præpoſitura eſt nomen ſpãle dignitatis, & ſic dicit pars aduerſa, quod eſt expreſſum in caſu. c. cũ in illis. §. 1. extra de præben. lib. 6. quia videtur poſſe reſponderi vno modo, quod nomen decanatus, & præpoſitura gñale eſt, & continet ſub ſe alia, quæ interdum non ſunt dignitates, vt probatur extra de verb. ſign. c. quãuis. de elec. cum in cunctis. §. inferiora. 1. q. 3. ſaluator. §. nomine verò procuratoris, vnde cũ in gratia partis aduerſæ dicatur, prioratum, &c. quare, &c vt. ff. de fun. inſtruc. & inſtru. lega. l. cũ delanionis. §. cui fundum. & §. ſæpè. ff. de ſupel. legata. & poteſt induci per eandem viam. c. ſedes Apoſtolica. extra de reſcriptis. ſic igitur non ve-
3 niet dignitas in gratia partis aduerſæ. † Præterea ſuppoſito ſine præiudicio, quòd dignitas veniret virtute gratiæ, de qua agitur: tamen prioratus ſupradictus non venit, cũ ſit conuentualis, & etiam collegiata cenſeatur, vt ſupradictum eſt. nam certum eſt, quòd inter dignitatem ſimplicem, & dignitatẽ collegiatam illud intereſt, quòd licet ad hanc quis non aſ-
a ſumatur per electionem, conferri non poteſt, vt not. expreſsè Archi. & Ioan. And. in d. c. deliberatione *a* & pro hoc facit. ff. de leg. iij. l. ſi cui lanam. & l. nummis. ergo prædictus prioratus venire non debet. ar. extra de reſcrip. c. ſedes Apoſtolica. maximè cum odia reſtringi, & fauores ampliari deceat. extra de reg. iu. c odia. lib. 6 Nec ob. c. cum illis. §. illis verò. extra de præben. li. 6, vbi dicitur de prælatura, perſona libus, vel dignitatibus, &c. quia non dicit ibi tex. de eccleſijs collegiatis, quare &c. Cum inter iſta ponatur expreſſa differentia in d. c. deliberatione. circa prin. ſecundum Archi. & Ioan. And. quare &c. ergo ar. à contrario ſenſu literæ non hẽt locum. d. c. cum in illis. vt. ff. de leg. 3. l. ſi hæres meus. l. quæſitum. §. fortaſſe. & l. ſeruus legatus. §. ſi in ins. & de aur. & arg. leg. l. 1. quare, &c. Cum igitur ambitioſa, quia odioſa, reſtringenda ſint, vt ſupra dictum eſt, eccleſia collegiata ſub verbis gñalibus gratiæ añdictæ nõ ve-
4 niet: vt extra de electio. c. ſtatutum. lib. 6. † Conſtat autem, quòd iſte prioratus cõuentualis eſt, ex eo, qđ ibi, 12. monachi, vt ſupra dictum eſt, morari conſueuerunt. Conuentuales autem prioratus à non conuentualibus diſtinguuntur, vt extra de ſtatu mona. c. ne in agro. §. certum. Nec valet, ſi dicatur, non ſufficit, quod eſt, niſi ea, quæ ſunt conuentualitatis, exerceant, & pro conuentu habeantur, & ſic communiter habiti fuerunt & etiam reputati. & ſic concludendũ ex alijs, quę no. extra de exceſ. pręla. c. dilecta in Chriſto filia. nec ſunt vnum corpus, ita quod capitulum appelletur, &c. vt. ff. de vſu. cũ de in rem verſo. Præterea videtur de iure probari, quòd conuentualis prioratus cenſeatur perſonatus, vel dignitas: quia cũ cauſæ auctoritate Apoſtolica vel legatorum eius cõmitti non poſsint, niſi dignitates, vel perſonatus habentibus, vt extra de reſcrip. c. ſtatutum 1. reſponſo. vel canonicis cathedralium eccleſiarum, vt ibidem, vel officialibus generalibus epiſcoporum, vt extra de reſcrip. c. & ſi principalis. in Concilio Vieñ. & priori conuentuali huius cauſæ poſsint committi, vt in d. c. & ſi principalis. ergo ſequitur per locum admiſſio, quod conuentualis prior, cum non ſit canonicus cathedralis, nec officialis, &c. inquantum prior, cenſeri debeat habere dignitatem, vel perſonatum, & p conſequens in gratia aduerſarij non veniet, &c.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Deliberatione. *Iunge tu de offi. leg. in 6.*

De reſcrip. de conceſ. præben.

SVMMARIVM.

1 *Gratiam expectatiuam habẽs poteſt acceptare beneficiũ, quod vacat de iure, licet non aacet de facto: tamen impetrans præbendam vacantem dicitur ſubreptitiè impetrare, ſi non vacet de facto, licet de iure ſic.*
2 *Item poteſtas executoris data in gratia ad prouidendum non expirat per lapſum ſex menſium.*
3 *Item poteſt prouidere de beneficio deuoluto ad ſedem Apoſtolicam.*
4 *Item impetranti prædicto currit menſis ad acceptandum, ſi vacatio prædicta de iure, licet non de facto erat notoria in loco beneficij.*

CONSILIVM CCXXXII.

CASVS eſt talis. Aliquis impetrauit in forma pauperum: executor ſibi datus ad prouidendum, inquiſito de conuerſatione ſua decreuit cum habilẽ ad beneficium eccleſiaſticum obtinendum: reſeruat: inhibet: & decretum interponit de beneficio: ſi quod vacat, alias vacaturo: more ſolito. hoc facto vacant plura beneficia de iure, licet non de facto curata, ſpectantia ad præſentationem, ſeu collationem prælati, de cuius beneficijs ipſi impetranti prouidẽdum eſt, vt potè quia tenentes ipſa beneficia fuerunt ad ea inſtituti, cũ eſſent vix. 12. annorum, & alias minores annis: vel ſi fuerint legitimæ ætatis, non fuerunt infra tempus iuris ad ſacerdotiũ promoti, & ſic tã primi, quã ſecundi tenuerũt ipſa beneficia duobus, & pluribus annis, & per negligentiam patroni, & loci diœceſani dictorum beneficiorum collatio eſt ſecundum Concilium Lateran. ad ſedem Apoſtolicam deuoluta, & hoc eſt notoriũ in locis, vbi beneficia ipſa conſiſtunt, & in locis vicinis. Impetrans p̃dictus tacet, nec aliquod horũ beneficiorũ ſic de iure vacantiũ acceptat, nec ſibi facit, p-uideri: ſed poſtmodũ aliquis illorũ, qui ſic occupauerũt de facto talia bñficia, deceſsit & tũc impetrãs facit ſibi de ipſo beneficio, tanquã vacãte p mortem talis

talis dicti beneficij Rectoris, qui sic illud occupauerat de facto (vt dictum est) prouideri: ordinarius visitans ecclesias suas inuenit tale beneficiū tanto tempore vacasse, quod eius collatio est ad sedem Apostolicam deuoluta: & quòd propter hoc non potuit dici vacare per mortem occupantis ipsum. & ideo de eo non potest prouideri impetranti. impetrans dicit, quòd non tenebatur beneficiū acceptare, nisi de iure & de facto vacans, & etiam executor suus non potuit de illo prouidere. Quæritur, quid iuris? s. an dicto impetranti competat ius, vel non? Plura ex hoc themate quæri possunt. ¶† Primùm, an talia beneficia, de
1 quibus fit mentio in themate, possunt acceptari, & per executorem conferri, cùm vacauerint de iure, & non de facto? Et videtur, quòd non: quasi illud solum dicatur vacare, quod vtroq; modo vacat, de iure. s. &
2 de facto, *a* vt ff. de act. empt. & vend. l. 2. §. 1. & l. ratio. in prin. & §. 1. quòd potest veritatem habere, quando impetraretur aliqua præbenda in specie, tanquā vacans: nisi enim vacet de iure, & de facto litera redditur obreptitia, & per falsi suggestionem obtenta. vt extra de concess. præben. c. cum nostris. & c literas. & ibi notat Go. in summa de cōcess. præben. super Rub. & recitat Arch. extra de præben. c. licet episcopus. Si autem sit litera generalis, vt in forma pauperū, tunc poterit acceptari vacans de iure, licet non de facto: sicut ecclesia dicitur vacare, quæ sponsum non habet: vt extra de transla. c. inter corporalia. & ff. quod cuiusq; vniuersit. nomine. l. 1. §. & quidem. & de condi. & demon. l. hæc conditio, cum si. Et ideo executor Apostolicus de tali beneficio poterit prouidere. vt no. Compo. extra de rescri. c. capitulum sanctæ crucis. in gl. magna. in 2. §. Item quæritur, an executor,
2 &c. ¶† Secundum quæri potest, an potestas executoris expiret lapsu semestris temporis per c. nulla. extra de concess. præben. Et dicendum est, quòd non: quia illud. c. nulla. loquitur in ordinario, executor autem Apostolicus fungitur vice Papæ, vt C. de offi. Vica. & Præfect. l. 1. de iud. l. apertissimi. de vete. iure enucle. l. 2 ibi, omnia meritò imponi facimus, &c. & hoc expressè tenet Compo. in præal. c. capitulum. in
3 gl. magna. ibi. ¶† Item tertiò quæritur, nunquid executor ad prouidendū datus possit prouidere de beneficio, cuius collatio est per negligentiam ad sedem Apostolicam deuoluta? Et dicendum est, quòd sic. de hoc enim tangebatur per Innoc. extra de offic. & potestate iud. deleg. c. super eo. hodie verò est casus extra de præben. c. si de beneficio. in Concilio Vi-
4 en. ¶† Quartum potest quæri, an impetranti in forma pauperum ad acceptandum tale beneficium, cuius vacatio proponitur esse notoria, currat mensis? & videtur dicendum, quod sic. vt ff. de iur. & facti igno. l. regula. §. 1. quod vi, aut clàm. l. semper. §. hoc interdictum. & videtur casus extra de concess. præb. c. cum ei. quem. in concilio Vienen. & licet non sit illius improbandum propositum, qui lites execratur. vt ff. de alie. iudi. mutan. causa facta. l. item si res. §. 1. tamen hoc non excusat eum à cursu mensis: parum nanq; sibi præiudicatur, eò quòd gratia ei salua remanet alia beneficia acceptandi. vnde secus esset in c. si clericus. extra de præben. vbi requiritur negligentia: hîc autem sufficit vacationis scientia vera, vel præsumpta, sicut clarè not. Ioan. An. in præal. c. cùm ei, quem. in fin. in Concilio Vien. Et ex his videtur pauper impetrans exclusus à beneficio, de quo quæritur. saluo iudicio meliori.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Et de facto. *Iunge quæ not. infrà, consil. 288. col. 2.*

De foro compet. & de appella.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest esse iudex de iuribus ecclesiæ suæ: & potest hoc delegare: & postea subdit de appellatione & recusatione: & de compensatione. & num. seq.*

CONSILIVM CCLXXXIII.

CIRCA præsens thema quatuor examinanda occurrunt. Primò de fine est agendū, eò quòd in præteritis est primus in intentione. Secūdò, de modo electo. Tertiò, de impedimento, qui illi modo per interiectam appellationē innititur. Quartò, quis modus sit vtilis, omnibus
1 diligenti meditatione pensatis. ¶† Circa primum sciendum est, quòd finis de iure communi debet esse victoria, sicut enim fructibus perceptis augetur hæreditas etiam hæreditate iacente. vt C. de pet. hæ. l. 2. & ff. eo. l. item veniunt. §. fructus. sic & dignitas, quæ etiam locum personę obtinet, vt ar. ff. de leg. 2. l. si verò eadem res & mihi. §. 1. de noua. l. nouatio. de ac. re. do. l. in eo. §. vltim. & forma. l. seq. & l. hæreditas. de off. procon. & l. meminisse. extra de inst. c. cùm venissent. & ad hoc faciunt, quæ not. Innoc. & extra de causa pos. & proprie. c. cùm super. & ex his resultat æquitas. c. quia sæpe. extra de elect. lib. 6. & interpretatio ipsius, extra eo. ti. c. statutum. in Concil. Vienen. salua consuetudine singularium dignitatum, vt ibi in fin. dicitur, quæ in talibus est seruanda: vt ar. ff. de admi. tu. l. fine hęrede. §. Lucius. & quia hic articulus
2 planus est, non multum insisto. ¶† Circa secundum de modo electo, videtur, quòd possit sustineri de iure. dicunt nanq; multi, quòd episcopus potest cognoscere de iuribus ecclesiæ suæ. ar. 23. q. 4. Ego Guillarius. sicut Imperator de iuribus imperij: vt ff. de his, quæ in testamento delen. l. proximè. & tamē suæ sunt, vt C. de quadr. præscri. l. bene à Zenone. tamen omnes concordare videntur, quòd causam talē possit episcopus cognoscendam delegare, sicut procurator Cæsaris cognoscit de iuribus fiscalibus, & contrà: vt C. si aduersus fiscum. l. secunda. & vbi causæ fiscales. l. ad fiscum. & probatur bene extra de fo. competenti. c. si quis contra clericū. & 11. q. 1. si clericus. præsertim in notorijs, sicut hîc. totū enim negociū notorium dici potest: quia ius episcopi notorium est propter ius commune, cui inhęret. ar. C. de peric. tu. & curato. l. penul. & argu. extra de priuilegijs. c. cùm personæ. de restitutione spoliatorum. c. ad decimas. & de præscriptionibus. c. episcopum. li. 6. Præceptio verò est notorietate iuris: quia per cōfessionem arg. ff. de re iudica. l. post rem iudicatam. extra de cohabitatione clericorum & mulierum. c. nostra. & de rebus. de significatione. c. cùm olim. Et quod in notorijs possit episcopus nedū delegare, sed ipsemet cognoscere probatur. 2. q. 7. si quis erga. & ibi no. & per
3 Inno. extra de verb. sign. c. ex parte. ¶† Circa tertiū videtur dicendum, quòd appellationes non impediant processum. Prima quidem, quæ fuit magis prouocatio, aut aliquod grauamen, quam appellatio, non impedit: quia non priuat aliquem vsu rei suæ per viam licitam: vt ar. C. debi. vendit. pign. impe. non pos. l. 1. extra de his quæ fi. à ma. par. c. & ibi not. per Innocent. de elect. c. cùm inter canonicos. & ibi no. per Inno. in c. dudum Rothomagen. Secunda appellatio nō videtur impedire processum, primò vna ratione generali ad totam appellationem, quia cùm hoc crimen sit notorium, videtur interposita ad defendendū notorios criminosos in crimine, contra iura, extra de appella. c. peruenit. & c. consuluit. Secun-

Secunda ratione, quia omnes causæ in ea propositæ sunt friuolæ, prima quidem, quia innititur prouocationi præcedenti, quæ ad propositum nihil facit, vt dictum est suprà. Secunda, quia exceptio non est probata sufficienter: quia non est allegata in casu, quo contra Episcopum, & eius iura exceditur: & tales cõsuetudines, siue præscriptiones ius alterius vsurpantes eatenus attribuuntur præscribenti, quatenus vsurpatum probatur: vt ff. de iti. actuq; priua. l. 1. §. Iulianus. & no. Innoc. extra de deci. c. cum in tua. de offi. archi. c. dilecto. & fortè talis consuetudo non esset probabilis, ne sub prætextu priuilegiorum flagitiosorum crescat authoritas: vt C. de priuil. schola. l. 2. lib. 12. certæ causæ apparent falsæ ex inspectione literæ derogatoriæ, quæ videtur decisionem, & cognitionem committere secundum ius: vt ar. ff. de confir. tut. l. tutores, & patruos. C. de inoffic. testam. l. si quando. extra de consue. c. cum dilectus. & de rescript. cap. causam, quæ inter præmonstraten. Suspitio etiam, quæ vltimo loco allegatur, non fuit iusta causa appellandi: sed recusandi, vt extra de appel.
4 cum spãli. & ibi no. per Innoc. ¶ † Circa quartum videtur dicendum, quod compensatio vtilis sit vsq; ad concurrentes quantitates, quæ habent locum secundum gloss. etiam si ab vna parte debeatur frumentum, vel vinum, ab altera pecunia: vt ff. sol. mat. l. diuortio. §. ob donationes. C. rerum amo. l. 1. & ibi tangitur per gloss. & de compen. l. neque. & ibi not. expressè in fin. magnæ glos. vel posset procedi etiam per viam notorij cõtra præceptores, dummodò nulla se possint exemptione tueri, & necesse habebunt ad sui defensionem allegare ius archidiaconorum: & sic per consequens Episcopus vel delegatus ab eo iudex esset, & cognitor huius iuris: vel posset iudex per audientiam impetrari: sed in hac via locus erit conuentioni iudicum, & locorum. & fortè in medio obstaculum interponendarum appellationum occurret his sic aliqualiter, de cuius electione præcisa me dimitto circumspectioni Episcopi, & concilij sui, qui tanquam in iure peritissimi & in facti circumstantijs plenè instructi eligant, quod magis crediderint expedire. sed nullo modo cõsulo, quod ad præsens tangatur materia exemptionis Canonicorum, & Capituli, sed expectetur causarum similium in curia deprehendentium exitus earum. namq; exitus multum aperiet vtrique parti de intimis quæstionis. Ad reliquam autem actionem nullo modo potest hæc causa terminari, nec ad feudum: quia Archidiaconatus non possunt in feudum dari: nec pro eis homagium præstari: vt extra de reg. iu. c. vlt. & ibi no. per Innoc. licet præstari possit, vt debeat sacramentum obedientiæ, & fidelitatis: vt extra de maio. & obe. c. legeba. & de excess. prælat. c. grauem. & ibi not.

De consuetu. & de translat. prælato. & de verborum significatio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo in certo ordine Monachorum, videlicet, quòd translatus ad alium Prioratum habeat secum omnia bona & actiones ratione primi sibi competentes: & requiritur spacium quadraginta annorum, & non habet locum, nisi in verè translato. & num. seq.*

3 *Item consuetudo disponens, quod bona priorum decedentium pertineant ad Abbatem non habet locum in bonis translati.*

4 *Appellatione mortis non comprehenditur ciuilis, sed naturalis tantum in consuetudine.*

CONSILIVM CCLXXXIIII.

IN QVODAM Monasterio est introductum de consuetudine, quòd si obtinens Prioratum vnum transferatur ad alium per prouisionem Abbatis, vel aliàs, puta per impetrationem, vel permutationem, taliter trãslatus portet secum omnia bona mobilia, & actiones ratione primi beneficij competentes relicto ibi tantum: quod possit sufficere pro oneribus vsque ad nouos fructus. † Quæritur, vtrum talis consuetudo sit præscriptibilis? item si sufficiunt decem anni, vel si requirantur quadraginta cum tit. vel sine tit. vel tantum tempus, de cuius contrario memoria hominum non existit? Ego Oldrad. non video, quare consuetudo, de qua quæritur, non sit præscriptibilis, quia nec turpitudinem inducit, nec alienationem. nec translati statui contradicit. turpitudinem quidem non continet, quia nõ inducit, quod sit, aut contra ius naturale, aut cõtra bonos mores, de quibus habetur. ff. de verb. sign. l. probrum. & de condi. instit. l. filius & l. cõditiones. extra de consue. c. vlt. in Authen. vt nulli iudices. &c. circa princip. ff. de legat. 1. l. si quis inquil nos. §. per. in fin. & de pac. do. l. conuenire. Alienationem non inducit, quòniam omnes Prioratus, de quibus consuetudo ipsa loquitur, & proponitur esse seruata, eidem Capi. vel Abbati subsunt, vnde nulla per hoc fit alienatio extra familiam, vt ff. de legatis tertio. l. pater. §. quindecim. C. de fideicommissis. l. voluntas. & pro hoc bene facit. ff. de legat. 1. l. cætera. §. sed videamus. vnde in duabus eiusdem domini stationibus non prohibetur, quin altera eius, quod alteri debetur, compensationem obijciatur, nisi propter vitandam confusionem duntaxat, vt C. de compensat. l. 1. & ff. de tribu. l. procuratoris. §. si plures. & §. si duas. statui translati non contradicit, quia non secum portat, vt proprium habeat, sed vt in secundi prioratus
2 vtilitatem conuertat. ¶ † Ad secundam quæstionem videtur dicendum, quòd hæc consuetudo præscribi potuerit spacio quadraginta annorum, vt extra de consue. c. vlt. de causa pos. & proprie. c. cum ecclesia. & 16. quæst. 3. quas actiones. Non obst. c. Episcopum. extra de præscrip. lib. 6. quia istud loquitur in præscriptione, quæ inter priuatos procedit: & per quam præscribenti ius quæritur, contra quem præscriptio currit: est nanq; præscriptio acquisitionis modus, vt in insti. de vsu, & habi. §. fin. & de vsucap. l. vsucapio. Hîc autem loquimur de quodam iure, per quod tantundem contra quemcunque quæritur, quantum ei, hoc est proprium consuetudinis. nullus enim Prior potest sibi dicere contra alicuius ius quæsitum, quin & eodem modo alteri sit quæsitum, vnde vniformiter est omnibus quæsitum, prout fortuna dabit, & in
3 quemcunque transferri continget. ¶ † Ad id autem, quod quæritur, vtrum in casu isto consuetudo vendicet sibi locum? Videtur dicendum, quòd non, quoniam loquitur de translato. Translatio autem fit de præexistente ad existens: vt ff. de adi. & transfe. lega. l. translatio. & de ac. pos. l. secunda. §. illud. hic autem, cum Priori sancti Bernar. de prioratu aliquo alio prouidetur, iam per domini Papæ reintegrationem primus Prioratus esse desierat: ergo non fuit translatio. & pro hoc benefacit. ff. de compensa. l. posteaquam placuit. & hoc expressè indicant verba ordinationis domini nostri Papæ. arg. ff. quibus mo. pi. vel hyp. sol. l. voluntate. de alien. iud. mu. cau. fac. l. quia redhibito. & de liber. & posthu. l. filio cum sim. & quod consuetudo in hoc casu locum non ha-
4 beat, facit extra de consuetu. cum in tua. lib. 6. ¶ † De

Abbate verò Casadei videtur dicendum, quod ad ista bona, de quibus quæritur, non veniat virtute consuetudinis conuocantis ad bona mortuorum, siue decedentium: quia licet translatus, quantum ad primam, mortuus censeatur, vt 16. quæstio. 2. si quid iam translatus. verba enim consuetudinis sunt intelligenda de morte naturali. argu. C. de his, quiveæta. impetra. l. vlt. ff. de conditio & demonstra. l. fin. de lega. 2. l. cum pater. §. hęreditatem. 1. & l. si ita quis. §. vltim. de iure fisci. l. statius florus. §. vlt. & de verb. oblig. l. ex ea parte. §. in insulam. & Ioan. tradit regulam, quod nunquam mors ciuilis æquipollet naturali, a nisi vbi hoc reperitur in iure expressum. sic ipse notauit 96. q. 1. c. placuit, &c.

a

ADDITIO ANTIQVA.

a ¶ Aequipollet naturali. *Adde Alex. cons. 1. incip. Ponderatis hu. col. 9. ver. non obstat etiam. in 5. volu. & adde quod vbi fit mentio de morte debet intelligi de naturali in dubio, & non de ciuili nisi in casibus, in quibus reperitur in iure expressum, vt no. idem Alex. cons. 282. incip. viso themate. col. 2. vers. 2. quia mors ciuilis. in 2. vol.*

De consuetudi. & de libel. oblat. & de concess. præben. & de condi. app. & de app.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo valet, quod vacante præbenda in ecclesia collegiata Abbas conferat eam canonico antiquiori volenti dimittere suam præbendam, etiam si existant expectantes apostolici.*

Item ad probandum talem consuetudinem an sufficiat allegare collationem Abbatis: & an debeat articulari, cui fuit facta collatio. Qualis debeat esse articulus.

Item si articuli videntur esse contrarij iudex debet supplere priores per posteriores etiam dato quod sint contrarij.

In causa appellationis articuli primi possunt reuocari, cum num. seq.

CONSILIVM CCLXXXV.

1 ALLEGATIONES in causa Affrodixij Biterren. &c. † dabatur in secunda instantia pro parte Abbatis talis articulus contra magistrum Bernardū. item ponit, & probare intendit dom. Procurator, quod in dicta Ecclesia S. Affrodixij est & fuit consuetudo, & obseruantia obtenta, & obseruata, iam sunt 40. & 50. anni. & vltra, & citra, publicè, & notoriè, & pacificè, & quietè, etiam scientibus, ac patientibus Episcopo, Canonicis, & Capitul. Ecclesiæ Biterren. quod quoties in dicta Ecclesia contingit, vel contingat aliquam vacare præbendam. locus optatus existat, nisi Abbas dictę ecclesiæ impediret, & ei contradiceret, contra hoc opponebatur, & respondebatur, vt sequitur. ¶ † Circa 2 honestatem, vel improbitatem cōsuetudinis ex parte materiæ, & an sit introducibilis, vel non: Videatur, q scriptum fuit circa quintum articulum in prima instantia datum, qui talis est. Item ponit, & probare intendit dictus procurator, quod in dicta ecclesia est, & fuit consuetudo, & obseruantia obtenta, & obseruata iam sunt 10. 20. 30. 40. anni, & vltra, & citra, scilicet, quod quotiescunque in dicta ecclesia vacat aliqua præbenda per mortem alicuius canonici dictæ Ecclesiæ, vel cessionem, quod Abbas dictæ Ecclesiæ, qui est pro tempore, possit, & ei liceat dictam præbendam vacantem alicui de Canonicis antiquis præbendatis dictæ ecclesiæ volentibus præbendas suas mutare, conferre, quodque dictus dominus Abbas, qui nunc est, & prædecessores sui, qui pro tempore fuerunt, per dictum tempus fuerunt in possessione iuxta dictam consuetudinem liberè conferendi, si voluerunt dictas præbendas vni, quem mallent, ex præbendatis antiquis canonicis volentibus suas præbendas, quantumcunque modicas, permutare, non obstante, quod ibi sint aliqui etiam auctoritate 3 apostolica expectantes. † Contra istum articulum opponitur, quod ista consuetudo est reprobata, & auctoritati sedis apostolicæ contradicens. & quod peccat in forma, quia non sunt dati actus consuetudinem inducentes. & quod continet obiectum, & constat appellatum à prouisione, & appellatio nō apparet. ¶ Sed ad hoc per ordinem respondetur sic, & primo ad primum, quod consuetudo non est reprobata, sed honesta multum, & iuri cōmuni cōueniens: quoniam eius effectus est, quod antiquiores tempore, meliores possint habere præbendas. & hoc vtique iuri cōi conuenit: nō enim decet, vt periti magis sint nouis antiquis, & rudes præferantur emeritis: vt 61. dist. quid proderit. & c. seq. 74. di. episcoporum. ff. de albo scriben. in l. 1. in 3. respon. C. de aduo. diuer. iudi. l. per hanc. & l. nemo. de proxi. sacrorum scri. l. vnicuique. & de tyronibus. l. vlt. & hæc innititur eidē æquitati, sicut & consuetudo optandi, quæ est à lege approbata, & contra expectantes auctoritate apostolica, vt extra de consue. cum in tua. libr. 6. imo adeo iuri cōmuni est cōsona, quòd non requirit præscriptionem 40. anno. sed sufficit tempus 10. anno. vt no. 12. di. consuetudo. & no. per Inn. Host. & Compostel. extra de consue. c. vlt. & per Ioan. And. in d. c. cum in 4 tua. li. 6. † Si igitur cōsuetudo optandi non est exparte materiæ reprobata, nec ista, quæ quantum ad aliquid proximior est iuri communi, per consuetudinem nanque optandi semper antiquiores præferuntur nouis, eorum non attenta virtute, & hoc non videtur iuri communi in aliquo contradicere. Scriptū est enim in iure: Non exhonorandum, id est, honorandum est autem tempus, & ex eo ordo sumendus, &c. vt in Auth. de Monachis. §. ordinationem. colu. 1. & 77. dist. c. Monachus nouitius. Sed consuetudo, de qua est sermo, non ex necessitate præfert antiquos nouis, sed committit arbitrio Abbatis, qui ponderare poterit virtutes antiquorum, & nouorum, & secundum hoc conferre, vel non conferre. In quantum ergo hæc consuetudo excludit apostolicum à prebenda piguiori vltimo vacante, & præfert antiquorem, concordat per omnia cum rationabilitate consuetudinis optandi. In quantum verò non exprobitate, nec semper, sed si videtur Abbati, ad quem pertinet collatio præbendarum, magis conformi statui communi quod dicit, non semper ex tempore ordinem sumendum, & minus contradicit apostolicæ auctoritati. Si ergo consuetudo est laudabilis, & honesta, & Papa mandat laudabiles consuetudines ecclesiæ obseruari, vt apparet ex forma literæ, ista, cum sit laudabilis, & iuri communi conformis obserua- 5 bitur, vt extra de consue. cap. cum olim. ¶ † Sed contra hæc instatur, & dicitur, hæc consuetudo non est consuetudo, sed magis ius commune. Respondetur, quod non est verum, quod sit ius cōmune, quod prælatus, puta Abbas secularis ecclesiæ possit solum, & insolidum cōferre præbendas? & dato, q de iure cōi hoc possit, nō potest in præiudicium expectantis, vt inducit consuetudo iuri cōi multum conformis, & eademq; æquitati innitens, sicut consuetudo optandi, ergo est seruanda: vt ff. de legi. & senatusconsil. de

quibus

quibus in 2. respon. ibi, & si qua in re hæc defecerit, tunc quod proximum, & consequens ei est, &c. Nec contradicit sedi Apostolicæ, quia non excludit, nec differt gratiam Apostolicam à Canonicatu, vel præbend, sed statim ad vtrunque admittit. excludit tantum à cano, pinguio. quod & consuetudo optandi per omnia facit. in vanum itaque relinquitur de ra-
6 tionibilitate huius consuetudinis dubitare. ¶† Ad secundum, cum dicitur, quod peccat in forma, quia non sunt dati actus, &c. falsum est, vt patet in articulis huius generis, & præsertim in 6. articulo, qui incipit. Item quod dict. do. Abbat. qui nunc est, &c. nullum enim ius, nulla ratio exigit, quod in articulo exprimantur certæ personæ, quibus contulerunt, sed relinquũtur testibus, vt extra de test. c. cum causam, quæ ibi, de causis videlicet, personis, & loco, &c. alioqui necesse esset in articulis ponere, quicquid haberent testes dicere, quod impossibile esset ac absonũ,
7 & absurdum. ¶† Ad tertium, cùm dicitur, quod continetur obiectum. falsum est, imo est proprium ius ipsius ecclesiæ: vt ff. de iusti. & iu. l. omnes populi. & no. per inn. extra de priuileg. cap. accedentibus. Verum modo opponitur sic. dato quod consuetudo sit in Ecclesia talis, vt allegatur, non potest obstare Apostolico, quia consuetudo introducit quoddam ius ex voluntate alterius, puta Abbatis pendens, vt articuli dicunt, & per consequens conditionabile, cuius conditionis existentiam Apostolicus puram gratiam habens superueniens vincit, licet postea conditio existat. vt extra de rescrip. ca. si pro te. lib. 6. Ad hæc respondetur sic, quod duplex est conditio. Vna, quæ ab initio suspendit, altera quæ resoluit. in prima potest obiectus procedere: quia illa sic suspendit, vt à toto prin. & ante eius existentiam nulla obligatio sit contracta, sed tantummodo spes est debitum iri, vt ff. de verborum signifi. l. cedere diem. & de conditio. & demonstrat. l. legata sub conditione relicta.
8 & l. qui hæredi. §. vlt. & de conditio. indeb. l. sub conditione. † In secunda verò, quæ resoluit, non procedit, quoniam hæc præsupponit ius purum præexistere, licet resolubile: qua resolutione non facta manet à toto princi. purum fuisse. & hic est clarus casus. ff. de cast. pecu. l. proponebatur. & de leg. 1. l. seruum filij. iu prin. & colligitur hæc distinctio ex text. ff. de in diem adiec. l. 2. pro emptore. l. 2. §. Sabinus. & §. si in diem. & de contrahen. emptio. & venditio. l. 3. Si quis ergo articulos rectè inspiciat, non dicunt optionem in ecclesia locum habere, si Abbati placeat, sed locum habere, nisi Abbas impediat, & ei contradicat. Ante ergo impedimentum per Abbatem præstitum, vel contradictionem per eum factam ius optandi purum est, sicut ius agendi actione de dote matrimonio soluto purè est penes patrem, licet possit rationabili contradictione filiæ impediri, vt ff. solut. mat. l. 2. §. voluntate. & l. dotem. & Abbas optionem non impediens, nec ei contradicens non potest dici nouũ ius dare, nec competens purificare: sed magis suo iure vtentes nõ impedire, vt ff. de manu. vin. l. si pater. §. fi. Nec requiritur ad consequendum optionis effectum Abbatis voluntas assistens: sed sufficit, quod non appareat voluntas resistens: vt ff. de trib. l. 1. §. scientiam. & per eius voluntatem nõ incipit, sed per
9 eius impedimentum, & contradictionem definit, vt instit. de hære. ab inte. §. per contrarium. ¶† Nunc ergo, quod definat per contradictionem, purum est ius: vt ff. de rei vendi. non ideo & fa. erci. l. & post item. §. res, quæ sub conditione. Cum itaq; rescriptu Apostolicum mandauerit laudabiles consuetudines ecclesiæ obseruari, & ista consuetudo sit huiusmodi, obseruari deberet, nisi apparet, quod eius obseruantiam Abbatis contradictio impediret. ¶ Sed contra ista instatur, & dicitur. ergo illi articuli sunt contrarij quinto articulo dato in prima instantia, in quo dicitur consuetudinem esse in ecclesia, quod quotiescunque vacat aliqua præbenda per mortem, vel cessionem alicuius Canonici, Abbas dictæ ecclesiæ sic potest, & ei licet dictam præbendam sic vacantem cõferre alicui de canonicis antiquis volẽtibus suas præbẽdas permutare. & infra eo. articulo dicitur, quod Abbas fuit in possessione præbendas sic vacantes iuxta dictam consuetudinem liberè conferendi, si voluerit, dictas præbendas vni ex antiquis Canonicis, quem mallet. qui articulus videtur effectum istius actus totum attribuere voluntati Abbatis, & sic videtur in effectu contradicere nouis articulis, prout
10 sunt superius intellecti. ¶† Ad istud respondetur, sicut dicit Papa extra de offi. & pote. iudi. dele. c. super quæstionum articulis. circa princ. quod isti non sunt contrarij illi articulo, sed illum exponunt: imò verius in his suppletur, quod in illo fuerat prætermissum: quoniam isti articuli explicitè considerant duplicem voluntatem Abbatis: vnam, quæ respicit omnem optionem, & ista non requiritur, vt ius optandi locum non habeat, sed sufficit nolle non impedire. & ideo non suspendit ius optandi, licet differre ipsum possit per contradictionem. & hoc aperte dicit lex, dum dicit, quod legatum ab hærede relictum, si noluerit hæres: vt ff. de leg. 1. l. si natus. §. legatus. & tamen relictum sic, si hæres meus voluerit, benè tenet, primum est verè conditionale cõditione suspendente. secundum verò dicitur quasi conditionale. quia conditionem habet rescindentem. & hic est casus. ff. de legat. 3. l. fideicommissa. §. sic autem fideicommissum. igitur quod in primis articulis obscurè dictum erat de voluntate Abbatis, in his apertius declaratur ob causam, quæ non respicit optionem, sed ea præsuppositа, scilicet, quod ei locus sit, eo quod Abbas non cõtradicit, respicit personas optare volentes, vt inter competitores, & ad eandem præbendam optandum concurrentes det liberam potestatem Abbati præferendi ex antiquis, quem velit, iuxta illud, vt si pares sint genere, & moribus petitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit, vt C. de nup. l. viduæ. & in tali præelectione accepit quandoque superioris auctoritas, vt ibidem dicitur, & in l. in conuentione. & hic similiter non contradicit primis articulis. vertitur enim & in hoc quædam Abbatis libertas in eligendo, quem voluerit ex antiquis, licet necesse habeat vnum eligere, ex quo optionem non impediuit per contrariam volũtatem, quæ prima attenditur: vt in d. §. sic autem. ibi, & primam voluntatem exigit, scilicet, vt amplius nolle non possit, non vt deberi incipiat, vt ibi patet in text. & quod circa hoc dicatur esse quædam libertas, probatur. ff. de leg. 2. l. cum quidam. & l. vnum ex familia. §. si de
11 falcidia. & not. extra de præben. c. inter cætera. † Et ex his manifestè apparet, quòd nulla est contrarietas inter primos articulos, & secundos: sed secundi primos declarant, & supplent, sed dato fine præiudicio, quod essent contrarij: hoc est à iure permissum, quod in causa appellationis possint dari articuli con-
a trarij primis per modum correctionis. a vt no. ff. de app. l. creditor. §. iussus. & no. Inn. extra de confe. c. vlt. quia cum propter appellationem iudicatum extinguentem negocium finitum dici non possit: vt ff. ad turpil. l. 1. §. vlt. locus est correctioni erroris, secundum legem. C. de iu. & fac. ign. l. error facti. & ad istũ effectum dati sunt articuli in secunda instantia, vt apparet in protestatione in fine articulorum posita, quæ diligenter legatur. Apparet itaque in omnem

euentum articulos admittendos. cætera suppleant debentes consulere, & etiam iudicare.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶Per modum correctionis. *Tu dic esse communem sententiam, vt in causa appellationis admittantur sine discrimine articuli omnes ad causam facientes, siue sint prioribus directo contrarij, siue ijdem cum illis, siue noui ab antiquis dependentes, quando sumus in foro Cæsaris. Et ego ita obtinui, & bis iudicaui, & sciui Prætorem quendam iudicasse. In foro Pontificis seruatur cle. 2. & de testi. & c. fraternitatis. extra eo. Quod autem iustè ego & obtinuerim, & iudicauerim admitti debere antiquos, & directo contrarios articulos, super quibus etiam fuerant recepti testes in prima instantia, quorum auctoritates me mouerint. Text. apertus in l. eos. §. 1. C. de app. Alius tex. in l. per hanc. seq. ti. qui textus nusquam correcti inueniuntur. Gl. in d. l. per hanc. in fin. in Authen. Atq; semel C. de proba. in d. c. fraternitatis. in ver. nouis. & ibi Abb. Spe. de teste. §. satis vtiliter. col. 2. ver. 12. fallit. Lanfran. in c. quoniam cõtra. in ver. testium depositiones. ver. item prædicta non procedunt in causa appellationis. de proba. Papien. in forma oppo. contra testes. colum. 1. at q; 2. Bruna in Agone de prouocatio. & app. num. 36. ver. quarto quæritur. Cyn. Bald. Ang. Cas. & alij communiter à Bar. discrepantes in d. l. per hanc. idem Bald. in d. auth. at qui semel. & in d. l. eos. §. 1. Angel. in cons. 155. In quæstione vertente inter d. Micheletum. Marti. Garatus in tract. de opin. Bar. reproba. Curtius vnus præ omnibus maximè notabiliter in repe. l. admonendi. de iure. in 9 col. in fin. & 10. in prin. num. 35. & seq. super tertio no. Si quis tamen velit rationes pro diuersa parte videre (non enim desunt, qui contrarium sentiant) legat Maria. So. late in d. c. fraternitatis. Ego quidem id censeo, vt iudicis sit considerare, an timor subornationis probabiliter subsit in testibus. Et hoc casu sequor opin. Maria. nec etiam in foro Cæsaris admittendos credo tales articulos. At in dubio admitti debere credo. Aduertendum est autem, quod semper & in quocunque foro positiones admittuntur, etiam si articuli non admitterentur. Vnde tutius est positiones offerre, & quatenus oporteat, illas in vim articulorum conuertere. Marsi. in fin. no. Præterea remedium est, vbi testes produci nequeunt, vt ille, qui producere prohibetur, det testiũ nomina iudici, & se absentet, tunc quæ iudex, in quo non timetur subornatio, recipit eos & fidem facient. Ita Bal. in l. ampliorem. in fin. principij. C. de appe. Lanfran. in d. ver. testium depositiones. nu. 75. Roman. in cons. 479. In eo quod quæritur ad fi. Cæp. cau. 216. Iac. in l. vbi pactũ. col. 5. C. de transact. Marsi. in pract. cri. §. sequens. nume. 46. & in l. vni. nu. 165. C. de rap. virg. Cruet. in cons. 134. volu. 1. Et de huius remedij veritate quid Alex. sentiat, vide in l. 4. §. hoc autem iudicium. col. 2. & 3. ff. de damno inf. Adde vtilissimas & in foro etiam ecclesiastico limitationes à Socino traditas in fall. 403.*

De elec. & de confes. & de sen. excommu. vel suspen. alias de cle. excom.

SVMMARIVM.

2 *Suspensus ab homine est ineligibilis actiuè, & passiuè, secus si à Canone.*

Item electus potest aliquid confiteri in præiudicium suum ex defectu suo, sed non eligentium.

Item licet suspensus ab officio, & beneficio sit scienter admissus ad electionem cum alijs, non propterea est inualida electio, sicut si admitteretur excommunicatus, vel laicus. cum num. seq.

CONSILIVM CCLXXXVI.

IN electionis negocio de cãstolis excrienſis diæ. factæ de domino R. Monacho eiusdem monasterij videtur in dubium reuocari, vtrum illa electio valeat impugnari, ex eo, quod pars dicti electi in iudicio dedisse videtur excipiendo contra oppositores, qui se conantur opponere contra dictum electum, quod dicti oppositores existentes Monachi fuerunt, & sunt publici fornicatores, qui quidem Monachi fuerunt vnà cum alijs Monachis eiusdem monasterij, quando fuit dicta electio celebrata: ex quo videtur contra dictam electionem argui, scilicet, quia suspensi ab officio sunt ab actu electionis excluſi: sed quilibet notorius fornicator est huiusmodi: ergo dicti Monachi, qui dñr fuisse fornicatores notorij, erant tempore dictæ electionis ab omni ipsius electionis participio repellendi, quod cum factum non fuerit, videtur posse concludi, quod dicta electio reputari debeat vitiosa, vtpotè attentata cum personis ad dictam electionem nullatenus admittendis. ¶ In contrarium verò allegatur, & dicitur quod omnibus benè consideratis, quæ consideranda veniunt circa hæc, non videtur, q̃ ex hoc valeat dicta electio impugnari: quorum considerandorum quædam in iure, quædam in facto consistunt. In iure quidem est primò vidēdum, vtrũ omnis notorius fornicator absolutè sit reputandus suspensus, & quò ad se, & quò ad alios? Secundo vtrum omnis suspẽsus sit simpliciter ab electionum actibus repellendus? Tertiò vtrum exceptiones datæ cõtra oppositores necessariò concludant partem dantem videri cõfiteri, q̃ tempore dictæ electionis celebratæ dicti oppositores essent notorij fornicatores? Quartò vtrum esto, q̃ videatur pars dicti electi sic confessa fuisse, debeant nocere supradicta alijs Monachis dicti monasterij, qui dictam electionem fecerunt, & hanc confessi non sunt? Quintò & vltimò, vtrum debeat dici omnis electio vitiosa, in qua sunt admissi scienter fornicatores notorij, sicut in qua sunt admissi

1 notorie excommunicati, vel notoriè laici? ¶† Et

a quantum ad primum, scilicet, vtrum omnis notorius fornicator *a* vel notoriè laicus sic eo ipso suspensus, & quo ad se, & quo ad alios, secundum opin. magnorum doctorum in iure, quicquid dicant alij, videtur dicendum, quod non, nisi primò moneatur, & sic monitus in crimine perseueret, nisi solummodò quo ad se. hoc quidem no. & tenet Hug. 32. distinct. cap. nullus. in gloss. Idem est per sententiam. Inno. medium. & c. præter. in gloss. postquam ille actor. nitus, &c. Hoc idem tenet Ioan. de Deo. vt no. Ant. 81. dist. c. si qui sunt in glos. dicit Ioan. de Deo tenendum, quod non est suspensus, quo ad alios, nisi prius fuerit monitus, &c. hoc idem not. Laur. vt dicit Archi. in prælleg. cap. nullus. 32. distinct. qui etiam dicit, quod sententia tenentium, quod notorius fornicator sit eo ipso suspensus, quò ad se, & alios, antequam sit monitus, nimium dura est, & propterea ipsam magis aspernari videtur, & aliorum opinion. sectari, prout etiam videtur innui in prælleg. to capitulo, si qui sunt. Cùm enim hoc dicere sit pœnale, meritò restringendum est iuxta leg. ff. de liber. & posthum. cum quidam. & de pœn. l. interpretatione. & quando prædictorum opinio teneatur, nulla remanet quæstio, quia de monitione aliqua non

2 apparet. ¶† Quantum ad secundum, salua veritate videtur, quod secundum dominum Hostien. sic differentia facienda inter suspensum ab homine, & suspẽsum à canone, vt in suspẽso ab homine dicatur, quod

quod actiuè, & passiuè sit sibi electio interdicta sed si à canone esset suspensus, vt in isto casu, secus. & hoc est, quod notari videtur extra de consuetu. capi. cum dilectus. in glos. suspensus enim non potest, &c. ibi, & hoc intellige de suspenso ab homine, secus si à canone, &c. & extra de elec. ne pro defectu. in glos. vltima.

3 ¶ † Quantum ad tertium. s. vtrum per dictas exceptiones videatur pars ea dans necessariò fateri, &c. videtur dicendum, si bene inspiciantur omnia verba dictarum exceptionum, quod nō. Cum enim dicitur, quod talis monachus fuit & est notorius, & publicus fornicator, non concluditur necessario, sicut debet concludere quælibet probationis species, vt colligitur extra probat. capit. in præsentia. cum si.

b *b* quod is fuerit talis tempore electionis, videlicet notorius fornicator. Nam illud verbum est, quod est temporis præsentis, & fuit, quod est temporis præteriti, saluatur in aliquo tempore, estò quod fuerit notorius fornicator ille, de quo datur, tempore dictæ electionis. Nec ob. si dicatur, quòd in exceptione subiungitur fornicatio, & concubinatus temporis præcedentis electionem: quia non dicitur, cum de actibus illis datur, quòd fuerit tunc notoriæ fornicatus, vel quod notoriæ tenuerit concubinam: sed hoc pro tempore latuit, post dictam vero electionem perseuerando in crimine hoc cæpit patere, & deduci in publicum: & sic exinde dictus est esse publicus, & notorius fornicator tempore dictæ electionis. & maxime quia si quid dicta locutio habet ambiguitatis, intelligi debet secundum intentionem, & declarationem loquentis: vt. ff. de iudi. l. si quis intentione. c. Nec obst. similiter quod in fine dictæ exceptionis subiungitur, quod est de prædictis grauiter diffamatus: quia illud respicit solum tempus, quo dicta exceptio fuit data.

4 † Quantum ad quartum videtur dicendum, quod cum electio, de qua agitur, facta fuerit per monachos dicti monasterij, non autem per electum, cuius nomine dicta exceptio data fuisse dicitur: necessarium videtur, quòd ipsi possint electionem huius prosequi, & ipsam petere confirmari, vt apparet per ea, quæ not. extra de elect. capit. dudum. cum si: & cum ipsi non confitentur, quod illi, de quibus agitur, fuerint tempore electionis notorij fornicatores, non videtur, quod quicquid sit datum pro parte electi debeat obesse electioni per eos canonice celebratæ, & maxime quando de eorum ignorantia constet, sicut constare poterit per eorum proprium sacramentum, iuxta not. per Innocent. extra de elect. cap. illa. in vltim. colum. versicul. si autem capitulum, vel maior pars, &c. & per Hostiens. ibidem. & per Compo. extra de consuetu. capit. cum dilectus. in glos. magna. ver. quod autem dixi, quod electio cum excommunicato, &c. Nec ob. si dicatur iam si vnus electus confiteatur se excommunicatū, vel talem, quod ineligibilis fiat, cassabitur eius electio, Quicquid dicant in contrarium eligentes, quia aliud est aliquem electum confiteri aliquid contra se per quod videatur inhabilis, & incapax. aliud est ipsum confiteri aliquid, per quid nullum vitium, nullamq; inhabilitatem contraxerat, sed quod solum eligentium actum respiciet.

5 ¶ † Quantum ad quintum, & vltimum, supra tactum videtur (salua veritate) quod non sic actum electionis inficiat admissio aliquorum, qui sint fornicatores notorij, etiam ex certa scientia facta, sicut admissio notoriæ excommunicatorum, seu notoriè laicorum, & per consequens notoriè in electione vocem non habentium. Et ratio inter alias patentes, colligitur ex his, quæ circa primum dubium sunt notata. nam hi, qui scienter admittunt excommunicatos notoriè, seu notoriè laicos, & per consequens notoriè, & indubitanter nullam vocem habentes, nulla possunt se excusatione iuuare, quin peccent, & faciant, contra iura tales secum admittendo. & propterea non est mirum, si talis electio dicatur vitiosa. Sed qui admittunt notorios fornicatores, esto sine præiudicio, quod omnes electores hoc fuissent confessi, nō possunt dici in hoc peccasse, cum enim (vt supra dictum est) sit opinio rationabilis, & æquior causa odij restringendi, & pœnæ minuendæ, quòd notorius fornicator ante monitionem vitandus non sit, quæ culpa potest eos admittentibus impingi, & adhærentibus opinionibus prædictorum tantorum virorum in iure? certè nulla. licitū namq; eis videtur ex quo opiniones sunt,

d *d* illam opinionem tenere, quam velint sicut dicitur in opinionibus diuersis sanctorum: vt no. Innoc. extra de consti. c. ne innitaris. & Host. & Compost. ibidem. & videtur casus extra de frig. & maleſ. cap. fraternitatis. ibi, quamdiu iste articulus dubitabilis e-

6 rat, &c. & ibi no. per Innoc. ¶ † Præterea ad prædictorum confirmationem attendatur protestatio, quæ fuit facta ante dictæ electionis actum contra omnes excommunicatos, suspensos, &c. qua enim ratione dicitur protestatio ipsa sufficiens, cum dubitatur vtrum aliquis excommunicatus sit, vel non, vt notant omnes doc. eadem ratione, & maiori debet dici sufficiens, & electores excusans, quando dubitatur, vtrum aliquis sit suspensus, vel non, sicut in quolibet notorio fornicatore ante monitionem, & perseuerantiam sequutam propter diuersas opiniones doct. vt superius est probatum. ¶ Attendatur insuper, quòd in processu causæ liquide probari poterit, si fuerit opportunum, quod principalis oppositor adeo erat potens, quod nec ipse, nec complices sui sine magno scandalo, & periculo personarum potuissent expelli, nec etiam specialis potest fieri protestatio contra ipsos: vnde secundum omnes excusat protestatio suprædicta.

7 ¶ † Præterea (salua super veritate) licet in iure reperiatur, quod suspensus ab officio, & beneficio in electione vocis suffragium non habet, quod tamen totam electionem inficiat, non cauetur, & ideo debemus esse contenti pœnis lege comprehensis. ff. de verb. ob. l. stipulatio & quod non est sanctorum patrum decreto statutum, non est superstitiosis adinuentionibus præsumendum. extra de transla. præla. c. inter corporalia. Et cum habito respectu ad eligentes iste actus sit separabilis, alter propter alterum vitium non contrahit. arg. C. de testa. hac consultissima. §. ex imperfecto. qui, & a qui. li. ma. fi. vel non. l. si quis hac. l. §. fi. Nec est simile de excommunicato scienter admisso, quoniam ille, tanquam infectus, totum actum inficit: vt extra de procur. consulti. & ex participio cum eo in participante contrahitur macula quæ certum nomen assumit, Scilicet minoris excommunicationis, quod in suspenso non inuenitur. Et ideo quantum ad inficiendum

8 non est bona argumentatio de vno ad alterum. † Nec ob. quod de interessentia laici dicitur extra de ele. c. massana. quia laici sunt perpetuo prohibiti, suspensi autem non sic: & ideo arg. non procedit per no. C. de legi. & constitu. l. non dubium. ¶ Præterea laici nullam vnquam habuerunt interessendi pietatem. suspensi vero sic, & ideo non est bona argumentatio de vno ad alterum. argumen. ff. de acquir. pos. leg. 1. clam possidere. circa princip. ibi, non enim obtinendæ possessionis, sed origo nanciscendæ, &c. & probatur expressè hæc responsio extra de elect. capitul. quod circa religiosorum. in conci. Viennen.

9 ¶ † Præterea nemo dubitat longè aliud esse carere habitu, & actu, vt laicus, quantum ad electionem

aliud habere habitum, sed exercitium ligatum, vt suspensus, vt probatur. ff. de auto. tut. l. & si pluribus. & ibi not. Et hoc probat Augusti. clarè in epistola ad parmenionem sic dicens. Aliud est prorsus non habere: aliud est perniciosè habere: aliud salubriter. & ponuntur hæc in canone. 1. q. 1. c. quod quidem. & si videatur benè illa deductio, quam ibi Augustinus facit, manifestè videbitur hæc solutio ibi esse probata. & hæc est, &c.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Notorius fornicator. *De pœnis clerici fornicarijs atque item concubinarijs vide Pract. Crim. canon. Domini Episcopi Diaz. ca. 72. & 73. Consilium Trident. sessio. 25. de reforma. cap. 14.*

b ¶ Cap. in præsentia. cum sim. *Vide Dec. in l. Non hoc. in 2. col. C. vnde legiti.*

c ¶ L. si quis intentione. *Habes quamplures vtiles remissiones ad huius doctrinæ declarationem in tracta. præsum. domini Alcia. Reg. 3. Præsum. 16. in 1. carta in additio. magna Arelat.*

d ¶ Quam velint. *Circa tenendas opiniones, vbi sunt diuersæ, vide Præsump. Alcia. 51. reg. 1. in lib. de præsum. Indagationes iuris nostras lib. 2. ca. 6. vbi tradidimus, qualiter, & quo ordine iudex se gerere debeat, cum dissident iuris ciuilis Doctores à canonistis.*

De sepulturis.

SVMMARIVM.

1 *Quarta non debetur ecclesiæ parochiali defuncti de relictis alicui monasterio à testatore vbi non sepelitur vel alicui fratri in particulari ratione parentelæ vel amicitiæ maxime si est alicuius monasterij vbi in communi vel particulari possunt fratres bona possidere, cum plu. num. seq.*

CONSILIVM CCLXXXVII.

1 QVÆSTIONES propositæ tales † sunt, primò vtrum fratres prædicatores, & minores per decre. de nouo conditam, quæ incipit, super cathedram positã in ti. de sepul. in extraua. teneantur soluere sacerdotibus parochialibus quartam partem de his, quæ relinquuntur eis ab illis, qui penes ecclesias ipsorum non tumulantur vel de his, quæ relinquuntur fratribus singularibus causa consanguinitatis, affinitatis, seu amicitiæ, vel donationis, aut beneficij recepti ab ipsis singularibus fratribus, alias intuitu ipsarum singularium personarum per illos, qui in ecclesijs, vel cimiterijs fratrum prædicatorum elegerint sepeliri? Licet autem extent instrumenta bo. me. Reuerendi. p. & d. Matthæi de Aqua Sparta portuensis Episcopi Cardinalis, in qua attestatur declarationem dubiæ quæstionis præmissæ, quo ad vtrunq; articulum audiuisse à se. re. domino Bonifacio. Papæ. VIII. qui dictam primo condidit decre. cuius literæ verba talia sunt. Fratres dictorum ordinum non tenentur soluere quartam de his, quæ relinquuntur, eis ab illis, qui penes eorum ecclesias non humantur, nec de his, quæ deuotionis, amicitiæ, vel confessionis causa singularibus fratribus relinquuntur, siue apud fratrum prædicatorum ecclesias, siue alibi tumulentur corpora defunctorum, sicut nobis constat ex viuaci memoria, & ex ore sanctissimi patris nostri prædicti nos audiuisse recolimus, videlicet quartam in his duobus articulis iam dictos fratres non debere soluere, nec deberi hucusq;. hæc sunt verba Cardinalis. & licet ipsius Rom. Pontificis declarationem, & interpretationem in dictis articulis, similibus sequi oporteat: cum eius interpretatio, & declaratio ius faciat, & sit ab omnibus obseruanda. C. de legi. le. 1. & si. extra de senten. excommu. inter alia. de verb. si, in his, quæ. in text. & in glo. & 11. q. 1. ex his. & assertioni dicti do. Cardinalis standum sit secundum Innoc. extra de priuileg. cum olim essemus. in glo. ipsius Inn. posita super verb. assertiones. & de appel. ca. cum pastorali. & de elect. innotuit 97. distin. nobilissimus. inrati. & de elect. in fin. & not. in suo apparatu Hostiens. in cap. cum à nobis. de testa. etiam domini Ioann. monachi, Cardinalis, qui in dictis suis, vel scriptis multum fauit curatis, in apparatu suo, quem fecit super dicta decre. sibi per cathedram §. huiusmodi. in verbor. quartam, in hæc verba: sed nunquid ista quarta debetur curatis de relictis fratribus, etiam legantes apud dictos fratres non elegerint sepulturam? Dic, quod non secut extra de sepul. capit. 1. quia secundum ius datur electio sepulturæ in vltima voluntate. decuit autem, vt dicta electio fieret sine iniuria curati. & ob hoc canonica portio, quæ quando erat tertia, quandocunq; quarta, quandocunq; dimidia, limitatur, & taxatur, vt sit quarta, & si curatus in quæstione proposita de omnibus relictis haberet quartam, esset fortunatus si haberet subditum, qui centum millia marcharum legisset. item legatarius integrum debet facere legatum, & ideo defalcationem eius denego, nisi vt in iure expressum est. ff. de regulis iur. leg. 1. præsertim ne vltimæ voluntates annullentur, quæ pro legis sunt seruandæ: vt in authentic. de nupt. §. disponat. & vt vltima voluntas prorsus sit libera. C. de sacro. sanct. eccles. leg. 1. hoc dicit dominus Ioan. monachus

2 prædictus. ¶ † Ostenditur tamen manifestè per doctorum sententias approbatas, & iura, quod in dictis duobus præmissæ quæstionis articulis fratres dictorum ordinum parochialibus quartam prædictam soluere non tenentur. quod probatur primo

a per do. Innoc. lucernam iuris a qui extra de sepul. in capit. relatum. exponens text. ipsius capituli, vbi dicitur, omnium rerum, quas pro salute animæ suæ debuerit disponere, medietatem ecclesiæ, ad quam dignoscitur pertinere, relinquat, de verbo ad verbum sic dicit. ecce si consanguineis, vel amicis, vel pauperibus aliquid pro anima sua reliquerit, nihilam partem babebit ecclesia, quia personis singularibus ter relinquitur. infra. de verbor. signifi. ex parte. &

3 non ecclesiæ. ¶ † Habet enim locum hæc canonica portio tantum in relictis ecclesiæ, vbi sepelitur, vel ad quam transit, vel se conuertendo, vel aliquo modo, vt hic & suprà capitul. proxim. & infra. eod. capitul. de his, vbi de hoc ideo ne alias ecclesias suæ præferat. & infrà. iuxta finem. Item non videtur, quod de relictis, vel pro anima sua, puta pauperibus, vel alijs ecclesijs, vbi non sepelitur, nec aliæ recipit sacramenta, debeat parochialis ecclesia aliquam portionem habere, nisi fortè relinquatur ecclesiæ illi, vbi sepelitur, tunc enim constat, quod quandocunq; ille relinquatur, portionem habebit ecclesia. supra de testi. requisiti. & hic. & cap. de his. & hæc est ratio, quia vel ecclesiasticis sacramentis, &c. hucusq; verba Innocent. & Bernard. in ca. 1. de sepul. idem sentit, quod do. Innocent. sic dicens, super verbor. iudicij. sed quid reliquit ecclesiæ illi, in qua elegit sepulturam, & non alijs locis religiosis. infra capitul. in nostra. & Rof. & in suo libello iuris canonici de sepul. §. sed nunquid: prædictam sequitur sententiam

tentiam dicens, quod illa ecclesia, vbi in vita sua audiuit diuina, & habuit pabulum, siue recepit ecclesiastica sacramenta, totius illius iudicij, quod reliquit illi ecclesiæ, in cuius cimiterio eligit sepulturam, debet habere canonicam portionem. & est ratio prædictorum, quod cum ecclesiæ parochiali fiat iniuria de corpore, quod alibi sepelitur, fiat sibi recompensatio, quòd illa ecclesia, in qua sepelitur, det quartam omnium rerum, quas ei testator pro anima sua legauit. & prædictam Innocent. & Rof. sententiam communiter tenent doct. & glos. antiqui & Modern. & Archidiacon. Bononien. in apparatu suo extra de sepul: cum quis. lib. 6. in glos. quam ponit in verbor. canonicam portionem. & probat ipsam somniam apertis rationibus esse veram. & eam dicit esse tenendam, & reprobat opi. Hostiens. qui quo ad primum articulum dictæ quæstionis discrepat à sententia do. Ioan. & aliorum dicens, quod non solùm de his, quæ occasione sepulturæ relinquuntur, sed & de omnibus relictis alijs ecclesijs, seu etiam pijs locis, ecclesia
4 parochialis suam percipit portionem. ¶ † Quantum autem ad secundum articulum concordat in d. ca. relatum. in apparatu suo dicens sic: in verbo. disponere. s. ecclesijs conferen. secus si consanguineis, vel amicis, vt pauperibus, & pro anima relinquantur. de talibus enim non deducitur canonica portio, cum personis sit singulariter relictum. infra. de verb. signifi. ex parte. 3. §. 1. verb. de his. supra. de testa. requisisti. §. illud. hoc dicit Hostiens. in apparatu, & in summa sua de sepul. §. de quibus dicit, quod quarta debetur de legatis, seu relictis pro anima in infirmitate, de qua obijt, vel causa mortis pro anima, dumtamen obtentu, seu ob donationem ecclesiæ. vel pij loci relicta fuerit, secus si obtentu personæ, quamuis ecclesiasticæ, dummodo in fraudem non fiat. de test. cap. officij. & cap. requisisti de verbor. signifi. ex parte. 3. hæc dicit Hostiens. in summ. sua. & hoc idem no. de test. cap. fi. super verbo. pijs locis, in apparatu suo.
5 ¶ † Ex prædictis autem sententijs doctorum, & iuribus allegatis per eos manifestè colligitur, quod de relictis singularibus personis, & ecclesiasticis quorumlibet locorum, obtentu suarum personarum, quarta aliqua exigi non potest, siue testator apud eorum ecclesias elegerit sepeliri, & sepultus fuerit, siue non, & in hoc omnes concordant. De relictis autem ecclesijs, seu etiam pijs locis secundum veram, & probatam sententiam Innocent. & aliorum, ita demum potest ab eis quarta exigi, & peti per sacerdotes parochiales, siue curationes, si relinquentes apud ipsas ecclesias, siue loca elegerint sepeliri: si autem non fuerint in ipsis ecclesijs, seu locis per sacerdotes sepulti, quartam de talibus relictis ipsis ecclesijs, seu locis, sacerdotes parochiales non possunt exigere, vel requirere, & maximè si loca sint exempta.
6 † Vnde do. Innocent. extra de sepul. ca. in nostra. dicit in hęc verba. s. Et nos dicimus, quod de legatis locis exemptis nullam portionem habebit ecclesia parochialis, nisi ibi eligat sepulturam. extra de testa. ca. officij. & capi. requisisti. & supra. de sepul. ca. 1. & cap. de his. & cap. in nostra. & est ratio, quia ea, quæ relinquit ecclesiæ, tantum pro sepultura relinquere videtur, & ideo de illis parochialis ecclesia suam percipit portionem: sed ea, quæ sunt sic separatim hospitali exempto relicta, non videntur pro sepultura relicta, sed alias pro anima: quare de illis nihil est deducendum. & idem, quod dictum est de hospitali, dicimus, si quis eligat sepulturam in alia diœcesi. si vero is, de quo agitur, apud hospitalarios, non ex electione, nec alias de iure, sed de facto fit sepultus, & tunc de relictis, nec totum, nec partem reddet parochiali ecclesiæ, sed corpus tantum, & oblationes omnes, quæ occasione sepulturæ factæ essent. supra. e. capitul. ex parte. & hoc Innocent. & ibi Hostiens. recitat in dicto capitul. nostra in apparatu suo, in glo. 1. verb. reliquit. Et prædictam do. Innocent. sententiam sequi videtur præfatus do. Bonifacius. 8. in d. decre. super cathedram. §. homini. vbi statuit, quod fratres prædictorum ordinum possint recipere omnes illos, qui in eorum locis, & ecclesijs elegerint sepeliri: sed ne parochiales ecclesiæ, & earum rectores, qui ministrare habent ecclesiastica sacramenta, debitis, & necessarijs beneficijs defraudentur, dicit, quod fratres dictorum ordinum de obuentionibus omnibus, tam de funeralibus, quam de quibuscunq; relictis distinctè, vel indistinctè ad quoscunq; certos seu determinatos vsus, de quibus etiam quarta, seu canonica portio dari, seu exigi non consueuit, vel non debet de iure, necnon de datis, vel qualitercunq; donatis in mortis articulo, aut infirmitate donantis, vel donantis, de qua decesserint, quomodocunq; directè, vel indirectè fratribus ipsis, vel alijs, quartam partem parochialibus sacerdotibus largiri integrè teneantur, quæ verba, tam de funeralibus, quam de quibuscunq;, &c. relictis fratribus ipsis, secundum præcedentia necesse est intelligi, etiam de relictis fratribus in communi, quia illos receperunt ad sepulturam, quod patet ex pluribus: Primo quia causa in d. decr. expressa, ex qua dicitur fratres astringi dare quartam de funeralibus, & alijs relictis ipsis fratribus, est videlicet, ne parochiales ecclesiæ, & earũ rectores debitis, & necessarijs beneficijs defraudentur. nam si fratres de relictis, sibi factis per illos, qui apud eorum ecclesias sepeliuntur, aut de relictis singulatribus fratribus obtentu alicuius donationis, vel seruitij, seu attinentiæ, nihil dant parochiali ecclesiæ, seu rectori curato, nonne defraudabitur ipsa parochialis ecclesia seu eius rector debito necessario beneficio? etenim, vt. supra. dictum & probatum illud debitum, & necessarium beneficium est recompensatio, quam faciet, & facere tenetur ecclesia, in qua eligit sepeliri, parochiali ecclesiæ, seu rectori, dando sibi quartam omnium obuenientium, tam funeralium, quam omnium, quæ ipse testator ipsi ec-
7 clesiæ, in qua sepelitur, reliquit. † Vnde cum illud debitum, & necessarium beneficium recipiat aliunde, & sic cesset ipsa causa, effectus decre. non debet extendi ad casus, in quibus causa non reperitur ad rem. extra de appel. cum cessante, 1. quæstion. 7. quid pro remedio. ff. de acquir. poss. l. si quis amodo. ff. de re mili. l. milites. Et ex hac etiam ratione motus domi. Ioann. monachi in dicto apparatu, quem fecit super dicta decret. super cathedram. dicit expressè, quod secundum prædictam decret. fratres prædictorum ordinum non tenentur dare quartam de relictis eis per eos, qui apud ipsos fratres non elegerunt sepulturam. Ideo ex eo, quia verba posita in dicta decret. super cathedram. vbi dicitur copulatiuè, quid fratres tam de funeralibus, quam de alijs relictis dare quartam partem parochialibus sacerdotibus teneantur, demonstrant expressè, quod loquitur de relictis per eos, quos recepe-
runt ad sepulturam ex electione in earum cimiterijs, vel ecclesijs funeralia autem dici non possunt, nisi quæ ratione sepulturæ deueniunt. extra de sepultu. cum liberum. circa fi. & capitul. in nostra. versicul. eisdem. Item quia verba in text. prædicto posita, cum pluraliter dicit fratribus,

quæ de-

quæ determinant omnia præmissa. s. relictis, necnon datis, &c. intelligi necesse est de legatis, seu relictis in communi loco, in quo quis sepelitur, & non delegato alicui fratri diuisim, siue singulariter facto: quia pluralis loquutio non infert suam singularitatem, nisi ex tali allegatione fieret contra ius commune, vel iuri aliorum præiudicaretur, sicut probatur expresse per simile extra de sepul. c. vt priuilegium. circa fin. in tex. & glo. Constat autem, quid contra omnia iura foret, si diceretur, quod de legatis factis singularibus personis, siue obtentu singularium personarum sacerdotes parochiales possent exigere quartam: vt supra. probatum est. Et ideo non est credendum dominum Papam iura, & statuta super his vno verbo voluisse subuertere: vt extra de elec. c. ecclesia nostra. iuxta fi. & C. de inoffi. test. l. si quando. & proprium esse debet iura iuribus concordare, & iurium
8 correctionem euitare. l. vnica. C. de inoffi. do. † Et verba rescripti, & legis particularis sunt ad ius commune trahenda. extra de rescrip. causam, quæ. ff. de mu. & hon. l. vt gradatim. §. sed si lege. cum si. fieret etiam enorme præiudicium testantibus, quorum voluntates debent esse liberæ. C. de sac. san. ec. l. 1. & tanquam leges sunt seruandæ, in aut. de nupt. §. disponat. Et legatarijs legata integraliter sunt soluenda, & non defalcanda, nisi in iure inueniatur expressum: vt. supra. dictum est. Iniquissimum etiam foret dicere, quod legatum factum per patrem filio, vel per alium propinquũ consanguineo pro tunica forte, vel alijs ad vitam fratris necessarijs, vel propter beneficium fratri benemerito, defalcaretur, & subtraheretur eleemosyna fratribus pauperibus, & per consequens eis necandi occasio præberetur, quia qui alimoniarum relicta subtrahit necare videtur. ff. de lib. agno. l. necare. & ab ecclesia iniuriæ procedere videntur: vnde debent iura nasci. quod esse non debet. C. vnde vi. l. meminerint. Igitur dicta verba fratribus ipsis, actanda, & restringenda sunt ad relicta fratribus in communi, siue conuentui fratrum, & nullatenus ad relicta personis singularibus extendenda. nam verba legis, siue huiusmodi beneficij dati curato, intelligenda sunt sine cuiusq; iniuria, & sic quod non derogent iuribus aliorum. extra de priuileg. pastoralis. & in d. cap. vt priuilegia. in fin. & de offic. ordi. & de offic. dele. super eo. & C. de emanci. lib. l. nec auus. & l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. verbum enim ipsis, quod est relatiuum, hoc declarat. cum enim supra loquutus fuerit de fratribus, in quorum locis, & ecclesijs testantes eligunt sepulturam, & quibus competit ad sepulturam recipere, & qui funeralia recipiunt, &c. & huiusmodi loca, & ecclesiæ, atque vsus eorum non dicantur fratrum singularium, sed ftatribus in communi. ff. de in ius vocan. l. sed si hac. §. qui manumittitur. Et recipere ad sepulturam, & funeralia non spectat ad singulares fratres, sed ad conuentum. siue ad prælatum nomine conuentus, & fratrum. patet per verbum ipsis, quod
9 refertur monasterio, seu loco fratrum. † Nec ob. si dicatur, quod vis, & proprietas eorum, quæ relicta sunt singulari fratri professo, trãsit in monasterium, seu conuentum. & sic videtur, quod monasterium, seu conuentus, cui acquiritur, quartam prædictam dare teneatur: quia procedit in religiosis, qui nec in communi, nec in speciali proprium habere possunt, vt sunt fratres minores, qui nihil sibi in speciali, vel eorum monasterio, aut ordini acquirere possunt, vt dicitur expresse in c. Exijt. §. Porro. & §. Ad hæc cum fratres. de ver. sig. in 6. & nihilominus ad legata, seu relicta eis facta soluenda hæredes & testamentorum, exequutores compelluntur, vt d, cap. Exijt. §. ad hæc
10 quia fratribus. cum non refert cuiusq; id, quod iuris est. s. proprietas acquiratur. † Nam cum ipsi fratres capiant vsumfructum rerum eis necessarium tam ad vitæ sustentationem, quam ad officiorum sui status exequutionem, vt d. c. Exijt. §. porro. & de legatis, seu relictis eis in singulari factis est ipsis in huiusmodi necessarijs prouidendum, quorũ sunt capaces, cum potius in facto, quam in iure consistant: vt. ff. de capi. dimi. l. legatum. in text. & glo. & licèt eis ad hoc actio in iudicio non competat, ex officio eorum prælati secundum defuncti voluntatem hoc faciunt adimple. ri. arg. C. de lib. cau. §. cum affirmes. & extra de testa. c. quia nos. & c. iudicante. & c. si hæres, & c. tua. & ad hoc vide, quod no. Innoc. & Hostien. extra de proba. in præsentia. & loqueretur de legatis singularibus personis non debet dari quarta secundum Innoc. & Hostien. si ex eo quia talia relicta, seu legata non sunt facta intuitu monasterij, seu loci, in quo sepelitur legans, sed intuitu ipsarum singularium personarum: vt supra probatum est. & patet per id, quod expresse not. Hostien. in summ. de sepul. §. & de quibus. & ita subsit in relictis factis fratribus singularibus dictorum ordinũ, sicut in relictis alijs personis singularibus, sequitur, quod de talibus legatis, seu relictis fratribus factis, quæ debent integraliter in vtilitatem ipsorum fratrum conuerti, non est quarta aliquo modo detrahenda, & quod beneficium datum curatis, vt quartam habeant de relictis ecclesiæ, vel conuentui fratrum per eos, qui ibi eligunt sepeliri, non debet ad relicta facta fratribus singularibus, & in corum grauamen extendi. d. l. nec auus. Nec ob. prædictis verba in d. decre. super cathedram. posita, cum dicitur, fratres dictorum ordinum de quibuscunq; & quomodocunq; relictis distincte ad quoscunq; certos, vel determinatos vsus, de quibus etiam quarta, seu canonica portio dari, seu exigi non consueuit, vel non debet de iure, &c. Ex quibus verbis arguitur, quod videtur sensisse, quod de relictis singularibus fratribus, de quibus alias non debet ante ipsam decre. dari quarta, auctoritate ipsius decre. sacerdotibus parochialibus persoluatur. Et verè non ob. Nam in prædictis verbis non est determinata sententia, sed vbi. infra subiungitur, fratibus ipsis, vel alijs pro eisdem quartam partem parochialibus sacerdotibus largiri integrè teneantur, & verba fratribus ipsis, &c. vt. supra. plenè probatum est non inferunt quartam singularitatem, nec diuisim, sed coniunctim accipiuntur. Si enim voluisset intelligi de relictis factis singularibus fratribus, expressisset, determinasset, posuisset post verbum fratribus ipsis, vel alicui eorum, aut in speciali, vel communi, vel similia: sicut expresit, & determinauit verbum relictis dicendo, distincte, seu indistincte ad quoscunq; certos, seu determinatos vsus sint facta. Nam distincte, & indistincte, directè, & indirectè potest fratribus in communi
11 relinqui. † Cum ergo non expresit ad relicta fratribus ipsa verba extendi non debent. ar. c. ad audientiam. extra de deci. & de transla. præla. ca. 2. §. sed nec illud. & de ver. sig. cum partibus, ibi, cum autem in priuilegijs de regno, vel prouincia nil expresè dicatur: vt. C. de cadu. tol. l. 1. §. si vero. Quare autem subiungitur, de quibus quarta, siue canonica portio exigi non consueuit, vel nõ debetur de iure: patet, quia si fratribus in communi ante ipsam decre. fuisset per illos, qui apud eos elegissent, sepeliri, aliquid relictũ, non pro sepultura, seu occasione sepulturæ, sed alias pro anima, seu alia iusta causa, de tali relicto nulla quarta de iure debebat exigi: vt supra probatum est per id, quod expresè notat, & determinat Innoc. in d, c. in nostra.

ADDITIO

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Lucernam iuris. *Inno. Lucerna iuris, quod item not. infrà consi. 228.*

De sepulturis.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturam si tempore generalis interdicti vnus eligit apud fratres non tenentur isti fratres de sibi relictis siue iure siue de facto recipiant defunctum ad ecclesiasticam sepulturam soluere quartam parochialibus ecclesiis. & nu. 2.*

CONSILIVM CCLXXXVIII.

a SECVNDA quæstio est, *a* pone, quod ciuitates aliquæ in earum diœcesi propter delictum domini, vel rectoris ciuitatum, vel diœcesis in pœnam populi sunt generali interdicto ecclesiastico subiectæ: quo durante sæpè contingit, quod parochiani dictorum locorum sua condunt in vltimis testamenta, in quibus apud dictorum ordinum fratres eligunt sepeliri, & eisdem fratribus in communi multa pro animarum ipsorum testantiũ remedio relinquũt eisq; defunctis à parentibus ipsorum, alijsq; secularibus personis de facto, & etiam cõtra prohibitionem, & voluntatem fratrum dictorũ ordinum apud eos in ecclesijs, vel cimiterijs suis tumulantur, & deinde hæredes, seu propinqui ipsorũ defunctorum diuersas oblationes faciunt dictis fratribus, vt orent pro animabus ipsorum defunctorũ: Nunquid præfati fratres de huiusmodi relictis, & oblationibus quartam partem dare sacerdotibus parochialibus teneantur? Et dicendum est absque dubio, quod non tenentur. ¶ Nam certum est, qđ parochiani prædicti tempore talis interdicti non possunt in parochialibus, aut aliquibus alijs ecclesijs, seu cimiterijs interdictis, seu non interdictis sepeliri, aut quomodo libet eligere sepulturam, nisi vbi ex priuilegio hoc reperitur esse concessum: vt hæc probantur extra de priuile. vt priuilegia. & ibi plenè no. in apparatu dominorum Inn. & Host. in ver. regularium. & in fra eo. ti. cum & plantare. §. quod si templarij. & extra de pœ. & remiss. quod in te. quodq; omnes, qui tempore interdicti in ecclesijs, vel cimiteriis defunctorum corpora scienter præsumunt sepeliri, ipso facto sententiam excom. incurrunt, à qua nõ sunt absoluendi, nisi prius ad arbitrium diœcesani episcopi eis, quib. per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem, vt expressè habetur ex de sepul. eos in cle. Et per hoc patet, quod fratres dictorum ordinum non debent, nec pũt corpora taliũ defunctorum in eorum ecclesijs, vel cimiterijs sepelire, nec pro sepultura, nec occasione sepulturæ eorum aliquid recipere, ne forsitan videantur sepulturam illicitè à dictis secularibus attentatã per subsequentem hmõi receptionem cõprobasse. arg. in q. 1. c. constat. in tex. & gl. quamuis liceat ipsis fratribus pro talibus defunctis, si in pœnitentia decesserint, recipere mortuaria: vt. s. orẽt pro animabus eorum, cũ pro eis orandum sit. 11. q. 3. quodq;, &c. relicta ipsis fratribus in testamentis hmõi defunctorũ, vt hæc hñr, & plenè notantur in apparatu dũi Inn. & Host. extra de excessi. præla. in c. tanta. in gl. quæ signatur in ver. post interdicti violationem. cum ergo tunc demum fratres prædicti secundum. d. decr. supersoluendam rectoribus ecclesiarum parochialium teneantur, cũ per electionem sepulturæ legitimè factam in eorum ecclesijs, seu locis sepeliunt corpora parochianorum, quæ de iure, si non elegissent sepeliri apud eos, forent in ipsis parochialib. ecclesijs tumulanda, vt in prædicta decr. dicitur, & supra dicti doct. Inn. Roffre. Guid. & Io. mo. norant hoc fieri in compensationem iniuriæ, quæ parochialibus ecclesijs fit, quod in hmõi corpora non tumulantur, nec rectores earum debitis, & necessarijs officijs defraudẽtur, & prædicti parochiani non poterant eligere sepulturam, nec sepeliri de iure in ecclesijs dictorum fratrum, nec sacerdotum parochialium, nec aliquib. alijs, vt supra dictum est. & non apparet præiudic ũ factum, quod de iure non sortitur effectum. extra de iure pa. c. quod autem. & c. illud. in tex. & glo. extra de regul. iur. c. non præstat. libro sexto. & de concess. præben. in c. ne captandæ. libro 6. & no. de elec. in c. b auditis. in glo. fin. *b* nec relicta, & oblata pro mortuario à fratribus iustè recepta pro electione sepulturæ, & de sepultura, quæ nullius est momenti, possint quomodo libet defalcari. ff. de leg. 1. l. si seruus. §. si seruus alienus. & l. si fundum sub conditione. ff. de statulib. & ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. 26. distinct. dictum. in fi. & in casu prædicto cessat causa, quando est danda parochiali sacerdoti quarta in recompensationem iniuriæ, quæ sibi fit, eò quòd is, qui in sua deberet sepeliri ecclesia, in alia eligit sepeliri: quia (vt dictũ est) nec in sua, nec in aliena ecclesia potest quomodo libet sepeliri, & per consequens cessat effectus, vt supra dictum est, & concluditur, quod de relictis prædictis, & oblationibus fratres prædicti aliquam partem dare parochialibus sacerdotibus nõ
2 teneantur. † Et si dicatur, quod fratres prædicti de facto tales sepeliant personas, quas sepelire non licet, & pro funere multa recipiunt. Respondetur, qđ si hoc esset (quod absit) ipsi pro tanto excessu tenerẽtur satisfacere illis, quorum violant interdictũ: vt in dicto c. eos, qui. extra de sepul. in cle. & hoc casu non daretur quarta aliqua sacerdoti parochiali, quia tũc sola quarta, seu canonica portio danda est curato, quando in casu concesso quis alienũ sepelit parochianum. Quando verò in casu prohibito nullo modo ei dem competit petitio vel exactio quartæ, seu canonicæ portionis. extra de sepul. ex parte. 1. in glo. & in c. cùm liberum. & in nostra. §. fi. Vnde Inn. in c. in nostra sic dicit. si verò is, de quo agitur, apud hospitalarios non de iure, sed de facto sepultus est, tunc de relictis eis nec totum, nec partem reddent parochiales ecclesiæ, sed eorum tantum oblationes omnes, quæ occasione sepulturæ factæ essent. supra. c. ex parte. 1. & hoc Inn. ex quibus etiam patet, quod si fratres contra ius sepelissent in suis ecclesijs, vel cimiterijs parochianum alienum, nullo interdicto ecclesiastico subiectum, qui de iure debuisset, & potuisset in parochiali ecclesia sepeliri, quod de relictis seu alias oblatis ipsis fratribus non pro sepultura, vel occasione sepulturæ, ipsi fratres nullam partem sacerdoti parochiali reddere tenentur, sed tenent corpus, & oblationes omnes, quas occasione sepulturæ recepissent. Et multò magis dicendum est eos non teneri de illicitè receptis per ipsos occasione funeris de facto præsumpti dare aliquam portionem sacerdoti parochiali, cui nullo modo competit sepelire personã interdictam. & cui nulla fit iniuria ex tali sepultura de facto præsumpta, & funeralium receptione illicita, & per consequens non competit sibi actio ad quam cũ malè accepta, seu oblata non veniant diuidenda. ff. fam. ercis. l. certè. §. sed & quid. cum si. sed potius illi facta est iniuria pro tali sepultura, & recepta illicita restituenda, vt dictum est.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Secunda quæstio est. *Hoc consi. se refert ad antecedẽs, tanquam eius vltima pars, vt constat legenti vtrunque.*

b ¶ [illegible]oss. fin. *Simile in l. 3. §. si liber homo. de condi. cãdata. caus. non seq. Per quem Tex. vltra mentem Glossarum in Rub. ff. & C. de condi. ob. tur. causam & de cond. indeb. limitatur singulariter vniuersa illa materia. vt nos latius in nostris indagationibus prosequuti sumus. lib. 1. cap. 26.*

De appel. & de verb. sig.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus clemen. dudum de sepul. ibi ipsis fratribus, &c. & ibi. de quibuscunque relictis distinctè, vel indistinctè, quia illa verba non intelliguntur, nisi de legatis collegio fratrum, & non particularibus, quibus nõ intelligitur legatum causa sepulturæ.*

CONSILIVM CCLXXXIX.

MIHI Oldrado *a* de ponte de laude legum professori, & † aduocato in Romana curia ad prædictas allegationes videtur addendum, qđ sequitur, videlicet quantum ad primam quæstionẽ, & ad verba. s. fratrib. ipsis in d. decre. super cathedram posita. nam debent intelligi complexiuè, non autem de legato alicui fratri singulari relicto, vt probatur de re. dub. l. ciuib. & l. cum senatus. Item relictum ecclesiæ, in qua quis eligit sepulturam, in dubio propter sepulturam relictum videtur. ff. de excus. tut. l. Nesennius. & l. seq. Et ideò. cũ ad sepulturam recipere sit actus nulli singulari conueniens: sed collegio: relictum singulari personæ, propter attinentiam, singularem affectionem, vel receptum. ar. expressum in e. ti. l. tutor petitus. §. 1. ff. de castren pecu. l. si fortè. & l. castrense. C. de impo. lucra. descrip. l. 1. in 1. & 2. rñ. nec obstant verba: de quibuscunque relictis distinctè, vel indistinctè ad quoscunque certos, & determinatos vsus: quia hæc verba res legatas respiciunt, & modum legandi, nec personas legatariorum ampliant, sed eas iuri communi dimittunt. & hic est casus. ff. de alimen. & cibar. leg. l. à filio. §. fi. non obst. quod relictum singulari personæ quæritur conuentui: non enim persona. i. conuentus, qui singularem personam repræsentat. ff. de fideiuss. l. mortuo. est causa canonicæ portionis: sed cã
2 est sepulturæ. † Si. n. persona. i. conuentus, esset causa deductionis: puta quia statutum esset, quòd vltrà certum modum capere non posset, sequeretur argumentum: vt ff. de bo. quæ li. l. quæritur. & de leg. primo. l. si mihi, & tibi. §. regula. sed vbi capacitas eius, per quem tibi quæritur, non est in causa, sed aliud, vt in proposito: arg. acquisitionis cessat: vt ff. de leg. 2. l. debitor. §. fin. & in prin. l. seq. & propter superius allegata cum prędictis additionibus, dictis solutionib. & determinationi quæstionum consentio, & eas veras credo.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Mihi Oldrado. *Not. quod hoc consi. fuit subscriptio ad consi. Domini Fed. de Sen. 154. Cui pariter consi. subscripserunt D. Petrus de Ferro, D. Raynerius Abbas de Pudio Leoni. D. Bernardus de Montesio, & D. Pacificus de Plano.*

De app. de sepul. & de verb. signi.

SVMMARIVM.

1 *In adhærente appellationi alterius locum habet. c. vt circa. & quid sit adhæsio. & adhæsio probatur, si cum appellante in eodem instrumento procuratorem constituit adhærens: maxime antè appellationem. Item probatur, si curator adhærẽtis dixerit in iudicio, quod principalis appellauit, &c. & quæ requiruntur in adhæsione. & num. seq.*

CONSILIVM CCXC.

1 CONTRA articulos datos, pro † parte dominæ Ioannæ electæ in sacram monasterij Romãcen. nihil opponitur in forma ipsorum: sed solum opponitur, quod ex appellatione non descendũt, vel non sunt in ipsa appellatione expressi, & ideò dicunt admitti non debere. Sed ad hæc respondetur: quod domina Ioanna non appellauit, sed venit, vt electa, ius suum prosequens. & ideò non arctatur ad formã. c. vt circà. qđ in appellatione loquitur: vt ff. solo matri. l. si verò negocium. §. de viro. & si à parẽ. quis fuerit manu. l. pater, qui filium. ¶ Sed ad istud replicatur: quod & si non appellauerit domina Ioanna, adhæsit tamen appellationi dominæ Agnetis. & sic constitutio vt circa locum habet. & ad probãdum, quod adhæserit inducuntur duo. primũ, quia simul cũ dña Agnete procuratorem constituit. sed ad illud rñdet: quod vnitas instrumenti procuratorij nõ arguit adhæsionẽ. ar. C. si cer. pe. l. eo, qđ à multis. & expressè. ff. de euic. l. cũ plures. Et hoc arguitur, & ostenditur esse verũ tali rõne. oẽ, quod adhæret, præsupponit pcedere, vel eẽ id, cui adhæret. vt ex̃ de eccl. edifi. adau dientia. ff. de pecu. le. l. 1. & 2. & de penu. leg. nam qđ liquide. & de vsufr. l. 2. & no. ff. de serui. vrba. prędio. si serui §. 1. & vl. de seru. rust. præd. labeo. sed hoc pro curatorium in iudicio productum factum fuit anno dñi. M. ccc. xij. die 18. mensis Nouembris horã circa tertiã. & eadem die circa vesperas fuit appellatio interposita. & sic præcessit constõ procuratoris appellationem. non ergo potest inducere adhæsionem appellationi quæ nondũ erat: nec in ipsa constõne procuratoris fit mentio de appellatione al qua, nisi de appellatione iudiciali interponenda ab interlocutoria, vel diffinitiua: & sic apparet, quod constõ procuratoris nõ potest in casu, de quo quæritur, adhæsionem appellationi inducere. ¶ † Secundũ, quod inducitur
2 ad probandum adhęsionem, est, qđ magister Francisc⁹ de Pontecunio procurator dominæ Ioannæ decus dit articulum, in quo dixit dominam Agneté appellasse. & quod legitimè infra dicendum, & quod apostoli petiti fuerunt. Sed ad hoc respondetur, quod articuli isti adhæsionem in casu, de quo quæritur, non inducunt: qđ sic ostenditur. ille propriè dicitur adhærere appellationi, qui ex virtute ipsius appellationis consequitur suæ intẽtionis effectum: vt ff. de inoffi. test. l. pe. §. vl. & l. fi. & tunc proprie dicitur adhærẽs, quia fit cum ipso appellante vnus spiritus, quantum ad hoc, vt quemadmodum ipse appellans per appellationem suam vult consequi intentum suum. ar. ff. de test. manu. si quis locuples. & de le. 3. quisquis. & C. cõmunia de leg. l. 1. ibi si enim testator, &c. si & adhærens ex virtute ipsius appellationis hoc idem intendit. & sic est verè vnus spiritus cum illo: quia idem, & per idem intendunt: sicut dicitur: quia adhærens Deo, vnus spiritus est cũ eo. extra de sum. trin. & fid. cathol. firmiter. & ff. de rei vẽ. itẽ. §. itẽ quæcũq; in fi. §. ibi. qđ nõ idẽ inchoantib. corporibus. & §. & infra.

quia

quia tota ſtatuta vno ſpiritu. & ibi in eodem titulo quæ religioſis. Sed hic domina Ioanna ex virtute appellationis nihil vult conſequi: quod apparet, quia libellum dedit, in quo de appellatione nullam mentionem facit. cum ergo ſententia debeat petitioni eſſe conformis: vt. ff. communi diui. vt fundus. & de neg. geſt. pomponius. 2. & extrà de ſimo. licet helli. conſtat, quod in ſententia ferenda ſuper libello dominę Ioannæ nullus habebitur ad appellationem reſpectus: & ideò non poteſt dici adhæſio appellationi facta: quia iure alio venit, & petit, quam per appellationem: iuxtà illud legale: ei, qui alio iure venit, quàm quod amiſit, non nocet id, quod perdit, ſed prodeſt id, quod habet: vt. ff. de bo. quæ lib. §. filius. in fi. primi reſponſi. & tunc datio articulorum de appellatione poteſt adhæſionem inducere, quando ex articulis poteſt ſequi ſententia. puta quia articuli locum petitionis habent, vt in his, in quibus ꝓceditur ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: vt not. in aut. de tri. & ſemeſ. §. ſtudium. in fi. gl. 1. legalem iuſtitiam, &c. quod hic non fuit, quia bene fuit libellus oblatus, vndè illi articuli nihil aliud operantur, niſi quod adducuntur ſuper criminibus, & defectib. obiectus alterius. ſ. appellantis, & ad hoc opinionem teſtimonium, & credulitatem adducunt: quia ob hoc aſſeritur appellaſſe. Reſpondetur & aliter ad hunc obiectum, videlicet quod tunc colorem haberet differentia, qđ articuli adhæſionem inducerent, quando dati eſſent per principalem perſonam, quæ electionem ſuam proſequeretur: ſed vbi procurator dat eos, qui ad hoc mandatum non habet, non præiudicat domino, quia facit præter mandatum, imò contra mandatum. habet enim in mandatis obijcere crimina, & defectus, vt in ſcriptura, & exprimuntur ſingulariter in procuratorio: ergò ex intentione conſtitutionis, quæ in hoc potiſsime eſt attendenda: vt extra de ꝓcu. petitio. ademptus videtur ei omnis actus, per quem præcludatur via perſequutori criminum, & obiectum expreſſorum in procuratorio: quia non eſt veriſimile, quod quis eligat viam ad impugnandum ſua iudicia: vt ff. de mili. teſta. ſi miles ſed adhæſio eſt
3 huiuſmodi. ergo, &c. † Et cùm adhærentes, & appellantes non ad imparia iudicentur per c. vt circa. ſicut ad appellandum ab electione requiritur ſpeciale mãdatum cum debita forma: vt extra de elec. procurator. ſic & ad adhærendum eadem ratione argum. ff. vt in poſ. le. l. is cui. §. conſtitutio. Nec obuiat, quod dici poſſet, quod procurator factus eſt dominus litis per conteſtationem: quia verum eſt, quod factus eſt dominus inſtantiæ, & eorum, quæ ſub mandato cõprehenduntur. eorum autem, quæ ſunt præter mandatum, vel contra, ſicut adhæſio, hoc caſu dominus factus non eſt, nec eorum poſsibilitatem habet: quia mandatum ſuum extendere non poteſt, ſed ſolũ habet, qui emiſſa forma præſcripſit, vt C. de procu. maritus. & ff. mãd. ſi quis pro eo. & de offi. & pote. iud. deleg. cum olim. Ex prædictis itaque apparet, quod non obſtantibus illis obiectibus articuli dati pro parte dictæ dominæ Ioannæ electæ admitti debent. Oldradus. a

a

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a a ¶ Oldr. *Quod diſpoſitio. d. c. vt circa, habeat locum etiam in monaſterys monialium? Notatur à Domi. de ſan. Gem. in cap. indemnitatibus. §. Porrò. de elect. in ſexto.*

HAEC, QVAE SEQVVNTVR, CONSILIA, ET QVOD PROXIMO loco antè ponitur, Auinioni ſunt reperta, tantò plus gratiæ ſecum afferentia, quanto longius à conſuetudine noſtra demigrarunt.

De except. & fide inſtrum. & de confeſ. & de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *De multiplici modo reijciendi obiectis contra electum, puta ſi non fuit ſeruatus modus, & forma. c. vt circà.*

Item ſi inſtrumenta ſint ſibi contraria maximè in data diuerſa. cum plu. ſeq.

7 *Quando poteſt quis recipere confeſsionem partis, inquantum facit pro ſe, & inquantum facit contra ſe reijcere.*

9 *In delictis, vel pœnis paruùs error excuſat mulieres.*

CONSILIVM CCXCI.

a HAE SVNT rationes, *a* per quas oſtenditur inſtrumentum productum coram vobis domino iudice per partem aduerſam, contra religioſam dominam Agnetem de rupe canardi electam in ibbatiſſam monaſterij beatæ Mariæ xantoñ. dictæ dominæ electæ non obeſſe, nec oppoſitrices in aliquo reuelare, ſeu iuuare, imò etiã, non obſtante inſtrõ prædicto, reſpondendum eſt poſitionib. pro parte electæ datis. ¶ In primis itaq; ſciẽdum eſt, qđ pro parte opponentium dantur articuli continentes crimina, ſeu obiectus, & inter cætera illud, quod pars aduerſa nititur probare per dictũ inſtrumentum videlicet qũo dicta domina Agnes exiſtens monialis monaſterij beatæ Mariæ xantoñ. recepit prioratum de noya ad monaſterium beatæ Mariæ de regula Lemouicẽ. ſpectantem, ex quo obiectu volunt concludere ipſam eſſe, & fuiſſe ineligibilem. p. c. extra de præben. cùm ſingula. §. prohibemus. in fi. li. 6. ille tñ articulus, & omnes alij continentes crimina, ſeu obiectus cadunt, quia non deſcendunt ex bona appellatione, cum per ipſas oppoſitrices ab electione dictæ dominæ Agnetis non ſit ſufficienter appellatum, vt patet per confeſsionem partis aduerſæ, nec in appellatione fuit obſeruata forma conſtitutionis, vt circa. nec obiectus expreſsi, ſeu ſpecificati fuerunt, vt debebant. Ita quod hodie conſtat ipſas oppoſitrices eſſe excluſas à ſuis articulis, atque à probatione ipſorum. pars tamen aduerſa poſt articulos datos produxit inſtrumentum, de quo quæritur, cõtinens, quod ante tempus electionis, de qua agitur, dicta do Agnes dicens ſe monialem monaſterij beatæ Marię xantoñ. etiam prioriſſam prioratus de noya ſe appellabat, ne procederetur ad electionem abbatiſſæ in monaſterio de regula, ipſa non vocata, ſeu contempta, eò quia ratione prioratus ſui prædicti vocari, & admitti debebat, & vocem ipſa in electione habebat, & prædeceſſores ſuæ habuerant, vt dicebant. nec continebatur ibi, quod contenta in illa appellatione iurauerit, & in eadem charta continetur alia appellatio, quæ interpoſita dicitur per eandem domi. Agnetem contra electionem iam factam de do-

mina Seguina in abbatissam dicti monasterij de regula, & sub alia data, quàm supra posita, & in illa appellatione secunda non dicit se monialem prædicti monasterij beatæ Mariæ xantoñ. sed Monialẽ sancti Benedicti, & contenta in illa secunda appellatione iurat se credere esse vera, & ea posse probare. ex istis, ergo, & ex confessionibus, quæ per præmissa ipsam prætẽdunt fecisse, volunt directè probare ipsam recepisse prioratum alterius monasterij, & sic fuisse, & esse in-
1 eligibilem. † Restat itaque videre, an prodest ipsis? & cõstat, quod si. Primò, quia ex quo obiectus cadit. & eius probatio, sicut in actione, & exceptiõe ineptæ propositionis, quæ cadunt, nec releuant proponentem. ff. si agrimensor fal. modum dixe. l. 1. §. ideo autem. ff. de flumi. l. 1. §. labeo. & est expressum in dicta constitutione, vt circa. vbi dicitur, potestatẽ sibi nouerit interdictam, quia intelligitur ipso iure, & istud certum est, quod opponens, qui ab obiectibus cecidit, ipsos non potest probare, nec probatos allegare, quicquid fit de officio iudicis. Iuxta illud, quod no. per Inn. extra de iudi. c. exhibita. ne vna via concedatur sibi, quod alias prohibitum est. ff. de bo. quæ lib. l. quæritur. & no. extra de elec. cupientes. super ver.
° concludentes. Sed quid loquimur de probato? quia reuera nihil est probatum, quod do. Agneti noceat: quia confessio, quæ pro parte aduersa prætenditur, probatur facta fuisse extra iudicium & absentibus illis, qui se ex illa iuuare volunt, & ad alium finem atq; per verba enunciatiua, nõ dispositiua emissa propter aliquid. non enim contendebat d. domina agens de hoc, vtrum esset prioriſſa, vel monialis. Sed de hoc, an haberet vocem in electione abbatissæ de regula.
2 † Verba verò enunciatiua emissa propter aliquid in testamento militis non inducunt confessionem: vt. C. de testa. mili. ex his verbis. extra de priuileg. si pa-
3 pa. lib. 6. † Confessio etiam facta extra iudicium absente aduersario illi non prodest, nec ad obligandũ, nec ad probandum, maximè quando facta est inter alias personas. ff. de confes. l. certum. §. si quis absens. maximè vbi facta est sine causa. Iuxta ea quæ leg. & no. ff. de proba. cum de indebito. §. finautem primo. certè quando fit confessio inter alias personas, etiam cum causa, non prodest absenti. vt expressè not. ff. de lega. secundo. Lucius. §. quisquis. vbi testator confitebatur patruo absente penes se ab ipso patruo certã pecuniam fuisse depositam, & tamen per ipsam confessionem non probatur pecuniam depositam fuisse inconuincibiliter per legem. ff. de lega. 3. l. cũ quis. §. codi. à contrario sensu vbi iusiuran. facit: quod talis confessio valeat ad probandum. & ita, si iuramẽtum nõ adesset ad probandum non valeret. Nec gaudeat pars aduersa de hoc, quod dixi de iuramento, quia in instrumento producto non apparet adhibitum fuisse iuramentum super aliqua confessione, quę noceat, vt luce clarius videbitur in sequentibus:
4 † Nec valet, quod dicit pars aduersa confessionem emissam extra iudicium inducere probationem: vt extra de excessi. præla. c. quam sit graue. quia illud est speciale in clericis propter scandalum, quod non solum ex confessione fit illis ipsis, sed clero ex clerici gloriatione, quod fuerat obscurum, vt ibi dicit expressè Host. imo qui bene aduertit. c. illud facit contra. constat enim, quod si clericus est fornicator, cum peccet mortaliter, de iure deponendus est. l. di. qui semel. sed si in c. quam sit graue. per illam confessionem fuisset probata fornicatio, depositus fuisset, & tamen ibi non deponit, sed suspenditur propter scã-
5 dalum, & sic innuit ibi gloss. Ber ¶ † Item non valet, si arguitur de iuramento adhibitio in confessione, quia sicut dictum est, in dicta charta continentur duo instrumenta diuersarum datarum. Et primum instrumentum, vbi dicitur confiteri se monialem moñ. sanctæ Mariæ Xantoñ. & prioriſſam prædicti prioratus de noya insimul fuisse, non continet iuramentum: & sic illa confessio remanet non iurata, & talis non valet, vt præallegatum est. In secundo verò instrumento, quod continet iuramentum, non dicit se monialem monasterij beatæ Mariæ Xantoñ. sed monialem ordinis sancti Benedicti, & prioriſſam dicti prioratus de noya, & esse in possessionem gratia sedis Apostolicæ mediante: modo videatis, quod inconueniens est, non n. propter hoc dicit se habere locum in duobus moñ. Cum moñ. de regula sit ordinis sancti Benedicti, &c. ¶ Præterea ad hoc, quod recipiens prioratum alterius moñ. fit ineligibilis, duo requiruntur, videlicet quod recipiat, & quod prioratus illi cõsueuerint per monachas illius moñ. gubernari: vt expressè probatur in dicto. §. prouide re. circa princip. licèt autem dicta domina Agnes dicat se recepisse dictum prioratum de noya, non tamen dicit, nec probatum est, quod consueuerit per moniales dicti monasterij de regula gubernari: sic ergo probatum non est crimen, quare quando duo requiruntur ad commissionem alicuius criminis, altero non existente, crimen non est. ff. de fur. l. inter omnes. §. rectè. & ff. de condi. insti. si hæredi plures. & de transactio. l. cum hi. §. si præter. nec sequitur, quod aliquibus habens vocem in electione, propter hoc habeat locum in moñ. quia multi de consuetudine habent vocem in electione, qui de ecclesia, seu de moñ. non sunt, vt benè probatur extra de causa pos. & proprie. cum ecclesia. & domina Agnes ex consuetudine se dicebat vocem habere in electione, tanquã
6 prioriſſam. ¶ † Præterea, qui benè aduertit omnia verba dictæ dominæ Agnetis contenta in dictis duobus instrumentis, nunquam poterit ex illis colligere confessionem alicuius certi. nam ipsa dicit se monialem huius monasterij, & prioriſſam de noya alterius monasterij, hoc quod est dicere se prioriſſam, importat ius, sicut hoc quod est se dicere dominũ: iuxta ea, quæ no. extra de testi. cum causam: & crimen nũ quam est in iure, sed in facto. Imò tale ius dicit, ad quod nunquam potest veniri per illud crimen, quod contra ipsam probare intendit, monialis enim vnius monasterij recipiens prioratum alterius monas. nõ fit prioriſſa de iure: quia contra prohibitionem iuris recipit. ar. C. de agri. & censi. quemadmodum. li. 11. & C. de leg. non dubiũ. nisi foret auctoritate sedis Apostolicæ. quando ergo monialis vnius monasterij dicit se prioriſſam prioratus alterius, tacitè dicit, & necessario præsupponit titulum illum, per quem peruenitur ad illud ius: videlicet per dispensationem sedis apostolicæ, quæ est sola via viuendi ad ius prioriſſæ, sicut qui concedit hauſtum aquæ in fonte, qui est in medio agri sui, tacitè concedit viam, sine qua nõ potest veniri ad hauſtum. ff. de serui. vrb. prædio. Item sic. §. qui habet. posterius enim præsupponit ſũ
um prius: vt. ff. de vulg. & pup. sub. l. 2. §. quisquis. & §. prius. ff. de acqui. hæred. l. si quis mihi bona. §. iuſſum. ver. sed quid si mandauerit vbi mandando posterius mandat id, quod est prius cõstat autem, quod constitutio illa, cum singula, quæ se refert ad aliã cõſtitutionem. extra de relig. do. ne nimia. non posuit ius, sed factũ quæ enim est ius: quia quod de iure factum est, pœnã non meretur: C. ad l. iul. de adulte. Gracchus. nec valet, si opponatur, quod cõtinetur in prædicto instrumento ipsam confessam fuisse factũ, s
cum dicit, qd adepta fuerat possessionem ipsius gra-
7 tia sedis Apostolicæ mediante. ¶ † Ecce pars aduersa vult separare dictam orationem vnam, & accipere, quod

quod est pro se, videlicet confessionem, quòd esset in possessione dicti prioratus: sed deinde, quod est contra se, & pro dicta Domina Agnete, excusatur: videlicet, ex gratia sedis Apostolicæ: sed non potest, iuxta no. C. de excep. si quidē. vbi dicitur, quòd si ego confitear me tibi debere dotem: sed tu fecisti pactum de
b non petendo: quia sunt duæ enunciationes: *b* stabitur confessioni, quæ est contra me: & habeo probare pactum de non petendo factum: sed si confitear me promisisse dotem, si nauis ex Asia veniisset, non posset separari eadem oratio, vt possit dicere actor: tu confessus fuisti te promisisse: & ita stabitur tuæ confessioni, nisi probes conditionē fuisse adiectam. Sic ergo nec hîc, quia multò magis est oratio, posideo ex gratia sedis Apostolicæ, sicut si ego confiteor, promisi tibi seruum vilissimum: tu possuisti dicere: accipio, quod est pro me: quia promisisti seruum: doce, quòd vilissimum, hic nihil esset dictum, quando enim in ipsa oratione ponitur illud, seu illa determinatio, quæ in ipso suo ortu impedit illud, seu voluntatem illius, quod tu vis separare, non poteris tunc facere separationem, quod quilibet facit. ff. de actio. & obl. l. obligationum substantia. §. conditio. de vul. & pupil. sub. sed si plures. §. filio impuberi. ibi: an possit constitutionem separare, & ibi iuuata est hæreditas. Primò non possunt se plus iuuare oppositrices ex confessione Dominę Agnetis habita cum alio, quam faceret ille alius: imò minus: iuxta no. per Innocen. extra de accusa. super hoc, vbi dicit, quòd si quis opponat periurium alicui ex pacto cum quodam termino incerto. vt verbi gratia opponat Mæuio quod ipse Mæuius iurauerit soluere decem Seio infra certum terminum, infra quem, vt iurauit, non soluit, non sufficiet sibi probare, quòd ita iurauerit, imò etiam habebit probare negationem, videlicet, quòd non soluerit: vbi autem Seiusmet, cui iurauit, sibi opponeret, eius erit probare, quòd soluerit. Cùm ergo hîc opponatur de confessione emissa in fauorē, aliàs ipsemet Mæuius haberet probare, quòd soluisset cum alio minus proderit opponenti, quàm illi alij prodesset. Sed illi nihil prodesset: videlicet Decano, contra quem appellatio. interposuisse prætenditur: quia ipse negauit respondendo dictæ appellationi. sic ex negatis non posset se iuuare. vt extra de rescri. c. ex parte Decani. extra de censi. c. cùm olim.
8 restat, &c. ¶† Præterea opponentes crimina vicem habent accusatorum, vt in auth. de san. epis. §. si quis autē. & propter hoc dicit oratio, quòd obseruare debet formā legis libellorū: vt no. extra de purgatione cano. c. accepimus. Cùm ergo crimina requirant probationes luce Meridiana clariores. C. de prob. sciant cuncti, oporteret, posito quòd iste obiectus noceret: quod esset plenè, & clarè probatus, non præsumptiuè: quia ex præsumptione nemo damnatur de crimine: vt ff. de pe. absentem. & reuera dato, quod præsentum in instrumento præcesserit tempus electionis, nec propter hoc probet de tempore electionis, quod esset, nec est iusta causa, quæ not. extra de cle. excom. c. proposuit. non præsumptiuè valet: quia dicitur, quòd fuit tunc præsumitur nunc: sed istud non sufficeret in casu nostro criminoso dictæ Dominæ Agneti multum periculoso, vt ipsa repelletur ex tali præsumptione: nec in talibus nocet conatus, nisi sequatur effectus. ¶† Vnde dato, quòd Domina Agnes fuisset confessa se habere locum in mon.
9 de regula, & vocem in electione, tamen fuit sibi negatum, nec fuit, vt aliàs, admissa, sed repulsa: vnde nō probatur eam locum habuisse in monasterio prædicto, cùm potuerit errasse, & in pœnis vitandis suffi-

cit, præsertim mulieribus error quicunq; vt probatur. ff. quod cuiusq; vni. no. l. 1. in fin. & ad leg. Cor. de fāl. qui falsam. etiam no. C. de epis. & cle. si quis non dicam. ff. ad l. Cor. de sicca. l. 1. in fin. & negatio legitimi contradictoris facit rem dubiam. præterea dato quòd dictum instrumentum probaret, non tamen probaret plenè: quia Domina Agnes contra contenta in eo potest habere excusationes: maximè cùm nō habuit terminum peremptorium ad dicendum contra instrumentum. Nec talis terminus potest sibi dari ad instantiam ipsarum, quæ sunt exclusæ. pro præmis. facit extra de accu. c. cùm dilectus. Ex quibus concluditur dictum instrumentū non obesse dictę Dominæ electę: imò eo non obstante est per partem aduersam positionibus ipsius respondendum.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Hæ sunt rationes. *Hoc consilium non est Domini Oldrad. imò impugnatur à Domino Oldrad. vt patet ex sequen.*

b ¶ Enunciationes. *Adde hoc verum quoq; esse in criminalibus, adeò, vt si quis hominem se occidisse confiteatur, verùm id ob sui tutelam corporis feciisse dicat iudex damnare confitentem (nisi probet defensionem) potrit citra tamen capitale supplicium, quod est maximè not ab. Mar. singul. 185. Diaz reg. 122. Ferra. caut. 5. Boer. Decis. 164. 1. par.*

De confessione, & de exceptione.

SVMMARIVM.

1 *De eadem materia in contrarium, & quando confessio extra iudicium coram notario, vel vicario valet. & nu. sequen.*

CONSILIVM CCXCII.

a AN Negatio *a* electionis Sanctæ Mariæ Xanton ad replendam electionē, quæ dicitur facta de dicta Agnete de rupe Carnadi datus est sufficiens obiectus ad annullandum electionem de ea factam, s. quod tempore electionis, quæ de ea dicitur attētata dicta Domina Agnes erat priorissa prioratus de Noya Lemouic. diœcesis, qui prioratus est membrum mon. de regula: & in eodem Mon. erat monialis vocem habens in electione Abbatissæ, quando vacabat Mon. antedictum. ¶ Et de hoc ne insistatur verbis dati sunt sufficientissimi articuli. s. centesimusecundus, vsque ad centesimum nonum inclusiuè: & ad probandū dictos omnes articulos, induxit pars impugnantium electionem quandam appellationem interpositā per dict. Agnetem contra quandam electionem, quæ fiebat Mon. de regula, in qua ipsa asserit se Priorissam dicti prioratus, & petebat se ad electionem admitti, tanquam habens vocem in electione, & non debere procedi ea contempta: & hoc fuit Anno 1311. die 10. Iunij, & in illa dum se Priorissam nuncupabat, in nulla parte dicit genera sedis Apostolicæ mediante, &c. produxit, & quādam aliam appellationem, quam interpo-

fuit ab electione iam facta. & hæc fuit interposita 16. mensis Iunij, & illam iurauit in formam debitam, scilicet prædicta omnia & singula vera esse: inter quæ expresserat se diu fuisse, & esse adhuc Priorissam canonicè institutam in prioratu Noyæ immediatè spectante, & ab antiquo Mon. de regula Lemouicen. & existente de membris Abbatiæ Monast. prædicti: sesq; tanquam Priorissam, possessionem dicti prioratus. & iurium ipsius nactã fuisse rectè & legitimè, & adhuc esse in possessione dicti prioratus gratia sedis Apostolicæ mediante, &c. & postea constituit procuratores, tanquam Priorissa dicti prioratus ad prosequendum appellationes prædictas: & ipsam appellationẽ intimauit, & innouauit coram vicario episcopi Lemouicen. 17. eiusdem mensis, & postea 18. intimauit eam in Mon. de regula omnibus monialibus: demũ à confirmatione secuta appellauit in domo dicti domini vicarij semper se Priorissam appellans. & hæ omnes appellationes productæ sunt per procuratorem impugnantium allegationem Dominæ Agnetis, cum protestatione, quod illas producebat, in quantum faciant pro se, & contra partem aduersam,
1 & non aliter. ¶ † Modo est in quæstione, an antedictus obiectus sit efficax, & legitimus? & an per producta sit sufficienter probatus? & quòd sit efficax, & legitimus euidenter probatur: quia in duobus monasterijs vocem, & locum tenere non potest: vt extra de reli. domi. nenimia. de elect. constitutionem. ff. de colle. illici. l. 2. & C. qui mil. non pos. l. hi quidem. in prin. lib. 12. vbi magis expressum. & est text. expressus qui hunc text. legitimum reddit, extra de præb. cum singula. §. prohibemus. lib. 6. quòd autem sit legitimè probatus, apparet per instrumenta publica, in quibus se Priorissam confitetur, & cum Sacramento, cui absq; dubio standum est: vt C. de libe. causa. cum præcum. de insti. & subst. sub cond. fac.
2 l. 2. & de omni agro deser. l. iura. & ibi no. ¶ † Circa quòd attendendum est, quod Domina A. non solùm confessa est se Priorissam nuncupando, sed etiam se petendo admitti ad eum actum, qui non cadit in aliã nisi monialem Mon. in quo actus ille celebrari debet. Primum quidem non est nuncupatio sufficiens, & probatio contra eam. ar. ff. de iur. fisc. sed si accepto. ff. ad Mace. si quis patrem familiâs. C. de contrahen. & commit. stip. optimam. extra de censi. cùm olim. Secundum similiter est sufficiens probatio. scilicet petens se admitti ad eum actum, qui non cadit, nisi in moniali: vt ff. de acq. hær. l. pro hærede. &
3 l. seruum. §. si quis seruus. ¶ † Et sic obiectus est omni parte, & legitimè, & sufficienter probatus: sed hũc obiectum nititur pars aduersa diuersimodè tollere. ¶ Primò, quia dicit, quòd confessio illa fuit extra iùdicium, & sic non obuiat: sed hæc responsio inanis, & fruſtratoria est, quia ex tali confessione, licet ex ea non possit secundum multos condemnatio sequi, exceptio tamen oritur, & ad prouectionem dignitatis impedimentum: vt affert extra de elect. c. per inquisitionem. & ibi per Inno. & Compost. & de exce. præla. quàm sit graue. vbi etiam ex tali confessione pœna imponitur. Et ratio huius est: quia ex tali confessione saltem quis incurrit in infamiam facti: si id quod dicit, veritatem non habet. vt C. de his qui no. infa. ea, quæ pater. & l. verbum. quæ quidem infamia facti sufficit ad repellendum à dignitate adipiscenda: vt C. de dig. l. 2. lib. 12. & C. de infa. l. vnica. li. 10. Iterum etiam apparet, quòd dicta confessio non fuit facta simpliciter extra iudicium, sed in iudicio, quia coram vicario episcopi Lemouicen. vt suprà in serie facti dictum est: & sic non potest extra iudiciũ dici, sed in iudicio: vt ff. de interroga. act. voluit prætor. §. vl.
4 ¶ † Secundò dicunt in absentia partis: sed ne hoc eos iuuat: quia tali confessione partis præsentia non est necessaria: eò quòd quis non potest contra ea dicere quæ sua voce dilucidè protestatus est: vt C. de non num. pec. generaliter. & ff. de iureiu. si duo patroni. in prin. & potissimè: quia ista confessio facta est coram notario publica, quantum ad acquisitionẽ, personas absentum repræsentat, vt ff. rem ra. hab. l. 2. & de acquir. hære. in plurium. & ibi not. & de curato. bonis dando. in rubro. pro hoc specialiter, quòd non fit differentia de loco, vel de præsentia partis, potest
5 induci. l. ff. de cura. l. honores. §. fi. ¶ † Tertiò dicunt, quòd dicta verba, in quibus se Priorissam appellat, sunt quasi nuda, & plus quàm nuda, &c. Sed nec hoc eos iuuat: quia sic dispositiuè se Priorissam appellauit. Et ex hoc concludendo se ad certum actum admitti petebat: ergo non potest hîc nudus sermo appellari, sed dispositiuus, & iuris dispositionem includens: vt ff. de pec. leg. l. vlt. Præterea, quia vbi super præterito, verba enunciatiua certitudinẽ continentia proferuntur, vt fuit hic, habent vim dispositiua. rum. vt ff. de con. l. ex hac scriptura. & maximè vbi instrumentum interuenit. ff. de le. 3. l. cum quis decedens. §. Codi. C. de prob. auth. quod obtinet. Præterea quis dicet hunc esse nudum sermonem, qui est iuramento vestitus: cùm iuramentum secundum
6 do. sit de insertis pactorum: vt ff. de ope. lib. & de iureiu. & ff. qui & à qui. manu. lib. non fi. l. vl ¶ † Quartò, quia dicunt, quòd instrumenta prædicta rectè instituntur casui. c. cum singula. propter illa verba in secũda appellatione apposita, dum ibi dicitur, & ad huc sum in possessione dicti prioratus gratia sedis Apostolicæ mediante, &c. quia illa verba eos in aliqua non iuuãt multiplici ratione: vna, quia verba illa sunt simpliciter enunciatiua, & actus præpositiue moratiua: & sic non probant: vt C. arb. tute. l. i. & ibi no. communia vtriusq; iu. scriptura. Præterea, sicut no. Inno. in c. quoniam contra falsum testimonium notarij non valet, nisi de his, quæ tunc aguntur. Constat autem, quòd gratia sedis Apostolicæ non agebatur tunc: sed de admissione ad eum actũ, qui cadere non poterat nisi in moniali, vt dictum est suprà, ergo testimonium notarij sufficiens est ad probandum petitionem admissionis talis, ex qua sequitur positum ar. ff. de do. donationes in princ. & ad l. Iul. de adul. quæsitum 1. & vlt. respon. Præterea aduertendum est, quòd procurator producens instrumenta producta producit ea inquantũ facerent pro parte sua, & non aliter: vt dictũ est. ergo ex virtute protestationis producta non sunt, nisi inquantum producente faciunt, vt ff. de bo. quæ li. si pater. C. ad l. Corn. de fal. si fallos. ff. de aqua quoti. & æsti. l. pen.
7 cum si. ¶ † Quintò, quia illa verba gratia sedis Apostolicæ, &c. non respiciunt institutionem in prioratu. sed magis possessionem præsentem. & ideo dicit, & adhuc sum in possessione prioratus gratia sedis Apostolicæ mediante, &c. Et ponit hoc esse gratia in patiendo, non in admittendo, vel titulum concedendo, sicut dicitur: quia multa per patientiam tolerantur, &c. ex de præb. cum iam dudum. ¶ † Sextò, quia
8 dicunt, quòd d. dom. A. non apparet, quòd habuerit locum in mon. de regula, quia certè hoc falsum est, & in iure & in facto. non enim debet considerari locus in c. singula. ex corporali situ: sed ex animo, & exercitio eorum, quæ nulli competunt, nisi habenti locum in monast. vt ff. de capt. & postl. reu. nihil. de sup. le. l. quemadmodum. cùm ergo dixerit se ad electionẽ admitti, & iurauerit, sequitur, quòd non posset dicere se locum non habuisse in monasterio, quia sicdem contra se habet, vt ff. de interro. ac. de ætate. §. fi.

7 Vlti-

9 ¶† Vltimò, aut pars aduersa vult eam verè iurasse: & sic habetur propositum, aut vult dicere, se iurasse verum c dum in appellatione se Priorissam nuncupauit: & tunc apparet eam periuram, & sic infamem, 6.q.1. infames. & c. quicunq;. & sic ad dignitatem de qua agitur, non admittendam. C. de dig. l. contra. li. 12. & extra de exce. prælat. c. inter dilectos. Nec est sufficiens dicere, quòd non probant eam Priorissam fuisse tempore electionis, licet prius: & allegat opi. Inno. extra de cle. exc. mi. c. proposuit. quia aliud est d cùm quid agitur *d* casu, quo præsens tempus complectitur: vnde qui agit rei vendicatione, habet se dicere de præsenti dominum esse: vt ff. de rei vend. in rem ac. aliud cùm quis probat: quia tunc sufficit probare præteritum: sicut probare se dominum fuisse, nisi per aduersarium contrarium probaretur. C. 10 de prob. siue possidetis. & hoc no. Archid. extra de elect. c. vt circa. lib. 6. in glos. habet, &c. ¶† Ex præ-dictis itaq; apparet obiectum esse legitimum, & sufficienter probatum, & sic non est amplius de positionibus vel responsionibus disputandum: sed dictæ Dominæ A. electæ silentium imponendum. & hæc est veritas. Old.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ An negatio. *Hoc princ. quanquam corruptissimum quia sic allegari consueuit, neque re vera factum reddit obscurius aut si non sumus immutare.*

b ¶ Infamia facti. *Infamia facti oritur ex falsa assertione. Quod tamen allegatæ leges non dicunt, nisi suppleamus cum iuramento, vt in fi. consi.*

c ¶ Se iurasse verum. *Dic tu eam iurasse verum in alijs partibus, non tamen.*

d ¶ Agitur. *Agitur, id est agi dicitur.*

De sentent. & re iudic. & de priuileg. & de verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia declaratoria consuetudinis notoriæ facta per superiorem valet etiam parte non citata.*

2 *Priuilegium Sancti Antonij circa curiales comprehendit Cardinales: tamen in pœnalibus non comprehenduntur Cardinales lege generali. & nu. 5.*

Item quando familiares comprehenduntur in priuilegio dominorum.

6 *Item an appellatione oblationum comprehendantur oblationes ad altare.*

CONSILIVM CCXCIII.

1 2 SERVM aliquando † cõtra ius *a* quod prætendit sibi competere ordo Sancti Antonij, consueuit opponi, quòd priuilegium do. Cælestini est subreptitium, pro eo, quòd informatio recepta per d. Car. & sententia declaratoria consuetudinis lata per eum quibus dictum priuilegium innititur facta & lata fuerit parte, de cuius præiudicio agitabatur non citata, id est, parochianis, & religiosis non citatis. Sed ad hoc respondetur, quod nec citari debuerit, cùm enim ageretur de quadam consuetudine ex frequentibus imò continuatis actibus introducta, vt puta ex morte curialium seu curiam Romanam sequentium, quæ non poterat non esse notoria, non necesse fuit in tali informatione partem aliquam vocari, vt extra de transla. episcopi, vel el. quanto. & ibi no. per Inno. c. de cohab. cle. & mu. vestra. & c. tua. de fi. præsbyt. quoniam in sacris. de ap. constitutis. de ele. bo. me. Maguntin. §. licet. & videtur expressum extra de sponsa. cum in tua. & nota. per Innocent. exrra de accus. cùm oportet. gloss. vel per testes &c. & per Arch. extra de of. & po. iu. dele. statuimus. lib. 6. respondetur & aliter, quòd cùm per hunc obiectum impinguatur in irritum processum, non in consuetudine, quæ asserebatur probata, pro-
b pterea *b* ex certa scientia suppleuit omnem defectũ, quòd potuit, vt ff. de adopt. l. adoptio non iure facta. de fideicom. li. itaq; hoc casu. extra de elec. c. illa quo-
2 tidiana. & de transact. c. 2. ¶ † Secundò consueuit apponi, quòd Cardinales hoc priuilegio, seu consuetudine non includuntur propter eorum excellentiam, quia curiam non sequuntur: sed constituunt: & sic sunt pars corporis ipsius capitis. Ad istud respondetur, quòd consuetudo lex est non scripta: vt inst. de iu. nat. gen. & ciui. §. & non ineleganter. & priuilegium lex est priuata: vt 3. di. priuilegia. & extra de verb. significat. Abbate. legis autem latio omnes pariter comprehendit: vt ff. de proc. l. minore in leg. §. si proconsularis. de test. tu. tutor incertus. in fi. de tut. & cur. da. ab his. l. in confirmando. C. ne liceat po. l. 1. & hoc vult dicere lex, dum dicit inops, & locuples fructu prouidentissimæ legis similime perfruantur. C. de apochis publ. l. 1. lib. 10. Et est ratio, quia procedit ab eo, qui ita iudicat magnum sicut paruum: vt in auth. de monachis in prin. & extra de
3 iu. nouit. ¶† Quòd autem dicitur, quòd non sequuntur curiam, sed constituunt. Respondeo, quòd constituendo sequuntur, sicut & ciues ciuitates constituunt, & sequi dicuntur, vt ff. de ca. & postl. reue. l. postliminij. §. captiuus autem. & l. in bello. §. manumittendo. ibi vt eorum res sequerentur, &c. & ibi quamuis non sequuntur res vestras, &c. & de ver. sig. qui neq; sequuntur. Quòd verò dicitur, quòd sunt pars corporis domini Papæ, dico, quòd non tollit, quin sint curiales, prout curia dicitur quoddam corpus repræsentatum ex curialibus constitutum: vt ff. de fideicommiss. mortuo. nam & auris est pars capitis: & tamen est etiam pars totius corporis: vt
4 ff. de fur. vulgaris. ¶† Præterea nos loquimur hîc de actu, qui exercetur, ex quo desinunt esse Cardinales, & pars corporis domini Papæ: sicut dicitur de vxore, quæ potest sibi eligere liberè sepulturam. ponitur in text. ratio cùm electio ista ad eum potiùs statum pertineat, in quo mulier soluitur à lege viri. vt extra de sepul. de vxore. & arg. ff. de stipula. ser. l.
5 vltim. ¶† Præterea quando lex est pœnalis, siue pœnam infligens, forte Cardinales in generali sermone propter eorum excellentiã non includerentur. argum. ff. de iniu. item apud Labeonem. §. ait prætor. & ita loquitur Dominus Ioan. Mona. extra de Schisma. c. vnico. libr. 6. hîc autem de pœna imponenda non agitur, quare &c. Et per hoc potest responderi ad ea, quæ de familiaribus Cardinalium opponuntur. Potest & alia specialis dari responsio: videlicet, quòd tunc familiares dominorum priuilegium sortiuntur, cùm ex subiectione priuilegij familiaribus vsus familiarium dominis incommodior redderetur. argumen. ff. de iud. si verò non alias. §. legati. & sic loquuntur omnia iura, quæ in contrarium adducuntur. hîc autem non est sic, ergo &c.
6 ¶† Tertiò, consueuit opponi, quòd sub nomine oblationum non continentur illa, quæ sibi offeruntur ad altare, &c. Respondetur, quòd hoc falsum est: differentia namque patens est inter oblationes altaris: quia tũc appositio veritatẽ habet 10. q. 1. de his &c. antiquos.

antiquos.& oblationes simpliciter: quia tunc lecti, & equi,& omnia mobilia, & immobilia quæ dantur ecclesiæ,siue in ecclesia siue extra cõtinentur: vt extra de verb.sign.c.causa Sauonen.aliàs Carpensis. & c.cùm inter vos.& ibi not.per Inno.Et ex his,& alijs quæ superiùs dicta sunt, reiectis obiectionibus videtur intentio ordinis Sancti Antonij plenè de iure fundata.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a Contra ius. *Hoc consil. coniungendum suprà est cum cons.211. atq; infrà 321.*

b Propterea. *Restitue sic,impugnetur vt irritus processus, consuetudine,qua asserebatur,non probata,Papa.*

De pactis, & de iureiurando.

1 *Renunciatio de non succedendo &c. non includit successionem ex testamento, etiamsi iurata sit: quia iuramentum non auget pactum extensiuè, sed intensiuè. cum num.seq.*

CONSILIVM CCXCIIII.

1 a VLTRA iam † dicta *a* copiosè, subtiliter,& prudenter considero,quòd ius ex cuius virtute bona petuntur per filias, est quantum ad originem nouũ, quantũ ad causam diuersum:& quantum ad finem extraneum.De primo apparet,scilicet, quia hoc ius ortum est per renunciationem filiarũ: ergò in remissionem seu renunciationem non venit. vt ff.de lib.lega.l.Aurelius.§.testamento.& l.vltim.§.vlt. & ibi not. ¶ Secundum s. de diuersitate respectu causæ apparet,quia primum, quod videtur in renunciatione deductum, considerat facultatem succedendi, vel facultatem petendi ex sanguinis charitate: hoc autem ius,cui nunc filiæ innituntur, venit ex lege deferente vnde vnum in alterius amissione non clauditur: vt ff.de adop.si arrogato. ibi. quia hoc non eius iudicio ad eum non peruenit, sed principali prouidentia &c.in certa lege ff. de interdic. &
2 releg.l.2. ¶ † Tertium similiter patet:quia primum ius considerat successionẽ ascendentis, quæ descendenti debetur ex voto:vt ff. vnde liber.scripto.de inoff. testa. nam & si parentibus. & quam viam vnusquisq; parat sibi.vt ff. de adopt. nec ei permittitur.§. pen. hoc autem considerat mariti secundò contrahentis culpam, & filiorum primi matrimonij iniuriam: quia per secundum matrimonium onerantur, & quadam afficiuntur iniuria: vt in aut.de nupt.§. si verò expectet.in ver.venient autem talia lucra, &c. omnes enim similiter secundis exonerati sunt nuptijs,&c.§.nec illud quoq;.ibi si verò,& ibi,tertijs iniuriam passi sunt nuptijs,&c. Vnde talis culpæ punitionem,& iniuriæ præsertim nondum illatæ vltionem in dubio pacta non comprehendunt: imò, nec comprehendere possunt.arg.C.de repudijs. consensu.in fi.ff.de pac.si vnus.§.illud.& de pub. & negoci. licitatio.§.quod illicitè.sit itaq; originis nouitas: vt ff.de contrahen.empt. & vendit. rutilia. & l. in lege & de damno infect.l.damni infecti.§.si is,qui vicinas ædes.& de lega.2. cùm pater. §. hæreditatem causæ. ex qua vix vendicatur diuersitas: vt C.de pet.hæred. l.Hæreditas materteræ.quæ est l.3.ff.de leg.2.si duobus seruis.& l.si impunè.& l.si Titio.in princi. & ibi not. & finis intenti differmitas: quia in vno simpliciter successio,in altero verò morum correctio, & in iure vltio attenduntur: vt C.de secund nupt. l.1. non patiuntur hoc ius,de quo quæritur,videri prima renunciatione inclusum.ar.C.de bonis quæ libe.l.vlt. in pe.responso.Iuxta illud legale, ei, qui alio iure venit eo,quòd an fit non nocet id quod perdidit: sed prodest id quod habet:vt ff.de bo.liber.si filius.in fi.
3 primi responsi. ¶ † Non obst.iuramentum interpositum : quoniam non auget renunciationẽ, vel promissionem extensiuè,sed intensiuè:vt ar.ff.ad Treb. Titius in fin. & quod no.de verb.sign. aliàs obstat, si pupillus. Præterea iuramentum tacitam conditionem habet,si is,cui iuratur, culpam non committat: *b* argum. ff.de verb.oblig.quidam cum filium. & locat.& conduc.quæro.§.inter locatorem. Et ex alijs rationibus per alios superiùs scriptis cum modico istarum suffragio ita dico. ego Oldradus de Ponte.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a Vltra iam dicta.*Vide omnino Dec.cons.206.part.2.*

b Non committat. *Huc adde Marsil.singul.42.*

De officio delega. & de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non dicitur functus officio suo per actum nullum siue processum, & potest iterum procedere.*

2 *Delegatus per solam diffinitiuam dicitur functus officio suo,& non per alios actus. Item c.statutum.de rescrip. lib.6.Item quoad Dietas non habet locum in executoribus gratiarum,sed in iudicibus causarum. & num.3. & num.4.*

5 *Factum appellatione pendente valet,si fuit deserta.*

CONSILIVM CCXCV.

RTA materia quæstionis super Canonicatu,& præbenda, quos quondá Adã rigandi in Rothomagensi ecclesia obtinebat, inter Philippũ de Maleduno intentem collationi de eis autoritate Apostolica sibi factæ, vt de vacantibus per mortem dictæ Adæ sedis Apostolicæ Capellani ex vna parte: & Dominum Theobaldum hoc dicentem Adam non fuisse Capellanum inficiantem ex altera: Habitus est processus in partibus coram executoribus dicto Domino Philippo à sede Apostolica deputatis, quibus facta narratione de vacatione huiusmodi mandatum fuit sub his verbis: Si præmissa reperit veritate fulciri prædictos canonicatum, & præbendam sic vacantes cum plenitudine iuris Canonici,&c. conferre,& assignare curet,&c. per quem processum plenè apparet de iure Domini Philippi. verùm videns pars Domini Theobaldi, quod aperta veritate conuincitur, ad iuris apices, & vana imaginata se conuertit, & impugnat processum in partibus habitum pluribus rationibus, ad quas singulariter respondebitur. ¶ Et primò dicit,quòd primus processus per Dominum Nouiomen. habitus fuit nullus: quia cùm esset sibi causæ cognitio commissa, parte etiam non citata processit, vt ex verbis relati pti apparet: & hoc dicit pars aduersa Dominũ Nouiomen. ipso facto recognouisse in reuocatione quàm fecit: hanc certè oppositionem concedit pars Domini Philippi: & dicit, quòd illi processui non inniti
1 tur,sed processui secundo loco facto per Domin.Nouiomen.& eius collegas,seu eorũ autoritate. ¶ † Secontra secundum similiter opponit pars aduersa, dicit ipsum non tenere: quia per primum fuerat Dominus Nouiomen. functus officio suo: & quia delegatus

gatus erat, non poterat se vlterius intromittere: licet secus esset in ordinario. Ad hoc respondet pars aduersa dicat primum processum ipso iure nullum, per ipsum non videtur dominus Nouiomen. fructus, vel perfunctus officio suo. a argu. ff. de opt. legat. l. 2. de oper. lib. si verò in principio, & de conditio. & demonst. cum ingatus erat: respondetur, quod delegati processus po-
2 debitum. §. vlt. ¶† Ad id quod dicitur, quod delegatus erat: respondetur, quod delegati processus potest esse nullus: quia formam sibi factæ commissionis non seruat: & tunc quia propter formam non seruatam, quasi non iudex processit: vt extra de rescrip. cum dilecta. ff. mã. diligenter. & l. si quis pro eo. & de offi. & pote. iudi. deleg. c. venerabilis. potest iterum procedere, nec videtur sua potestate perfunctus: vt ff. de arbi. quod cum. in 2. respon. respondetur & aliter in sententijs diffinitiuis procedit oppositio. in alijs autem actibus, vt informationibus, prouisionibus, & alijs huiusmodi, quæ per se quandam executionem habent, & ad diffinitiuam sententiam non tendunt oppositio non procedit, quoniam in eis de effectu beneficij cogitatum videtur: vt ff. si ser. ven. l. si venditor. & ideo quousque perueniat ad finem intentum, non videtur quis perfunctus officio suo, ita, quod primo actu ipso iure non tenente impediatur officium suum exequi, quoad attingat finem intentum: vt extra de offic. & pote. iudicis dele. significasti. & hæc est opinio Inn. infrà eod. tit. c. in literis. & Compost. extra de rescrip. c. Capitulum S. Crucis. in gloss. magna. in ver. item quid si collatio
3 facta per executorem, &c. ¶†Secundo dicitur, quod virtute cõmissionis factæ domino Nouiomen. procedere non potuit: quoniam ciuitas illa distat à Rothomago vltra vnam, vel duas dietas. Et si dicatur. processus fuit Parisij. Dicitur quod non potuit dominus Nouiomẽ. extra suam ciuitatem & diœcesim committere. & sumit pars huiusmodi opinionis fomentum in vtroque capite à Capitulo extra de rescr. statutum. lib. 6. Sed ad istud respondetur duobus modis: primo sic, quod c. statutum. habeat locum in iudicibus delegatis ad causas, non executoribus gratiarum. Quod probatur sic. capitulum statutum. est ad declarationem: determinationem, & aliqualem correctionem. c. nonnulli. in eo. tit. ergo non potest habere locum, nisi in casibus, in quibus ipsum loquebatur, vt in Auth. de filijs ante nup. instru. natis. in fin. Sed illud loquitur solum in iudicibus ad lites datis. ergo, &c. Et fuit opin. Io. Mo. & Archi. in c. statutum. & hanc opin. continua consuetudo, & iudicio-
4 rum frequentissimus ordo amplectitur, vt C. de veteiure enuc. l. 1. §. & si quæ leges. ¶†Et si dicatur: isti non sunt meri executores gratiæ, sed habent causæ aliquem cognitionem annexam. fateor. Sed in ista correctione attendi debet, quod fauorabilius est: vt ff. de tute. qui habet. §. 1. & no. ff. quib. ex cã. maiores. l. non recte. & est videre in actione mixta, quæ magis sequendo naturam personalis, eo quod fauorabilior, & durabilior est, quàm realis triginta annis durat. C. de pe. hæ. l. hæreditatis. & quod principalius est, habet se per modum finis intẽti. vt ff. de iniur. eum qui nocentem. §. fin. iniuria hic est, quod executor datus ad gratiam non finitur morte concedentis. sed est perpetuus, sicut gratia, vt extra de offi. & po. iud. dele. si super gratia. lib. 6. respondetur & aliter, quod cum dominus Papa scienter committendo Nouiomen. & Decano cantori Parisiens. de necessitate voluit in casu, quo omnes cognoscere vellent, alterum ad alterum, siue ad alios accedere, per quod videtur voluisse Parisijs posse cognosci: vt ff. de exc. tu. l. idem Vlp. de re iu. palam consulebat. de bon. poss. seruus. C. qui admit. ad bonorum poss. ar. ff. de vsu. & habi. l. plenũ. §. æquitij. & ad hoc accedit, quia si Papa committit causam aliquam cognoscẽdam Monacho, nominans eum Monachum, dispensare videtur, quod Monachus possit esse iudex: vt extra de priuileg. cum
5 olim propter quæstiones. & ibi no. per Innoc. ¶Tertiò dicit pars aduersa, quòd processus nõ tenuit, quia factus fuit appellatione interposita. pro parte domi. Theobaldi in curia pendente coram venerabili viro domino Bertrando de sancto Genesio sacri Palatij auditore. Ad istud respondetur, quod illa appellatio, si qua fuit, deserta est. & ideo fingitur non interposita, & valent omnia medio tempore facta. ac si interposita non fuisset. vt C. de temp. & reparationib. app. l. vlt. §. illud. & ff. de his, qui no. infa. l. furti. §. primo. ¶Quartò opponit, quòd processus, de quo quæritur factus fuit in causa ex certa scientia commissa per do. Papam reuerendis patribus dominis Prenestino, & Derebleſio. Ad istud respondetur per interpretationem, quia nunquam aliqua commissio eis, vt iudicibus vel auditoribus facta fuit, & si de ea se iuuare intendit pars altera, producat ipsam & respondebitur ei. ¶ Ex prædictis itaque manifestè apparet processum, de quo quæritur, de iure subsistere, & inexpugnabilem esse ex eo posse, & debere ad causæ decisionem procedi. cætera suppleat immensa profunditas reuerendi patris domini Cardi. ad cuius instructionem sermo non funditur: sed vt valeret aliquantisper, stimulatur, & pungitur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶Officio suo. *Delegatum à Principe, si nullam tulit sententiam posse iterum iudicare, Boerius in Burdegalensi Curia iudicatum fuisse asserit parte 1. Dec. lib. 6. De hoc Vantius in tracta. de nullitatibus. sub Rub. coram quo possit, & deb. nulli. proponi. nu. 14. Deci. contrariam inquit esse communem opin in c. in literis. col. 2. de offi. dele. opinionem tamen Angeli, quam Burdegalensis curia sequuta est, defendere nititur.*

De concessione præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Vnio ecclesiarum parochialium probatur, si ab vno fuerunt contenta, & rectæ: & vni fuit collatio facta per magnum tempus.*

2 *Item si vnus census fuit solutus pro ambabus, vel vna decima, & licet tempus non inducat vnionem: tamen si allegetur legitimè factam fuisse, ad hoc probandum sufficit probatio temporis. & num. seq.*

CONSILIVM CCXCVI.

DE iure domini Gulielmoni Gallici ex parte gratiæ, processuum generalium, personæ, acceptationis, & prouisionis in specie factæ de ecclesia, de quibus producta plenè, & euidenter apparet, verùm tota quæstio vertitur: qui dominus Gulielmonus dicit, quòd ecclesia de Thusalijs, & sanctæ liberatæ sunt vnum, & idem beneficium, vel pro vno beneficio ex vnione, & dependentia vnius ab altero habentur. Gulielmus verò de rupe dicit esse duo distincta, & seperata, & dicit sibi prouisum per episcopum Caturcen. de ecclesia sanctæ Liberatæ. sanè ad ostendendum, quòd sit, & fuerit sem per vnicum beneficium, Dati sunt articuli sufficientes, & probationes factæ de his, quæ sequuntur, videlicet de vnitate rectoris; nempe quod vnus, & idẽ

1 rector semper vtranque tenuit,& possedit, † & rexit, sicut vnicum beneficium, quod est signum : imò demonstratio vnitatis : vt in authentic.vt iudices sine quoquo suf. §.illud tamen.& §.sequ.col.2.& ff. arbo. fur. cæsa. l. si gemina. sicut ex contrario contraria resultat demonstratio,vt ex diuersitate rectorum diuersitas in prouincijs , quas regunt, licet à principio 2 esset vna:vt ff.de offi.assess.l.si eandam. †Et ratio huius est: quia si essent verè duæ ecclesiæ duo beneficia constituentes, vni non fuissent committendæ personæ : quia difficile est,quod vnus duorum vices sustineat,vt ff.de pac.l.si plures. C.de assess.nemo 89. distin. singula.16.q.1. præsbyteros.& 10.q.2.vnio.& nõ solum probata est vnitas rectoris, sed probata est causa:quia ecclesia de Thufal. facta fuit per quosdam nobiles,qui guerram habebant , non vt essent diuersæ substantiæ, sed sola commoditate : vt C. de sacrosanct.eccles.iubemus.circá principium.& ff.de lega. 2.l.Caius.§.1. quin vna, & eadem procuratio , vt pro vno beneficio,episcopo est soluta: quod non fieret, si essent duo: nisi in casu speciali propter paupertatem, quæ hîc non datur,imo datur oppositum:vt extra de censi. Romana.lib. 6.& vna tantum datur decima , sicut pro vno duntaxat beneficio, quod non fieret, si essent duo diuersa , quia vnaquæq; deberet per se in censum referri: vt ff.de censi. forma.& probatũ est, quod omnia,quæ parrochiani consueuerunt in parrochijs proprijs facere,vt diuina audire : oblationes facere: dies solennes celebrare:vigilias facere: baptis. suscipere : hæc omnia, inquam omnes parrochiani promiscuè faciunt modo in ista,modo in illa , secundum quod magis se offert opportunitas : & hæc omnia indubitanter arguunt vnitatem.arg. ff. de vsu, & habita.diuus. de damno infec. si finita. §. ex hoc edicto.l.quod conclaue. huic autem vnitati nihil obuiat diuersitas ecclesiarum aliquo spacio ab inuicem distinctarum. Quoniam hoc de necessitate non arguit diuersitatem in beneficijs, sicut possunt esse duæ ecclesiæ spatijs distinctæ,& vna cathedra in vtraque cathedralis:vt de metropoli Berito. l. vnica. & ibi no. 3 extra ne sede vacante.c.1. ¶ † Secundò dicitur pro parte domini Gulielmonis, quod à principio probata est vnio dupliciter. Primò,quia allegatum , & probatum est eas habitas pro vna, seu pro vno beneficio per tempus longissimum, & cuius contrarij memoria non existit: hoc autem habetur perinde ac si vera vnio probata esset:quia constituti loco habetur: vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc. §. ductus aquæ. de aqua plu. arcen. l.1.§. vlt. & in sum. in princ. ¶ Sed huic a opponitur a deco,quod no.Hostien. extra de vita & honesta.clerico.quoniam nõnulli. & in sum. de sup. neg.præla. n 1. colum,vbi dicit,quod quanticunque temporis diuturnitas non inducit vnionem. Sed respondeo , tempus non inducit vnionem, sicut nec obligationem,vt ff. de act. & obligat. obligationum fere.§.placet.C. de pac. si certis annis. & ff. de oper. liber.l. operis non impositis. Sed si allegetur solenniter ex facta : & ad huius probationem tanti temporis obseruantia allegetur, non ad eam inducendam,sed inductam probandam,sufficit:vt ff. de vsur. cum de in rem verso. & ibi no.& no.ff.de serui.l.seruitutes rusticorum prædiorum. C. communi diui. 4 si maior.& extra de præscrip.episcopum lib.6. ¶ †Secundo per confessionẽ partis aduersæ producentis quandam vnionẽ factam, vt dicit, de istis duabus ecclesijs inuicem:qui autem dicit vnionem, siue vnionis diuisionem,vnionẽ ipsam confitetur, sicut qui dicit diuortium præsupponit matrimonium : vt ff. de diuor & repu.mulier.rerũ amo.si cõcubina.in prin. & in 2 ith. quibus mo, na, ef, legi, col, 6, Confitetur etiam pars aduersa totam intentionem domini Gulielmoni : quia in primo suo articulo, & in litera collationis suæ dicit, quod ecclesia sanctæ Liberatæ ; de qua agitur , dicitur vacasse vltimò per mortem domini B.de sancto Genesio ipsius ecclesiæ rectoris: & quod pertinet ad collationem episcopi Caturcen. & quod infra summam, & quod affecta fuit per genera les processus:& quod acceptata fuit, & collata domino Gul.vtraque siue nõ habebit ecclesiam sactnæ Liberatæ,siue eam habere malit: vt ar. si, de colle.illicio. l.1.§.vlt.& C.qui mili.non pos,his quibus.li.12.& in extrauagan.Domini nostri execrabilis. ¶ Ex prædictis itaque manifestè apparet, quod tam ex originali vnitate,quàm ex probata dependentia, siue vnione, quàm ex partis aduersæ aperta confessione pronunciari debet bene iudicatum pro domino Gulielmono,& male appellatum per dom. Gulielmum de Runo, cætera per vestræ paternitatis reuerentiam suppleantur.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Sed huic opponitur. *Hîc vide Dec. in additio. consil. sui 271.in 3.col.in prin.num.17.vol.2.*

De testa. & verb. signif.

SVMMARIVM.

1 *Pater si legat filiæ aliquid vltra dotem, & vult eam esse contentam de toto eo, quod existat in bonis suis tùc ipsa potest petere dotem matri suæ,cum nu.seq.*

5 *Clausula generalis refertur ad ea,quæ sunt eiusdem generis,& non ad alia.*

7 *Item ad probandum testamentum factum, vel sic sensisse testatorem per coniecturas locutionis ipsius sufficiunt duo testes etiam mulieres : sed ad probandum sic esse factum,requiruntur septem testes.*

8 *Item quo tempore potest filia petere fructus dotis matris:& an computentur in sortem.*

CONSILIVM CCXCVII.

DOMINA Stella contraxit matrimonium cum Ferrario olibe Burgensi Perpiniani, & constituit, & dedit sibi in dotem ducentas quadraginta Marchas argenti : de quo matrimonio generata, & nata fuit Boneta filia legitima, & naturalis ipsorum coniugum: deinde mortua est dicta domina Stella intestata, superstite, & sic decedente sibi dicta Boneta filia sua, postea per aliquot annos, cum dicta Boneta esset in ætate nubendi, dictus Ferrarius pater suus,qui habebat ipsam in potestate, eandem in matrimonium collocauit Ioanni Fasenæ, & dedit, & constituit ei in dotem de bonis paternis quingentas libras. processu verò temporis dictus Ferra. pater veniens ad mortem suum condidit testamentum , in quo pauperes Christi hæredes instituit, & legauit dictæ Bonetæ filiæ suæ pro parte, & pro hæreditate,& pro omni iure ad ipsam Bonetam pertinenti,seu quod pertinere posset in omnibus bonis dicti Ferrarij patris sui pro iure naturæ, vel pro qualicunque alio modo, totum illud , quod ei donauerit tempore matrimonij prædicti : & vltra legauit sibi 25. millia solid. voluit etiam, & mandauit idem Ferrarius pater,quod dicta Boneta filia sua teneat se propagata, & cõtenta de toto eo,quod sibi legauit: & ꝓ non petat aliud in bonis ,& de bonis dicti Ferrarij patris sui, nisi legata solum,quæ suprà fecit, & quod non veniat , seu faceret aliquid contra dictam ordinationem.

nationem. Quo testamento condito mortuus est dictus Ferrarius superstite dicta Boneta filia sua petente sibi solui per hæredes dicti patris sui dictos mille solidos sibi legatos per dictum patrem suum, & vltra petit quantitatem dictæ dotis, & dictos 25. milia sol. sibi legatos per dictum patrem suum: & vltra petit dictæ matris suæ, asserens, quod dictæ 240. marchę argenti non includuntur, nec includi debent in legato sibi prædicto facto: & quod per verba dicti testamenti ipsa non debet excludi à petitione, & perceptione dictarum ducentarum quadraginta marcharum argenti: procurator verò pauperum, seu eleemosynæ villæ Perpiniani contra dictam Bonetam asserendo proponit, quod dicta Boneta debet tantummodò habere de bonis, & hæreditate dicti patris sui dicta decem millia sol. dictæ dotis suæ. & 25. millia solid. sibi legatos in dicto testamento, & non debet habere dictas ducentas quadraginta marchas argenti dictæ dotis matris suæ propter verba prohibitoria appositа in testamento dicti patris sui: videlicet, quod esset contenta: & quod nihil aliud possit petere ex prædictis. Quæritur, quid iuris? ¶ Verumtamen præmittendum est, quod non quæritur de legitima, scilicet, an dicta Boneta debeat habere legitimam de bonis patris, cum ipsa non habuerit legitimam de bonis paternis computata & deducta dicta dotæ matris suæ, & deductis legatis sibi factis pro eo: quia eidem Bonetæ videntur repugnare duæ constitutiones Perpiniani scriptæ in libro communis, & curiæ villæ Perpiniani, quæ sic incipiunt. Item statuimus, ac etiam ordinamus, &c. ¶ Item quæritur, vtrum voluntas defuncti circa declarationem testamenti possit probari per duos testes? ¶ Item præsupposito quòd possit probari per duos testes, vtrū mulier admittatur ad testificandum? In casu isto videtur dicendum, quod Boneta possit petere dotem matris suæ, cui ab intestato successit, non obstantibus verbis quibuscunque in suprascripto patris testamento prolatis: & hoc rationibus infrascriptis.

1 ¶†Primò certum est, quod filia patris creditrix erit, sicut & mater, cui successerat. Sed cum debitor creditori legat, non præsumitur animo compensandi relictum: vt ff. de legat. 2. creditorem. de legat. 2. Lucius. & innititur satis de hæredi. insti. l. si non compensandi. ergo de iure communi videtur fundata in-
2 tentio Bonetæ. ¶†Secundò verba testamenti huic dispositioni non obstant: quia pater loquitur de filia, vt filia, sicut ad eam sermonem dirigit: quia non refert, cum quo testator de supremis suis loquitur. Sed in genere voluntas, & intentio dirigatur, vt ff. de leg. 2. cum pater. §. donationes. & l. miles. in princip. ergo ei, vel de ea loquens videtur eam excludere propter dotem, & legata ab omni eo, quod ei debebatur, vel deberi poterat, vt filiæ. ar. eorum, quæ leguntur. ff. de pac. auus. & l. si hæredi. §, nos autem. in fine. & l. si tibi decem. §. si pactus, & ibi plenè no. Sed ad dotem matris venit Boneta, non vt ferarij filia, sed vt extranea: ergo, &c. argu. ff. ad Trebel. debitor. circa fin. & de libero homine exhiben. l. 2. §. si cum quis. & de his, quibus vt indi. l. tutorem. Leges namque, & iuris ratio, vel æquitas non patitur eam exclusam videri præter omnem eius culpam ab eo, quod alieno capit iudicio, vt qui petant tu. vel cur. §. hæc autem mater. de his, qui. vt indig. l. hæredem. & ad fill. pro-
3 pter veneni. §. neptis. & de testa. tu. l. qui tutelam. in fi. 1. respons. ¶†Tertiò legata filiæ relicta, si dotis maternæ petitionem excluderent, minora fierent, & minorem vtilitatem afferrent. in dubio verò propter naturalem affectum ea interpretatio assumitur, per quam maiora legata reddantur, & contra consuetum, & à iure attributum significatum: vt ff. de libe.
4 lega. l. Aurelius. §. Titius testamento. ¶†Quarto sub eadem ratione legauit pater filiæ dotem. & 25. millia solid. & iussit eam contentam dote, & legatis, ergo voluit esse in vno, & in altero, vt extra de constitu. c. translato. Sed dotem, quam dedit, non videtur voluisse compensare in debitum filiæ: quia & si voluisset, non potuisset. argu. C. de pac. permissione. & de pollicita. l. vlt. & ff. de leg. 3. vxorem. §. pater. & quod ibi no. ff. de mino. l. 3. §. sed vtrum. ergo & de altero idem sensisse videtur. & sic habetur propositum.

5 ¶†Quintò, si verba testatoris diligenter attendantur, manifestè apparet testatorem per legata voluisse filiam excludere ab eo duntaxat, quod sibi, vt filiæ, deberi poterat. sic ei dixit per ius naturæ, &c. Quæ verba multum præcedentium significatum limitant, & restringunt: vt ff. de penu. lega. l. nam quod liquidè. §. vlt. & de verbo. signifi. l. si cum tibi fundum. & ibi no. Et si dicatur, q̃ testator subiunxerit illa verba, Vel alio quocunq; modo, &c. quæ verba sunt ampliatiua præcedentium. Respondetur, verum est: sed ad
a dentibus. a ff. de vino tri. & oleo lega. l. vlt. pro socio. si adijciatur. & de legat. 3. hæres meus duo statuæ.

6 ¶†Sextò & vltimò attendatur, quod testator prohibuit peti aliquid, præter legata, in bonis suis. qui autem petit sibi debitum, petit quod non est in bonis debitoris: quia bona intelliguntur ære alieno deducto: vt ff. de iure do. mulier bona. de verbo. sig. subsignatum. §. bona. & de leg. 2. si quis seruum. §. vlt. & l. seq. imo magis ciuili appella. bonorum dicitur esse in bonis creditoris. vt ff. de reg. iur. l. qui actionem. & de verb. sig. bonorum. in vlt. respons. & fortè magis potest dici ex bonis hæc dos, cuius proprietas debet esse filiæ, & vsufructus patris, quam in bonis, vel de bonis: vt ff. vi bo. ra. l. 2. §. in hac actione. & insti. eo. §. vlti. & nulli dubiũ est, quod hanc dotem fuisset filia habitura quocunque extraneo hærede scripto per patrem. Sed ea extra causam bonorum sunt, quæ quis habiturus esset alio hærede existente: & ideò iuncta restitutione bonorum non veniunt: vt ff. de
7 leg. 2. l. sequens quæstio. ¶†Ad secundam quæstionem videtur dicendum, quod circa testamentum triplex probatio occurrit. Aut enim quis vult probare factum: & tunc potest per duos testes. arg. ff. de mil. testa. diuus. & l. Lucius. Aut sic factum: & tunc per septem. C. de fideicom. l. vlt. & sic no. C. de bon. poss.
b secundum tab. l. 2. Aut sic sensum b per aliquas coniecturas: puta prælocutiones, & alia huiusmodi, de quibus habetur ff. ex quibus cau. in possess. ea l. Fulcinius. §. quid sit latitare. de doli exceptio. apud cel-
sum. in prin. & de leg. 1. si seruus plurium. §. vltim. & tunc cum hoc absq; dubio probari possit, & debeat: vt ff. de hære. insti. in tempus. §. quocunq;. de cond. & demonstr. falsa. §. fi. de testa. tute. duo sunt Titij. & de lega. 1. Lucius in fin. 2. respons. & l. qui quantum. nec in hoc sit certus numerus taxatus, duo sufficiunt, vt ff. de testi. vbi numerus. & no. ff. de testa. hæredes palam. §. sed si notan. Aliquando enim est magna res, & quæ de sui natura inductionem magnam requirit, & paucis probatur, sicut fama, vel infamia, quia licet ex frequentibus actibus, & vulgata opinione, siue credulitate inducatur: tamen per duos testes probatur: vt extra de test. tam literis. circa princ. & no. 2. quæst. 1. Deus omnipotens. quandoque autem & per duos testes probatur tres affuisse condito instrumento. vt C. de fide instrum. comparationes. & in codicillis potest declarari nomen scripti hæredis, vt ff. de hære. insti. asse. & de condi. insti. institutio talis. cum simil.

8 ¶ † Ex prędictis respõdeo ad tertiam.q. scilicet quòd ad hoc probandum mulier admittatur: quia prohibita non inuenitur: vt ff. de testi.l.1.& l. ex eod.& de testi. qui testamento. §. mulier. Ad illud verò, quòd quęritur de fructibus: videtur dicendum fructus saltem à tempore mortis patris peti posse, non quasi fructus: sed tanquam rem donatam: vt ff. de alim.& cib. leg. cum vnus. §.1.& pro hoc. ff. de iure do. l. vlti. Sed in contrarium mouet suspitio vsurarij contractus: quia de iure deberent in sortem hoc casu alias computari: vt ff. de solut. Titia. & quia accedant ad moram solutionis pecuniæ. vt not. ff. de act. emp. & ven. Iul. §. ibidem pa. & C. de vsu. cum allegat: & in hac opinione videtur Innoc expressius, quàm alibi, extra de vsu. salubriter. in fin.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Cum præcedentibus. *Coniunge supra cons. 8. et quæ nos. ibi adiecimus.*

b ¶ Aut sic sensum. *Sensum vsurpauit Dominus Oldrad. tanquam participium, ac si dixisset cogitatum. Minus vtique eleganter.*

De procura. & de dolo & contu.

SVMMARIVM.

Citatus à Papa personaliter non potest mittere procuratorem, & de alijs quibusdam causis ex quibus non admittitur procurator. cum num. sequent.

CONSILIVM CCXCVIII.

PRO fundamento omnium dicendorum est sciendũ, quòd Artungus tanquam intrusus, fuit monitus ex parte domini Papæ, & eius speciali mandato, quòd Ecclesiam Stasilien. in qua se intruserat, dimitteret, & domino Ioann. de Cabilione per Apostolicam sedem prouiso liberè relaxaret, cui monitioni cum non obediret, ex mandato eiusdem domini Papæ personaliter ad curiam est vocatus, & vterque processus tàm monitionis, quàm citationis continet pœnas excommunicationis, inhabilitatis, &c. vt in dictis citatione, & monitione plenius continetur. modo cum petatur declarari, quòd in pœnas prædictas inciderit, & q, contra eum aggrauetur processus, ad hoc impediendum comparet coram paternitate vestra, cui dictum negocium est commissum, do. Ambro. de Mediolano dict. Artungi se, pcuratorem asserens cum procuratorio coram paternitate vestra producto, & mõ offerens se
1 defensione petit copiam actorum. † Quæritur an admitti debeat? Et videtur, quòd nõ, ex duob. videlicet ex cãæ natura, & ex mandati forma. Ex causę natura, quę talis est, vt ad eam procurator admitti non debeat, quia Artungus personaliter est citatus, ergò per procuratorem admitti non debet: vt C. de procurat. in pecuniarijs. in fi. & de cad. tol. l.1. §. ne autem hoc. in ver. si verò talis extra de offi. & po. iud. dele. quoniam Apostolica. §. his autem. & de iud. ca.1. libr.6. &
2 de dolo, & contum. cum dilecti. circa medium. † Ex forma apparet, quod non sufficiens, quia non est negocium electionis, & confirmationis, quas prætendit. ad quod erat citatus, & vbi quis non potest per se venire, saltem procuratorem ad causam instructum mittere debet. arg. ff. de mino. Papam exuli. & de diuer. & temp. præscript. l.2. & in d. c. cum dilecti. præsertim in causis electio, vt extra de elect, indemnitatibus. §. porrò in 2. respon. propter periculum, quòd in eadem vacatione vertitur. in eo. tit. quam sit. & c. cupientes. in prin. & extra de app. oblatæ. §. pen. imò etiam in alijs est idem, vbi separaretur longum impedimentum, sicut hic allegatur. argu. ff. de iud. si longius. in prin. extra de appel. ex parte. & ibi no. per In. in gl. signata super verbo, vel tui. & clarius per glos. ordin. in d. c. cum dilecti. in fi. glo. signatæ super verbo resp onsale. sanè hic non allegat Artungus, quòd velit per seipsum causam agere: imò per procuratorem, sed dicit quòd non audet mittere instructũ. hic aũt expressè contradicit sibi, quia sicut mittit instructum tantum ad ea, quæ in procuratorio continentur, ita potuit & ad totam causam, vt extra de elect. c. bonæ memorię Maguntinen. §. pen. de app. constitutis. & in d. cap. oblatæ & attendatur, quòd non solum dicit, quòd non audet mittere, imò temerariè asserit, quod nec missum tenere, contra legem. C. de his, qui per me. iudi. non appell. l.1. & ff. quòd met. causa. l. est verisimile. Et sic apparet manifestè, quod tasi dicatur, quòd ad minus ad excusandum, & excu-
3 lis procurator non est ad aliquid admittendus. † Et sationem probandum debet admitti. Respondetur, imò non debet, quia si formam mandati diligenter aduertas, manifestè dicit Artungus, quòd per alias vias non suspectas venire non potuisset: licèt non sine dispendiosis sumptibus. aliàs & nihil quidem facere debuit. Vnde excusatio est nulla: vt ff. si quis caus. l.2. §. penultim. ibi aut quid si tempestas, &c. Repulso igitur procurato Artungi contumacis, & intrusi, in toto remanet paternitatis vestrę officium liberum, vt possit ad ea, quæ petuntur, iustè procedere.

Vt lite pendente nihil innoue.

SVMMARIVM.

Impetratio beneficij facta lite pendente inter alios nõ facta mentione de lite valet, & quando non valeat. vide hic & numer. sequent.

CONSILIVM CCXCIX.

QVIDAM Hugo moseli nomine existens Rector cuiusdam Ecclesię curatæ præpositurам: dignitatem: ac curam animarum habentem: à domino nostro Ioan. impetrauit, & statim cum fuit assecutus possessionem dictæ præposituræ, Ecclesiam curatam, quam primo tenebat cum Titio permutauit: qui quidẽ Titius post ipsam permutationẽ prędictam ecclesiam curatam vsque ad tpis mortis suæ tenuit, & possedit: quo mortuo duo electi clerici à domino nostro Ioan. gratiam obtinentes de beneficio cum cura, vel sine cura, vno in gratia speciali, alio in forma communi, dicunt dictam Ecclesiam curatam vacasse per mortem illius, cum quo permutatio huius facta fuit, & inter se vnus contra alium super dicta Ecclesia in Romana curia litem mouerunt: qua mota, vel incepta quidam Aymericus nomine asserens dictam Ecclesiam vacasse per collationem, & executionem antedictæ præposituræ à dicto domino nostro Ioan. prædictam Ecclesiam impetrauit: nec curauit facere mentionem de lite prædicta in supplicatione sua: sed tantummodo de possessione facti. quæritur, an talis impetratio valeat dictæ
1 litis pendentia non obstante? † Et est dicendum de iure, quòd talis impetratio valet non obstante litis taciturnitate: quia non est circa id, quod Papam retraxisset

traxisset à gratia. imò ad eam concedendam fortius fuisset inductus, eo quod talis videtur esse confricta in collusionem pietatis Romani pontificis, qui solus potest alia beneficia reseruata conferre de facili: vt no. in simili, Hostien. extra de præben. in c. relatum. & eod. tit. in c. dilectus. & Innoc. extrà de transac. ex literis. alioqui inuenta esset via claudendi circa talia potestatem Papæ contra l. ff. de transac. cum fi. §. fi cum lis. & ad carbo. l. 1. §. sed & si quis, nusquam enim propter litem inter duos pendentem debet tertius impediri, quo minus suo iure vtatur: vt ff. de vsufru.
2 cuiuscunque. §. 1. ¶† Secundò electio prima, quæ dicitur esse inutilis, non præstat impedimentum electioni secundæ: vt extra de elect. cap. rescriptum. ad finem. 1. cap. congregato. Et ad hoc concludit dom. Guid. de Baisio, & dominus A. quod quæstio, seu lis, quæ nulla est, non debet alteri nocere, si de ea non facit in impetratione sua mentionem: vt expressè no. extra de concess. præben. in c. primo. super verbo impedire. libr. 6. Ad idem facit. ff. qui satisdare cogantur. l. quoties. & eodem titul. l. de die. §. 1. & §. si seruus. & de eden. l. 2. in fin. 1. respons. & ad velle. l.
3 quamuis. §. si conuenit. & quod cuiusque vniuersi. l. 1. §. penulti. si quis in ius voc. non ierit. l. 1. *a* ¶† Ter-
a tiò dico, quod quandocunque aliqui duo litigant de aliqua re, neuter litigatorum impeditur nouum ius à tertio quærere. Nec enim illud ius nouum dici potest vitio litigiosi affectum, vtpote in iudicio non deductum, vt probatur extra de re iudic. Abbate. lib. 6. & hoc not. Innocen. & melius Compost. extra de consti. cap. cum M. Ferrarien. in fin. & de hoc est casus expressus. ff. de liti. l. 1. per Host. ¶ Quar-
b tò & vltimò *b* dico, quod quando aliquis petit, vel impetrat aliquam rem deductam in iudicio inter aliquos super certo iure, non obstat tertio petenti, vel impetranti super alio iure meliori, quod quidem ius nondum extiterat deductum in iudicio: vt ff. de except. rei iudic. l. si mater. §. eadem. & l. & an eadem. §. actiones. si quis cau. l. qui autem nouo pri-
4 uilegio, † Nec enim prohibendus est aliquis lite pendente aliquod ius, seu rem impetrare: duntamen fiat sine præiudicio iuris alieni: vt not. Hostiens. vt lit. penden. nihil innouetur. cap. 1. de appell. c. significante. Sufficit enim, quod non interfit alicuius. argum. ff. si serui. vendi. l. loci corpus. §. in confesso-ria. & l. sequent. §. sed si quæritur. Nam quando aliquis impetrat aliquam rem, seu ius, quod domino nostro Papæ competit, in nullo facit præiudicium alijs impetratio talis: quia permissum est cuicunque rem suam facere meliorem sine præiudicio aliorum, &c. vt extra de præscript. auditis. & de offic. ordina. cap. dilectus. §. penulti. & C. de serui. & aqua. l. præses. & ff. ne quid in loco public. l. 2. §. meritò. & l.
5 si quis à principe. † Nec obstat cap. 2. vt lite pendente. lib. 6. Nec clemen. 1. eodem titul. quia in vtroque illorum prohibetur impetrare ius, quod vacare dicebatur per mortem vnius ex litigatoribus. Nec mirum, quia illud erat in iudicium deductum, quod adhuc propter superstitem causam prosequentem durabat: & sic erat litigiosum: vt ff. de rei vendi, vtique. & de solu. l. si seruus. & C. de asser. tol. l. vltim. in fin. & hoc modo soluerunt quidam contrarietatem, quæ signatur inter decretales. extra de in integrum restit. cum venissent. ad finem. & extra de arbi. ex parte. & ibi not. per Innoc. in vlt. glo. Aut quis igitur lite pendente impetrat aliquid, quod cedit in præiudicium iuris alterius litigatoris, & non tenet impetratio: vt extra vt lite pendente. per totum. & maximè in cap. vltim. & de testi. cap. causam, quæ vertitur. de priuileg. dudum. C. vt lite penden. vel post prouoca. nemini liceat supplicare. l. 2. & in authent. in medio litis non fieri sacras iussiones. in princip. colum. 8. Aut impetrat aliquid quod quantum ad ius non cedit in præiudicium iuris alterius litigatoris, impetrat tamen ius iam in iudicium deductum, & adhuc manens in iudicio propter superstitem prosequentem, & non tenet, ne superstiti prosequenti nouus aduersarius suscitetur, vt extra ne lite pendente. c. 1. & 2. lib. 6. & quia hoc esset quasi quandam sententiam ferre super iure superstitis, contra legem. C. ad legem Corneliam de fal. vbi falsi. & quia videtur tale ius litigiosum. Aut impetrat aliquis aliquid, quod nullo modo cedit in præiudicium iuris litigatoris. Nec impetrat ius in iudicium deductum: sed quoddam ius tertium à iure, de quo litigatur, omninò separatum, & à tertio: & hoc casu tenet impetratio. Nec est dare rationem, quare debeat impediri: & hoc casu superius allegata vendicant sibi locum.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Non ierit. l. 1. *Adde Iaso. in l. 1. in princip. C. si contrà ius, vel vti. pub.*

b ¶ Quarto & vltimo. *Propter has rationes, quas ponit Oldra. in hoc quarto fundamento, Marsil. singul. 30. firmat regu. talem. Quod vbi actus non est parti præiudicialis, ibi non est citatio necessaria. Et licet ipse hoc notet, vt fallentiam à regula, quòd in quocunq; actu citanda est pars, tamen iudicio meo debet potius dici contraria regula, quoniam citari debere partem in quibuscunq; actibus intelligitur semper, si sint præiudiciales: Et tali regulæ sic declaratæ benè conuenit postea alia exceptio, quam ipse Marsil. in d. singul. facit, & est talis. Quòd in actibus etiam præiudicialibus tunc partem citasse non oportet, cum ea pars, si præsens fuisset, nil in contrarium potuisset allegare. Atq; de hac exceptione not auimus supra in consi. 95. in fin. Item die in priuilegij concessione, quæ nihil, aut parum cuiquam noceat, neminem esse citandum. Bar. in l. 2. nume. 3. C. de temporibus appel. Doct. in c. cum olim. 1. de re iud. Idem si causæ cognitio non sit necessaria. Adde eundem Marsi. in l. De vno quoq; nume. 68. de re iudi.*

De priuileg. & de verbor. significa.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium habens instar alterius priuilegij censetur habere priuilegium, quod ille priuilegiatus habet instar alterius. Item de multiplici prærogatiua priuilegij principis. cum num. seq.*

CONSILIVM CCC.

a IACTVM tale est. *a* Magistro militi domus de Calatraua, & eius fratribus ordinis Cister. à sede Apostolica est indultum, vt gaudeant omnibus priuilegijs, immunitatibus, & libertatibus Abbat. Cister. & alijs Abbatibus, & fratribus ab eadem sede concess. subsequenter magistro, & fratribus domus de montesia ordinis Calatrauæ in sui fundatione à sede apostolica est indultum, vt ipsi magister, & fratres perpetuò gaudeant omnibus priuilegijs, & singulis immunitatibus, & libertatibus dictis magistro, & fratribus de Calatraua concesit. & quod dicti magister, & fratres de montesia gaudeant, & gaudere & iuuare se possint omni-

bus, & singulis priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus dictis abb. Cister. & eius abbatibus, & fratribus ab eadem sede concess. sicut gaudent magister, & fratres de calatraua prædicti. Videtur mihi clarum ius pro magistro, & fratribus de montesia, quod gaudere debeant priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus abbat. & fratrum ordinis Cister. ¶ Et ad fundandum istam conclusionem allegabo primò circa materiam quæstionis, & postea circa formam. Materia quæstionis nostræ est de priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus istis magistro, & fratribus
1 concess. ¶ † Circa materiam considerandæ sunt multa. Considerandus enim est multiplex fauor circa principis liberalitates, beneficia, & priuilegia in genere: & considerandæ sunt insuper aliqua circa priuilegia istis personis concessa specificè. ¶ Primò namq; in beneficijs principis largissima interpretatio est facienda. ff. de constitut. princip. l. fi. ad muni. leg. 1. ff. de iure immun. leg. 4. C. de bo. vacan. l. si quando. libr. 10. extrà de priuileg. capit. quia circa. de verbor. signifi. capi. olim. de don. capit. cum dilectus, 2. quæst. 3. cap. fi. in fi. 16. quæst. 1. cap. frater noster. 16. quæsti. 11. capit. visis. cum suis simil. & ideò alibi dicit text. pulcher. per absurdum, perq; temerarium est nostram liberalitatem astuta interpretatione non ad augmentum, sed ad diminutionem conuertere. C. de præpos. agent. in rebus. l. hac saluberrima. & ibi not. in glos. quod priuilegium est extendendum, & non solùm quò ad res est extensio interpretanda per iura superius allegata, sed etiam quo ad personas: quia ad vxores, liberos, seruos, colonos, domesticos, & subiectos. C. de comi. consisto. l. viros. de proxim. sacro. scrin. l. in sacris. §. si verò. lib. 12. & non solùm ad descendentes, sed etiam ascendentes: vt in d. l. in sacris. 1. responso. & ibi in glos. C. de priuileg. schol. l. quoties. de castren. pecul. l. hi, qui. libro 12.
2 ¶ † Item nedum est extendendum priuilegium, quò ad res, & personas: sed quò ad tempus. priuilegium enim concessum alicui ratione officij, seu dignitatis, non solùm durat durante officio, vel dignitate: sed etiam eo finito, & deposito ad eum extenditur. C. de excus. mune. l. eam legem. libro 10. C. de præfe. præt. & magistro milit. leg. 1. & 2. C. de magist. scrip. leg. 1. & ibi glo. præ. comi. consisto. Archi. leg. 1. de silentia. & decurio. eod. libro 12. cum multis si. Item nedum est extensibile priuilegium ad res, personas, & tempus: sed etiam ad modum agendi: quia priuilegium fortè non habet locum tantum in defendendo: sed etiam agendo, & alium impugnando, vt reus sequatur forum actorum. C. de comit. consistor. leg. 2. libro 12. C. de suarijs. l quicunq;. libro 11. de agenti. in rebus. l. fi. & in rub. lib. 12. & non solùm est extendendum priuilegium quò ad res, personas, tempus, & modum agendi: sed etiam quò ad omnia genera causarum: quia quò ad ciuiles, & quo ad criminales. C. de agentibus in rebus. l. ex eod. & de re mili. l. cancellatores. circa fi. & de silent.
3 ne ad diuersa. cum ibi alleg. libro 12. ¶ † Existis ergò satis conijcitur, quod in liberalitatibus principis circa beneficia, & priuilegia concessis versatur magnus fauor, quò ad eius multiplicem extensionem: nec solum versatur fauor, quò ad sui extensionem, vt probatur, sed etiam quò ad sui immutabilem durationem: quia licet iura etiam tolli possint per rescriptum principis ex certa scientia. ff. de excus. tu. l. idem Vlpianus. vel ex mera liberalitate nullo petente. C. de peti. bo. subl. l. 1. in fi. vel saltem cum clausula non obstante adiecta. C. si contra ius, vel vti. pub. l. omnes. & ibi not. per Cyn. & alios. C. de aquæ. du. l. omnis seruitus. in prin. cum sua glo, li. 11. quantumcunq; sit in consuetudine roborata: sic intelligitur glo. mirabilis posita. C. de colla. do. l. 1. lib. 10. Liberalitates multum priuilegiatæ sunt, nec rescripto tolluntur. C. de metatis. l. fi. in fi. de silentia. l. decuriones. in princip. lib. 12. Nec etiam mera libertate. C. de loca. prædi. ciui. l. prædia. lib. 11. de coartali. & communi custo. l. quisquis. libro 12. vbi loquitur de priuilegio: imò plus dicit, quod priuilegium non potest tolli per imperiale responsum quacunq; adiectione, quod est valdè mirabile, & extraneum. C. de diuer. præ. vr. & ruft. l. fi. lib. 11. & alibi dicitur, quod nec pragmatica sanctio: nec sententia eminentissimę præfecturæ: nec alius quicunq; modus excogitatus potest valere ad tollendum id, quod statuitur in priuilegium. C. de decu. l. fin. §. vltim. libro 10. ¶ Ex præmissis patent multæ singulares prærogatiuæ priuilegiorum genere, & ideò sunt fauores eisdem multiplices imponendi. sed in facto nostro specificè, vtra præmissa, considerandæ sunt aliqua specialia, quæ conclusionem prædictam approbant, & inducunt.
4 ¶ † Considerandum est enim in facto nostro, quod agitur de priuilegijs religioni, & religiosis personis concessis, quibus cum multus sit fauor adhibendus per superius allegata, multò magis priuilegijs religioni, & personis religiosis concessis: quia summa est ratio, quæ pro religione facit. ff. de reli. & sumpfu. l. sunt personæ. in fi. Et præsertim istis religiosis, qui Dei militiæ ad expugnationem infidelium, & Dei hostium ascribuntur. Dicit enim imperator his nostræ beniuolentiæ liberalitas debita contribuenda est, qui nostræ quodammodò maiestati assistere videntur. C. de magi. sacri pala. l. vnica. in princip. libro 12. multò igitur magis istis, qui diuinæ maiestati assistere videntur exponentes, vel paratiad exponendum se quotidie morti, & expugnationi infidelium, prout dicit, qui præsto semper sunt actibus, quos intentos, & eruditos itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. C. de castren. omnium pala. peculio. l. vnica. lib. 12. Si enim immunitatibus, & priuilegijs digni sunt, quos lateris imperialis comitatus illustrat. Cod. de præpos. laborum. leg. 1. libro 12. multò magis hi, qui cœlestis imperatoris curiam continuè comitantur, vt pulchrè dicit text. loquens de priuilegijs eorum, qui ad expugnationem infidelium se conuertunt. Sanè iusto iudicio cœlestis imperatoris obsequijs inhærentes speciali dicit prærogatiua gaudere. & nota verbum iusto iudicio, quia sic ex debito. extra. de iudæis, cap. ad liberandam. in glos. in verbi. deliquerint quam plenè recitat Hostiens. ibidem in lectura. & bene possunt isti dici cœlestis imperatoris obsequijs inhærere, quia prout pulchrè dicit text. non sunt illi, qui vano quodam militiæ nomine lucra sectantur, sed qui certitudinem officij solicitudinis debitis exequuntur. C. de coar. & princip. cor. l. per Illyricum. libr. 12. & quos sæpè sæua pericula, & vitæ interdum renunciatio ad meliorem gradum perducit. C. de princip. agen. in re. l. princeps. priuilegia enim data cœlestis principis obsequijs inhærentibus, videntur principaliter esse propria diuinæ maiestatis, vt pulchrè dicit text. de principe terreno. C. de præpos. sacro. scrin. l. pe. 2. responso. cum igitur priuilegia istis concessa videantur esse propria Dei, cuius insistunt obsequijs, valde videntur fauorabiliter extendenda, quia nedum ex gratia, sed ex debito iustitiæ sedes apostolica priuilegia talibus impartita est, vt superius est probatum. ergò, &c. & hæc dicta sufficiant circa materiam quæstionis. ¶ † Iam venio
5 ad formam quæstionis, qua bene considerata videtur mihi, quod euidenter, imo sequitur necessariò conclu-

conclusio supradicta. Ponitur enim in forma quęstionis propositę, quòd isti de montesia sunt subiecti magistro, & fratribus de calatraua, & de ordine eorundē, & per consequens potest dici, quòd ad eos, vt subiectos, essent etiam tacitè à iure dicta priuilegia deriuanda, per l. C. de comi. consisto. l. viros. de proxi. sacro. scri. l. in sacris. §. si non. cum alijs superius allegatis. tamē quia hic non inquirimus de priuilegijs per medium alterius magistri de calatraua isti magistro, & confratribus de montesia, vt subiectis, à iure tacitè deriuandis, sed de expressè, & rectè, nō per obliquum eisdem de montesia concessis interpretandis, multò fortius in hoc casu fauorabilior, & latior est facienda interpretatio, vt intelligantur omnia, & singula priuilegia abbatis Cistercien. eisdem immediatè, & directè concessa. ¶ † Præterea ponitur in forma quæstionis, quod indulgentia, tam prima facta illis de calatraua, quàm secunda facta illis de montesia, fuit nedū generalis, imò vniuersalis: & sic est vniuersaliter intelligenda, & nihil videtur exceptū. generale namq; dictū generaliter debet intelligi. ff. de pub. l. de pretio. ff. de leg. præst. l. 1. §. generaliter. ff. vi bonor. rapto. l. 2. §. homines, & ff. de iniurijs. itē apud Labeonem. §. generaliter. cum multis similibus. & dicit tex. hominis enim legatum valet in genere orationis compendio singulos homines continens. ff. de leg. 2. l. 3. eius. §. duorū. in fi. & multò magis vltra: quia q omne dicit, nihil excipit. ff. de pe. le. 1. si quis. de le. 3. l. hæres §. 3. quia quoties significatio sumitur ex vniuerso, si aliquid sit falsum de contentis, totā oratione falsam facit. per textū & gl. ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta. §. vlt. & no. gl. de legi. tut. l. legitimos. §. in legis. & ideo dicitur alibi, quòd tunc non quæritur, an prælegata veniant in restitutione fideicō. sed distinguitur, aut primò legauit, & postea rogauit: aut è contra. vt no. gl. ff. ad treb. l. marcel. §. quidam ex disparibus. ff. ad legem Fal. l. Titia. C. de fideicom. cùm
7 virum. † Et hoc verum quando fideicom. est simplex. Vbi verò fideicōmissum est factū cum signo vniuersali distributiuo: vt omne: vel quicquid: tunc indistinctè tenent omnia prælegata, siue ante, siue post: quia qui omne dicit, nihil excipit. ff. de le. 2. cum pater. §. fi. & dicunt ibi notanter doc. q̄ differētia est inter omne, & totum: quia totū designat corpus integrū, & ex partibus integratum, nō quod verificetur in partib. Sed omne est nomen collectiuū, & distributiuū, q̄ designat indiuidua, vt verificatur in eis: sicut not. gl. ff. in procœmio. in prin. vult dicere verbū designatiuū corporis integri nō verificatur ex partibus, sed ex toto integro: vt grex potest esse meus, licet singulariter oues non sint meę. ff. de rei vend. l. 1. §. fi. ff. de leg. 2. l. grege. ¶ Idē si quis possideret singulas res. ff. de vsuca. l. eū, qui ædes. sed aliud in verbo vniuersali distributiuo: quia illud distribuitur in singulares, & verificatur in eis, & in vno singulari falso totū
8 vniuersale est falsum, vt ꝛ. probatur. & ff. de fideicō. l. grege. §. autore. & ideo legata simpliciter lana nō venit lana tincta, sed adiecto signo vniuersali debetur cuiuscunq; coloris. ff. de le. 3. l. si cui lana. ff. de argen. le. l. pe. §. labeo. ¶ † Et est attendendū, q̄ in casu nostro in forma indulgētię factæ istis de Montesia nō solùm fuit dñs Papa vius signo vniuersali distributiuo dicēs omnia: sed apposuit singularia distributa dicens, omnia, & singula, sicut ponitur in c. vt circa. extrà de ele. li. 6. & sic apparuit intentionē suā magis laxā, & latā quod voluit omnia comprehendi, & nihil excip. arg. illius q̄d le. & no. extrà de præbē. quāuis. in fine li. 6. Et præsertim in facto nostro, vbi signo vniuersali adijcitur designatio certa, & relatio ad certa: quia dicitur omnia priuilegia concessa tali, &c. & sic videtur perindè, ac si omnia priuilegia specificè, & singulariter designarētur: & ac si de singulis priuilegijs esset facta singularis, & specifica iudulgentia. ff. de verb. obl.
9 l. ti. §. fi. & l. plurib. in prin. ¶ † Prætereà certū est, q̄d illi de calatraua habēt omnia priuilegia, libertates, & immunitates ordinis Cister. tūc arguo sic: aut illi de calatraua nō habuerunt alia priuilegia eisdē specialiter concessa: aut sic. si nō: tunc, quia nulla alia habuerunt, oportet de necessitate, quod omnia alia priuilegia, licet alias nō transirent, ad illos de montesia trāsferātur: sicut dicitur alibi, quod in legato vniuersali nō veniūt debita, nec ea, quæ ad mercē disponuntur. ff. de le. 3. si mihi mæuia. de le. 2. l. caius. de vsuf. le. l. generali. §. vxore. cū multis alijs. Vbi verò nulla sunt in patrimonio legātis, nisi talia, tūc omnia veniūt. ff. de aur. & arg. le. l. pe. §. itē cū quæreretur. & ibi no. ff. de le. 3. l. cū quæreretur, §. lana. ff. de vino tri. & oleo le. l.
10 fi. & ibi no. gl. ¶ † Pro hoc facit bene decisio gl. ordinariæ Ber. quia priuilegiū datū studenti super fructibus percipiendis non extenditur ad quotidianas distributiones. Vbi verò nō sunt alij fructus: tūc ad eas extenditur priuilegiū: sicut no. Ber. extrà de præbē. c. licet. in fi. ¶ Si autē illi de calatr. habuerunt alia priuilegia, tunc illa priuilegia Cister. eisdē concessa vna cum alijs priuilegijs in vnum patrimoniū confusa faciebant vnū subiectū cum (vt vtar verbo legis. ff. de mun. l. 3. §. 1. ibi neq; enim, &c. & verbis Inn. extrà de his, quæ vi me. ve causa. c. 1. in fi. & verbis Archi. de cō fes. c. 1. li. 6.) consideremus vnā vniuersitatē priuilegiorum: sicut est in multis, & varijs hæreditatibus vndecunq; quęsitis: quia oēs cōfusæ vnum structum, vnam hæreditatē, & vnum faciunt patrimoniū. C. de inof. test. l. fi. ff. ad Treb. l. si patrimoniū. §. cui titia. Nā facit de mil. test. l. quęrebatur. & l. sed & fi. §. Iulianus. cū sua materia. ff. ad ad legē fal. l. Imperator. §. quod vulgò. in auth. de nō eligē. secundò nuben. §. 1. & §. ante nuptiali. & ibi not. & sic cōmunia in vnū structum confusā simul cum vniuersitate transire debent. arg.
11 ff. de acq. rer. do. l. quidā. & bene facit. ff. ad Treb. l. cogi. §. sed & si quis. & l. si eius. §. vlt. ¶ † Et est ratio, quia ista priuilegia Cister. vniuersitati priuilegiorū illorū de calatraua sunt adiuncta. ff. de le. 2. l. cum fundus in fi. & omniū priuilegiorū vnus ei cōfusus vsus fuit, & redditus. ff. de le. 3. l. prædijs. §. tit. & omnia priuilegia sub nomine priuilegiorū vniuersitatis habuerūt, & possederunt. ff. de le. 2. l. caius. §. Titius. ff. de fundo instr. & instr. le. l. scientiæ. §. tyrannę. ff. de le. 3. vxorē. §. legauerat. totū ergò structū vnicū, & confusum per illos de calatraua sub vnico nomine generali, & confuso habitū, & possessum ad illos de montesia trāsiret
12 secūdū iura supradicta. ¶ † Præterea hoc cōcludit incōuincibiliter (vt mihi videtur) rō dialectica ad modū syllogismi in barbara figura. Et arguo sic: omnia priuilegia illis de calatraua cōcessa, illis de mōtesia cōcedūtur: sed omnia priuilegia Cister. sunt de calatraua tunc cōcessa, ergo omnia priuilegia Cister. illis de montesia cōcedūtur. maior est vera, & probatur per secūdā indulgētiā in facto supradicto. minor etiā est vera, & probatur per indulgētiā primā in facto prædicto præsuppositā: ergò necessariò seqtur cōclusio, q̄d sit vera. ¶ Ilte syllogismus pōt formari in iure in materia priuilegiorū p istū modū: omnia priuilegia agē tib. In reb. cōcessa cōcedūtur comitib. Cōsistorialib. C. de comi. consisto. l. 2. li. 12. sed etiā priuilegia proximorū scriniorū sunt cōcessa agētib. in reb. C. de agē. in rebus. l. hac saluberrima. in prin. lib. 12. ergò omnia priuilegia proximorum comitibus consisto. concedunt. Sic alibi comitib, prouinciā regentib. vicariorū priuilegia cōcedūtur. C. de comi. q prouin. re. l. 1.
13 li. 12. † Sed vicarij ducib. in omnibus priuilegijs adæquantur.

quantur. C. de comi. & Archi. l. 1. lib. 12. ergò comites prouinciam regentes in omnibus priuilegijs ducibus adęquantur. Istum modum arguendi, & syllogizandi ponit glos. or. & bene. C. de profes. qui in vrbe
14 Constantinopol. l. 1. in fin. lib. 12. ¶ † Concludendo igitur ex præmissis dico, quòd priuilegia abbatum, & fratrum Cister. prædicta à tempore, quo per apostolicam sedem illis de Calatraua concessa fuerunt, & ad eos translata, non poterunt dici priuilegia Ciftercie. inquantum respiciebant, & respiciunt illos de calatraua, sed debuerunt & debent dici priuilegia propria illorum de calatraua, tanquam in eorum ius, & patrimonium confusa. ff. de acqui. hæred. l. Paulus respondit. §. 1. C. de inoffic. testa. l. si. in fin. & subsequenter à tempore, quo priuilegia illorum de calatraua per apostolicam sedem illis de montesia fuerunt translata, non poterunt dici priuilegia illorum de calatraua, nec abbatum Ciftercien. inquantum illos de montesia respiciebant, & respiciunt: sed priuilegia propria illorum de montesia, tanquam in eorum ius & patrimonium confusa, vt sic ista priuilegia, inquantum singula monasteria, seu singulas domus respiciunt, singulorum propria priuilegia reputentur: confuso tamen modo loquendi sunt omnibus tribus monasterijs, seu domibus, & eorum fratribus insolidum communia, vt sic dicta tria monasteria, seu domus, & eorum fratres quò ad priuilegia omnia consequantur ad instar textus legis alibi, qui facit priuilegia tribus dignitatibus communia, vt omnes tres dignitates, quò ad omnia priuilegia, coæquentur. C. de comi. & Archid. l. 1. lib. 12. & ibi not. glos. ¶ Sic alius text. legis communicat priuilegia alijs tribus dignitatibus: & omnes tres dignitates, quò ad omnia priuilegia, coæquantur. C. de præfect. præto. magist. mili. l. 1. lib. 12. & C. de proxi. sacro. scri. leg. 1. lib. 12.

De dolo, & contuma. & de appellat. & de recu. & de sententia & re iudicata. & de re iudica.

SVMMARIVM.

1 Post recusationem legitimè propositam coram iudice non potest dici quis contumax, vel contemptus iurisdictionem iudicis. Et de aliquibus causis recusandi.

2 Ordinarius de iure canonico, & sic in terris ecclesiæ potest recusari.

3 Item quando causa recusationis officialis descendit ex persona sui superioris, non debet probari coram eo, sed coràm arbitris.

4 Item cùm appelletur à certo grauamine, quod potest colligi ex actis, per hoc venit præceptum factum per iudicem. & num. seq.

5 Appellatione pendente si detur diffinitiua sententia, & si non appelletur ab ea, non transit in rem iudicatam.

6 Electa vna via per partem ad aliam non potest veniri: & licet in sequenti allegatione hoc consilium impugnetur: tamen in alia sequenti allegatione confirmatur.

CONSILIVM CCCI.

1 BREVES allegationes † & rationes pro parte magistri Ioan. de porto procur. Naldi rubei, & Ioan. grati merca. ad ostendendum, quod dominus Facinus iudex domini Marscalci non possit, nec debeat procedere contra ipsos, vel eorum aliquem ratione præcepti, quid emanasse dicitur à domino Egidio de Cremona eius in officio prædecessore, eò quod dicatur ipsum præceptum aliqualiter fuisse contemptum. ¶ Hoc autem probatur sic: non potest dici contemptus, nisi vbi adesse debuit obedientia. ff. de re iudi. cotumacia. §. contumaces. de pecu. eo tempore. & de iud. non videtur. Sed isti duo mercatores, de quibus loquimur, ipsius præcepto obedire non tenebantur: ergò, &c. quòd autem nõ tenerentur obedire, inducebat præcedens recusatio ex causis legitimis, quia per recusationem talem eius erat ligata iurisdictio, adeò quod non solùm præcedere non debebant, sed nec alij committere poterant, vt extra. de offic. deleg. iudex ab appel.
2 se. lib. 6. ¶ † Quòd autem istæ causæ recusationis essent legitimæ, ex ipsarum inspectione apparet, imò non solùm legitimæ, sed etiam notoriæ. s. quod causa erat propria ipsius marscalci: quod apparet, quia ipse constituit do. Iacob. de Bononia procuratorem suum in dicta causa, qui libellum obtulit, & omnia acta in causa fecit, vt procurator domini marscalci. de procur. l. 1. propria autem illa dicitur, cuius commodum, & incommodum ad aliquem spectat: vt. ff. procur. autem nemo confistit in causa propria. vt. ff. quando appel. fit. l. 1. §. impropria. ¶ Item quid do. Egidius posset recusari, ex hoc apparet, quòd assessor eius erat: vt etiam ostenditur, quod officium familiaritatem inducit: vt ff. de iur. om. iud. l. qui iurisdictioni. & de offic. præfi. senatus. & per consequens iustam recusationis causam: vt extra. de offic. deleg. insinuante. nedum quia dicta recusationis causa est legitima, videlicet quia erat eius commensalis, quam constat esse legitimam. vt extra. vt lite non contest,
3 accedens. 2. ¶ † Non ob. si dicatur, quod ordinarius non recusatur iure ciuili, quia iure canoni. bene recusatur: vt extrà de foro compe. si quis contra clericum. & fatuum est dicere, quod in curia marscalci, qui datur à domino Papa, ius ciuile seruetur, & non canonicum: cum in ciuitatibus temporali iurisdictioni ecclesiæ subiectis ius seruetur canonicum, & non ciuile, vt apparet in Tuderto. extrà de iureiu. venientes. ¶ Non obest, quod dicitur recusationis causam agendam fuisse coram ipso marscalco, & non coram arbitris, vt petebat recusans, quia hoc verum non est, quando causa suspitionis in officiali procedit ex persona eius, cuius est officialis, sicut hic erat. arg. C. si quacunq; prædi. pote. l. ista. in vlt. & pen. re. sponso. probatur expresse extrà de offic. & pote. iudi. dele. si à subdelegato lib. 6. ¶ Defendebat autem eos appellatio legitima, quæ præcedebat, & eos exemerat appellatione pendente à prioris iudicis potestate, quantum ad præceptum, & omnia, vt extrà de ap-
4 pel. dilectis filijs decano. ¶ † Non obst. si dicatur, quod præceptum, & appellatio facta apparent eadem die. s. 11. Februarij: quia aut appellatio præcedebat: & tunc eo non seruato contumacia non contrahitur, per præalleg. c. dilectis filijs decano. aut præceptum præcedebat appellationem, & tunc cùm appellatum sit à repulsione legitimarum exceptionum, & ab omni grauamine, quod ex actis colligi potest secundum formam appellandi traditam per do. Innoc. extrà de noui. ope. nun. significantibus. ipsum præceptum in appellatione includit, & ab eo appellatum videtur.
5 ¶ † Non obest, quid dici posset, appellat. renun. per hoc, quod ablato libello per do. Iacob. de bono. procur. domini marscalci eædem exceptiones, & recusationis causæ obiectæ fuerunt, sicut prius: obiectæ enim fuerunt præmissa protestatione, quid non intendebat obijciens appellat. renunciare, sed ei magis insistere: quæ protestatio ius acquisitum ex appellatione reseruat. vt. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. 1. & de reli. & sum. fu. l. hac si quis. §. pleriq.

¶ Nec

¶Nec obſt. quod dici poſſet ſuper ipſis latam eſſe ſen
tentiam per domi. Egidium, à quo appellatum non
fuit, quia nec neceſſe fuit appellari, eo quod lata fue-
rit per iudicem, qui poſt appellationem iam inter-
poſitam & pendentem ſe de cauſa intromittere non
poteſt. ſi ergo erat appellationis remedium, nulla
6 fuit. ar. ff. de fer. l. 1. & de appel. ſi expreſſam. † Vl-
timò quicquid ſit, certum eſt, quod contra dictos
mercatores non poteſt dictus do. Facinus procede-
re propter contemptum via extraordinaria dan-
do defenſionem, ſicut dicitur velle procedere, quia
hic electa eſt vía ordinaria, & libellus oblatus per do.
marſcalcum, & præceptum factum, quod lis conte-
ſtaretur. Vnde officium iudicis extraordinariũ, circa
illud locum non habet, quia iam eſt in iudicium or-
dinario iure deductum, vt extra de app. ſignificante.
Et eſt ratio, quia vno ex dictis beneficijs electo non
licet pœnitere, & ad alterum conuolare: vt ff. de co-
dicil. l. vlt. de cur. fur. cuius bonis. Et no. Archi. ſuper
reuocatione attentatorum. extra de appell. non ſo-
lum. lib. 6. ¶In omnem ergo euentum debet circa
talem contemptum iudicis officium conquieſcere
in præſenti. cætera ſuppleat æquitas iudicantis.

Contra ſupradictas allegationes.

CONSILIVM CCCII.

1 HAE ſunt breues † allegationes ad oſten
dendum manifeſtè, quod dictus iu-
dex marſcalci poteſt, & debet condem
nare Naldum rubei. & Ioan. grati in
trecentis florenis auri, & in expenſis
factis, & faciendis in cauſa ſecundum
promiſsionem, quam fecerant. ¶ In primis certum
eſt, quod promiſerant præſentare ſcolarem ex cauſa
in inſtrumento promiſsionis adiecta, quoties requi-
rerentur, ſub pœna ibi appoſita: & requiſiti, vt eum
præſentarent, cum non fecerint, in pœnam incide-
runt ratione ſuæ promiſsionis. C. de contrahen. &
commit. ſtip l. magis. Nam ſatis eſt dies obligationi
inſerta, cum ibi dicatur, quoties fuerit requiſitum,
& cum hoc fuerit ab eis requiſitum. arg. ff. de verbo.
obl. l. cum ſeruus. & eod. tit. l. ſi ex lega. agitur enim
ex promiſsione, quam fecerunt de iſto præſentando
ex iuſta & probabili cauſa, & pro præſente. ff. de acti.
2 & obl. l. tranſituræ. ¶ † Nec obſt. quod dicitur, quod
iſti mercatores non tenebantur obedire, quia iudicẽ
recuſauerant, & ſic erat ligata eius iuriſdictio. quo-
niam hoc non eſt verum in ordinario. extra de foro
comp. ſi quis contra clericum. & hoc not. Ioan. And.
in decre. iudex. & ibi glo. in ſumma autem illa decre.
iudex. planum eſt, quod loquitur in delegato. & quia
ante fuit hoc præceptum, ſeu requiſitum, quam re-
cuſatio proponeretur, & qui dicet, quod ante recu-
ſauerit, hoc probet: vt ff. de probat. ei, qui dicit. ad hoc
facit, quod no. extra de ſent. excõm. venerabilibus.
in fin. lib. 6. ¶ Item huius recuſatio non fuit legiti-
mè propoſita, quia obtulit ſe eam probaturum co-
ram arbitris, quod non poteſt, quando ordinarius
recuſatur: vt extra de offi. dele. ſi contra vnum. in fi.
3 lib. 6. ¶ † Nec obſt. quod dicitur, hoc non habet locũ,
quando cauſa ſuſpicionis procedit ex perſona eius,
cuius eſt officialis: quia hoc non impedit ſuſpicio-
nis cognitionem ordinario in ſuum officialem, ſed
benè impedit appellationem ad ordinarium. Cuius
ratio eſt, quia iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt,
propter quod aditur ſuperior in cauſa ſuſpicionis,
ſed non appellatur ad eum: quia idem eſt confiſto-
rium. & ſic non obſtat. cap. ſi à ſubdelegato, extra de
offic. delegat. lib. 6. & illa. l. 1. ſi quacunquè præditus
poteſtate. dicit contrarium, quia ibi dicit de ordina-
rio, itur ad ordinarium, & nunquam dicit ad arbi-
4 tros. ¶ † Item poſito legitimè ſine præiudicio, quod
ſecundum formam iuris alias ſine promiſsione præ-
ſentare non tenerentur: quod non eſt verum: quia
tunc ex forma promiſsionis ipſum præſentare tene-
bantur, ad hoc vt veritas inquiratur, vt not. ff. qui
ſatiſdare cogant. l. 2. §. ſi quis ex his. cum non ratio-
ne perſonæ, ſed alia ratione principalis non tenea-
tur, vt eſt caſus. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. in princip. Ad
hoc facit. ff. de tab. exhib. l. locum. §. ſed lex. ibi, quia
pœna contumaciæ præſtatur ab eo, qui non exhibet.
¶ Item in ipſa recuſatione, quam dicitis, iudicem ſi-
militer appellauit. ſi appellauit eum iudicem, appro-
bauit. ſi recuſauit eum iudicem, reprobauit. ex eo-
dem enim actu non poteſt approbare, & reprobare.
ff. de neg. geſt. l. pompo. de reg. iur. ſemel approbatũ.
& ſic eſt contrarius ſibijpſi, & repellendus. C. de furt.
l. 1. & decre. allegata per aliam partem. ſi à ſubdelega-
to. lib. 6. de off. deleg. ¶ Nam appellari non poteſt,
niſi à iudice iuriſdictionem habente. ff. de appell. l. 1.
ſed recuſatus habet ligatam iuriſdictionem: vt ſuprà
oſtenſum eſt. ¶ Reſtat ergo, vt hic non obediens cri-
men committat idololatriæ vltra pœnam commiſ-
5 ſam. 81. diſt. ſi qui præsbyteri. ¶ † Item certum eſt,
quod poſito, quod illa recuſatio valeret, vel appella-
tio, tamen non valeret, niſi pro illa cauſa. in cæteris
enim cauſis remanet iuriſdictio ordinaria illibata.
Nam non plus poteſt petere recuſatio, quàm ſi foret
abſolutus in illa cauſa, propter quam recuſauit iudi-
cem: nec obſtaret exceptio rei iudicatæ in hac cau-
ſa: ergo, &c. ¶ Nam in illa cauſa, propter quam re-
cuſauit iudicem, agebatur de quadam contumacia
non reſtituendi ſecundum ſuam prouiſionem. ff. de
rei ven. l. reſtituere. hîc verò cauſa agitur de quadam
contumacia non exhibendi: ſed aliud promiſſum. ff.
de appel. creditor. §. nullus. inter quæ eſt magna dif-
ferentia propter mutationem perſonarum & cauſæ,
& quantitatis. ff. de except. rei iudi. l. an eadem. & eo.
titul. ſi cum vno. vbi caſus huius. q. ibi aliam, atque
6 aliam rem facit, &c. † Non obſt. quod dicitur, quod
hæc eſt cauſa marſcalci, & ſic in ſua cauſa, &c. certè
non eſt ita, quia propter hoc non poteſt ordinarius
recuſari, eò quòd talis pœnæ exactio ad ipſius com-
modum pertineat: quia non habet hanc pœnam,
quòd ſit priuatus homo: ſed propter officium tan-
tum. ſic 2. quæſt. 7. ſi quis ab epiſcopo. Nam & procu-
rator fiſci iudex eſt inter fiſcum, & priuatum. C. vbi
cau. fiſc. l. 1. & Imperator iudex eſt in cauſa fiſcali. ff.
de his, quæ in teſta. delen. l. proximè. & tamen res fi-
ſci res Imperatoris dicuntur. ff. ne quid in loco pu.
l. 1. §. hoc interdictum. C. de quadri. præſcrip. bene à
Zenone. hæc enim quæſtio non tangit do. B. de Pe-
tragijs, ſed dominum B. tanquam marſcalcum. Et
ſi dicatur, quod ſimile priuilegium non habent pri-
uati, vt Imperator: certè imò habet fiſcus, & ſena-
7 tus. l. diſt. contumaces. 15. q. 1. eccleſia. ¶ † Nec obſt.
quod marſcalcus fecit procuratorem, quia vocatus
fuit in cauſa appellationis, vnde habuit neceſsita-
tem per ſuum procuratorem oſtendere iniuſtam cau
ſam vocationis, non per ſe. C. de iniu. l. penult. Ex
quibus apparet reſponſio. l. qui iuriſdictioni. & cap.
inſinuante. nam ſi non poteſt recuſari marſcalcus,
qui principalis eſt, multominus iudex, qui ei aſſidet,
& ſi dominus poteſt cognoſcere, multomagis com-
menſalis eius. Nam aliàs non poſſet aliquis epiſco-
pus in cauſa aliqua, vbi propter aliquos exceſſus ali-
quis pecunialiter condemnatur, cognoſcere: quia
pœna ipſi epiſcopo applicatur, & tamen iudex eſt, vt

ptædixi. ¶ Nam & antiquitus, cum bona damnatorum fiebant lucro iudicibus, vigebat. l. illa qui iurisdictionem. & causam cognoscebant, & sibi applicabantur pœnę. C. de bon. damn. l. fina. Et potest verè dici, quòd hoc non est compendium iudicis, sed in opus publicum hæc pœna infertur. sic. C. de modo mult. l. multarum. & hoc not. dom. G. in sum. de pœ. in fin. hoc publicum opus est, vt soluatur officialibus, qui ius reddunt, & qui debent recipere salarium de publico. in Authen. scripta. ¶ † Et posito fine prę iudicio, quòd ius non esset, sicut est, tamen hoc in consuetudine deductum est, vt continuè videtur apparere, quam consuetudinem non est necesse probari: quoniam satis & apud nos, & per omnes Iuristas apparet in constitutionibus eorum. ibi quis amplius, quàm nos cognoscit. Et potest dici, quòd Marschalcus non tenetur inter suos seruare, nisi iura ciuilia: quia iurisdictionem habet temporalem ab imperatore. 96. distinctio. 100. Constantinus & qui habet iurisdictionem ab alio, eius iurisdictionem sortiri debet. ff. si quis caus. l. si eum. §. qui iniuriam. extra de rescript. super literis. & hoc probabiliter dixi non approbando: & quòd vtendum sit legibus in quolibet foro, dummodo non obuient canonibus probatur. 40. distincti. cum ad venerabiles. ¶ † Non obstat, decre. dilectis filijs. quia nihil facit ad hoc: sed dicit illud, quod iura alia communia dicunt, quòd appellatione pendente nihil debet innouari: maximè ad exequendam sententiam. hic autem, vt probaui suprà, nec super principali: nec super accessorio agitur, sed super alia causa omnino, quia super alia promissione, & super alia contumacia, adeò quòd sententiæ latæ super vno non obst. exceptio. rei iudi. in alio: vt suprà probaui. Nec appellatio est legitima: imò ex sui inspectione est friuola: quia appellat ex eo, quòd non recipitur causa recusationis, quæ malè erat proposita: vt dixi. & ideò quia erat malè qualificata, non fuit eius recusatio recepta. Nam si agam propter damnum datum, si non probaui in turba datum, succumbo. ff. si fami. fur. feciss. dica. l. 1. §. huius actio. ff. de noxa. actio. l. in delictis. §. si de tracta. ita hic malè asserebat se probaturum: ideo non fuit eius recusatio recepta. ¶ † Prætereà innouata post appellationem ante sententiam interpositam non veniunt reuocanda, nisi in euentum appellationis: vt si pronuncietur benè appellatum, & malè processum: sed ante euentum non est, qui possit dicere, cur ita facis? & hoc probatur in sexto libr. de appell. non solum. quo iure ergò improperas mihi, si ante sententiam procedo? non potes dicere, quòd inhibitum sit post litem contesta. in aliqua parte actorum in causa appellationis. & quod dicitur, quod siue apparet, quod appellatio præcedat præceptum, valet præceptum: tamen illa appllatio non remouet, quin hoc præceptum fieri possit ex alia promissione, vt dixi. Siue appellatio sequatur præceptum, non includit præceptum hoc, quia non est appositа legitima causa grauaminis. vt extra de appellat. vt debitus. & capi. cordi. & quod dicit, quod illæ recusationes fuerunt propositæ cum protestatione, nihil valet, quia quod quis fecit facto contra suam protestationem, ipsam protestationem tollit suo facto, quia plus est suo facto facere, quàm verbo dicere. ff. de leg. de quibus. ff. rem ra. ha. l. non tantum. & maximè quando super eam, vel post eam iudex interloquitur, nec ab eo appellatur, vt debet, quia tunc videtur recessisse à sua protestatione. extra de do. & contu. capitul. prout. ¶ † Nam sicut de facili admittitur protestatio in iudicijs, ita de facili tollitur. argument. ff. de adulter. l. quod ait lex, & hoc not, Hostiens. extrà de constit. cùm oportet. Mirabilè est dicere, quod sententia est nulla ipso iure, quia lata sit contra ius litigatoris non expressè declaratum in sententia. ff. quæ senten. sine appellat. re. l. 1. §. 1. C. quando prouoc. non est necess. l. 2. cùm enim hic non sit expressus error in sententia, ipsa sententia valet, & transit in rem iudicatam & hoc siue sit diffinitiua, vt dixi, siue interlocutoria, quo ad partes: vt extrà de electio. bonæ. & capit. dilecti. & instit. quibus non est præmissum fa. testamen. §. ita prodigus. ¶ † De eo, quod dicitur, quod via ordinaria est electa, & cur non est ita quod hæc debuit opponi ante lapsum tempus defensionis, & post terminum non auditur. extrà de excepti. pastoralis. C. de inge. ma. diffamari. C. qui accusa. non poss. si ea. Nam cùm in plus est extraordin. quàm ordi. benè concurrit vnum cum alio, vt not. dominus Dyn. ff. de nou. ope. nunc. in prouinciali. & in plus est hoc, quia expedita est hæc ma. argument. in stitut. de acti. §. plus. non est verum, quòd non licèt pœnitere ante litem contest. ff. de iurisdicti. omni. iudic. l. si conuenerit. Nam & nonnunquam variantem Prætor admisit. ff. de collat. bon. l. nunquam. & secunda quæstio. sexta. si quis libellos. sic & in libello vsque ad litem cont. C. de æden. l. ædita. maximè quando non interest tua plus vna via, quàm alia experiri. ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. vltim. hæc est via inordinaria. & hoc casu dando defensionem. C. de iure fisc. l. defensionis. ¶ † Nec obstat, Authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. quia loquitur, quando actor est in contumac. vt nota. Odofr. in l. ædita. C. de ædend. & domin. Innocent. de caus. possess. & proprie. pastoralis. Nam in cautione, quæ fit in iudicio, ex superabundanti est libellus, & lis contesta. argument. C. de test. l. nullum. cum hæc sint notoria ipsi iudici. In quo casu, quando taliter est notorium, non admittitur recusatio, vel appellatio: vt not. in libro sexto. de officio. deleg. capit. primo. 2. quæstion. 1. cap. de manifesta. Nec etiam ordo iuris requiritur, & qui sic intelligit, benè intelligit, alioqui vuam acerbam videtur comedere. 27. distinc. quicunque. cætera suppleat, &c. Oldr.

De appellat. & de succesio. abintestat.

SVMMARIVM.

1 *Recusans iudicem post appellationem non renunciat appellationi.*

CONSILIVM CCCIII.

BREVIS responsio ad allegationes pro parte domini Marschalci factas. ¶ Et primò ad id, quod dicitur, quod hæc facta fuit ex iusta, & probabili causa, & quod diem habet, &c. Respondetur, quod hoc est falsum. Imò causa fuit in sui exordio iniusta, improbabilis, & iuris communis repugnantiam habens. Dicit enim dominus Marschalcus, quod succedit omnibus curialibus ab intestato decedentibus, agnatis, & cognatis exclusis, quod etiam in fisco est falsum, quia imò vltimo loco vocatur: vt C. de cad. tollen. l. vnica. §. vltim. & vnde vir, & vxor. l. ista. & in Authentic. de hæred. & falinordinatum. & ad id, quod dicitur, quod diem habet, &c. Respondetur, quod aliam diem habet à lege appositam talis promissio de presentando: vt C. de fideicommissis. l. sancimus. quæ cum fuerit in agendo

agendo præuenta, duplicari debent inducię, & actor in expensis condemnari: vt insti. de perpet. & temp. act. §. temporale. & nihilominus à petitione absolui. quia qui ante diem soluit, malè agit. vt ff. quando dies vsusfruct. leg. ced. l. 1. in fi. quod intelligendum est tàm de die apposita ab homine, quàm subintellecta à lege: vt ff. de pe. l. 1. ¶ † Ad id quod dicitur, quod in ordinario non est ligata iurisdictio per recusationem, &c. Respondetur, imò ligata est, quantum ad cognitionem negocij principalis: vt extra de app. cum speciali. ibi causa verò suspitionis, &c. Fateor autem, quod non est ligata, quantùm ad coactionem arbitrorum, & quantum ad commissionem negocij principalis, in euentum etiam suspitionis probatæ: cuius contrarium obtinet in delegato: vt extrà de appell. Secundò requiris. §. vltim. & ibi not. extrà de foro comp. si quis contra clericum. ¶ † Ad id, quod dicitur, quòd causa suspitionis nō debuit agi coram arbitris, &c. Dico adhuc, quod quando suspitio procedit in officiali, & ex persona domini, ipse dominus non cognoscit: quia sic cognosceret de causa suæ propriæ suspitionis per eum in alium deriuatę: quod est contra mentem. l. apertissimi. & l. vltim. C. de iud. & argum. extrà de offic. & pote. iudi. deleg. si à subdelegato. libr. 6. ¶ Ad id, quod dicitur. l. 1. si quacunque prædi. pote. &c. pro hac parte allegata huic parti contra dicit. Respondetur, quòd non est verum: imò apertè probat. Dicit enim, quod vno iudice existente suspecto alius ordinarius cognoscit, nisi & ipse suspectus existat. sic dico; de suspitione officialis cognoscit dominus, nisi & ipse suspectus existat. ¶ Ad id, quod dicitur, recusauit, & appellauit & appellando eum iudicem approbauit, &c. Respondeo hoc argumen. non sequitur: vt ff. de appel. si expressim. ¶ † Ad id, quod dicitur, posito, quod illa recusatio, & appellatio valeret, non valeret, nisi pro illa causa, &c. Respondetur, imò etiam pro accessoria, qualem constat esse illam, de qua agitur: vt extrà de appellat. dilectis filijs. & argument. ff. si quis caus. l. 2. circa princip. & de lib. leg. non solum. §. primo. ¶ Ad id, quod dicitur, quod hæc causa non est domini Marschalci. Respondetur, falsum esse per l. qui stipendia. C. de procur. & ff. quando appe. sit. l. 1. §. impropria. ¶ Ad id, quod dicitur, quod Princeps cognoscit de causa fiscali, &c. Respondetur, quod non minus diligit priuatos, quàm fiscum: vt C. de cad. tollen. l. vnica. §. fi. & per affectio suspitionis eam amouet: vt ff. de ritu nup. non solum. §. de vno. ¶ † Ad id, quod dicitur, quod non potest Episcopus cognoscere de aliqua causa ad episcopatum pertinente, &c. Respondetur, quod de causa, quæ deberet imbursari, non cognosceret: vt l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. om. iud. de causa autem, quæ deberet dignitati applicari, benè cognosceret. argument. ff. de post. l. 1. circa princ. & de pen. Roman. Innoc. quartus. libr. sex. C. de offic. eius, qui vicem alterius iudicis obtinet. l. 1. Hanc autem pœnam non dicit domin. Marschalcus debere esse Marschalci, siue officij: sed suam propriā: & ideò ad eam petendam procuratorē constituit: per quod apparet, quòd de ea, vt de propria, cognoscere non debeat. Ad id, quod dicitur, quod Marschalcus non vtitur iure veri, alias responsum est, & apparet falsum esse per cap. Romana. §. debet. extrà de appella. libro 6. ¶ Ad id, quod dicitur, quod innouata post appellationem non veniunt reuocanda, nisi in euentum appellationis, &c, Respondetur, quod hic interuenit inhibitio, quæ reuocationem attentatorum inducit, etiam appellationis exitu non expectato: vt extrà de appella. non solum. libro 6. ¶ † Ad id, quòd dicitur, quod est renunciatum appellationi: quia post eam interpositam fuerunt propositæ recusationes: Respondeo, non est verum: quia appellationi non renunciat qui iudicium semper declinat. argumen. ff. de acquirend. hæred. fuit quæstionis, & notat. hæc quæstio per Ioann. Andr. extra de appellat. si à iudice. libro 6. ¶ † Ad id, quod dicitur, quod lata fuit sententia, & non fuit appellatum: Respondetur est suprà, quia cum ligata esset iurisdictio per appellationem legitimam, non fuit necesse ab ea sententia appellare, quanquam ille tunc iudex esset competens: vt C. si à non competen. iudi. l. vltim. Nec hoc casu ad nullitatem sententiæ requiritur, quòd error sit expressus in sententia. ¶ Ex prædictis ad omnes obiectus patet solutio. cætera suppleat æquitas iudicantis. Oldrad.

De iureiur. & de verborum significat. & de conceff. præbend.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint de forma vel essentia rei. Item quando ex verbis narratiuis fit dispensatio vel impetratio surreptitia vel ne. & num. 2. & 4.*

3 *Appellans secundum formam. c vt circa de elec. lib. 6. debet iurare se credere obiectus per se oppositos esse veros & se posse probare, & si non iurat ista duo cumunctim: sed alterum tantum nihil agit.*

7 *Acceptans Ecclesiam viuentis probans, quòd communis fama erat ipsum esse mortuum excusatur propter hoc. Item probans alium tertium potius habere ius in beneficio excusatur à consumptione gratiæ etiamsi non expectet sententiam. Item quando dies ad acceptandum opponitur cum decreto irritante ligantur manus ordinarij infra illum terminum. Secus si non apponitur dies. Item an tunc ligentur manus alterius executoris. Item quādo potest quis dare de iure tertij. Item ea quæ ponuntur ad dubium tollendum vel addendum non restringunt præcedentia. Item dicitur cum tribus sequentibus: vbi additur de decreto irritante. an operetur si non vult vti ille in cuius fauorem apponitur. & 8. 9. & 10.*

CONSILIVM CCCIIII.

INFRASCRIPTÆ allegationes, & rationes offeruntur vobis venerabili patri abbati montis Albani iudici appellationum sacri palatij; & causæ infrascriptę auditori ad ostendendum benè, & legitimè, ac iustè pronunciatum fuisse per reuerendum virum dominum Bertrandum pe mediolano palatij apostolici auditorem in causa, quæ vertitur inter dominum Bertrandum præpositum Claremontens. ex vna parte, & discretum virum dominum Rolandum Andreæ ex altera, pro domin. Bertrando & malè appellatum per ipsum Rolandum. & hoc probatur rationibus infrascriptis. & quia totius huius causæ fundamentum est, an teneat appellatio interposita per dict. dominum Rolandum: de ipsius robore prius est agendum: quia cā non subsistente tunc totum ædificium destruitur: vt ff. de aqua pluu. arcen. l. sed interdum. de excep. rei iudi. egi. & de legat. 1. si fundus sub conditione. §. qui fundus. Ipsam autem appellationem inualidam esse constat ex forma: quia est ineptè iurata. debuit nempe appellans post obiectus expressos iurare se prædicta omnia, & singula credere esse vera, & se pos-

se probare: & sic debuit esse geminum iuramentum, quod cum non fuerit, sed vnum tantum, peccatum fuit in forma appellationis tradita extrà de electi. vt circa. & cap. is qui. libr. 6. & sic non debet appellans admitti ad prosecutionem obiectorum: quia à tradita forma recessit: vt ff. mandati. si quis pro eo. de exerci, l. 1. §. si is qui nauem. ad municip. constitutionibus. cum similib. Non obstat, quod secundum se dicitur debere intelligi repetitum, & quod extranea
2 persona à loquente non subintelligitur. ¶ † Circa hoc namque notandum est, quod aliqua sunt, quę recipiunt suum esse forma propria, & eorum productioni attributa, & in talibus si forma aliqualiter immutetur, actus non producitur, sicut apparet in stipulatione, quæ requirit congruentem formam responsionis ad interrogationem, & ideò si non seruatur, stipulatio non tenet: vt ff. de verborum obligat. l. 1. §. si quis ita interroget, in secundo responso. vbi dicitur, quod talis stipulatio nec naturalem obligationem parit, vt est videndum in acceptillatione, quę si peccet in forma ei attributa, vim acceptillationis: imò nec nudi pacti habet: secus esset, si peccaret in materia: vt ff. de acceptillatio. l. an inutilis. de pact. si vnus ex argentarijs. §. si acceptillatio. & de rescindend. vendit. cum emptor. & talis est appellatio, de qua loquimur. & est ratio, quia in huiusmodi actibus forma rei est esse rei, & ideò cum mutatur, vel omittitur, actio non producitur. ff. de verborum significatio. si mulieres. §. res abesse. de auro, & argen. leg. l. seia. §. primo. & ad exhibend. Iulianus. §. sed si quis. ¶ Quædam verò sunt, quæ formam certam non habent, & in istis sola consideratur intentio. & sic loquuntur contraria: vt C. de testament. quoni-
3 am indignum. ¶ † Constat etiam eam esse inualidam: quia non apparet eam aliquo modo esse iuratam: si quis enim rectè aduertat mentem constitutionis. vt circa. publica persona, quæ attestatur appellationem, vicem testis habet, & dicit litera ibi, quæ super hoc testimonium perhibeat veritati, &c. testis autem, qui obscurè deponit, interpretationem recipit contra producentem: vt extrà de probatio. in præsentia Notarius igitur in hac parte testimonium perhibet: vt C. qui testam. fac. poss. hac consultissima. & ff. de dote præleg. l. theopomp. & debet clarè, & singulariter attestari appellationem, & iuramenti interpositionem: aliàs si sub communi verbo simul vtrunque confundat, vt quia dicat prædictis omnibus interfui, vt in nostra appellatione dixit, obscurè deponit: vt ff. de iureiurand. si ita fidei, & ideò testimonium eius est insufficiens: debuit enim vnum ab altero distinguere. argument. ff. ad l. cor. de fal. l. filius emancipatus. in princip. quia in capit. vt circa notabiliter ponitur modus exprimendi obiecta, & subsequenter modus, siue forma iuramenti: & ideò si ea, quæ fiunt notabiliter, verbis generalibus exprimantur, & specialiter non notentur, videntur neglecta: vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. ait prætor. dato etiam sine præiudicio, quod dicta appellatio legitima esset, adhuc dictus dominus Roland. in sua iurisdictione deficeret. Constat nanque per producta per ipsum, quòd antequam Ecclesia de Bisano, de qua agitur, conferretur eidem, obtinebat duo beneficia curata, scilicet præposituram Claremont. & sacristiam agathen. quo casu collatio sequẽtis beneficij curati nulla est ipso iure: vt extrà de of-
4 fic. ord. c. ordinarij. lib. 6. ¶ † Non ob. quod dicit pars aduersa de dispensatione do. Bonifacij. Nam fuit surreptitia: dixit enim impetrans, quod domin. Celestinus dispensauerat cum eo, vt præter præposituram, cui maior Archidiaconatus erat annexus, posset vnũ aliud beneficium cum cura, vel sine cura, &c. & de dispensatione Celestini non constat, nec datur articulus: & sic fuit dispensatio surreptitia. Induxit namque domin. Bonifacium ad reconcedendum dispensationem iam habitam, quam non est verisimile sic facile concessurum de nouo: vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. 2. & pen. & ff. de testa. l. si testamentum. & ibi not. & c. ex literis. de dolo. & contum. & de resc. super literis. fuit surreptitia ergo, & quantum ad omnem effectum nulla. extrà de præbend. c. non potest. lib. 6. Item etiam dixit Archidiaconatum annexum esse præposituræ. & de ista connexione nec apparet, nec datus est articulus, & sui natura dignitates illę diuersæ sunt, & non connexæ, vt extrà de æstat. & qua. capit. 1. & sic falso per expressam connexitatem, vtpotè licitè factam, induxit Papam ad facilius dispensandum. vt extrà de præbend. super eod. libro 6. Et dato quòd dicta dispensatio non fuisset surreptitia, notandum est, quòd virtute eius obtinuit sacristiam Agathens. curam animarum habentem, & sic expirauit virtus eius, etiam si tenuisset de iure: vt ff. de optio. leg. l. apud Offidium. postea obtinuit à dicto domino Bonifacio aliam dispensationem, vt patet per prædicta. virtute cuius obtinuit prioratum sancti Iuliani ex collatione Episcopi Claremontens. quæ dispensatio fuit similiter surreptitia: quia ibi dixit impetrans secum super pluralitate beneficiorum per sedem Apostolicam dispensatum: de qua dispensatione non apparet, nec est datus articulus: & sic dispensatio nulla quantum ad omnem effectum: vt ff. de nata. restitut. l. 1. & argument. ff. de in ius voca. l. libertus aduersus. ibi non dissimulare, &c. Item dixit in dicta dispensatione Archidiaconatum Claremontens. annexum esse præposituræ, de qua connexione non apparet, nec datur articulus, vt suprà
5 dictum est. ¶ † Item dicit, quòd fructus annui dictæ præposituræ non excedebant secundum æstimationem decimæ valorem. triginta libr. paruorum Turonensi. cum notoriè contrarium verum sit: & sic quælibet ex dispensationibus laborat multiplici vitio surreptionis: & pro tanto ruunt omnia, quæ pendent ex eis: vt ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. nam & si sub conditione. ibi rumpendo, &c. C. de cocicill. l. 1. & ff. de pignor. actio. si enim paratus. Et sic ex prædictis apparet, quòd prouiso facta per dom. Archiepiscopum Narbonens. domino Rol. de Ecclesia Lusanæ nulla est, vtpotè facta inhabili, & non capaci propter vitium. ¶ Et dato quod secunda dispensatio surreptitia non fuisset sortita est effectum sum ex eo, quod virtute eius obtinuit dictus Roland.
6 prioratum sancti Iuliani, vt dictum est suprà. ¶ † Nec obstat, quod dicitur, quod Claremontensis Episcopus prouidit sibi de dicto prioratu authoritate Apostolica. Nam de huiusmodi authoritate non constat, quod est necesse, vt extrà de offici. delegat. cum in iure. & sic remanet. Quia aut dictus dominus Rolandus fuit electus detentator, quasi Episcopus Claremontens. & quod voluit, non potuit, & quod potuit, noluit: vt C. si quis alteri, vel sibi. l. multum. & extrà de officio. delegat. capit. super abbatia. & ideò tanquam transgressor Canonum, & illicitus detentator inhabilis factus est ad obtinendum Ecclesiam de Bisana, vt extrà de præbend. eum, qui in certa. decreta. ordinarij. de officio. ordin. in 6. Aut. dicta verborum enunciatione non attenta dicemus, quod dictus domin. Roland. ecclesiam sancti Iuliani habuit de Episcopo Claremont. vt ab Episcopo, vt ff. de Castren. pecu. l. si fortè. & ar. eorum, quæ not. C. de colla. l. si donatione. & tuncilla verba in collatione appositа authoritate Apostolica, &c, operabuntur ex virtu-

ex virtute dispensationis apostolicæ habilitantis do. Ro. vt. ff. de legi. & sena. consi. l. in ambigua. & sic expirauit virtus dispensationis secundæ. Item etiam cùm impetrauit dispensationem à do. Boni. asseruit, quod obtinebat præposituram Claremonte. & quædam alia simplicia beneficia, & tacuit de canonicatu Narbonen. quem ex verbis appellationis per eum interpositæ apparet tunc temporis obtinuisse, nec includitur sub ista generalitate, & quædam alia beneficia simplicia, &c. vt extrà de præben. quamuis. §. quanquam libr. 6. Et sic apparet, quod ex hoc capite fuit dicta dispensatio subreptitia: quia tam nobile beneficium in ecclesia Archiepiscopali, quod etiam de iure communi residentiam personalem requirit, tacuit, quo expresso cum eo Papa non sic facile dispensasset, & sic sumus in casu. c. non potest. extrà de præben. lib. 6. ff. de pecu. leg. l. cum dominus seruum. in 7 prin. ¶ † Non obst. domino Ber. quod dicitur ipsum acceptasse ecclesiam de ouilibus, cuius rectorem pars aduersa articulat viuere, quoniam constat per verbum appellationis interpositæ ab aduersa parte, quod dictus do. B. credebat ipsum rectorem mortuum fuisse: & ideo potuit dictus dom. B. prædictam ecclesiã rationabiliter acceptare, vt colligitur ex solutione duarũ legum, quæ sibi ipsis contradicere videntur. ff. de dona. quidam. §. vlt. & C. de cap. & postli. reuer. l. nec nos. potissimè cum dominus. B. sufficienter articulet, quod fama publica erat rectorem ecclesiæ de ouilibus. decessisse: quæ fama in hoc casu excusat ipsum: vt not. C. de repu. aut. hodie quantiscunq. potissimè circa mortem, quæ cum sit naturæ consona sola fama habetur loco perfectæ probatio- a nis: a vt. C. sol. mat. si quidem. & ff. de testi. l. 3. §. eiusdem quoq; principis. & ibi no. fama nempe à dolo, & calumnia excusat. vt. ff. de acqui. hære. cum quidam. §. quòd autẽ. & de tali credulitate quod aliquis mortuus sit loquitur. l. de hære. instit. l. vlt. & expressius. ff. quis ordo in bono. pos. l. 2. circa princip. ibi fieri autem potest, &c. ¶ Non obstat quod dicit de ecclesia Nunerba. Nam cum dictus B. prædictus impetrauit tempore domini Benedicti. & secundò Bernardus bo. Cambonus tempore domini Clementis. & tertiò domi. Philippus filius Regis maioricarum ab eodem domino Clemente ad collationem do. Archiepiscopi Narbonen. cum clausula anteferri, apparet, quòd sumus in casu. cap. autoritate Martini. extrà de concess. præben. lib. 6. & sic dicta ecclesia de Nunerba ex persona filij Regis maioricarum prædicti debeba- 8 tur Bernardo Camboni. ¶ † Nec obstat quod dicitur Bernardo Camboni. B. non expectauit sententiam aliquam: quia in re tam de iure notoria potest, & debet bonam fidem agnoscere: nec tenetur sententiam expectare. vt. ff. de admin. tut. l. quoties. §. deniq; Imperator. & C. e. tit. non est ignotum. & l. si bonam. & ff. de ac. emp. & ven. l. emptorem. in princip. & hoc est, quod notabiliter lex dicit: is moram videtur fecisse, qui litigare maluit, quam restituere. vt. ff. de ver. obl. nemo. §. 1. Et quis sani capitis diceret, maximè in foro canonico, vbi de conscientia agitur, aliquem contra conscientiam compelli litigare, & sententiam expectare? hoc certe esset contra iura. ff. de doli except. l. 2. §. & generaliter. & ff. depositi. si quis inficiatur. in princi. & pro hoc. ff. mand. l. quintus. Et in hac sententia est Archi. extra. de conces. præben. ne captandæ. libro 6. & cum ex postfacto veritas apparuit ecclesiam de nunerba debitam Bernardo Camboni. vt ff. de rebus dub. quædam. ad quid debuit expectare sententiam quæ expectata non profuisset expectanti. vt. ff. de acquir. hære. cum hæres. §. vltim. & ff. ad Velleia.

9 aliquando. §. fi. ¶ † Non obst. quod allegatur de confirmatione domini Clementis producta per partem aduersam. Primò quia est surreptitia: vt ex superioribus patet. Secundò quia verba confirmationis hoc habent, quod Papa non intendit præiudicare habentibus efficax ius in dicto beneficio, qualis erat dominus. Bernardus cui per executionem erat prouisum de dicta ecclesia, & in possessionem, inductus, & sic habebat efficax ius de iure: quia habebat actionem, & exceptionem. vt. ff. de acqui. rer. do. statuas. & l. rem in bonis. & hoc ius dicitur efficax, quòd alibi optimum ius appellatur. ff. de pigno. fideius. §. pa- 10 ter. & ibi not. C. de vsu. l. 1. ¶ † Illud etiam mirabiliter annullat collationem ecclesiæ, de bisano facta do. R. s. quia facta fuit intra mensem datum domino Bernardo ad acceptandum, intra quem manus ordinarij est ligata, licet termino non apposito contrarium verum sit, per c. quia cunctis. extra. de concess. præben. lib. 6. & huius differentiæ tàm probatio, quam ratio sumitur ex l. dicente, quod manus hæredis grauati legato sub die certa, interim est ligata, vt non possit rem illam alienare, vel hypothecæ subijcere secus si sit ibi conditio, vel dies incerta, vt. Cod. communia de leg. l. vltim. §. sed quia. & §. sin autem sub conditione. & alibi scribitur quod pendentibus. 20. diebus datis ad optandum in ecclesia, vbi consuetudo optandi viget, interim manus ordinarij sunt ligatæ. & hoc facit præfixio termini. vt extrà de con- 11 suetud. cap. cum in tua. §. vltim. libro 6. ¶ † Nec dicat aliquis, quod illud ca. loquitur de termino statuto à iure. quia idem est in termino statuto ab homine: vt probatur extra. de præbend. si tibi. libro 6. Et probatur sic. cum legantur duæ species alternatiuè, potestatem habet legatarius iure communi eligere, quam vult: vt. ff. de leg. 2. si is cui. & l. lucio. & ibi not. & tamen si testator leget duas species alternatiuè, data electione hæredi die certa adiecta, intra quam eligat, interim cessat eligendi potestas, quæ iure communi, & ordinario competeret legatario: vt hæc leguntur. ff. de leg. 2. statu liberum. §. stichum. & ideo si ponitur in iure actio negociorum gestorum contra curatorem adulti pro generali redditione administrationis, non intentatur cura durante: vt. ff. de admi. tu. l. actus. & Cod. eo tit. leg. 2. & tamen contra curatorem furiosi intentatur actio neg. gest. durante cura. ff. de tute. & ratio. distra. nisi finita. §. vltim. & reddunt rationem glos. quia vna. s. cura adulti diem certum non habet: quia non scitur, quando resipiscat, vt C. de vsufruct. l. ambiguitatem. & ideò vna præuenitur per intentationem actionis: altera non: vt not. in d. l. nisi finita. & hæc ratio potest reddi indifferenter inter gradum habentem diem certum, & non habentem: esset quippe absurdum quod vno puta deliberante intra diem sibi datam alter præcurreret Cod. qui admit. ad bono. pos. pos. l. vltim. & quod festinatione ius alterius læderetur: cui cum sit intra terminum datum, nulla potest negligentia imputari: vt. ff. de acquir. hære. cum seruus. & ad Tertullian. leg. 2. §. sed si fortè. nec digna est præmio tam præceps festinatio priorum: 12 vt. ff. de iure fisci. edicto. §. cum autem. ¶ † Non obst. si dicatur eadem ratione, qua manus ordinarij erat ligata per præfixionem termini in gratia domini Philippi appositi, eadem ratione erat ligata manus executorum, qui prouiderunt domino Bernardo Andreæ: quia non est par, eademque ratio vnius ad alterum, eò quod ordinarius non habet secum concurrentem voluntatem superiorum:

executor autẽ eam habet: vt colligitur hæc differentia. ff. ad l. fal. titia. Respõdetur aliter & clarius, quod do. Ro. non potest se. iuuare ex persona tertij. s. domini Philippi: vt. ff. de dona. vt mihi donares. 2. responso. & ff. fami. ercis. l. is, qui consequenter. §. 1. & si ser. vendi. l. loci. §. competit. tunc enim tantum ex persona tertij quis se iuuare potest, & opponere, quãdo per omissionem exceptionis futuræ est obligatus illi tertio: vt. ff. ad carbo. l. 3. §. cùm constaret. & de bo. lib. l. quandiu. aliàs non. vt. ff. si cui plusquam per. l. fal. l. hoc autem. §. pe. sed hoc dicens. B. non est aliquo casu futuro obligatus domino Philippo. ergo ex eius persona se iuuare non potest. ¶ Præterea do. Philippus ad istam ecclesiam non est vius suo iure. & ideo quod factũ est interim d. B. per executores suos, validum fuit: vt. ff. si cer. pet. l. proindè. & ad l. aqui. l. titij. & l. seq. ¶ Nec dicitur domino. B. aliquid accrescere per omissionem domini Philippi: sed magis dicitur ei non decrescere: vt. C. de cadu. tol. l. isto. §. si
13 verò non omnes. ibi si verò nemo alius, &c. ¶ † Nõ ob. l. si filius §. cùm filius. de bo. lib. ff. quia ibi filius liberti actualiter petebat bonorum possessionem: & ideo patronum præuertit: vt inst. de succes. lib. §. sed nostra. & hoc indicat text. §. cum filius. dum dicit bonorum possessionem accipiat, &c. ¶ Sed si filio petere retardante patronus peteret, & post ea filius iure suo non vteretur, sed repudiaret bonorum possessionem, patrono debetur. vt. ff. de inoffic. testa. si non mortis. §. vlt. & sic est in themate meo, qui domino Philippo non vtente iure suo tenet, quod fa-
14 ctum est per executorem dicti. B. ¶ † Non obst. extrà de præben. c. quodam. libr. 6. quia illi superuenit reuocatio gratiæ cælestini impedientis gratiam do. M. quæ reuocatio non sic tollit gratiam cælestini, quod fingat eam à principio nõ fuisse. & ideò non resuscitatur, quod impediebatur per ipsam. & hic est casus. ff. de mil. test. l. militis codicillis. §. vlt. secus est, quando quis sponte iure suo non vtitur, vt in casu nostro. & probatur expressè in text. legis. de castren. pecu. proponebatur. per totam legem. & de lega. 1. l. seruum filij. in prin. & arg. ff. ad Treb. si patroni. §. actiones. Et quare plures in hac causa responsiones quærimus: do. Phil. fidem facit per suas patentes literas in iudicio iam productas, quod procurator suus, & ipse dictam ecclesiam de bisano sciuerunt vacare, & ex certis causis noluerunt eam acceptare, cum non posset cadere sub gratia, & sic inficiari non possumus, quin veritas concurrerit cum opinione domini. B. & sic potuit, & debuit sibi per executores suos facere prouideri. & hic est casus expressus. ff. de acquir. hære. cum quidam. §. quid dicitur ibi, toties igitur ei sua præsumptio proficit, quoties concur-
15 rit cum veritate, &c. ¶ † Non obst. quod dicitur, quod ecclesia de nunerba non poterat deberi Beruardo Camboni quia ecclesia de nunerba spectat ad collationem Archiepiscopi nunerbonen. & neq; in litera. Bernardo Camboni fit mentio de Archiepiscopo, sed simpliciter de beneficio, ad cuiuscunq;, seu ad quorumcunq; collationem, electionem, vel aliam quamcunq; dispositionem pertinente, &c. Sub quibus verbis dicunt Archiepiscopum non contineri propter excellentiam dignitatis: quia hoc falsum est, imò continetur. vt. ff. de verbor. signifi. si familiæ. & appellatione commilitonum imperator continetur: vt. ff. de mil. testa. leg. 1. & appellatione senatorum princeps etiam continetur. vt C. de dignit. l. ius senatorum. libro 12. in facto similiter hæc oppositio veritatem non habet, quia de intentione domini Papæ apparet, quod si literæ gratiosæ. Bernardo Camboni, dùm dicit non obst. quibuslibet, &c. & infrà subijcit, seu si se vendit. fratri nostro Archiepiscopo Narbonen. &c. per quæ verba apparet, quod intendebat ipsum Archiepiscopum includere. arg. ff. de fun. instr. & instru. lega. l. quæsitum. §. idem respondit de instructa. de leg. 1. si seruus plurium. §.
16 vlt. & de test. hæredes palàm. §. sed si notam. ¶ † Nõ obst. quod dicitur, quod gratia domini Philippi non extendebatur ad ecclesiam de Nunerba, siue quod dicta ecclesia sub eius gratia non cadebat: quia ei mandabatur prouideri de beneficijs personalibus, & dignitatibus in quibuscunq; ecclesijs cathedralibus, vel alijs: sed ecclesia de Nunerba non est in ecclesia: sed est ecclesia parochialis per se subsistens. & sic allegant differentiam inter præpositiones in, & de. quæ not. per Archi. extra de concess. præben. ne captandæ. libro 6. nec est considerata gratia domini
17 Philippi. ¶ † Non obst. etiam, quod ibi dicitur, beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine curâ, etiam si dignitates, vel personatus existant ad cuiuscunq;, vel quorumcunq; collationem electionem, vel aliam dispositionem spectantia, si quæ inter Agonen. vel Narbonen. ciuitates & diœcesi. & prouincias, &c. & si vltra non esset in litera, constat, quod omnis ecclesia contineretur. ibi, & extrà de præben. capitu. quamuis. §. vlt. lib. 6. Quod ergo subiecit in quibuscunq; cathedralibus, vel alijs vacantibus ecclesijs, positum est ad dubium tollendum. & ideo significatum præcedentium non restringatur. vt ff. de auro, & argen. le. l. pediculis. §. labeo. & de cond. & demon. l. sed in diem. §. seruo. & addita fuerunt ad eadem magis, quàm ad minuendum: & ideò contrarium huius operari non possunt. & hic est casus expressus. ff. de fun. instru. & instru. leg. l. si mancipia.
18 in princi. ¶ † Vltimò non obst. quod dicitur domi. B. possidere: quia vt ex superioribus patet, immo probata est eius possessio. & ideo commodum possessionis non probet. vt C. de acqui. poss. l. improbatum. Ex prædictis liquidissimè patet reiectis omnibus obiectibus ius domini. B. Andreæ per producta plenè probatum, & articulos domi. Rolandi admittendos non esse: quia impugnantur, & ex appellatione non descendunt. ideo admittendi non sunt. vt in cap. vt circa. de elect. in 6. Alij vero tales sunt, qui probati non releuarent probantem, vt in superioribus plenè probatum est: ergò admittendi non sunt: vt C. de proba. l. ad proba. superest ergò, vt reiectis articulis prædicti domini R. concludatur in causa, & in eadem feratur diffinitiua sententia, qua pronuncietur bene iudicatum pro parte domini. B. & male appellatum pro parte domini dicti Ro. Cætera paternitatis vestræ suppleat plenitudo, &c. Oldradus.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Perfectæ probationis. *Intellige circa mortem absentis. Et adde in hac materia Spec. de noto. crim. §. Fama. nume. 5. & ibi Bald. & Henr. in addi. Bar. in §. Mortuus in tracta. Testimo. & in l. Genero. de ijs, qui not. inf. & in leg. 2. §. sed & si. Quemadmod. testam. ape. & in l. si quidem. C. fol. mat. & in l. Quoties. vbi item Alexan. & Ang. C. de naufrag. lib. 10. Alexand. eundem in consil. 4. colu. 3. volum. 2. & 25. colum. 1. volum. 4. & 172. volum. 6. Nec non in l. is potest. colum. penul. de acqui. haredi. Gl. & Ab. & Feli. in c. Quoniam frequenter. §. sinautem de carnali. vt li. non conte. Ias. in l. cum ea. ad fi. C. de transac. Lanfr. in c. Quoniam contra. in versic. Testium depositiones. colum. pe. de proba. Corn. consi. 10. colum. 3. volum. 1. Corse. in singul. in versicu. Mors. §. si quæratur. Butrig. in l.* Quod

Quod te.num.48.ſi cer.pet.Alcia.de præſump.reg.1. Præſump.44.in fi. allegando Bal.in cap.1.§.fi.Qui feud.da. poſſ.illum ipſum Bald.in conſil.330. Dicit lex.volum.3.in antiq.Papien.in formalib. Quomodo peti. hæredi.ex teſtamento.in verſi.Poſſidebat.

De verborum ſignifi.

SVMMARIVM.

1 *De eadem materia: ſed additur hic quod decretum irritans appoſitum in gratia nil operatur niſi ille qui habet gratiam velit tauti.& num.ſeq.*
4 *Item quod plus operatur dictio in: quam dictio de.*

CONSILIVM CCCV.

1 LICET allegationes aliàs datæ pro domino Bernardo † Andreæ plenè ſufficiant ad oſtendendum liquidè ius dicti domini Bernardi, & ad reſpondendum ad obiecta aduerſariorum: tamen quia à certamine adhuc non deſiſtunt, ad aliqua nouiter ſuperaddita breuiter reſpondetur. ¶ Et primò ad id, quod dicunt prouiſionem factã dicto domino Bernardo, per executo. non valere propter gratiam domini Philippi, in qua erat datus menſis, & decretum appoſitum, per quod decernebatur irritum, & inane, quicquid contra hoc interim contingeret attentari: Reſpondetur quod decretum illud ſicut & quilibet actus reſpiciens fauorem alterius inſitam conditionem habet, ſi ille in cuius fauorem fit, vel apponitur, vti voluerit iure ſuo: ſicut apparet in inſtitutione, quæ habet conditionem, ſi voluerit inſtitutus, etiam ſi non apponitur: vt ff. de hære. inſt. Cornelius. & de condi. Inſtitu. verba. & apparet in decreto legis mortuæ decernentis teſtamentum, in quo filius fam. præteritus eſt, ipſo iure nullum: vt ff. de lib. & poſthum. ſi filius. & tamen illud decretum conditionem habet, ſi filius iure ſuo vti voluerit: vt ff. de iniuſt. rup & irri. teſt. filio. & decretum teſtatoris alienationem prohibentis conditionem habet, niſi is, in cuius fauorem alienatio eſt prohibita, alienationi conſenſerit, & iure ſuo vti noluerit: vt ff. de leg. 1. ſi fundum per fideicommiſſum. in caſu autem noſtro dominus Philip. vti voluit iure ſuo, quantum ad eccleſiam, de qua agitur: ergò decreti conditio deficit: & ſic habetur perindè, ac ſi nullum decretum à principio fuiſſet appoſitum. vt ff. ad l. fal. in ratione. in princip. & l. nec intereſt. & facit. l. ff. ad Trebel. filiam fratribus.
2 ¶ † Nec obſt. quod dicitur, quod hi, qui alieno beneficio admiſſi ſunt. non curant, vtrum illi, quorum beneficio admiſſi ſunt, iure ſuo vtantur, necne. per l. ff. de contratab. ſi poſt mortem. §. vlt. quia licet admittantur, admittuntur tamen ſine aliquo priuilegio, vel prærogatiua, quæ prætendi poſsit ex illorum perſona, quorum beneficio admittuntur. vt. ff. de le. præſtan. contratab. bo. poſ. petita. l. nonnunquam.
3 ¶ † Non obſt. c. cum dilectus. extrà de iurepa. quia ibi nitebatur non ex perſona extranei, ſed ex proprio iure dicens eccleſiam de borouilla per renunciationem illius, cui legatus contulerat, nouiter vacãuiſſe, & per ſententiam legati caſſatum fuiſſe, quicquid factum fuerat de. g. Vnde de iure alterius non excipit, ſed de proprio. & iſte eſt verus intellectus literæ, & hunc ibidem ſequitur Hoſtienſ. potiſsimè in
4 gloſ. parua ſignata ſuper verbo, præſentare. ¶ † Nõ obſt. cap. quodam. extrà de præben. libro 6. quia, vt ibi dictum eſt, in alijs allegationibus in perſona primi facti expectantis de manu cæleſtini non interuenit aliquid, propter quod retrò dici poſsit eum vti voluiſſe iure ſuo, & per conſequens expectantem de manu Nicolai potuiſſe beneficium acceptare, quod in themate noſtro interuenit. hoc enim ipſo, quod poteſt infra menſem acceptare ſpontè, ſi non acceptat, retro acceptare noluiſſe videtur: vt. ff. de leg. 1. ſeruum filij. §. 1. & ad l. aquil. nam & ſicut. & de leg. 1. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. & accedit optimè. ff. de ſol. qui res. 1. 2. & 3. reſponſo. ¶ Ex prædictis ergo apparet, quod cum domini Philippi iure ſuo in acceptando vſus non fuerit, decreto ſuo conditio inſita deficit, & retro acceptare noluiſſe videtur, & per conſequens nec impedimentum præſtitiſſe executori domini Bernardi Andreæ, ne nudum nomen ipſius ſine re impedimentum præſtitiſſe videatur, contra. l. ff. ad Tertul. leg. 2. §. liberi. & per hoc patet ſolutio ad omnia obiecta. Ad id, quod dicitur de articulis nouiter datis ſuper abbatia ſancti Pauli, vbi aduerſarij differentiam faciunt inter in, & de: reſpondetur, quod fortè ſalua opinione dicentium
a plus importat, in, quam, de, *a* vt colligi poteſt in inſt.
5 vi bo. rapt. §. vltim. ¶ † Sed dato quod opi. locum habeat mandetur prouideri in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœce. quia tunc de qualibet eccleſia poterit prouideri, cathedrali duntaxat excepta. vt extrà de præben. quamuis. libr. 6. vt ibi hæc differentia not. per Archi. & ſic fuit in caſu noſtro. Et ratio poteſt eſſe, quia ea, quæ exprimuntur per nomina plurium copulatiua aliam, & ampliorem naturam, & ſignificationem aſſumunt, quam ea quæ exprimuntur per vnam duntaxat certam & determinatam rem reſpiciens. vt. ff. de leg. 1. l. grege. de vſur. equis. de fun. inſtruct. & inſtrum. leg. l. pe. & ibi not. Et eſt ratio, quia hoc caſu apparet de maiori, & ampliori voluntate prouidentis, vt in prædicto. cap. quamuis. in vltim. reſponſ. ¶ Apparet itaq; ex prædictis, repulſis articulis domini Rolandi vtpote impertinenbus, ex toto fundatum ius domini Bernardi & concludi debere in cauſa, & pro eo diffinitiuam ferri ſententiam. nec irritat aduerſa confirmatio domini noſtri, quia obreptitia eſt, ſicut colligere licet ex ſubreptionibus in primis allegationibus datis. Oldradus.

ADDITIO ANTIQVA CVM Rainaldi Corſi.

a ¶ Plus importat in, quàm de. *De hac dictione de: vide Philip. Cor. conſil. 53. incip. pro deciſione, colum. 2. verſic. præpoſitio enim, in, primo volum. & Bal. in l. ex arrali. C. de ac. emp. & in l. non dubium in quinto not. C. de leg. & Bar. in leg. 1. §. ſi plures. ff. de exerc. Et de dictione in: vide Bar. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de l. be. & poſthum. & in l. ſi ſtatuta. ff. de iniur. & per Bal. in l. ſi pater. ff. de vſufr.*
* *De his, & pluribus alijs dictionibus habemus vberrimum conſil. ſupra, quod eſt 49.*

De conceſ. præben. & de verbor. ſignifi.

SVMMARIVM.

6 *Si vnus habet decretum maius antequàm acceptet nullus poteſt acceptare.*
7 *Item de dictione in: & de.*

CONSI.

CONSILIVM CCCVI.

QVAMVIS pater reuerende per plures † vias in antiquis allegationibus factis plenissimè conclusum fuerit de iure domini. R. super ecclesia de bisano, & non de iure. B. petentis: quia tamen pars aduersa inter cæteras vias duas impugnabiles præuidet, & cognoscit, & tentat per quasdam subtilitates superficiales constantiam illarum viarum conterere, licet agnoscendo bonam conscientiam meritò similiter deberet considerare, quod de difficili per tales vanos anfractus nostræ profunditatis constantia moueretur, libet satis faciendo verbis eorum aliqua dicere, licet non esset necesse. ¶ Quis enim sanæ mentis dubitat prouisionem factam dom. B. durante adhuc tempore domini Philip. qui gratiam, decretum, & inhibitionem etiam ante acceptationem habebat, nullam fuisse maximè cùm facta fuerit ab eo, qui potestatē nō habebat, quia omnium execu. manus erant ligatæ per decretum domini Philippi? & sic quod debuit fieri per execu. si factum sit per non executorem, nullum est. vt. C. ne de sta. defun. si pater. si à non competen. iudice fue. app. Ie. 1. & 2. Nec firmatur, quod factum est per non iudicem, etiam si postea incipiat esse iudex, imò nec interim possit haberi pro vero iudice, vt not. in glo. ff. de iudi. l. licet verum. & no. ff. de ap. si expressim. & ideò negligentia domini Philip. subsecuta non facit illud validum, quod ab initio propter impedimentum iudicis nullum fuit, licet tollat impedimentum iudicis, & iudex id primò facere posset. ¶ † Accedat ad hoc opinio do. Dyn. quod licet cessat causa impediens, nō propterea firmatur tractu temporis, quod ab initio nullum fuit, nisi superueniat causa confirmatiua: vt not. extrà de re. iur. non firmatur. libr. 6. Pro quo insti. qui. mo. test. infir. §. præterea. ff. de ap. si expressim. de test. eius. de leg. 1. l. cætera. §. 1. cum multis si. Si ergo non superuenit noua prouisio post mensem domini Philip. qui præueniſſe non prætenditur. do. B. nescit, quid petat, & verè ista est veritas in actibus puris, quos aliquis facit, vt statim sortiantur effectum suum: quod vbi ipse faciens non habet potestatem faciendi, ex superuenienti potestate non conualescunt actus ab initio nulli: secus esset in actu conditionali, si potestas ante euentum conditionis superueniret, vt probatur. ff. de re. cato. l. 1. & l. placet. Et probatur clarissimè. ff. de castren. l. ex castren. §. 1. qui incipit, in sum. & eo. tit. l. hæreditatem. §. pater. per quas leges patet, quòd nihil valet obiectus, qui alias fuit factus de l. proponebatur eo. tit. & certe prouisio, & acceptatio beneficij est actus purus, sicut aditio hæreditatis, nec recipit conditionem. ff. de re. iur. actus legiti. & est ridiculum dicere, quod prouisio facta per executorem do. B. pendebat ex negligentia domini Philippi, vt sic execut. processus ex alieno pendeat arbitrio, & fiat ludibrio, quod esse nō debet: vt. ff. de iudican. si prætor. imò plus dicimus, quòd iudicialiter factum ab actore ius non habente non conualescit, dato quod postea ius agendi habere incipiat, quia ex parte actoris ius metimur: vt. ff. de iudi. non potest videri & l. non quemadmodum. & ideo bonorum pos. quæ agnosci debet in iudicio, & olim debebat decerni per iudicem: vt ff. de succes. edic. l. 1. §. decretalis. hodie sufficit, quod agnoscatur coram iudice. vt C. quiad bo. pos. admit. pos. l. fi. de cura. furio. l. vlt. §. nos ita. si ergo agnoscatur per sequentem in gradu durante tempore primi, qui nondum renunciauit, habetur pro non agnita, nec conualescit propter sequentem negligentiam primi. ff. de bo. lib. l. castrensiū. §. cum filius. & est nostra quæstio expedita per glos. Archid. extra de præbend. ca. si clericus. Ibi enim dicit, quòd si duo per Papam fuerunt facti canonici, & facta eius gratia de præbenda vacatura per ordinem, videlicet vni primò, alteri secundò, secundus potest petere primam præbendam, si primus notabiliter eam neglexerit. ¶ † Pone ergò secundum do. Archi. quòd ante completam negligentiam primi secundus facit sibi prouideri, postmodum primus complet negligentiam suam, nec eam petit, imo notabiliter negligit, nunquid propter secutam negligentiam conualescit prouisio secundo facta? dicit quod non. ergo certè nec propter secutam negligentiam. do. Philip. conualescet prouisio facta do. B. & iste casus frequenter allegatur extrà de præben. ca. quodam. Nec valet cualio, qua ipsi dicunt, quòd in d. c. non fuit secuta negligentia, qui habebat clausulam anteferri constitutionem reuocatoriam subsequentem ante negligentiam & non aduertant ipsi recte in quæstione nostra sumus in eodem casu. ¶ Non siquidem ante negligentiam domini Philip. fuit obtenta confirmatio prouisionis factæ do. R. cum clausula anteferri omnibus, non efficaciter in re, licet ad rem ius habentibus, postquam confirmationem do Philip. nihil petere potuit, nec esse negligens quam, &c. ¶ Constat igitur articulos dom. R. de præbenda narbonen. & abbatia sancti Pau. datos debere admitti, quia licet non appareat, nec dicatur gratiam do Philip. exhaustam fuisse tempore gratiæ factæ ipsi domino. R. ipsis tamen probatis clarius apparebit ipsum exhaustum fuisse. Nec obstant, quæ circa hoc opponuntur per partem dom. B.

¶ † Et primò illud, quod opponitur, quod inhibitio, & decreta prædicta habent conditionem insitam. s. si dom. Philip. voluerit eis vti: sicut & quilibet actus fauorem continens, vt hæredis institutio, & testamentum, quod est nullum, si filius prætereatur in illo, habet conditionem, si filius iure suo vti voluerit: & sic in decreto alienationis à testatore prohibente per. l. lex cornelia. ff. de hære. insti. & per. l. filio. ff. de iniusto, rup. & irri. testa. cum simili, non obstanti. rationibus infrascriptis. ¶ † In primis, quia ille actus non habet insitam conditionem si voluerit ille, in cuius fauorem fit, ex quo necessariò sequeretur alium actum esse conditionalem, qui conditionem non potest recipere. Nam illud non debet concedi, ex quo sequeretur inconueniens, vel absurdum. ff. de l. 3. Officius. de condi. & demonst. à testatore. Si ergo dicere-mus, quod decretum, & inhibitio pro domino Phil. intelligerentur, quod prouisio facta alteri tempore dom. Phil. non valeret, si dom. Phil. vellet acceptare: à contrario intelligeremus, quod prouisio facta alteri valeret sub conditione, si dom. Phil. nollet. Vbi enim vnum de contrarijs conceditur sub conditione volendi, vt est expressum. ff. de hære. insti. vim dubitationum. sed hoc esse non potest, vt prouisio talium conditionem recipiat, vt superius est expressum, ergò, &c. ¶ † Præterea ista actus, scilicet reseruatio, inhibitio, & decretum nullo modo respicit fauorem illius, contra quem interponitur, & cuius manus ligat, sed potius odium, & præsertim vbi apponitur clausula anteferri, vt in casu nostro, secundum quod not. Compo. extra de rescrip. c. causam, quæ. Vnde cùm fauorem nō respiciat, sed odium, apparet, quod dicta allegatio, & iura super quibus fundatur, non habent locum: hic enim, & ille, scilicet execu. dicti. d. B. qui contulit inhibitionem, & decretum domini Papæ deliquit. vt extrà de maio. & obe. cap. si quis venerit. & ille. s. do. B. qui nimis festinanter, scilicet pendente termino dato domino Phil. ad acceptandum, ac-

dum, acceptauit, similiter deliquit, propter quod cecidit à beneficio accepto etiam post terminum: vt ar. optimum. ff. de iur. fisc. l. edic. §. cum aũt. & ff. de dolege qdẽ. §. do. nec pñt dolo carere, cum contra decretum, & inhibitionem Papæ fecerint: vt ff. de reg. iur. l. non potest. Apparet ergò, quòd dictus B. qui contra inhibitionem, & decretum Papæ fecit, non debet ex dolo, & improbitate sua premiũ consequi, vt in præallegato. §. cum autem. & ff. de fur. l. itaque fullo. ¶ Item in dict. l. filio expressè dicitur, & statuitur in testa. vt tunc demum testamentum, in quo præteritur filius iam natus, sit nullum, cum ipse præteritus hoc dicere voluerit. at in casu nostro. domi. Papa voluit, quod quicquid fieret infra mensem contra reseruationem, & inhibitionem suam, esset nullum, non distinguendo, vel declarando vellet, an non vellet domin. Philip. ideò generaliter est ipsum decretum intelligendum: vt ff. de alim. & cib. leg. 1. §. generaliter. & de leg. præst. contra tab. bon. poss. pen. l. 1. §. generaliter. ¶ Item dict. l. filio. & similia iura loquuntur & locũ possunt habere, vbi gradus, vel certum tempus non apponitur in actu, cui renunciatur non vtendo: sed vbi est gradus, & certum tempus appositum, vt in casu nostro, secus est sine dubio. & qui sequentis gradus sunt, non admittuntur, quia interim, cum præcedit vna persona, quæ sequitur, accipere non potest: vt est text. expressus. ff. de bon. lib. l. si filius. §. cum filius. præsertim vbi sequeretur in gradu inter tempus appositum petito, sicut domi. B. tunc enim nihil agit, nisi primò præcedens expressè renunciauerit: vt ff. de acquir. hær. l. quandiu. 2. & C. qui admit. ad bon. poss. l. fin. & præcipuè hoc procedit in collationibus beneficiorum, in quibus inspicitur totum tempus collationis: vt extrà de rescript.
6 c. si eo tempore. lib. 6. ¶ † Ad illud verò, quod allegatur dom. R. præpositum non posse allegare ius domi. Phil. cùm sit tertia persona: & cum licet alias sit plenè responsum, vt ex alijs allegationibus plenè apparet, tamen ex abundanti iterum respondetur, quòd illa allegatio nihil facit ad casum nostrum duabus rationibus. Prima, quia dom. R. non nititur ex iure dom. Phil. nec ex eius persona dicit se ius habere, sed ex inhibitione, & decreto Papæ positis in literis dom. Phi. conuincitur, quod acceptatio dom. B. & collatio sibi facta non ualuit. Vnde sicut in c. cum dilectus. de iurepat. obtinuit Ecclesiam contra B. ex eo quia facta fuerat ipsi G. collatio contra inhibitionem intendentis prouidere. V. nepoti suo, & non ex eo quod ille. V. ius habuisset, vel haberet in ea: sic & multòmagis in casu nostro debet obtinere. dom. R. contra d. B. ex eo quod collatio fuit eidem B. facta contra reseruationem, inhibitionem, & decretum do. Papæ: cuius potestatem maiorem esse, quam legati, nemo dubitat. Secunda ratio est, quia iam est probatum de iure do. Phi. quod habebat ad dictam ecclesiam tempore collationis dom. B. vnde dico, quod aliter non deberet admitti. d. R. contra B. ad probandum de iure tertij, cùm ibi probatum sit ius tertij, scilicet dom. Phil. in casu nostro, & sic probatum est collationem dom. B. non valuisse. cessat itaque dicta allegatio multa enim impediunt probationem faciendam, quæ non deijciunt, nec tollunt iam factam: sicut traditur, & no. in c. vt circa de elec. libr. 6, vbi apponens non expressa in appellatione non admittitur ad probandum, sed à prosecutione probatorum non deijcitur, vt ibi not. ¶ Præterea in l. filio. fratres hæredes instituti, & qui iuxta voluntatem testatoris habent bona filiæ pretento non aduocante, quoniam impugnabant ipsi vo-
7 re do. cum in fundum. ¶ † Ad illud verò, quod pars dom. B. nititur allegare de præpositione in: & de: aliàs satis est respõsum, & per doctores determinatum, quid importet vnaquæq; ipsarum præpositionum, & quid alia, & quid minus in quàm de: ideò prędictus Phil. nunquam potuit, nec poterit obtinere abbatiam, sancti Pauli virtute literarũ suarum, in quib. &c.

De concess. præben.

SVMMARIVM.

1 *De eadem materia de decreto irritante habente certam diem. Item quod semel acceptans beneficium non sibi debitum potest acceptare aliud sibi debitum. cum numer. sequent.*

CONSILIVM CCCVII.

1 QVOD quando dies est apposita, † ligata sit die pendẽte manus ordinarij, vltra iam dicta probatur sic: diei appositio circa quemlibet actum, cui adijcitur, duo operatur. ¶ Primò ne vltra tempus obiectum liceat euagari: vt ff. de hæred. instit. l. si quis ita instituatur. & de bo. auto. iud. poss. l. si seruus. & de succ. edic. l. 1. circa princip. ¶ Secundò ne pendente die posit quis per præcurrentem alium supplantare. ff. de inoffi. test. filio. §. contra tabulas. de bon. liber. si filius. §. cum filius. de hæred. instit. si verò lex. §. fina. C. qui admit. ad bon. poss. l. vltim. ex virtute secundi effectus resultantis ex appositione diei dicendum est, quod pendente die non posit impetrans per præcurrentem ordinarium supplantari, aliàs diei appositio effectum suum perderet, & pro hoc benè facit. C. de appell. l. appellãtione. & extrà de appel. oblatæ. Nec enim digna est premio præceps festinatio prioris: vt ff. de iure fisc. edict. §. ante & per alterius festinationem non debet alterius ius lædi: vt ff. de acquir. hære. l. si seruus. præcipitem autem festinationẽ illam dico, quæ altero non negligente præcurrit: vt ff. ad l. Iulia. de adul. si maritus. §. si extraneus. & ad Tertul. l. 2. §. sed si fortè. pendente autẽ die non potest in negligentia dici, cui dies adiecta est: vt ff. de ver. obl. cum filius. §. vlti. quare omnis die pendente veniens dicitur præcipiti festinatione venire, ergò, &c. quæ omnia cessant, cum dies apposita nõ est. ¶ Et si dicatur per hoc
2 non respondetur ad ea, quia cunctis. extrà de concess. præbend. lib. 6. quia adhuc remanet decretum super incerto interpositum: respondetur, imò sufficiens potest colligi responsio, vt dicatur hic demonstratiuum ad oculum, vel intellectum. vt ff. de hæred. inst. nemo dubitat. ¶ † Item dies alia certa, alia incerta. Ex certa autem certus, ex incerta incertus resultat effectus, quoniam conditioni æquipollet: vt ff. de ver-
o borum obligat. eum qui inter cætera. & de condi. & demonstr. dies incertus. cum similib. ¶ Cum ergò post diem certam appositam in rescripto apponitur decretum, refertur ad diẽ illam certam, & effectum certum resultantem ex ea, id est, ad proximam relationem facta: vt ff. de iurisdict. omn. iudi. si idem. & quia alias nihil operaretur dicta appositio contra. l. si stipulatus. infra de vsu. & sic non est decretum super certo, sed incerto effectu resultante ex appositione
3 diei certæ. ¶ † Ad id, quod dicitur de ecclesia Nunerba, quam dominus Bernardus Andreæ simpliciter acceptauit: respondetur, quòd simplex acceptatio ei non nocet, quominus iterum acceptare possit, quoniam primæ acceptationi inest tacita conditio, si sibi debitum esset. Vnde optio alieni serui nõ cõsu-

mit optionis legatum: vt ff. de opt. leg. l. 2. & ꝙ simplici acceptatione insit illa cõditio tacitè, si acceptanti sit debitum, quod acceptat, not. Compo. extrà de rescript. cap. capitulum sanctæ crucis. in gl. quia quoties. circa fi. gloss. 3. ¶ † Sed quid si facta est reseruatio, &c. Archi. extrà de concess. præben. c. ne captandæ. in gloss. hæc est forma, &c. lib. 6. Et si dicatur, non debuit, ex quo eam acceptauerat, dimittere eam fine sententia: Respondetur, imò quia in iure certũ erat dominum Phil. ei præferri per ca. authoritate Martini. licet esset possibile gratiam domini Phili. esse impletam. si eam dimisit, iuri communi deseruiens inculpabilis est: vt ff. de bon. poss. contra tab. l. sed & ibi decesserit. & ibi nota. & cum domin. Bernardo Andreę imponatur culpa in dimittendo propter impletionem gratiæ domini Philip. qui eam imponit, habet probare. ff. de lega. 2. cum ita legatur. §. spes. & C. de pigno. actio. creditor. & maximè, quia asserit eam impletam. dominus verò Bernar. Andreæ negat, ergò, &c. ff. de prob. l. 2. & in exuberante gratia, si quam duxerit acceptandam, &c. sufficit aliqualiter dubitare, an prima sit debita, vel non, vt excusetur à culpa in dimittendo, vel non. vt not. Ioan. Andre. in d. cap. ne captandæ, & Card. ibidem & not. in tempore dimisit, qui scripturam impetrationis domi. Phil. secum dimisit: vt ff. de inter. actio. l. de æta. §. ex causa. in fin. Et prædicta vltra aliàs dicta, & data, sufficiant ad duos obiectus, ex quibus iam potest patere solutio. Cætera domin. And. suppleat pe. &c. ¶ Ego Oldradus de ponte.

De app. & desent. & re iudi. & de procuratorib.

SVMMARIVM.

1 *Procurator si in causa appellationis et nullitatis non prosequitur appellationem infra terminum sibi statutum ab homine, & appellatio sit deserta, & cum agitur de nullitate Iudex pronunciat non esse litem contestandam super libello nullitatis videtur pronunciare nõ esse nullitatem. & num. seq.*

3 *Procurator datus simpliciter videtur datus ad omnes causas præsentes & futuras etiam super appellatione.*

CONSILIVM CCCVIII.

QVIA vos pater reuerende tantum cognoscere habetis, vtrum benè sit appellatum pro parte Theodorici à sententia lata per domin. B. qua pronunciauit non esse respondendum libello per ipsum T. oblato, seu super eo litis contestationem fieri non debere, & appellationem primam pro parte T. à sententia diffinitiua lata per dominum Li. Ceraldi fore desertam, & secundam appellationem non valuisse, circa factum tantum, omissis etiam his, quæ faciunt ad instantiã causę principalis, & subsistam, nam in ea non curo diutius agitare, quoniam de hoc non est discrepatio ad præsens, quæ tamen omnia sunt pro Ioann. de mihi paupere Clerico, & sub compendio sic narratur. Cum orta esset super canonicatu, & præbenda Ecclesiæ Zefiezen. Colonien. diœce. inter prædictum I. ex vna parte, & quendam Stephanum primò, & postea Theodericum ex altera materia quæstionis, & ea esset ad Romanam curiam deuoluta dominus B. Roardi cui i. dicta causa commissa fuit, pro dicto I. tulit diffinitiuam sententiam, à qua (vt dicitur) extitit appellatum, & in causa appellationis dominus Li. Geraldi datus audi-

tor confirmauit eandem, à qua fuit secundò appellatum per Magistrum Ioann. de Rota Procuratorem, & eidem fuit terminus præfixus ad prosequendum decem dierum, quem tunc (vt dicit pars aduersa) non acceptauit, & hanc appellationem dictus T. deseruit nõ prosequendo eam intra tempus debitum, ita quod I. habuit literas executorias per audientiam, ex quarum virtute capitulum Zeflezen. ipsum I. recipit pacificè, quantum in se fuit, à qua executione dictus T. iterum appellauit, & ad curiam veniens coram abbate sancti florentij auditore concesso libellum porrexit, in quo narrauit duas sententias contra se latas, & concluſit, & petijt eas pronunciari nullas, & si quæ essent, remedio appellationis infringi, quadam informatione facti per ipsum, in qua confitebatur sententias latas ante terminum præfixum, dom. Ioann. auditor abbas sancti florentij prædictus exigente iusticia sententiam tulit, qua pronunciauit super dicto libello litem contestatam non esse, &c. vt suprà dictum est, ab ista sententia appellatum est: & vobis reuerẽdo patri huius appellationis causa commissa est. † Nunc est in quæstione, an benè, vel malè appellatum sit? & absque dubio dicendum est malè appellatum esse, quia per præfixionem termini ab homine data sententia à domino Li. transiuerat in rem iudicatam. vt extrà de appel. c. sæpè. & qui tale tempus non seruat, appellationi renunciare videtur: vt C. qui accu. non poss. l. si ea, quæ crimen, & not. ff. de neg. gest. l. si ego. ¶ † Modò restat respondere ad aliquos obiectus, qui fiunt. Et primò ad id, quod dicitur, quòd terminus præfixus magistro I. Procuratori partis aduersæ ad prosequendum, ipsum arctare non potuit. ¶ Respondetur dupliciter, & primò sic. Magister S. constitutus erat procurator contra quoscunque Clericos, & Laicos ad agendum, & defendendum, & sic cum indiffinitè constitutus esset fine enumeratione causarum, ad quas constituebatur, ad omnes vniuersaliter constitutus videtur, habetur ex presbè. ff. de tutel. l. qui habet. §. vlt. & argu. ff. de seruit. vr. præd. l. si seruus. & C. quæ res pi. ob. poss. §. vlt. & qui vniuersaliter constituitur, constitutus etiam videtur ad futura: vt ff. de libe. & posthu. l. placet. & ob. poss. & maximè ad futuras connexas præsentib. qualis est causa appellationis ad principalem: vt ff. de admi. tut. l. tutores, qui post finem. §. tutores. igitur procurator datus simpliciter pro T. ad futuras etiam videtur datus, & ad prosequendum appellationem, quæ est de genere futurarum. ¶ † Non obstat, I. C. de procur. inuitus, & extrà eod. tit. c. non iniustè. quia debent intelligi de procuratore ad enumeratas causas constituto, in cuius mandato nihil vltra enumerationem venit: vt C. de procura. l. maritus. ¶ Respondetur & aliter: quia cum T. sciret causam in curia agi, & se citatum ad totam causam tàm principalis, quàm appellationis, mittere debuit procuratorem ad omnem causam principalem, & appellationis sufficienter instructum, per c. statuimus. extra de electi. libr. 6. quòd si non fecit, sibi imputet: vt ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. 1. & cogitare debuit hoc euenire posse. arg. ff. lo. & condu. l. si quis domum. §. 1. ¶ † Ad secundũ, quod opponitur, quod in sententia dicti abbatis non fit mentio de appellatione interposita à conclusione facta coram dom. Li. ¶ Respondetur, quod illa appellatio in actis non apparet, & ideò non fuit necesse de ea facere mentionem: vt ff. de contrahen. emptio. & vend. l. in lege. ¶ † Ad tertium, quod dicitur, quod dominus Abbas non fecit mentionem de nullitate in sententia.

Respon-

Respondetur, imò fecit. dicendo enim litem contestandam nō esse super libello, qui libellus etiam nullitatem continebat, super ipsa nullitate pronunciasse videtur: vt ff. de pe. l. si preses. & de neg. gest. l. Pomponius. 2. Etsi dicatur, in hoc ergo grauauit, quia saltem nullitate debuit. ¶ Respondetur, imò non debuit, quia hoc casu causa nullitatis est accessoria ad appellationem, vt no. C. quando prou. non est necesse. l. 1. & ideò per lapsum temporis appellatione finita: finita est nullitas in eo modo agendi: ne plus duret accessorium, quàm principale contra. l. ff. de re
6 iudi. l. cùm principalis. & C. de vsur. l. eos. ¶ † Respondetur & aliter, quòd cùm libellus nullam habe-
a ret a causam nullitatis, admitti nō debuit, quia semper ponenda est in libello causa sufficiens. C. de edic. diui Adri. tol. l. 1. & not. per dom. Inno. extra de re iudi. cum Bertoldus. in vlt. glo. in fi. hic autem non cōtinebatur aliqua causa, nisi ex actis falsa, & ideo ratione pronunciantis litem non esse contestandam super libello, etiam ad nullitatem respectus est habitus. ¶ † Ad quartum & vltimum, quod dicitur, quod acta priorum iudicum non fuerunt coram abbate producta, & quod interlocutoriæ ex nouis productis iustificari non possunt: Respondetur, quod sententia do. Abbatis aut diffinitiua est, aut saltem vim diffinitiuę habens: quod apparet, quia imponit finem controuersiæ: vt ff. de re iudic. l. 1. & sic materiam diffinitiuam habet: vt ff. de appel. re. l. 2. de minor. l. intra vtile. & ibi not. qui satisda. cogan. l. ab arbitro. & ibi similiter notatur. nedum, quia ex productis partis aduersæ coram Abbate apparet tota intentio partis nostræ, scilicet de probatione suarum sententiarum in præfixione termini ad prosequendam appellationem, de quibus fit mentio, maximè in informatione data coram Abbate ab aduersa parte, cui standum est: vt C. de liber. caus. l. cum precum. & C. de om. agro deser. l. iura. libr. 12. & ibi nota. Et pro Deo attendatis malitiæ, quia malitia est manifesta partis aduersæ, quæ nunquam in iudicio titulum suæ institutionis produxit, & ideo non deberet ad aliquam contradictionem admitti, quia eius non interest pro babili interesse. ff. de bon. possess. secundum tabul. l. qui liber. §. vltim. & de appell. reci. l. 1. ¶ Ex præ-
dictis itaque manifestè concluditur remotis friuolis, & calumniosis obiectis, per vos reuerendum patrem pronunciari debere per dominum Abbatem benè, & iustè fuisse pronunciatum. & pro parte dicti T. malè, & perperam appellatum. cætera suppleat. d. v.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Nullam haberet. *Haberet, id est, redderet. siue assignaret.*

De Procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator habens mandatum ad causas legitimè deuolutas ad curiam non potest agere, vel defendere causas postea inchoatas, & non deuolutas. cum num. seq.*

CONSILIVM CCCIX.

PRÆSVPPOSITIO, quòd appellatio domini Episcopi Lintonen. de qua agitur, recepta non fuerit à Iudice, vel à parte, nec ad appellationem prosequendam terminus statutus casibus sequuntur iura extra de renunc. veniens, & de appellationibus. Nicolao. & sic remanemus in terminis cap. extra de appel. interposita. §. 1. Et quæritio, an causa potuerit duci in curia Romana per Procuratorem partis appellantę habentem sufficiens mandatum in causis deuolutis de necessitate hominis, vel iuris. Et dicendum est, quod sic. ¶ Ad cuius declarationem sciendum est: quod quædā causæ ad Romanam curiam deuolutæ sunt, & ibidem de necessitate iuris retinentur, & retractantur, sicut sunt causæ, quæ deuoluuntur per c. statuimus. & cupientes, extrà de elect. & extra de renunc. veniens. & aliæ tales, siuè similes. Aliæ verò sunt, quæ ad curiam Romanam deuoluuntur, sed ex benignitate sedis apostolicæ parcentis partium laboribus, & expensis ad instantiam vtriusque partis, & interdum alterius remittuntur ad partes: vt C. de appel. cum post sententiam, & sic aliud est dicere in causis deuolutis, & aliud in causis de necessitate in Romana curia tractandis: quia omnes deuoluuntur per appellationes ad curiam, sed non omnes de necessitate tractantur, & reuidentur ibidem. Sic omne legatum per legatarium etiam non capacem agnitum deuoluitur ad ipsum, sed interdum in alium transfertur: vt ff. de legatis secundò. cùm eius. ad Trebell. cogi. §. his solidum. de lega. præstan. contra. bon. poss. peti. l. 3. §. pe. & si quis aliquem testari prohibuerit. l. 1. §. sed si legatum. Interdum aufertur. ff. de his qui. vt indi. l. 1. & apparet instituto hærede, qui commodat fidem, & de restituendo verò capaci partem eius, in quo constitutus erat: quia ad eum tota hæreditas deuoluitur, sed pars ei aufertur: vt ff. de vulga. & pupil. substi. ex facto. Et sic manifestè apparet, quod verbum deuolutis comprehendit omnes causas ad curiam Romanam deuolutas, etiam illas, quæ non sunt de necessitate iuris ibidem tractandæ, sed ad partes remittendæ: quia omnes deuolutæ sunt, licèt difformis sit de-
2 uolutionis effectus. † Etsi dicatur, quod omnes causæ sub verbo deuolutis comprehenduntur, in quo ergò illud verbum deuolutis in procuratorio positum ipsum mandatum legitimat? Respondeo multum legitimat: quia nouæ causæ non possent cum tali procuratorio in Romana curia inchoari: quia tales deuolutæ dici non possunt: quia ad hoc, vt aliquid deuoluatur, oportet, quod præexistat: sicut dicimus, quod nouatio est prioris obligationis secunda transfusio, ac translatio. Et ideò nisi præexistat obligationis substantia, nouatio locum non habet: vt ff. de nouat. l. prima. & l. quoties. §. sed si id, & in secun-
3 do responso eiusdem. ¶ † Vndè si ponamus nullas causas præcedere, cum tali procuratorio per eius præsentiam in curia inchoari non possunt, quia deuolutæ dici non possunt, cum non præextiterint. Prætereà capit. interposita. §. 1. de appella. quod dicit sufficere appellanti mittere procurato. ad impetrandum, & contradicendum: verum est, si voluisset hoc beneficio vti, sed non est vsus, imò misit ad agendum causam, si esset deuoluta: sed constat, quod est de his, vt probatum est: & habetur extra de procur. in nostra. & sic cum tali procuratore potuit causa agi potissimè appellato volente, & hoc specialiter petente, in cuius fauorem dictum est causam debere extra curiam mandari, vt plenè not. extra de appel. c. 1. lib. 6.

De priuileg. & de rescript.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum regi de fructibus beneficiorum percipiendis post certum tempus non comprehendit beneficia*

neficia ante priuilegium vacantia & tempore priuilegij litigata licet litigantes tempore priuilegij durante renunciant. cum num. seq.

CONSILIVM CCCX.

THEMA tale est. Vacante præpositura briuacen. per canonicos eiusdem Ecclesiæ duo electi in discordia extiterũt sub anno domini 1302. dictisq; electis in Romana curia litigantib. facta fuit gratia per do. Benedictum Papam II. illustri Regi Francorũ de beneficijs ecclesiasticis primi anni de festo domini prox. tunc venturo in antea iad terminum numerandum, quæ vacare contigerit tn regno suo sub anno 1312. iure, si quod eis competebat in dicta præpositura vigore electionis, vel aliter in manibus domini papæ, qui nunc etiam sponte, & liberè resignauerunt: qui quidem dom. Papa præsituram præfatam cuidam tertio contulit. ¶ Nunc prædictus ex vigore prædictæ gratiæ petit fructus prædictæ præposituræ istius anni præsentis allegando, quòd præpositura temporæ suæ gratiæ vacauit: quod patet, vt dicit, quia nullus electorum habebat ius in eadem pro eo, quod nullus obtinuit, imò tertio prouisum fuit de his. Quæritur, an dictus rex benè & iustè petat? & an gratia facta per modum prædictum extẽdat se ad beneficia, quæ iam ante dictam gratiam vacare inchoauerant: vel an intelligatur tãtum de beneficijs, quæ inchoauerunt post dictam gratiam? vel quid iuris? ¶ † Ad prædictam quæstionem
1 dicendum videtur, quod dictus Rex malè petat in hac parte: & hoc rationibus infrascriptis. ¶ Et primò sic. in generali concessione ea sola veniunt: quæ est verisimile concedentẽ specialiter concessurũ. vt ff. de pecul. qui peculij. de pigno. ob. & de condi. inde. si procurator. §. celsus. sed cùm concessi priuilegij tẽpore de fructibus primi anni percipiendis præpositura ipsa esset litigiosa, duobus contendentib. se habere ius in re non est verisimile, quòd Romanus Pontifex fructus eius graui damno, aut periculo litigatorum alicui concessisset. ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. meritò. & C. de preci. imp. offe. l. 2. & vt lite pen.
2 nulli lic. supplic. l. 2. si ita est, ergò, &c. ¶ † Secundò, si quis priuilegij verba rectè attendat, futurum tempus duntaxat respiciunt, vt apparet ibi, omnes fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum, quæ infra terminum à festo natiuitatis domini proximè futuro in anteà numerandum vacare contigerit, &c. Ita autem est, quòd futura præterita non includunt. vnde appellatio posthumi non apprehendit filium iam natum: vt ff. de verb. signifi. nomen filiarum. in prin. & not. ff. de testam. tut. quod si nepotes. in fi. & pro hoc est apertè, quod scribitur, quod stipulatio dolum malum abfuturum comprehendit dolum solum post stipulationem committendum: non autem eum, qui tempore stipulationis committitur, vel est antè commissus, nisi esset ibi verbum præsentis temporis abesse: vt ff. iudi. solu. nouissima. sic ergò est in proposito quòd verba illa priuilegij nõ includunt beneficia, quæ iam vacauerant, sed solum in posterum vacatura. si sic, ergò, &c. Et hoc argument. confirmat lex, dum dicit, quod testator legans vxori in tempus liberorum, de futuris liberis sensisse videtur: non de his, quos iam vxor habuit, cum testaretur maritus: sic cum Papa concedit fructus beneficiorum, quæ vacare contigerit, de futuris vacaturis sensisse videtur, non de iam vacantibus: vt hæc probantur. ff. de cond. & demon.
3 solemus. l. si vir. ¶ † Tertiò, aut præpositura debebatur iure, & de iure alicui ex litigantibus, aut nulli. si debebatur alicui, non vacabat, eo quòd alter ius iam iure habebat: vt extrà de concess. præbend. c. fin. libro 6. nec controuersia, quæ est super hæreditate, facit hæreditatem dici vacantem: quòd apparet, quia legata nihilominus debentur, quæ non deberentur, si hæreditas esset vacans, vt probatur. C. de peti. hæred. l. vlt. & hoc casu non vacauisset intra tempus priuilegij, sed incepisset vacare tempore renunciationis duntaxat, & sic non includeretur in priuilegio. argumen. ff. de postu. l. imperatores. si verò dicta præpositura nulli ex litigantibus debebatur: tunc incepit vacare præpositura in morte alterius prioris præpositi: & sic non fuit intra diem, ex qua die incipiebat priuilegium, scilicet à festo natiuitatis futurę do-
4 mini in antea. ¶ † Est enim considerandum in priuilegio duplex tempus, scilicet tempus, à quo, quod est natiuitatis domini: & tempus vsque ad quod vacare dicatur. Omne ergò beneficium quod non contingit vacare intra istas duas extremitates, in priuilegio non includitur. ff. pro lo. l. 1. in princ. & de act. & oblig. l. obligationum ferè. in 2. & 3. responso. & sic siue alter ex litigantibus ius haberet, non includitur beneficium in priuilegio: quia non vacabat: sique nullus haberet ius, in priuilegio non includitur: quia non contingit vacare inter extremitates remporum limitatas, vt dictum est. ¶ Non obuiat, si dicatur, quod effectus vacationis præcedentis durauit tempore priuilegij, per quod videntur in priuilegio includi, quia eo casu futurum comprehendit præteritum, & præsens: vt ff. de verb. signi. erit. & de iure codicillorum. Plotiana. quia dicitur in lege, verbum erit tàm præsens, quàm futurum significat, est verum ex interpretatione, & mente, non autem ex propria significatione verborum: vt not. ff. de verb. sign. verbum oportebit, sed inhærendum est ipsis verbis priuilegij cum ipsum priuilegium, siue gratia ambitiosa videatur. extra de præbend. cui de non sacerdotali. & c. quamuis. pleniss imè. libr. 6. nec mens etiam concedentis aliud includit, vt probatum est in primo argumento, & probatur extra de rescript. si propter. Vnde dici potest, quòd ad sola vacatura inter tempus determinatum, non autem ad iam vacantia priuilegium extendatur, cum significatio verborum non repugnet huic sententiæ, & voluntas concedentis congruat, & hæc leguntur. ff. de legat. 1. ab omnibus. in fin. 1. responso. & probatur benè hæc sententia. ff. de lib. & posthu. Titius. §. Lucius. si quis rationem illius tex. diligenter aduertat. & C. de posthum. hæred. instit. l. vltim. ¶ † Et si dicatur, re-
5 nunciatio ostendit illos ius non habere. Respondeo falsum est, quia transigunt, & renunciant, quia tamen ius habent, quia execrantur: vt C. de transi. l. 2. & ff. de alien. iudi. mutan. caus. fac. l. item si res. §. potest. Vndè veriùs dicere possumus, quod renunciatio non ostendit neutrum eorum ius habuisse, sed non patitur apparere, quis eorum ius habuerit: vt dicitur de animali mortiferè vulnerato, & eadem ruina oppresso, in quo contra vulnerantem non habet locum. l. aquil. de occiso. quia, vt dicit, non est passum ruinam. ff. de lege Aquilia. l. prima. §. si seruus. ¶ Ex prædictis itaque concludo priuilegium domino Regi concessum ad fructus præpositare, de qua dicitur, non extendi, &c.

De causa poss. & de resti. spoli. & de except. & de testi.

SVMMARIVM.

1 *In causa super petitorio & possessorio pendente in curia post dationem & probationem articulorum actoris tunc de-*

tunc demum petitorium suspendentis reus debet habere remissionem in partibus ad probandum duos articulos etiam proprietatis causam tangentes. De stilo curiæ vna tantum remissio datur in causa. & numeri sequenti.

5 *Item quæ dicatur vacua possessio.*

10 *Contra petentem restitutione m admittitur exceptio sententiæ iuris vel hominis.*

CONSILIVM CCCXI.

ALLEGATIONES, & rationes breues pro domino Ioanne de bandare rectore ecclesiæ de simon. de supri. dulmen. diœcesis, videlicet quod ei dari debeat remissio super articulis per eũ exhibitis in causa, quam contra eum mouet do. Robertus de totiga coram reuerendo viro. S. sacri palatij, & ipsius causæ auditore. ¶ † Et vt breuiter veniatur ad factum, attendendum est, quod dictus do. Rober. obtulit contra dictum domi. Ioannem libellum in petitorio, & possessorio dicens se appellasse à quibusdam processibus, & sententijs priuationis contra eum latis. supra de ecclesia simo. de supri. & à præsentatione, & institutione facta de præfato domi. Ioan. & se spoliatum ab eodem ecclesia supradicta, & super vtroq; processit vsq; ad dationem articulorum inclusiuè, & postea suspendit petitorium. nunc dictus Ioan. insistit in articulis suis, & petit remissionem fieri, vt eos probare possit. ¶ Vertitur autem in quæstione, an danda sit ei remissio, vel non? & certè dicendum est remissionem dandam super omnibus: quia causa possessorij sui natura, & per se non est in curia tractanda, sed propter accessionem ad alteram: vt. C. de iudi. nulli. & not. C. si à non compe. iudic. leg. 3. cum ergò sic se habeant, vt vnum propter alterum, necesse est, quòd aut vno vt principali, suspenso reliquum sit suspensum: vt. ff. de liber. leg. non solùm. §. illud. 2. Aut neutrum suspensum est, sed vtrumq; suo marte decurrit. vt. ff. de liber. & posthu. si ita scriptum. §. regula. Probatur hoc idem sic. ex persona actoris vtrunq;. s. petitorium, & possessorium intentantis, quod est factum, & ius, debet super vtroq; articulare, & probare. vt. ff. de reg. iur. l. non debet actori licere. &. ff. si seruitus vendicetur. l. sicuti. §. Aristo. ibi, agiq; sic posse, &c. & cùm acquisitum est ius reo, non potest actor in sui iniuriam variare: vt. ff. de reg. iur. l. nemo potest mutare consilium. Iuxta illud, cùm enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuit admissus, iam non curat illi petant, necne bonorum possessionem: vt. ff. de bo. pos. contra tab. si post mortem. §. vltim. & ff. de bo. aut. iud. pos. cum vnus. ibi aliter atq; si creditor, &c. Potissimè cum in causa aliqua secundum consuetudinem curiæ non fiat remissio, nisi semel, & ideo rei interest super petitorio nunc probationes producere, & eas permutare: vt. ff. ad l. aqui. leg. 3. aquil. si deletum. & C. de vsur. pupillaribus. l. vlti. ne fit in calumniosa potestate actoris, etiam si in possessorio succumbat, postea in petitorio procedere, & reum priuare potestate probandi in petitorio in partibus, vbi facilior de his veritas inuenitur: vt. ff. de iur. om. iu. si idem cum eodem. §. 1. ibi, ne in potestate calumniosa aduersarij mei sit, &c. vt. C. vbi de cri.

2 agi opor. l. vlt. ¶ † Tertiò hoc idem manifestè apparet, si quis articulis exhibitis, & super quibus iam sunt testes, tanquam affuturi, recepti, inspiciat post suspensum iam petitorium, quia omnes iam ferè petitorium respiciunt; & ideo pars domini Roberti super eis testes producendo suspensioni petitorij renunciasse videtur faciendo contrarium actum suspensioni: vt. ff. loca. & conduc. l. cùm in plures. §. locator. & extra de app. solicitudinem: & not. extrà de consti. cùm. M. ferrarien. ¶ Et si dicatur quod producti sunt testes, inquantum petitorium tangunt, solùm ad colorandum possessionem agentis. Dico non esse verum: vt. C. qui leg. per. stan. in iudicio habent, vel non. l. momentaneæ. & dato quòd ad solam colorationem possessionis sint duo articuli, sicut licet actori colorare, sic licet reo decolorare propter æqualitatem: vt C. de proxim. sa. scri. ne in sacris. & ne quod vni datur, alteri denegetur, contra. l. C. qui

3 potio. in pigno. habean. l. assiduis. ¶ † Item super articulo, qui continet, quod eo tempore, quo dictus dominus Robertus se asserit spoliatum, dicta ecclesia, & possessio dictæ ecclesiæ erat libera, & vacua, & quod pro vacua, & libera publicè: & communiter in illis partibus habebatur, & tenebatur, absq; dubio non debet ad imparia iudicari, imò tanquam reus in probandi facultate melioris debet esse conditionis, quoniam instructus esse non potuit, qui præter spem in iudicium trahitur: vt. C. de dila. si quando. & ff. de ser. l. vlt. & ff. de re. iur. l. qui in alterius. in vltimo responso. & si licet actori, vt obtineat in restitutorio interdicto, quod imploratur, probare se tempore deiectionis possedisse: vt. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. 1. interdictum. cur non liceat reo probare tunc actorem non possedisse? hoc autem probat probando eam tunc li-

4 beram. & vacuam extitisse. ¶ † Restat ergò ad obiecta breuiter respondere, & quia solum de isto articulo aduersarij iniuriosè contendunt, de eo tantum erit sermo. ¶ Et primò ad primum obiectum, cum dicitur, quod articulus ille, quod possessio erat libera, &c. est in effectu negatiuus. respondet, quod si

a quis rectè consideret, non est aliqua negatiua, *a* quin habeat implicitam affirmatiuam, & ècontra: vt. C. de codi. nec codicillos. extra de reum. super hoc. & not. ff. de proba. l. 2. In hoc tamen non debet attendi verborum superficies, & figura. Sed an id, quod in articulis deducitur, probari possit per causas affirmatiuas, qualitercunq; proferatur. ff. de doli excep. pater. §. vltim. & ibi not. ff. de condi. & demon. pater seuerinam. §. socrus. & ff. qui ex cau. l. in eadem causa. Sed articulus, de quo loquitur, est huiusmodi, videlicet quod id, quid in eo ponitur, probari potest per causas affirmatiuas: patet, quia possessio tunc dicitur vacua, quando à nemine corpore, vel animo detinetur: vt. ff. de actio. emptio. & vend. leg. 2. §. vacua. & l. ratio. §. 1. & ff. de vsuca. nunquam. §. vacuum. & not. plenè. C. vn de vi. Cum quærebatur. hoc autem accidere, & probari potest multipliciter, puta ex depositione animi possidendi, quæ per obliuionem longi temporis transcursu inducta præsumitur: vt. ff. de acqui. pos. peregrè. & alio modo, qui ponitur. ff. de vsuca. sequitur. §. si tu me. & alio modo, qui ponitur eod. tit. non solum. §. si dominus. & multis alijs modis: si quis vellet percurrere, quorum aliqui not. in d. l. Cùm quærebatur. igitur si probare potest per

5 positiones, & causas in mero, & nudo facto consistentes, constat ipsum debere admitti. ¶ † Non obstat, ad hoc oppositio Innocent. extrà de testim. cùm causam. vbi dicit de teste deponente aliquem dominum, &c. quia illud non est simile huic, eò quod dominium iuris est, & ius dicitur, quod apparet, quia in descriptione sui ius ponitur: vt. ff. de rei vendit. non solùm. §. & de aur. & argen. lega. quintus. §. argento, sed vacuitas possessionis ius non dicit, sed factum simplex, & per causas, quæ facti sunt, demonstratur. ¶ Præterea nec

Innocen. dicit ibi, quod articulus, per quem quis dicat se esse dominum, non admittatur, sed quod dictum testis deponentis aliquem dominum non probat plenè, nisi causam adijciat, etiam non interrogatus, in quo differt ab alijs testimonijs: vt no. de testi. causam. ¶ Non obst. quod dicitur articulum esse obscurum, eò quod vacua quandoq; dicitur etiam quæ animo retinetur, quare videtur, quòd verbum vacuum sit æquiuocum. quia æquiuocum non est, cum duobus significatis pariter non conueniat, sed de vno dicitur simpliciter, ergo sumi prolatum propriè debet. ff. de leg. 3. non aliter. in pri. de sup. le. l. laboo. ¶ † Non obst. quod dicitur, quod articulus non habet adiectionem loci, vel temporis, & sic incertus, & obscurus est. cùm enim in articulo dicatur, quod eo tempore, quo dicit dominus Robertus se spoliatum, dicta possessio erat libera, & vacua, &c. satis dicit tempus certum, quia refert se ad articulum actorum, in quo certum tempus continetur: vt. C. de sen. quæ sine cer. quan. profe. l. hæc sententia. vt. ff. de re iud. ait prætor. §. si iudex. & l. in sum. in 2. responso. ¶ † Non obst. quod dicitur, est generalis, & per consequens obscurus, & sic non admittendus: quia non posset esse magis specificatus, postquam per ipsum apparet quid, quale, & quando. ergò est clarus articulus, & qualis erat possessio, de qua loquitur, & de quo tempore loquitur, & sic cùm apparet, quid, quale, & quando, articulus certissimus, & clarissimus est censendus: vt. ff. si cer. pet. certum. & ff. de verb. ob. stipulationum. ¶ Non obst. quod pars aduersa dicit articulos possessionem tangentes in curia probauisse, & per hoc debere domin. Iacob. probare in curia, per. ca. cùm olim. extrà de priuileg. quia hoc falsum, & iniquissimum esset, si foret in potestate actoris, qui potest adesse quando vult reum compellere ad probandum in certo loco, in cuius potestate non fuit, quando conueniretur, & sic non potuit secum testes adducere: vt. ff. de doli excep. purè. §. vlt. cuius contrarium est in actore, de quo scriptum est, probationes secum afferat debitorem q; conuincat pecuniam petiturus, vt. C. de prohibita sequest. per. l. vnicam, & habetur expressè. C. de dila. si quando. ¶ † Ad cap. cum olim. respondetur, quod ibi eugubinen. episcopus volebat reprobare testes alterius. & ideo quia reprobatio sapit quandam naturam criminis. arg. eorum, quę notam. ff. de his, qui no. infa. lucius. & ar. C. de testi. nullum. & natura criminum est, vt de eis agatur in loco, vbi commissa sunt: vt. ff. de noxa. l. penult. & C. vbi de cri. agi oportet. leg. 1. & aut. qua in prouincia. Iccircò noluit ibi Papa testes debere reprobari in curia, vbi producti fuerant. ¶ Præterea ibi pars episcopi. cùm testes producerentur in curia, non fuit protestata, quòd saluũ esset sibi ius remissionis ad partes, cuius contrarium fecit procur. domi. Ioan. in causa ista. ¶ Præterea nec in curia recepti sunt testes simpliciter, sed vt affuturi, ideo non debet propter hoc astringi in curia propter necessitatem imminentis absentiæ factum est hoc. ar. ff. de regul. iur. quæ propter necessitatem. ¶ † Præterea, vt tradit Hostiens. super. d. ca. cum olim. illud factum fuit ibi ex quadam æquitate, quia eugubium à perusio, vbi curia erat, non distat, nisi per. 20. miliaria. hic autem compellentur testes longo itinere emenso laborare, contra. l. C. de iudi. cùm specialiter: & ideo talem æquitatem debet iudex ex longis, & breuibus. excursionibus moderari. vt. ff. de annu. le. l. mœuia. §. vlt. & de oper. lib. l. fi. ¶ Nõ obst. quod dicitur, quod articulus. de quo est concertatio, quò ad vacuitatem possessionis, non releuaret probantem, quia nihilominus dato quod possessio fuisset vacua, fieret restitutio per beneficium legis cùm quærebatur. quia non est actum illa via, sed interdicto restitutorio, & ideo fieret absolutio propter ineptitudinem actionis, vt. ff. si mensor falsum modum dixerit. leg. 1. & extrà de iudicijs. examinata. ¶ Prætereà constitutio cum quærebatur. loquitur de ingrediente vacuam possessionem sine iudiciali sententia, vt ibidem dicitur circa princip. legis. hic autem interuenit iudicialis sententia, vt apparet ex actis, & plenè datur, in articulis, propter quod domin. Ioann. in l. illam non incidit, quia iustè possidebat: vt ff. de acquir. pos. iustè. & ff. de relig. & sump. fu. l. si quia. §. si colonus. ¶ Ex prædictis itaque apparet manifestè reiectis omnibus, dicto domini. Ioan. remissionem, quæ petitur concedendam. & hæc est veritas. ¶ Item alijs rationibus conuincitur, quod omnes articuli prædicti, etiam in eo, quod tangunt causam proprietatis, debent admitti, & super eis remissio debet concedi. Et prima est, quia licet regulariter petenti restitutionem non obstat exceptio proprietatis, tamen vbi excipitur de re iudicata, & sententia lata, bene obstat huius exceptio: vt extrà de offic. deleg. causam numeri. & no. Innocen. de resti. spo. c. ex conquæstione. Vnde cùm ipsi articuli dati sint ad probandum sententiam latam tam à iure, quàm ab homine contra petentem restitutionem, certum est, quod debent admitti. ¶ † Nec obstat, si dicatur appellatum ab his sententijs, quia in eo, quod dantur articuli ad probandum sententiam à iure, non procedit huius obiectus: quia certum est, quod à sententia iuris non potest appellari, vt. ff. de verbor. signifi. si qua pœna. & no. de elect. ca. cupientes. libr. 6. nec data, nec allegata est aliqua appellatio, quæ dicatur interposita ab huius iuris sententia. Secundò, quia in eo, quod dantur articuli ad probandum sententiam hominis, similiter appellari non potuit, ex eo quod articuli dantur ad probandum, quod lata fuit super notorio, quo casu non appellatur, vt extra de appellatio. Romana. §. si autem ¶ † Secunda ratio est, quare huius articuli admitti debẽt, quia constat, quod secundum consuetudinem curiæ in vna causa non datur, nisi vna remissio: sed certum est, quod saltem, quò ad probandum testes partis aduersæ in curia productos, & super petitorio suo dari debet remissio ad partes, vt plenè no. Hostiens. d. c. cum olim. & supra plenè allegatum, & ostensum est. Vnde cùm remissio super reprobatione nullo modo possit denegari, vt seruetur consuetudo curiæ, quæ vult, quod vna remissio communis detur, & vt probationis facultas non subtrahatur reo, quæ potius amplianda est, vt. ff. de testam. l. current. l. quoniã. & vt circuitus euitetur. ff. de condi. inde. l. dominus testamento. Meritò est dicendum, quod etiam super articulis tangentibus proprietatem detur remissio, præsertim propter æqualitatem seruandam, & quoniam pars alia iam produxit, postquam suspendit petitorium, & æqualitas præcipuè in iudicijs est seruanda, vt. C. de prox. sac. scri. l. in sacris. & in auth. de æqua. dona. §. quæ igitur. nam iudicium claudicare non debet, vt extrà de exceptio. cùm inter priorem & cætera.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

2 ¶ Non est aliqua negatiua. *Not. Singulariter, quomodo intelligatur nõ posse probari negatiuam. Et iunge, quæ no. supra consil. 254. col. 4.*

De

De donat. & de iure patron. & de conces. præben.

SVMMARIVM.

1 *Imperatori si competit ius præsentandi seu conferendi certa beneficia in ecclesia alicuius ciuitatis & illam ciuitatem concedit in feudum cum omnibus iuribus intra & extra eam sibi competentibus videtur concedere etiam ius præsentandi & conferendi.*

Item in collationibus & præsentationibus statur possessioni & non proprietati.

Item in concessione imperatoris non requiritur annus nec consul. & num. 2. & 3.

CONSILIVM CCCXII.

THEMA quæstionis tale est. Ad reges Romanorum, siue Imperatores pertinuit ab antiquo collatio, prouisio, seu præsentatio facti Saruatij Traiectē. Leoden. diœcesi. & vt pars aduersa asserit, ex commissione se. app. Sed dominus Philippus secundus tunc Romanorum rex, siue Imperator concessit illustri viro domino Henrico duci Lotharingiæ. & brabantiæ, & suis hæredibus in feudum ciuitatem Traiecten. cum omnibus inuestituris, & appendicijs suis extra ciuitatem, & intra, necnon ibidem ecclesiam sancti Seruatij cum omni integritate, & eo iure, quo pater, & frater dicti domini Imperatoris tenebant & dicta infeudatio fuit confirmata, & innouata per primum Federicum Imperatorem, & postea per Federicum secundum, postea per Henricum, postea per Rodulphum in personam illustris viri domi. Ioan. ducis Lotharingæ, & brabantiæ, postea per Rodulphum in personam eiusdem Ioan. & vltimò per Albertum. Verum vltimò dominus Rodulphus Imperator de facto molestare cæpit præfatum ducem super iure, & possessione, vel quasi conferendi prædictam præposituram, seu præsentandi ad eam, quam cum dominus dux viriliter, vt rem ad se pertinentem, defenderet semel præpositura vacante, & dictis Imperatore, & duce simul contendentibus de iure præsentandi ad ipsam: tandem ad hoc deuentum est, quod dictus Imperator commisit fratri Matthiæ præceptori domus Theutonicæ per Alamaniam, quod vice sua, & Imperij conferret præposituram prædictam: adiecto in commissione prædicta, quod ex concessione, & collatione huius nullum ius, quantum ad proprietatem, & possessionem sibi: vel imperio: seu suis successoribus: seu duci brabantiæ: seu suis successoribus acquiratur, vel eorum alicui in antiquo iure aliquo iure aliqua innouatio fiat, vel præiudicium gestaretur: sed dicti Imperator, & dux in eo iure permaneant, in quo erant ante tempus collationis, & concessionis prædictæ: & eandem concessionem, seu commissionem fecit eidem fratri Matthiæ duci brabantiæ: & cum eisdem clausulis, & reseruationibus, & tenoribus: Qua commissione sic facta idem frater Matthias ex vigore vtriusq; commissionis de dicta præpositura prouidit domino. S. filio Eniardi comitis de Liachocen. vallis longæ. quo domino. S. matrimonium contrahente præfatus dux vtens iure suo, & sua quasi possessione præsentauit ad ipsam præposituram dominum. S. de Iuliaco, qui per decanum, & capitulum ecclesiæ sancti Seruatij ad ipsam præposituram, & eius possessionem corporalem libere fuit admissus: & sic eam possedit pacificè, & quietè, tanquam verus, & legitimus præpositus tempore vitæ suæ. Nunc autem vltimò vacante præpositura prædicta per mortem, seu liberam resignationem domini. S. præfatus dominus dux iure suo vtens: & suam quasi possessionem continuans præsentauit ad ipsam solenniter, & debitè venerabilem virum do. Io. filium do. Ioan. de Rino consanguineum suum, & ei contulit eandem præposituram. qui do. Io. per decanum, & capitulum eiusdē ecclesiæ ad ipsam præposituram liberè est admissus, & ipsam canonicè possidet. ¶ Nunc ex aduerso venit quidam dominus Henric. de Mahen. dicens dictam præposituram sibi collatam à do. Alber. tunc rege Romanorum: à qua collatione dictus dominus Ioa. ad sedem apostolicam legitimè appellauit. Nunc verò dictus dom. Hen. præfatum. do. Ioa. canonicum possessorem contra iustitiam molestando ad iudiciū euocauit, & libellum obtulit, in quo narrata collatione sua petijt pronunciari iam dictā collationem, & prouisionem canonicas extitisse, & esse: & debitum debere sortiri effectum: & eandem præposituram ad dictum do. Hen. pertinuisse, & pertinere de iure & eidem adiudicari debere, & malè fuisse appellatum, &c. prout in ipso libello plenius continetur. super quo libello fuit lis legitimè contestata, & secundum debitum ordinem ad probationes processum. Nunc est in quæstione attenta serie facti superius enarrati, quod talem veritatem habet, qualis est suprà narrata, & ex actis, & productis colligitur euidenter: quis eorum debeat in hac causa victoriam reportare? vtrum scilicet dictus domi. Hen. actor factis, & pronunciatis, quæ in libelli serie continentur: an dictus domi. Ioa. reus, & possidens sit à petitione ob-
1 lata sententialiter absoluendus? ¶ † Et certè absque dubitatione dicendum est dictum do. Ioan. debere à petitione absolui, & bene appellatum per eū, & malè processum, & collatū pro parte altera. Quod sic ostenditur. aut ius præsentandi, vel conferendi præposituram prædictam non competit Imperatoribus, siue imperio: & tunc quod factum fuit de do. Hen. per Imperatorem eum præsentantē, vel eundem conferentem, non tenuit, vtpotè factum ab eo, qui ius faciendi non habuit: vt ff. de acqui. re. do. l. traditio. extra de iure pat. quod autem. & de dona. inter virum & vxor. & de dote post diuor. resti. cap. & si necesse. & hoc casu debet domi. Ioan. vincere, & à petitione absolui iure, quo possessores sunt potiores: vt. ff. si vsusfruct. pe. vti frui. C. de æden. qui accu. & de rei vendit. res alienas, aut ius competit Imperatoribus, seu imperio præsentandi, seu conferendi, & tunc translatum est ius dicendum in ducem brabantiæ per infeudationem, quæ est iustus titulus ad tale ius transferendum, potissimè cum vniuersitate: vt. ff. de contrahend. emp. & vendit. in modicis. & de acqui. re. do. quadam. extra de iurep. ex literis. de re iudica. cum Bertoldus. & hoc casu potior est conditio. d. P. vt est casus. C. de rei vend. quoties, & melius. ff. de act. emp. & ven. si hæres. §. vlt. in fi. ¶ Et circa huiusmodi concessionem est attendendum, quod Imperator Philippus secundus in concessione, quam fecit duci brabantię, dixit, quod ei concedebat ciuitatem Traiecten. cum omnibus inuestituris intus, & extrà, cum omni integritate. quæ verba ecclesiam sancti Seruatij ibidem existentem complectuntur. & de hoc est casus. C. de bo. va. si quando libr. 10. nedum quia in concessione dicit se concedere ecclesiam sancti Seruatij. ¶ Non obuiat huic, quod dicitur in tali concessione fuisse aliquem defectum, quia certè nulla defuit solennitas necessaria, & dato quod defuisset, adhuc non obesset, quia imperiales contractus legis vicem obtinent, minimeq; opitulatione quadam extrinsecus egent: vt. Cod. de dona. inter vi, & vxor, l. donationes. 2. in fin. & de dona.

sancimus,

2 sancimus. §. exceptiones. † Non obuiat, quod dicitur concessiones in feudum factas per Imperatorem non habere diem, & consulem: quia falsum est: concessio enim prima facta per dominum Philip. Imperatorem habuit, & habet annos domini, mensem, diem, & cætera necessaria. & idem habuit vltima cõfirmatio, seu innouatio per do. Albertum Imperatorem in præsentem ducem, vt ex earum inspectione apparet. ¶ Præterea cum literæ infeudationis sint literæ priuatæ ab Imperatoribus procedentes, non vitiantur ex defectu diei, & consulis. vt. ff. de pigno. cum tabernam. §. idemq; fit. Et dato sine præiudicio, quod dicta infeudatio, & concessio facta per Imperatorem duci non tenuisset, ex quo tamen dux ipse reperitur in vltima, & immediata quasi possessione iuris præsentandi, debet præsentatus per eum, seu ad eius præsentationem admissus censeri potior alio quocunq; etiam à vero patrono præsentato: vt extrà de iurepa. consultationibus. & in d. capi. cum Bertoldus. etiam si iure concessionem in feudum, & vltimam præsentationem aliquando Imperatores possediissent, ex quo dux vltimò possidet, quia in talibus attenditur solùm vltima, & immediata possessio. vt extrà de causa pos. & proprie. cum ecclesia sutrina. ff. de vsuc. si is, qui. §. si quis bona fide. & pro emptore. qui fundum. §. qui bona fide. Nec obuiat, si dicatur, quoniam duces brabantiæ post infeudationem factam permiserunt Imperatores possidere, videntur infeudationem remisisse: quia hoc falsum est, vt apertè probatur. ff. de ali. & cib. leg. l. libertus. §. manu-
3 missus. ¶ † Ad. l. ff. de prob. procula. respondeo, quod ibi affectio, & coniunctio personarum inducit præsumptionem tacitæ remissionis, vt de dona. inter vi. & vxor. seruus communis. & ibi no. & ar. ff. de lib. leg. Aurelius. l. titius. 2. & not. ff. sol. ma. quæ dotis, etiam cum alterius iniuria, & damno. hic autem dux contendit de retentione sui feudi, & sic sine alterius iniuria, nec enim potest videri iniuriam accepisse, qui semel voluit: vt. ff. de aqua plu. arcen. l. in diem. & inter hæc scilicet retentionem sui, & assecutionem iuris multum refert, vt. C. de codi. l. vltim. & potissimè cum agitur de lucro, quod sine alterius iniuria peti non potest: vt. ff. qui. ex cau. ma. sciendum. & de fur. si is, cui. §. vlti. Nedũ quia postquam do. Alber. Imperator infeudauit in dominum Ioan. ducem brabantiæ, nec dicitur, nec ponitur, nec est verum hoc ius Imperatores postea possediſſe. Istud etiam non omitto, quod non probant. d. H. fuisse clericum tempore collationis ei factæ. ¶ Ex prædictis itaq; liquet dicendum do. Ioan. iure præsentandi, quod verè competit ducibus ex vero, & legitimo titulo, & ex possessione vltima, & immediata iuris præsentandi, in qua dux fuit, debere censeri in hac causa potiorem, & victoriam totaliter reportare, aut saltem ex defectu intentionis agentis, quæ deficit tam ex iure præsentandi, quod non competit Imperatori, quam ex persona præsentata ipsius. s. d. H. qui non probatur clericus, debere ab oblata petitione absolui eo iure, quo deberent possessores, & si nihil pręstiterint, obtinere. C. de æden. qui accusare. cum similibus. Cætera suppleat æquitas iudicis.

De appellation. & de exception. & de accusatione.

SVMMARIVM.

1 *Appellans quis propter prouisionem factam in ecclesia & capitulum vult prosequi obiectus etiam contra prouisum præfertur capitulum illi appellanti & obycientes crimina vel defectus habentur loco accusatorum. & num. seq.*

CONSILIVM CCCXIII.

THEMA tale est. Contra prouisionem factam, seu gratiam à sed. apost. in aliqua ecclesia, per episcopum, & capitulum illius ecclesiæ in appellatione facta bene, sunt expressa aliqua minus bene in causa appellationis vsq; ad articulos dandos, & tunc venerunt de nouo quidam tanonici eiusdem ecclesiæ qui non appellauerunt, probabilem ignorantiam allegantes omnium prædictorum, & instanter dant illos articulos, quos dat episcopus & capitulum, sed dant magis expressos, dant etiam quosdam alios in appellatione nullatenus positos, & quatenus quæstio esset de istorum canonicorum admissione, pronunciatum fuit eos non admittendos ad eos articulos, qui ineptè fuerunt in appellatione expressi, ad alios verò nullatenus in appellatione expressos pronunciatum est eos, admittendos esse. & appellatum est ab ea sententia, per quam pronunciatum fuit eos non admittendos, s. articulos non bene expressos in appellatione. Modo in quæstione est, vtrum ad eos melius exprimendos admitti debeant, & per consequens pronunciandum sit in ea parte malè iudicatum, & bene appellatum, often-
1 ditur omnibus infrascriptis. ¶ † Et primò sic: certum est, quod omnis, qui in tali casu opponit, dicitur causam suam defendere, vt extra de exce. c. dilecti filij. & quod ad hoc tam capitulum: vt capitulum: quam quilibet singularis admittitur, vt ibidẽ. & extrà de iureiu. ca. petitio. & ff. de nou. ope. nun. l. nam reipublicæ. & de procur. l. seruum. §. Publicè. cum ergò hoc ius commune sit, siue communiter cõpetat capitulo & cuilibet singulari de ecclesia, in exercutione huius iuris is præfertur, qui idoneor est: vt. ff. de ac. si plures. & de collusione detegenda. l. vlt. & de pupilla. actio. le. 2. idoneitas autem consideratur non solùm ex personis, sed ex facilitate executionis eius actus, qui intenditur: sicut fideiussor censetur idoneus non solùm ex facultatibus, sed ex conueniendi facultate: vt. ff. qui sat. cog. l. 2. in princip. & conditio dicitur leuior, etiam quę sui natura grauior est, dummodò de facto leuior, etiam quæ sui natura grauior est, propter tamen malam expresionem prosecutionis facultatem non habet. & ideo censendi sunt alij magis idonei, imò certè soli idonei. ar. ff. qui po. in pi. ha-
2 l. 2. si magis idonei, soli ergò admittendi. ¶ † Secundò sic: huiusmodi obijcientes loco quorundam accusatorum habentur, vt in aut. quomodo opor. episcopos & cæteros clericos ad ordinem produci. §. si quis autem tales. vt cle. ap. pro. episcopos. §. si quis autem tales. vt cle. ap. pro. episcopos. §. si quis autem ad ordinationem. In accusationibus autem ita est, quod licet ab alio delata alius deferre non possit, hoc locum habet, quando primò deferens potest in dilationis prosecutione persistere, si autem non possit ex aliqua causa accusationem prosequi, non impeditur secundus à prosecutione propter ineptitudinem libelli secundum glossatorem. sed sic est in proposito. ergo, &c. vt hoc probatur. ff. de accus. hi tamen on-
3 nes. §. vl. l. libellorum. §. fi. & ibi no. ¶ † Tertiò, si quis rectè consideret, non est hoc inuenire præoccupationem aliquam: quia solus ille actus præoccupationem

tionem aliquam inducit, qui de iure sortitur effectum, quod probatur sic, scribitur in iure, qui vltimo supplicio damnantur, statim & libertatem, & ciuitatem perdunt. Et subditur ibi: itaque præoccupat hic casus mortem, & nonnunquam longum tempus occupat, hæc leguntur ff. de pœn. l. vltim. sed alibi scribitur, quod talis præoccupatio locum non habet in ea sententia, quæ de iure non sortitur effectum: vt ff. de pœn. l. 2. §. vltim. & de iniust. rupt. irri. test. si quis exhæredato. §. hi tamen omnibus. ex quibus iuribus colligitur, quòd non resultat occupatio, nisi ex eo actu, qui sortitur effectum de iure. sed obiectus criminum, qui facti sunt per cap. non possunt sortiri effectum de iure, igitur præoccupationem, seu præuentionem non inducunt. si sic, ergò, &c.

4 ¶ † Quartò stipulatio prima impedit efficaciam secundæ super eodem, & eodem modo interpositæ sed si prima sit talis, quæ possit exceptione repelli, nequaquam secundam impediet, vt hæc leguntur. ff. de verborum obligat. qui bis idem. & l. si dari stipuler. sic dicimus, quòd præcedens ascriptio libertatis impedit subsequens legatum serui, si non appareat de contraria voluntate: vt ff. de legat. 2. si inde seruus. Quod tamen debet intelligi, si ascriptio libertatis vtilis est, aliàs non: vt ff. de legat. 1. si seruus lega. §. si seruus alienus. ¶ Ex quibus apparet, quòd si sunt duo, quorum vnus habeat prælationis prærogatiuam, alter autem potestatem ipsum impediendi, cessat prærogatiua prælationis, & potestas impediendi, si de iure non sortitur effectum, vt verificetur regula posita in sexto, non præstat impedimentum, quòd de iure non sortitur effectum, sed in proposito, obiectus Episcopi, & capituli propter inaptitudinem expressionis non sortitur effectum prosecutionis, ergò alijs non præstat in obiectione criminum impedi-
5 mentum. ¶ † Quintò mirabilè est consentire contrarium: quia si sunt duæ viæ, quarum vna alterius electione tollatur, ita demum quis per vnius electionem priuatur altera, si illa potest de iure sortiri effectum, aliàs non: vt ff. de bon. libe. l. si vero. in prin. l. filium. §. si quis contratab. Si ergò quis per electionem, & præoccupationem vnius actus, qui de iure effectum sortiri non potest, semetipsum ab alio non excludit, multo fortius alios nec impediet, nec excludet, cùm facilior sit exclusio suijpsius, quàm alterius: vt ff. si quis aliquem testa. prohib. l. 2. §. fratris autem factum. & de bon. lib. l. Iulian. ¶ †
6 Sexto nunciatio noui operis sic præoccupat ædificantem, quod siue iure, siue iniuria facta sit, demoliendum venit quicquid ædificatur post ipsam: vt ff. de nou. oper. nunc. l. 1. in princip. & tamen si nunciatio peccet in forma, puta quod sit ineptè concepta, effectum talis præoccupatio non habet, vt ff. de remissio. l. 1. §. 1. & nota. in dict. l. 1. & de nou. oper. nunc. in gloss. magna, quæ incipit, imò, &c. in gloss. legitima, &c. Et pro hac parte optimè facit. ff. de adulter.
7 si maritus. 2. §. vltim. ¶ † Septimò attendendum est, quod isti Canonici erant absentes, & ignorantes tempore appellationis omissæ per ipsum capit. propter quod videtur, quòd talis præoccupatio potissimè de iure non tenens eis non obster. sic scribitur in iure, quòd dominus admittitur ad defensionem seruiens criminaliter accusati: vt C. de accusatio. l. 2. & si veniat ad defensionem eius, antequam seruus conijciatur in vincula, domino committitur præstita satisdatione de iudicio sisti. Si autem prius conijciatur in vincula, quam dominus se defensioni offerat, postea venienti domino ad defensionem non redditur, sed ex vinculis causam dicit, & sic si vincula prę-

ueniunt defensionem, non admittitur postea defensio, nec redditur domino causa pendente: & statim subijcit lex. Sed hæc interpretatio perdura per{q} nimium seuera est in eo, cuius dominus absens fuit, ac si apertè dicat, quòd absens, & ignorans per præuentionem non impeditur, vt hæc leguntur per ordinem. ff. de custo. & exhib. re. l. 2. & est expressum. ff. ad Tertul. l. 2. §. sed si fortè. & est hoc æquitati consonum, ne ignorantia puniatur, contra. l. ff. de his, qui not. infa. l. genero. & sic contraria opinio intelligi potest in canonicis scientibus, quia scriptum est, scientiam, non ignorantiam vlciscimur. l. 3. C. de tabu. scrip. libr. 10. in summa actus iudicialis, sicut est lit. contesta. libellus, & huiusmodi nullum effectum habent ad interruptionem, vel comodum aliquod aliud, vt dicunt casus legum. C. ne de statu defun. l. si pater. & ibi not. ff. de adult. denunciasse. & de appel. recip. si seruus. §. sanè. si igitur non prosunt huiusmodi actus ineptè concepti, quantum ad commoda, quæ consueuerunt ex talibus actibus resultare, absonum valdè videtur esse quantum ad solum effectum exclusionis valere, argument. expresè de bon. poss. contratab. l. filium. §. sed cum exhæredatio. & de bon. lib. si patronus. §. ex testamento. ¶ Et sic breuiter ex præmissis concludere possumus textum legis dicentis, qualiscunque quis sit, audiri debet & rem publicam, & suam gerens: vt ff. de vend. in spi. l. 1. §. sed & si seruus. ¶ Non obstat, quòd dicitur in contrarium, quòd inter esse omnium canonicorum causatur ab eadem origine, & ideò consequens est, quòd vna electione alterius tollatur, &c. quia illud locum habet, quando actus translatiuus, vel extinctiuus sortitur effectum de iure, vt probantur iura in contrarium deducta: sed hoc non est sic, ergò, &c. argu. ff. de pe. leg. l. 2. & 3. & de condi. & demonstr. l. hæc
8 conditio. ¶ † Non obstat, quod dicitur de pluribus hæredibus debitoris, & de pluribus fideiussoribus, qui compelluntur dare vnum fideiussorem: vt ff. iudi. sol. iam tamen. §. penultim. quia illud locum habet in contrahente, qui voluntariè còtrahit. Nos autem loquimur de capitulo, & canonicis, qui voluntariè cum prouisione non contrahunt, sed inuiti in eum incidunt, & ideò eis magis subuenitur: vt habetur expresè: ff. rem publi. sal. fore. l. vltim. & ff. famil. erciscen. hæredes. §. non tantum. ¶ Præterea nec defensio dicitur scindi in plures: sed capitulo propter ineptitudinem repulsi soli canonici admittuntur. argum. pro hoc expressum de li. ho. exhi. l. 3.
9 §. si tamen plures. ¶ † Non obst. quod dicitur, quod iuris permissione vna persona habilis ad deducendum in iudicio aliquid, si alij, quorum interest, singulariter volunt venire, non admittuntur ad faciendum partem, sed possunt adesse causæ ne colludatur: vt ff. de pign. si superatus. §. 1. & C. de litigosis. Authen. nunc si hæres. & quia secundum gloss. hoc verum non est, imò possunt participes litis fieri. & producere testes, vt in Auth. de liti. §. & hoc autem præsenti. & not. ff de inoff. testam. si suspecta. in princip. ¶ Præterea illud locum habet, cum per solam assistentiam potest prouideri periculo, quòd timetur, scilicet collusionis, hic autem per assistentiam prouideri non potest, cum obiectus ex toto ruant, & alij remedio locus sit, vt argu. ff. de dam. infec. si ædibus. cum simil. ¶ Et ex prædictis concluditur, non obstantibus obiectis, dictos canonicos admittendos. Cætera suppleat æquitas iudicantis. Oldradus.

De eadem materia, & additio eiusdem. Sed in contrarium.

TEN contrarium videtur dicendum, scilicet dictos canonicos non admittendos. † Et hoc sic ostenditur. Nam certum est, quòd capitulum facit partem in iudicio pro omnibus canonicis, qui sunt de capitulo, & omnium canonicorum interesse causatur ab eorum origine, & nascitur vna lege. Vnde quod vna lege nascitur, necesse est, quòd vna lege tollatur: vt extra de const. transla. & C. de nupt. si quis libertam. in fi. ¶ † Item est videre, quòd si sint plures hæredes debitoris, licet debitum sit diuisum inter hæredes ipso iure: vt C. de pact. l. pacto successorum. Tamen ipsi omnes ad defensionem communem eiusdem debiti compelluntur facere vnum procuratorem, qui omnium causam deducat in iudicium, & singuli volentes facere partem admittuntur, sic & plures fideiussores eiusdem debiti compelluntur vnũ dare defensorem, & aliqui singulariter non debẽt admitti: vt ff. iudi. sol. nam cum, §. pe. &c. ¶ † Item est videre, quod quoties permissione iuris vna persona est inhabilis ad deducendum in iudicio causæ negocium, si aliqui, quorum singulariter interest, volunt venire, non admittuntur ad faciendum partem, possunt tamen interesse liti, nec colludatur, sicut in hærede, qui defendit testamentum defuncti, si legatarij volunt, eodem nolente, defendere, quia eorum interest, ne legatum eorum pereat, non admittuntur ad faciendum partem, sed liti possunt assistere, ne colludatur. ff. de pignor. l. si superatus. §. primo. C. de legib. in Authentic. ibi posita. quæ incipit, nunc si hæres. Ad quod facit. ff. de exerci. l. 1. §. vltim. vnde de pluribus debitoribus vnus facit partem pro omnibus, & alij non faciunt per se partem in iudicio, ne ius petitoris per plures distinguatur, nec attenditur, quotam quisque portionem habeat: vt in l. 3. eiusdem titul. Sic ergò patenter ostenditur, quòd cum ius istorum superuenientium censeatur ab eodem trahere originem, à quo capitulum assumpsit causam, ipsi non debent admitti, sed liti possunt adesse, si volunt, ne fiat collusio. Nam & sententia lata contra capitulum faceret ius indubitanter contra quoscunq; Canonicos eiusdem capituli, quia eorum ius est in iudicio deductum qualitercunque, meritò non possunt aliud iudicium facere. Secus si eorum ius non causaretur ab eodem capitulo, quia tunc sententia capituli non faceret ius contra ipsos, & quandocunque possent venire. extrà de re iudi. cum super controuersia facit extrà de testi. veniens. 2. Oldradus.

De eadem materia, & additio eiusdem.

ITEM quod admitti non debeat iste appellans ad eadem crimina, & defectus opponendos, sic primò probatur. Tales oppositores defectus, & crimina opponentes loco accusatorum habentur: vt probatur ex coniunctione duorum. §. in Authentic. quomodo oport. Episcop. &c. §. si quis autem talis. & §. sequent. & de sanctis. episcop. §. si quis autem ad ordin. sicut & in causa ciuili dicitur actor, qui constructionem ædificij impedit, & reus, qui denunciationis remissionem petit: vt ff. de oper. noui nunc. l. de pupillo. §. qui procurator. & argumen. ff. quæ in fraud. cred. l. si pupillus. §. defendere. sed ab alio delatum alius defendere non potest: vt ff. de accusat. l. hos accusare. §. ab alio. & C. de accusat. l. qui de crimine. primo responso. ¶ † Secundò probatur sic: iste secundus. Sicut nouus venit quasi ad defensionem Ecclesiæ: sed capitulum ipsum Ecclesiam defendit: ergò si nouus admittitur, in plures scinditur defensio Ecclesiæ cum agentis incommodo, quod esse non debet. vt ff. de exerc. l. 1. §. vltim. ¶ † Tertiò in concursu plurium ad exercitium popularis actionis, & defensionem interesse communis, is præfertur cuius plus interest, & quem verisimile est maiori affectione ad communis interesse deffensionem adduci, & ille quantum ad hoc magis idoneus est censendus: vt ff. de popular. actio. l. 2. de accusa. si plures. de colluſi. dete. l. vltim. & de lib. bon. exhib. l. 3. §. si tamen plures. Sed constat quod capituli magis interest, quàm vnius tantum. Item verisimile est, quòd cap. maiori zelo, & maiori affectione ducatur, quàm vnus, ratione maioris numeri. extrà de elect. dudum. & eod. tit. cap. si quando. lib. 6. ergò in obiectu talium criminum, & defectus capitulum singulariter præfertur, quæ prælatio concursum omninò excludit: vt C. de aduo. diuersi. iudi. l. vltim. ¶ † Quartò constat, quòd tàm capitulum, quàm iste singularis canonicus, idem interesse prætendunt, id est, interesse Ecclesiæ, & eodem iure, vt nota. per Innocent. extrà de elect. ca. auditis. Sed inter venientes eodem iure, & idem ius prætendentes prior secundum impedit: vt ff. de duob. reis. ex duobus. de procur. l. pluribus. Sic ergò capitulum alium singularem impediet. ¶ † Quintò interesse hoc, quod iste singularis Canonicus nunc in iudicium deducit, siue cuius ratione se petit admitti, est illud idem numero, licet nunc ad oculum monstrabile non fit, sed est ad intellectũ tamen, quoniam alias prædecessor eius iam vnus de capitulo in iudicium deduxit. ff. de le. 2. l. Mæuius. §. duobus. & ibi not. & argument. ff. de stipul. ser. l. seruus communis. & si est illud idem, non potest alio modo in iudicium deduci per successorem, quàm per decessorem fuerit deductum, quia ex persona hæredum non debet obligationis conditio mutari: vt ff. de verborum obligation. l. 2. §. interrogatio. ¶ † Sextò iste nunc appellans tempore appellationis emissæ certum. & de except. rei iudi. l. exceptio. erat de capitulo, & sciebat talem appellationem hesri. Ergò si sciens tacuit, videtur sibi præiudicasse: vt C. de filijs fami. & quemadmodum pater pro his te. l. 1. lib. 10. ff. ad Macc. l. si filius. & sibi amissi mancipij damna debent imputari, quę in prouincia sua gesta taciturnitate firmauit: vt C. de his, qui à non do. min. manu. l. fina. ¶ † Septimò certum est, quòd si iste appellans nouiter deberet admitti, admitteretur capitulo sibi viam aperiente per appellationem suam: aliàs processus facti in fauorem promissoris transijssent in rem iudicatam: sed omnis qui admittitur alio sibi viam aperiente, sic admittitur, sicut ille, qui sibi viam aperit: vt ff. de leg. præst. contrat. bon. poss. pe. l. is, qui in potestate sic admit. §. sed si solus. in verbo, descriptio, &c. Sed in casu nostro, Cap. non admitteretur ad istos articulos sic dandos, ergò, &c. argument. ff. de verborum obliga. l. mora rei. ¶ Octauò videtur ista sententia apertè corroborari per l. quoniá Alex. C. ad l. Iul. de adult. Et hoc est, &c.

De appel. & de procu. & de verbor. signifi.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deseritur per lapsum termini dati ab homine ad protestandum vel impetrandum.*

Appellans necesse habet iudicem ad quem appellat in appellatione exprimere etiam si vnus tantum iudex erat ad quem poterat appellari. Simplici-

Simpliciter substitutus ab eo qui mandatum habebat ad appellandum & prosequendum videtur substitutus ad viam quam habebat substituens in mandatis. cum plu. num. sequent.

1 *De natura alternatiua, quomodo ponatur.*

CONSILIVM CCCXIIII.

THEMA quæstionis tale est. Archidiaconus montis regalis, & magister Montisferrati procur. (vt dicebant) reuerendi patris dom. Archiepiscopi montis regalis coram domino auditore pro tribunali sedente exhibuerunt literas cum sigillo cæræ rubeæ, per quas de eorum mandato, & substituendi potestate constabat. comparuit etiam magister Rogerius procurator monasterij Marina Solij. & ibidem domini Archidia. montis regalis, & magister Montiferrati subsistunt apud acta præsente dicto magistro Rogerio, necnon & fratre Angelo monacho, & procuratore dicti monasterij contra magistrum Ioan. de Rota præsentem, & recipientem protestationem, quod per aliquam comparitionem, quam ipsi, vel alter eorum facient, non intendunt reuocare prædictum magistrum Ioan. de Rota procurat. præsentem, & recipientem, nisi eum expressè reuocauerint, &c. post quæ dictus magister Ioann. inhærens substitutioni prædictæ prosecutus est litem quandam, seu causam, quæ erat inter dominum suum ex vna parte, & dictum monasterium ex altera coram reuerendo patre domino P. de columna sanctæ Romanæ ecclesiæ diacono Cardinali, & tandem cum magister Ioan. prædictus per diffinitiuam sententiam succubuisset in causa, appellauit viua voce, & simpliciter dicens, appello: & d. dom. Cardinalis præfixit terminum ad prosequendum, vel imetiam, dicto magistro Ioan. protestante, quod prosequi non intendebat. Nunc termino lapso per dict. dominum Cardinalem statuto impetratæ sunt literæ executoriæ iam latæ sententiæ pro parte monasterij antedicti, quas dictus magister Ioan. coram reuerendo patre domino R. sancti Eustachij diacono Cardinali sibi post lapsum præfixi termini iam in casu appellationis prædictæ auditori concesso nititur impedire, procurat. monasterij in contrarium
1 afferente, & dicente appellationem esse desertam per lapsum termini supradicti. ¶ † Ex hoc themate quæritur, vtrum dictæ literæ suspendi debeant, vtpotè appellatione pendente, vel relaxari, quasi appellatione deserta? Et absque dubio dicendum videtur dictam appellationem esse desertam, & per consequens debere dictas literas relaxari, & hoc propter lapsum termini dati per primum Iudicem, vt probant iura extrà de eppellatio. sæpè. in pen. responso. & eodem tit. cùm sit Romana. & ibi not. & C. de appellat. præses. & hoc nullo modo posset in dubium reuocari, si in casu fuisset principalis persona, vel primus procurat. mandatum habens ad appellandum, & prosequendum: Sed quia fuit magister Ioan. simpliciter substitutus, vertitur in quæstione, vtrum simpliciter substitutus ab eis, qui mandatum habebant ad appellandum, & prosequendum, sicut in
a mandatis habebant substituentes, *a* Et videtur, quòd sic, quia in iure scribitur, quòd omne onus in ferendum instituto, in personam substituti legis virtute intelligitur repetitum, nisi contrarium appareat per legitimas coniecturas: vt C. ad Trebellia. non iniustam: vt ff. de lega. 1. non licet Imperatori. de legat. 3. cum pater. §. ab instituto. Si ergò omne onus principaliter in instituto incumbens repetitum intelligitur in personam substituti, etiam onus prosecutionis appellationis, quod incumbebat procuratori principaliter constituto, transibit ad procurato-
2 personam simpliciter substituti. ¶ Nec enim est differentia inter primum institutum procuratorem, ni si in gradu ideò dicto primo substitutus totaliter eius vires assumit. Iuxta illud, plures substituti subducta persona pupilli reuocandi sunt ad nutum instituentis: vt ff. ad l. Falcid. in ratione. §. si filio. & de vulg. & pup. substit. l. 1, in prin. ¶ Apparet hoc idem alia ratione, si testator relinquat alicui legatum sub conditione, vel cum nominis alicuius adiectione, & postea illud transferat in alium simpliciter, cum eadem cõditione, & eodem modo transtulisse videtur: vt ff. de adi. & transfer. leg. l. legatum sub cond. & de condi. & demonstr. l. legatum sub conditione. & expresse. ff. de alim. & cib. leg. l. Caio. in prin. ex quibus iur. colligitur, quod omne, quod transfertur, cum onere adiuncto transfertur. Sed hic facta est translatio mandati de vno procuratore in alterum: vt ff. de procur. in causæ. §. vlti. ergò factum videtur cum onere, quòd inhærebat primo mandato. sed illi inhærebat onus prosequendi appellationem, ergò, &c. ¶ Tertiò hoc idem probatur sic: Imperator commisit præfecto vrbem: ex ista simplici commissione dicit lex, præfecto vrbis competere cognitionem omnium eorum, quæ intra vrbem, vel centesimum lapidem committuntur: vt ff. de offic. præfect. vrb. l. 1. §. cum vrbem. ex qua lege apparet, quod simplex cõmissio deducit in seipsam vniuersaliter, quicquid competit committenti. sed hæc facta erat simpliciter, ergò, &c. ¶ Quartò hoc idem probatur, quia po-
b testas appellandi, & exequendi simul data fuit primo procuratori. & ab eodem substituto. *b* ergò facta simplici translatione simul vtrunque translatum videtur: vt extrà de const. translato. ¶ Quintò hoc idem probatur sic: mandatum ad appellandum, & prosequendum vnicum est, licet plura in executione contineat: vt ff. de neg. gest. sed & cum aliqui. §. si nemini. ergò qui illud recipit indistinctè, totum recepisse videtur. Nec potest dicere pro parte recepisse, & pro parte non: vt ff. de oper. liber. nam absurdum est. & de admi. tuto. Cùm quæritur. & in procura. nam sicut in domino, talis inconstantia reprobatur: vt ff.
3 de procurat. in causæ. ¶ † Fundata ergò hac parte restat respondere ad opposita, & primò ad primum dicit pars aduersa, quòd argumentum de instituto, & substituto ad propositum non accedunt. Nec de testatore legatum transferente, quia ibi est vnus, & idem instituens, & substitutus: legans, & legatum transferens. In casu verò nostro sunt diuersi. sed errant, qui sic dicunt, quia verè in casu nostro est vnus, & idem, qui constituit, & substituit. constituit fictiè. Sic enim dicitur in iure, si constituo alicui seruitutem aquæ ducendæ, & do ei potestatem, quod & ipse possit alium, vel alios constituere, constituit. certè talis constitutio tenet, etiam in prædio alieno, quia non ipse constituisse videtur, sed is, qui ei constituendi seruitutem potestatem dedit, vt hęc leguntur. ff. de serui. rust. prædi. cum essent. §. vltim. & ibi
4 nota. in gloss. de isto tali procurat. ¶ † Secundò objicit pars aduersa, sicut dominus Principalis constituendo simpliciter procuratorem videtur ei dedisse mandatum ad appellandum tantum, non ad appellationem prosequendam: vt C. de procura. l. inuitus. quod sic est in substitutione, ne plus possit substitutus, quàm poterat principalis. ¶ Respondeo, quod non plus potest quia etiam primus poterat dare ad

vtrunquè mandatum, sicut & ille facit. Sed in hoc bene est differentia, quia primus constituens simpliciter mandans non videtur prosecutionem appellationis mandare, eò quod mandatum ipsum de non esse in esse producit, & ideò ei legem dicit, quam vult. ff. de solut. l. 1. & de pact. dot. ob res. Sed qui substituit. mandatum iam in esse productum extendit, seu ad alterum transfert, & ideò in ipsum transfert, sicut erat productum cum onere, scilicet prosequendi. & hoc est, quod lex dicit, si testator legat fundum simpliciter, non videtur legare instrumentum fundi: sed si legauit fundum instructum, postea legatum in alium transtulit, cum instrumento transtuliſſe videtur: vt hæc leguntur. ff. de fundo instructo. & instru. leg. l. 2.
5 §. vlt. & l. 3. ¶ † Tertiò objicit, & dicit, dato quòd substituens ad totum substituisse videatur, non apparet, quod substitutus receperit, & sic dicit ff. de procura. filiusfam. §. inuitus. Respondetur. ille. §. inuitus. debet intelligi de eo, quem non apparet suscepisse mandatum. Nos autem loquimur de eo, qui mandatum susscepit: Sed dubitatur, qualiter susceperit, vtrum scilicet totum suscepisse videatur, an partem? Et certè dicendum est, quod totum suscepisse videtur, sicut & constituens commisisse. sic dicitur de fideiussore, cui prædicitur eum nõ vsurum fori priuilegio, quia simpliciter fide iubendo, ita fideiussisse videtur, vt prædictio indicabat. & idem dicitur in Caupone res simpliciter recipiente, quia sic recepisse videtur, sicut indicat prædictio. vt hæc leguntur. ff. qui satisdar. cog. si fideiussor. in princip. ff. nau. cau. stab. l. licet. in princip. & qui iurat, sic iurare videtur, sicut est delatum, nisi aliud in iurando adijciat: vt ff. de iureiuran.
6 non erat. ¶ † Quartò objicit pars aduersa præfixionem termini domi. Cardinalis non tenuisse, quia terminus talis non reperitur in iure, & quia impossibilitatem continere videtur, quoniam impetrare non est in litigatorum potestate, sed superioris. argument. extrà de appellat. ex insinuatione. Respondetur, imò verè talis terminus reperitur in iure, quia (vt in iuribus in princip. allegatis habetur) ad prosequendum potest præfigi terminus, sed ex istis actibus resultat prosecutio: ergò ad istos actus terminũ præfigendo ad prosecutionem termini præfixisse videtur, sicut cum quis dato libello terminum videtur præfixisse ad litem contestat. vt C. de iudic. rem non nouam: vt de lit. contestat. l. vnica. & de iura. cal. l. 2. circa princip. quia inter duo prædicta non plus refert, quàm inter implicitum, & explicitum, de quo scribitur, quòd sæpè numero mutatur rei effectus, quanquam id expresserit testator, quod & si non fecisset, inesset tamen: vt ff. de condi. & demonstra. si in diem. §. primo. & nihil refert vtrum iubeat testator rationem reddi, an talem summam poni, & reliquum restitui: vt ff. de condict. & demonst. cùm seruus: quia nihil obstat dicendi diuersitas, si ex dictis idem intellectus resultat: vt extrà de verborum
7 signifi. c. nihil. ¶ † Ad id, quod dicunt, quod præceptum continet impossibilitatem: Respondeo, non est verum simpliciter: quia satis ille petere videtur, per quem non stat, quo minus impetret, & quia circa id facit, quod potest: vt ff. de regul. iur. iure ciuili. & de cond. inst. qui ex fratribus. & dato quod impetrare de se & per se sub præcepto non caderet, cadit tamen rectè alternatim, quando est protestatus. sicut lex dicit de eo, qui stipulatur. capi. operas, aut in singulas aureos quinos dari. Nec enim videtur contra. l. Æliam sentiam mercedem operarum stipulatus. Adducit iterum. l. quia in potestate liberti est operas præstare, vt hæc leguntur. ff. de iurepat. adigere. §. 1. & qui, & à quibus manu. liber. non fia. l. vltim. §. vl-
8 tim. ¶ † Sed insurgit pars aduersa, & dicit præceptum fuisse ineptum, eò quòd alternatiuè est concepta, & ex hoc videtur data potestas appellãti, quòd alternatiuorum facere malit, & sic protestari solùm sufficeret, etiam nulla opera data impetrationi: sed hoc est absonum: ergò est præceptum. Respondeo, alternatiua locutio non dat semper potestatem, vt quodcunque velit quis, ex alternatiuis faciat, sed aliquando vnum in subsidium alterius ponitur, & sic hic, licet quis non possit impetrare, saltem protestatur appellans, & probatur de tali alternatiua. ff. ad Trebellian. hæredes. §. vltim. & de legat. 2. cum pater. §. penultim. ¶ † Sed circa hoc insurgit pars ad-
9 uersa, & dicit ordo scripturæ seruandus est, & secundum hoc prius protestaretur, quàm impetrationi operam daret, sed hoc est absonum, ergò, &c. Respondeo, hæc alternatio recipit conuersum ordinem, ac si dixisset ad impetrandum, aut protestandum: sicut lex dicit de auo, qui stipulatus est dotem reddi nepti, aut sibi, quia perindè est ac si dixisset sibi, aut nepti: vt solu. matrim. caius. quia in talibus orationibus ordo scripturæ non attenditur: vt ff. de pecul. quidem. sed ex iure sumitur, quid agi intelligatur: vt ff. de solutio. nec enim ordo. & hoc est, quod lex dicit, ordo scripturæ non impedit causam iuris, & voluntatis, id est, certam dispositionem, vel sequentis intentionem. ff. de legat. 3. cùm pater. §. fidei. 2. illud etiam non omitto, quòd Procurator substitutus accepit à substituente instrumentum procurationis suæ, & eo vsus est in iudicio, quod indicat translationem, & susceptionem omnis oneris, & totius mandati in ipsum, cuius mandati probatio chirographo continebatur. argument. C. de donati. l. 1. ff. de lega. 3. qui chirographum, nec illud est perfunctoriè transeundum, quoniam, qui appellauit Iudicem, ad quem appellauit, in appellatione non expressit, quod videtur esse necessarium: vt ff. de
10 appellat. l. 1. §. si quis in appellatione. ¶ † Nec obstat, quòd vnus tantùm erat Iudex, ad quem poterat appellare, scilicet Papa, quia & si hoc sit, potuisset tamen appellans in appellatione errare, & ad minorem prouocare, & sic appellatio non tenuisset: vt in dict. §. si quis in appellatione. qui error in iudicio nocet, etiam si de damno vitando tractetur, & hoc propter vigorem iuris seruandum: vt ff. de confessi. non fatetur. & propter hoc attentè dicunt Glossatores in libello debere exprimi actionem, quia possibile esset ineptè proponi, & per hoc reum absolui: vt ff. Si mens. Falcid. mod. dix. l. 1. §. primo. & nota. gloss. hanc rationem. ff. de edend. l. 1. in vers. vt perindè iuxta fin. Illud vltimò ociosè non transeo, quod mon. spoliatum est, & sumus in causa spoliationis, quæ non modicum est priuilegiata: vt extrà de restitut. spoliat. quasi per totum. ¶ Ex prædictis itaque patet, quod deberet pronunciari erratum in appellationis forma, vel saltem appellationem esse desertam, & per hoc literas executorias sententiæ latæ pro monasterio relaxandas. Atque hæc breuitatis causa sufficiant. Cætera suppleat exuberans cognitio ius dicentis. Oldradus.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a Substituentes. *Eandem facultatem habuisse dicatur, & potuisse nocere, Huiusmodi verba sunt supplenda.*

b Et ab eodem substituto. *Fortè legeretur aptè substituendo.*

De his,

De his, quæ fiunt á maiori parte capi. extraord. quod cuiusq; vniuers. no.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitatis minor pars si aliquid agit, etiam si interueniant consules, & aduocati, tota vniuersitas non debet puniri. cum num. seq.*

CONSILIVM CCCXV.

CIRCA istud [a] propositũ thema quærendum est primò, † verum ex datis, & productis possit vniuersitas Lubicen. deprehendi, ac per hoc alicui pœnæ subijci? Et dicendum, videtur quod non, circa quod attendendum est, quod vniuersitas habet suos terminos & limites in constitutione sui: vt videlicet sit multorum in vnum congregatio eidem capiti subiectorum: vt de primo verbo probatur. ff. de verbor. significa. l. Neratius. & extrà de elect. c. 1. & ideò Syndicum describuntur vniuersitates habere, qui dicitur quasi singulorum causam dicens. vt. ff. de mune. & ho. l. vlt. §. defensores. & no. ff. quod cuiusq; vniuer. leg. 1. §. defensores. quod constituentium pluralitatem insinuat: vt colligitur ex solutione duarum legum, quæ simul contradicere videntur. ff. de leg. 2. l. cum ita legatum. §. qui plures. & eo. tit. in eius. §. eum, qui. & ibi not. ¶ † De secundo verbo probatur: quia talis congregatio duntaxat corpus constituit: vt de fideius. l. mortuo. Ita quod prælatus caput, cæteri verò membra. vt extrà de his, quæ fiunt à præla. sine consen. capi. c. nouit. & per hoc etiam per tertium, de quo probari potest. C. de seruis reipublicæ manu. leg. 1. & 2. & ff. quando appellan. sit. leg. 1. §. solent. & probantur prædicta extrà de iure pa. c. postulasti, & extrà de excess. præla. ca. dilecta. & sic in sui constitutione vniuersitas quandam vnitatem constituit, & vnum corpus representat. sicq; in productione actuum qui progrediuntur ab ipsa: oportet, quòd sit vnitas, & si omnes feciissent, non diceretur vniuersitas feciisse, sed singuli. vt extrà de elect. cap. in Genesi. & arg. ff. de vsucap. l. enim, qui ædes. & de rebus ducũ status. ¶ † Circà quod etiam attendendum est, quòd est mutatio consentientium, & vnitas actuum vnitas consentientium, cum in pluribus, qui communicato consilio ad idem perpetrandum accedunt vnitatem arguit in delicto, sed non vt sit vnitas actuum in idem tempus concurrentium, sed ea debent esse diuersa hoc probatur expresse. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. sed si in sepulchro. & per hoc tamen vniuersitas sit vnum corpus tantum, vt probatum est, & per eam vnum duntaxat crimen committatur, quod cum per singulares, vt per vniuersitatum membra committi non potest. vt no. per Innoc. extrà senten. excom. ca. grauem. ergo oportet, quod hoc delictum precedat vnitas consentiens eorum, qui de vniuersitate simul congregatorum tuba sonata vel campana sonata, vel alio tali signo hoc facere deliberantium sunt. & hoc est quod no. glo. ff. de dolo. l. si ex dolo. §. 1. & de reg. iur. aliud. §. refertur. hoc idem sentiunt in dolo præsumpto, putà in contumacia, dicunt enim oportere vniuersitatem citari in concilio, vel in publico. vt not. ff. de reg. iur. l. nemo potest dolo carere. sed in proposito nullum tale factum est in articulis positum, vel probatum. ergò sequitur, quod vniuersitas lubicen. censenda sit ex toto innocens. ¶ Nec obstant dicta testium dicentium, quod vniuersitas lubicen. nunc ad canonicam curiam, &c. quia hoc non est tale factum, quod vniuersitatem afficiat, sed cuntes duntaxat. Aliud enim est dicere homines de lubico, aliud vniuersitas lubicen. sicut aliud est dicere oues, aliud gregem ouium, vt. ff. de lega. 3. l. seruis legatis. §. omnibus. ¶ Non obst. si dicatur vniuersitatem teneri: quia resistere potuit, & non restitit: quia talis patientia tunc de iure alicui imputatur, ad noxam, cùm resistere potuit iure patriæ, vel dominicæ potestatis, quam habebat in talem delinquentem. vt. ff. de noxa. leg. 3. in princip. aliàs non. vt. ff. ad fil. leia. leg. 2. §. hoc autem senatus consultum. & no. ff. de reg. iur. l. culpa caret. & extrà de senten. excom. c. quantæ præsumptionis. Sed vniuersitas non est homini, quæ tamen iurisdictionem habet, potissimùm cùm rectores habet, vt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. vbi absunt. & C. de iur. om. iudi. l. per iniquum. & no. extrà de constit. cap. cum accessissent. ergò ex hoc capite vniuersitas non teneretur. ¶ Non obst. si dicatur vniuersitatem teneri propter factum aduocati, & consulum, quia verè non tenetur ob delictum eorum. ar. ff. de reg. iur. l. neq; interdicto. C. vnde vi. l. meminerint. &. ff. si cer. pe. l. si ciuitas. & sic ex omni parte vniuersitas innocens, & insons redderetur.

4 ¶ †Sed idem quærendum est de consulibus, & circa eos idem dicendum, quod de vniuersitate, quod consules innocentes sint. Agitur enim contra consules, vt contra collegium consulum, quod apparet, quia nullus specialiter nominatur, vt ff. de rebus dub. l. ciuibus ciuitatis. & de condit. & demonstrat. l. municipibus. sed non probatur maiorem partem consulum fuisse præsentem, qui vt per producta apparet, sunt triginta duo numero, & nulli testes deponunt, nisi de sex, ergo sex non fuit maior pars, imo nec quarta, & per consequens non fuerunt ibi consules, nec collegium consulum, vt ff. ad mu. l. quod maior, quod cuiusque vni. no. l. planè. C. de decu. l. nec rationum. & ff. de re iudi. l. aliud. §. refertur. & no. per Inno. & per Compost. extra de elect. dudum. Imò etiam si maior pars ibi fuisset. soli præsentes tenerentur, & non absentes, quia quod dicunt iura, quod maior pars facit, omnes feciisse videntur, locum habet in his, quæ pertinent ad officium faciendum, vt expressè colligitur. ff. de magistra. conue. l. 1. circa princip. ibi sed si ordo reciperet, &c. & in authen. vt nulli iudi. §. quoniam verò contingit. colum. 9. Cùm ergo non sit actum singulariter contra consules, quasi vt contra collegium, nec vt tales nocentes fuerint, apparet ab ea parte petitionis consules absoluendos. de aduocato planum est, quia ad ipsum iurisdictio non extenditur, vt ex forma primi rescripti, quod emanauit ad partes, & ex commissione postea facta domino Cardinali apparet euidenter. si sic, ergo, &c. vt extra de offic. & po. iudi. deleg. c. P. & G. & cap. cum olim. Id enim debent iudices exequi, quod commissio emissa præscripserit, vt C. de procu. l. maritus. ¶ Ex præmissis itaque euidenter apparet attenta forma agendi, quæ in talibus consideranda est, vt ff. de neg. gest. l. Papinianus. la 2. quòd vniuersitatem non faciunt consules, & aduocati eo agendi modo, qui in iudicium deductus esse simulatur, ideò reus est absoluendus. Cætera suppleat religio iudicantis, & hæc Oldradus.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a Circa istud, *Coniunge huic materiæ cons. supra 66.*

De except. & de verborum significat.

SVMMARIVM.

1 *Articuli non releuantes non debent admitti, imò eos ponens debet condemnari in expensis.*
Et quid sit causa, & articulus impertinens. cum num. seq.

CONSILIVM CCCXVI.

1 BREVES rationes ad ostendendam, † quod articuli Gonselini Michaelis admitti non debeant in causa, quam habet cum magistro Bernardo Martini rectore sancti Saluatoris de sregneridodo bracharen. dio: ¶ Et primò hoc ostenditur sic: non debet quis admitti ad articulandum, sicut nec ad probandum id, quo probato non releuatur. vt C. de proba. l. ad probationem, & aliàs dici solet, quod melius faceret, si se inanibus sumptibus non vexaret, cùm obtinere spem non habet, cùm laborando, quod optat, obtinere non valet, vt. ff. de inoffic. test. leg. 1. in fi. sed Gonselinus Michael est huiusmodi, videlicet quod probatis omnibus articulis datis obtinere non potest, quod sententia lata per thesaurarium bracharensem rata maneat, ergò, &c. ¶ † Quòd autem in nullum euentum hoc 2 obtinere possit. sic ostenditur. aut ille thesaurarius processit, vt iudex, aut vt commissarius à domino Archiepiscopo electus ad executionem testamenti domini Siluestri quondam Archiepscopi bracharen. Si vt iudex, non tenuit, quod fecit, quia nulla lit. consta. coram eo facta fuit, quinimò nec vllus ordo iudiciarius est obseruatus, & sic quid factum fuit, nullum est. vt. C. de senten. & interlo. om. iudi. l. prolatam. Si verò vt commissarius, nec hoc esse potuit, quia cum dominus Archiepiscopus esset electus per testatorem, vt bonus vir, de cuius industria, & legalitate saltem in quolibet Archiepiscopo est præsumptio. vt ff. de offic. præfe. præto. in pe. responso. & in Authen. de testi. §. sancimus. ibi per dignitatis, & militiæ, &c. confitebatur & simpliciter minister ad eligendum dignitatem secundum legem. C. de lega. cum quidam. & de reb. dub. l. vtrum §. 1. non potuit illud ministerium alij expediendum cõmittere, quia industria dignitatis, imò pro indignitate constitutus electus erat. ff. de ali. & cib. leg. l. cùm vnus. in secundo responso. & hæc ratio est, quare officium executorum, siue simplicis ministri ad hæredem non transit, vt. ff. de cura. furio. l. cuius bonis. secundo responso. & de his, qui not. infa. l. furt. §. illud. & de testa. tu. l. tutela. & ibi est expressum. extrà de offic. & 3 po. iud. deleg. cap. is, qui in 2. responso. lib. 6. ¶ † Secundò dato, quod prædicta ratio non vendicaret sibi locum, sed si verum esset quod dictus thesaurarius, non tanquam iudex, sed tanquam simpliciter commissarius à domino Archiepiscopo electus processisset, sicut pars aduersa dat in processu iudicij coram nobis non tenuisset quicquid egit, quia non datur, nec ostenditur per partem aduersam aliquam commissionem factam à domino Archiepiscopo prædicto thesaurario. sed ostenditur quædam generalis commissio, per quam dominus Archiepscopus omnes, & singulas causas, quas sibi audiendas reseruauit vsq; tunc, exceptis his, quas aliquibus specialiter commiserat, dicto thesaurario commisit audiendas, & sine debito terminandas: sed negotium hoc non erat de genere causarum ecclesiæ, sicut dicit pars aduersa, quia causa propriè est, in qua fit litis contestatio, & certæ personæ assistunt, vt actor, & reus integrantes iudicium. vnde dicit Tullius, causa est, quę habet in se controuersiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione, vt probatur. ff. de testibus. leg. 1. §. 1. C. de transact. l. causas, vel lites. & ibi not. & sic apparet, quòd illud, quod egit thesaurarius, egit vt priuatus homo, & non præcedente aliqua sufficienti commissione, vt 4 est ostensum. ¶ † Tertiò dato, quod prædicta essent, sicut non cessant, adhuc quod fecit thesaurarius, nihil fuit, quia articuli dati pro parte Gonselini Michaelis, qui locum libelli obtinebant propter naturam negotij, quæ talis erat, in Authen. de trien. & sem. §. illud. & ibi nota. ad certam causam se referunt, quia dicunt Gonselinum Michaelis electum fuisse per Laurentium Gonselini. Sententia autem thesaurarij non ad eam causam refertur, sed aliam omninò extraneam, videlicet quia dignior est, vt dicebat. & ideò nihil valet quod fecit thesaurarius: quia sicut quando pronunciatur super aliqua re, quæ est in iudicium deducta, non tenet, quod fit: vt. ff. communi diui. l. vt fundus. vt C. de fideicomm. liber. l. vltim. ita quando pronunciatur ex alia causa, quæ non est determinatè in iudicium deducta. vt extrà de re iud. cap. abbatè sanè. lib. 6. quia causa agendi diuersitatem inducit, sicut & res ff. de excep. rei iud. 5 l. si mater §. eadem. ¶ † Quartò dearticulis impugnaturis, siue crimen imponentibus dicto. B. non est dubium, quod admitti non debent: quia ad præsens tantum tempus se referunt. vt. ff. de auro, & arg. leg. l. scribit Quintus Mutius. §. item scribit. sed in casibus talibus succesionum & ex testamento vocationum non consideratur tempus testamenti, sed mortis, & additionis. vt insti. de hære. quali. & differ. §. in extraneis, & ff. de iure fis. l. non intelligitur. §. quando autem. cùm igitur articuli non respiciant debitum tempus, constat ipsos admittendos non esse. ¶ Et ex prædictis liquidè patet nullos ex articulis admittendos: imò ex actis, & productis ex nunc apparet, quicquid actum fuit per thesaurarium, nullum esse: & sic debere ex virtute appellationis, & libelli in ea oblati nullum pronunciari, & dictum Gonselinum Michaelis in expend. exigente iustitia condemnari. Cætera suppleat religio iudicantis. Et hoc est verum Oldradus.

De appellat. & de procurat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex licet deferat appellationi ob reuerentiam sedis apostolicæ: tamen potest sententiam exequi, si appellatio sit deserta.*
Et quomodo intelligitur, quod procurator efficitur dominus litis per contestationem. Et respon sio ad c. cum appellationibus friuolis. cum num seq.

CONSILIVM CCCXVII.

1 SENECA † serie a facti aliàs pro parte præceptoris, & conuentus fratrum, militiæ hospitalis sancti Thomæ martyris cantuarien. de acon. bene & diserte secundum veritatem narrati, ex cuius inspectione manifestè apparet appellationem interpositam per rectorem, & conuentum domus sanguinis Christi totaliter esse desertam. sumus sanguinis Christi propositas alias breuis, & pereſt, vt ad quasdam excepriones pro parte dictę do- competens responsio detur. ¶ Ad primam, qua dicitur.

citur, quod non refert, per quem ſupplicatio ſit facta, & quo ad ſupplicationem commiſsio eſt ſecuta, vt in l. C. de preci. imper. offer. l. vniuer. Reſpondetur, imò certè oportet, quod per verum procuratorem facta ſit, aliàs non valet, extrà de reſcrip. ca. nonnulli. & c. olim ex literis. nec l. vniuer. hoc negat. Sed dicit, quod licet ſeruus ab alio mandatum habens ad impetrandum admitti non debuerit, Impetratum tamen per eum reſcriptum valet. Et eſt ratio illius legis: quia talis exceptio: tu non potes eſſe procurator: debet admitti in initio nondum perfecto negotio. ff. de procu. l. filiusfa. §. veterani. & C. eo. l. ita demum. & ibi not. Vnde in l. vniuer. non erat defectus in mandato, ſed inhabilitas in ſuſceptione mandati. arg. pro hoc. ff. de proc. leg. 1. §. proindè. & §. ſi ſeruus.

2 ¶ † Ad ſecundum, quod dicitur, quod H. qui ſubſtituit, fuerat litem conteſtatus. Et ideò potuit ſubſtituere. Reſpondetur, non eſt verum, quod procur. lite conteſta. in principali poſsit ex virtute conceſſionis illius procuratorij ſubſtituere in cauſa appellationis: ideò procur. poſt litis conteſta. videtur dominus effectus, vt. C. de procurat. l. procuratoribus. & leg. 2. dominus quidem. eſt non rei, ſed litis, & inſtantiæ, vt. ff. de doli excep. l. ſi procurat. & ibi not. Conſtat autem, quod diuerſæ ſunt inſtantiæ, ſcilicet principalis, & appellationis: quod apparet: quia diuerſa ſunt tempora vtriuſq. vt. C. de iudi. l. properandum. & de temp. & repara. appellant auth. ei, qui. & ſi conteſtatio litis in principali vniformiter operaretur effectum ſuum etiam in cauſa appellationis: tunc foret poſt ſuſceptionem mandati per conteſtationem litis in principali obligatus procurator ad executionem mandati, & dominus ſimiliter obligatus ei, vt ipſum ſine cauſa reuocare non poſsit. vt. ff. de procu. l. poſt litem. & ff. manda. l. ſi mandauero. §. ſicut ita. & in cauſa appellationis eſſet, & teneretur procurator cauſam appellationis exequi, cuius contratium verum eſt. vt. C. de procurat. l. inuitus. & not. ff. an per alium cauſæ appellat. reddi poſſunt. l. vlti. & dato quod ſubſtituere potuiſſet, & ſubſtituerit. tamen non fuit probatum inter aſsignatum terminum. ergò de iure de ea conſtare non poteſt, vt in

3 ſerie facti dictum eſt, & probatum. ¶ † Ad tertium, cum dicitur, quod terminus datus per dominum aliàs auditorem. d. G. cardi. non arctauit in aliquo, eò quia iuriſdictionem non habebat propter dilationem. Reſpondetur dupliciter, quod non fuit delatum ſimpliciter, ſed cum præfixione diei ad proſequendum: quia non ſeruata dilatione & abdicatio, quæ ex ea ſequi videntur, locum non habent. argu. expreſſum. ff. qui. mod. pigno. vel hypo. ſol. l. ſicut re corporali. §. pen. Reſpondetur & aliter, quia ca. cum appellationibus friuolis. loquitur in iudice: quando ſimpliciter, & abſolutè defert, in quo colligitur animus abdicandi iuriſdictionem. in eò verò, qui ob reuerentiam ſedis apoſtolicæ defert, ſicut hic fuit, talis animus non colligitur, vt probatur. ff. quarum rerum actio non datur leg. 1. §. quæ honorandæ. de iur. l. pen. & de fideicom. liber. l. cum non. §. appa-

4 ret. & hoc tangitur per Innoc. extrà de appel. cordi. circa princip. ¶ † Ad quartum dum dicitur, quod inter terminum datum per dominum ad probandum diligentiam producendo inſtrumenta. Reſpondetur falſum eſſe: quia ſubſtitutio, quæ dicitur producta eſt inanis, & vacua, vt oſtenſum eſt ſuprà. ergò diligentiam non inducit, & negligentiam non excuſat: quia actus fruſtratorij, & non tenentes de iure hos effectus non habent. vt. ff. de appellati. reci. l. ſi curius. §. planè. & de adult. l. accuſatori & C. ne de ſtat. defun. ſi pater. ¶ † Ad quintum, quo dicitur, quod non pertinèt ad iudicem, à quo appellatum eſt cognoſcere, an appellans ſeruauerit tempora, vel non. ¶ Reſpondetur falſum eſſe per cap. extrà de appella. perſonas. & cap. conſuluit. ¶ Non obſtat, glo. ff. in leg. 1. nil innouari appellatione pendente, quia aliud eſt cognoſcere, an deferendum ſit appellationi, vel non, quod propriè ſpectat ad iudicem appellatum. vt. C. de appel. leg. 3. & l. à proconſulibus. & ff. de appel. reci. l. ſciendum. Aliud eſt cognoſcere, an appellans ſeruauerit tempus ei præfixum, vel non, & illud ſpectat ad iudicem primum, vt proba-

6 tur in præalle. ca. ordi. ¶ † Ad ſextum, cum dicitur, quod impedimenta ſua, ſiue impedimentum ſuum docuit per præſtationem, quæ dicitur producta. Reſpondetur, nõ eſt ſufficiens probatio. C. quod metus cauſa. l. metum. potiſsimè in actu per alium explicabili, vt ff. de mino. l. Papinianus exuli. Nec eſt verum, quod tales caſus probentur per ſimplex ſacramentum, ſed per probationes aliàs legitimas: vt. ff. de proba. l. in exceptis. §. 2. & de re mili. l. quibus

7 meatus. ¶ † Ad vltimum, quod dicitur, quod ſub termino dato per vos dominum auditorem ad iuſtificandum, & impugnandum non includitur neceſſitas probandi impedimentum, &c. Reſpondetur, falſum eſſe. hæc enim appellatio habet iuſtitiam ſuam, quantum ad aliquid ex obſeruantia temporis debiti, in tantum quod ſi de huiuſmodi iniuſtitia de non obſeruatis temporibus opponere pars omittat, iudex ex officio illud ſuppleat, vt. C. de tempo. & repara. ap. leg. 2. §. vlt. & hoc apertè patet, quia appellatio impugnatur ex tempore non ſeruato, vt extrà de ap. Roma. §. ſi verò. lib. 6. & iuſtificatur ex obſeruantia eius, quia tantum eſt in vno contrariorum, quantum in altero: vt. ff. de leg. 3. nam nec. & ibi not. ¶ Reiectis ergò friuolis exceptionibus appellantis apparet ex multiplici capite appellationem eſſe deſertam, & dato quod deſerta non eſſet, adhuc articuli admittendi non eſſent, eòquod merum petitoriũ intuentur. Et ſic pronunciandum eſt hic bene iudicatum, & malè appellatum, & remittenda pars aduerſa ad iudicem primum in expenſis legitimis condemnata. & hæc Oldradus.

ADDITIO RAINALDI Corſi.

a Seneca ſerie. *Quis hoc principium audeat immutare, quanquam manifeſtè depraua tum, cùm ita paſsim à Doctor s allegetur? Aliorum ſit hic labor, ego quidè libenter abſtineo.*

De offic. ordinarii.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus licet fecerit compoſitionem cum ſuo capitulo quod poſsit capitulum tenere vnum auditorium tamen epiſcopus etiam quo ad criminales cauſas poteſt tenere vnum auditorium, ad ciuiles aliud vbi voluerit in tota diœceſ. cum num. ſeq.*

CONSILIVM CCCXVIII.

1 AD cognoſcendum † veritatem, an articuli oblati pro parte domini epiſcopi Xantonen. in cauſa, quam habet cũ decano, & cap. Xantonen. admitti debeant, & articuli ipſorum decani, & capituli totaliter ſint reijciendi. ¶ Sic breuiter peruenitur. cõſiderandũ primò occurrit, qd ſit, de

sit, de quo quæritur, vt dicit lex. ff. de rebus dubijs. l. si is, qui ducenta. §. vtrum. & quidem ex vna parte. s. domini episcopi, quare de iure communi, & eius obseruantia, quia ipse est in ciuitate, & diœcesi sua præordinator, & in cunctis etiam iurisdictionis ordinarium, habet exercitium meri, & mixti imperij: vt extra de offic. ordi. c. 1. & 6. quæst. 3. c. placuit. & nihil est, quod per ipsum non expediatur: vt ff. de off. proconsu. & lega. l. nec quicquam. in princip. Cùm ergo omnes articuli domini Episcopi huic tali iuri inhæreant, & distinguant, sicut de facto est per tempora obseruatum, planum est, quod omnes pertinentes sunt, & boni ac per consequens admittendi. Pars verò Decani, & Capituli nititur contra ius commune iurisdictionem totalem, & merum, & mixtum imperium vsurpare, & ideò cum nec præscriptione, nec priuilegium allegent, sunt eorum articuli repellendi, & dici debet eis verbum: scilicet sufficit ius tuum tibi conseruari. vt. ff. ad Trebellianum. l. ex asse. nec cuiquam hominis ius suum detrahi, vt. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. leg. 2. & hoc intelligo, nisi quatenus articuli possint includere compositionem dudum factam inter partes prædictas per dominum Bonifacium. vt ergò sciatur, an compositio prædicta exercitium meri imperij comprehendat, sunt attenden-
2 da plura. ¶ † Primò facti accidentia, circa quod sciendum est, quod sicut dicunt in articulis domini episcopi Xantonen. sunt duo auditoria. Vnum, quod vocatur auditorium episcopi, vbi causæ meri imperij agitantur. Aliud, quod vocatur auditorium Xantonen. & ad istud multitudo causarum ciuilium decurrit, & inde pecunaria vtilitas prouenit. & ex hoc, & propter hoc orta fuit inter partes prædictas materia quæstionis, vt ex mente compositionis ipsius colligere licet, dùm hoc pecuniarium commodum diuidit. Habita ergò relatione ad id, de quo controuersia erat, causæ meri imperij in auditorio episcopi tantum agebantur, de quibus controuersia non erat, & sic in compositione non clauduntur, vt. C. de transac. l. si de certa. & ff. de except. rei iud. l. si ex te-
3 stamento. † Nec mirum videatur duo talia auditoria esse in eadem ciuitate, in quorum vno agantur causæ criminales, in alio ciuiles: sic enim recitatur. ff. de orig. iuris. leg. 2. §. exactis deindè regibus & §. & post hæc populo deindè exacto. Sic & princeps habet duo auditoria. Vnum, cui præest procurator fisci, qui cognoscit de causis vertentibus inter Cæsarem, & priuatum. Aliud cui præest procurator Cæsaris, & cognoscit de causis vertentibus inter priuatum, & fiscum. vt. C. vbi causæ fiscales. l. ad fiscum. & leg. 2. & diuersa habent cognomina, vt vnum dicatur simplex Xantonen. aliud episcopi Xantonen. nec vnum sub alterius appellatione comprehenditur, sicut cum vnum prædium scianum est in plura diuisum. Vnum appellatur scianum superius: aliud scianum inferius ex qualitate loci, & vnum sub alio comprehenditur, nisi talis diuisio facta fit animo constituendi diuisionem perpetuam, vt. ff. de lega. 2. l. caius. §. vltimo. & de rebus dubijs. leg. 1. & ibi plenè nota. Cùm ergò dicit dominus Bonifacius ad auditorium Xantonen. non intellexit de auditorio episcopi, sicut dicitur de testatore, qui habebat familiam vernarum, quorum quidam erant cursores: nam legando vernas cursores tantum in legatum non cedunt vt hæc leguntur. ff. de leg. 3. l. seruis vrbanis. §. si alumnæ. & traditur de lega. 1. titiæ textores. Sic dico in proposito, quod licet auditorium episcopi sit quodammodo Xantonen. quia Xantonis est, non tamen sub appellatione simplicis Xantonen. comprehenditur, imò rectè considerando Xantone. dici non debet, quia non est allegatus episcopus auditorium tenere Xantoni, sed habet largas habenas, vt possit in quacunq; parte suæ diœces. sedere pro tribunali, causas ad forum ecclesiasticum spectantes audire, personas ecclesiasticas capere, & reliqua facere, quæ ad iurisdictionem ordinariam pertinent, vt hæc leguntur ext. de offic. ordi. ca. cum episcopus. libr. 6. & ideò non debet auditorium Xantonen. dici: sed episcopi Xantonen. quia auditorium Xantonen. ad ciuitatem tantum restringitur: sicut in legato supellectilis comprehenditur supellectilis vsui duntaxat attributa, non ea, quæ alicui in iure deseruit, vt. ff. de supellect. le. l. quem-
4 admodum. & de leg. 3. l. seruis vrban. ¶ † Secundo attendenda est causarum excellen. s. meri, & mixti imperij, quæ propter excellentiam sui in generalem iurisdictionis commissionem non veniunt. vt. ff. de offic. eius cui manda. est iu. l. 1. in princ. & l. vlt. §. vlt. & hoc est propter excellentiã suam ar. extrà de præben. cap. vlt. & eo. tit. ca. quamuis plenissime. libro 6.
5 bi. ¶ † Tertiò attendenda est propria significatio verbi. Dicit enim compositio prædicta iurisdictionem omnium causarum. &c. Sub quo verbo proprie sumpto non continetur merum imperium, vt ff. de iurisdict. om. iud. l. imperium. in interpretatione ergò commissionis illius stabimus strictè propriè significationi vocabuli. vt. ff. de exerci. l. 1. §. si is, qui nauem. & de leg. 3. l. non aliter. & not. plenè. 12. q. 2. his autem. & potissimè sic strictam significationé accipimus, cum à iure communi recedimus, sicut hic, vt ab eo, quantum minus possumus, discedamus, vt C. de noxa. l.
6 2. & extra de consue. cum dilectus. ¶ † Restat modo ad aliquos obiectus breuissimè respondere, & primò ad id, quod dicitur, quod in compositione est signũ vniuersale omnium causarum, &c. quia illud vniuersale statim limitationem recipit per id, quod dicit, quas ad auditorium Xantonen. &c. vt ff. de leg. 3. ea tamen adiectio. & de auth. & arg. leg. l. quintus. & attendatur, quod nõ dicit ad omne auditorium: sed omnium causarum, quas ad auditorium, &c. Sunt enim hæc diuersa, sicut illa, omnibus libertis, quibus alimenta viua præstabam, quò casu solum illi ad legatum alimentorum admittuntur, quibus testatrix consueuit viua præstare. Si autem dicat omnibus libertis alimenta, quæ viua præstabam, tunc non solũ illi ad legatum alimentorum admittuntur, quibus præstabat: sed omnes alij. ff. de ali. & cib. le. l. à filio. l. vlt. & de leg. 3. l. quæsitum. §. 1. 2. & vltim. respon-
7 torium Xantonen. &c. Respondeo, non est sermo indefinitus, sed particularis, & indeterminatus, & hoc facit adiectio illius verbi Xantonen. per quod distinguuntur ab auditore Episcopi Xantonen. argu. ff. de dam. infecto. l. plures. Sic & cum testator dicit, lego villam, non tenet legatum propter incertitudinem, vt ff. de iure do. l. cum post. §. gen, sed si adijciat villam gazam, adiectio illius verbi gazam certificat, & indiuiduat corpus legati, & valet, vt ff. de lega. 2. l. Ti-
8 tia. §. 1. ¶ † Non obst. quod dicitur, quod excipit dominus Bonifacius causas criminales, quas soli Episcopo reseruauit, quasi per hoc cæteræ causæ cuiuscunque generis sint in compositione deductæ: quia cum de natura primorum verborum causæ meri imperij nõ includantur, vt probatum est suprà: non facit exceptio id sub generalitate includi, quod alias sui natura non includebatur. ff. de vsufruct. lega. l. generali. §. vxori. Primæ causæ matrimoniales sunt de genere ciuilium, non criminalium, & ideò necessaria fuit exceptio. Vel vltimò articuli omnes sunt in forma sui insufficientes. Conquæritur enim Decanus, quòd Episcopus fecit contra compositionem, &

ad hoc

ad hoc multos actus adducit: puta quod cœpit Clericos chori, &c. sed non dat, quòd sciret, vel notificatum fuisset ei eos esse Clericos chori. & sic dato, quod actus huiusmodi in compositione venissent, non tamen videntur excusantes ignorantia venisse contra compositionem factam: vt ff. locati. & conduct. l. si ignorans. & de iniuri. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ¶ Item dic, quod dictus Episcopus monuit eum: quia cœpit. G. de Molendino. & sic de multis alijs, quasi vsque ad finem articulorum, & tamen non dicit, quòd Episcopus esset absens tempore, quo ille captus fuit, ergò si præsens erat tempore capturæ in ciuitate Episcopus, Decanus egit rem illicitam capiendo, & de recuperatione non potest Episcopus inculpari: vt ff. vi bon. rapt. l. 3. §. hæc autem actio, & de incend. ruin. nau. l. 1. §. penultim. in fine. ¶ † Ad articulos datos sub declarationis prætextu respondetur, quòd non procedunt: quia non declarant: sed de nouo dant nouum factum, quod non est de natura declarationis, cuius effectus est verbum obscurum clarius explicare: vt ff. de testam. hæredes palàm. §. si notam. de acquirend. rer. dom. l. adeò. §. nec tamen ideò. si sic, ergò admitti non debent obstante lapsu peremptorio, sicut ille, qui admittitur ad refectionem viæ, non admittitur, si velit eam latiorem, vel longiorem, vel altiorem, vel humiliorem sub nomine refectionis efficere: vt ff. de via public. l. 1. §. si quis in specie. ¶ Ex prædictis itaque euidenter apparet non obstantibus obiectionibus aliquibus articulos domini Episcopi admittendos esse, articulis Decani & Capituli ex toto reiectis, tanquam impertinentibus, & insufficientibus, & in sui forma peccantibus manifestè. Cætera suppleat æquitas iudicantis. Et hoc est verum Oldradi.

De concess. præb. & de offic. deleg. & de testit. spol.

SVMMARIVM.

1 *Papa quando mandat prouideri alicui de beneficio vacante vel vacaturo cum decreto irritante licet collatio tũc facta per ordinarium etiam ignorantem nõ valeat tamen expectans non debet sua propria authoritate expellere possidentem. alias perderet ius etiam si sibi non resistatur. Et coram subexecutore expectans debet seruare modum hic contentum. cum num. seq.*

2 *Item delegatus potest inuocare brachium seculare sicut ordinarius.*

CONSILIVM CCCXIX.

1 QVPER executione † facienda per sedem Apostolicam P. de tali loco talis ordo seruetur. Nam si dicatur vacare aliqua Ecclesia, seu vacauisse tempore gratiæ factæ dicto P. vel post, & illa Ecclesia sit alteri collata per dominũ Abbatem talis loci scientem, vel ignorantem prędictam
2 gratiam sedis Apostolicę *a* dicti prioratus collatio facta fuisset, seu reseruatio, & inhibitio cum clausula decernentes. Nam quandocunque in istis literis gratiosis dominus Papa ponit clausulam in prædictis casibus: Intentio est domini Papæ, quod prædicta gratia statim suum consequatur effectum. & idem dico si prædicta fiant per executorem, quia post præmissa non valet facta collatio, licet ignoranter ab illo, ad quem aliàs pertinebat, quia per præmissa censetur ab ipso reuocata potestas: vt not. Inno. extrà de concess. præbend. capit. quia cunctis. in gloss. hic intelligunt. ad finem gloss. per medium colum. Idem not. Compost. extrà de rescript. cap. capitulum sanctæ crucis. in glos. magna ad finem per vnam columnam. in §. partem. Item quæritur cuiusmodi? & est expressum extrà de præbend. capit. dudum. in versi, & quidem decretum. libr. 6. & c. si beneficia. in prin. & c. quodam. ad finem. & de concess. præbend. cap. si soli. libr. 6. cum simil. licet collatio facta per summum Pontificem de prioratu vacante dicto P. vel per executorem eius valeat de iure, & non collatio facta per Abbatem post literam gratiosè obtentam, vt probaui, dictus tamen P. non debet authoritate propria occupare possessionem dictæ Ecclesiæ, nec expellere possessorem, cui dictus Abbas prouidit, aliàs perderet ius, quod habet in dicto beneficio: vt not. Inno. extra de præbend. c. de multa. in gloss. concedendo. Et hoc dico esse verum, etiamsi per illum, qui dictum prioratum possidet, non resisteretur, nisi dominus tamen possidens consentiret expulsioni de se factæ. ad hoc ff. ne vis fiat ei. l. si quis pro derelicto. ff. de rei vendi. l. qui testamento. ff. vt in possessio. l. is cui. §. iussus. C. vnde vi. l. meminerint. & hoc not. Inno. extrà de concess. præbend. cap. cum in nostris. in gloss. credimus. & est expressum extrà de præben.
2 ea. eum, qui. libr. 6. ¶ † Ad omne ergò dubium removendum, & vt processus dicti domini P. possit constare, si de hoc reuocatur in dubium, vel negocium contingeret deuolui ad curiam per appellationem, procedendum est, vt sequitur. dictus dominus vice executor vocet possessorem dicti prioratus, & coram eo legi faciat gratiam dicto domino P. de collatione dicti prioratus per summum Pontificem. Item faciat legi processum factum per dictum executorem principalem super executione gratiæ Apostolicæ supradictæ, & inde faciat legi commissionem sibi factam per dictum executorem principalem, quia aliter monitionibus suis, vel præceptis, seu processibus nullus obedire tenetur, vt extrà de offi. delegat. cap. cùm iure peritus. argumen. extrà de test. c. cum à nobis. C. de manda. prin. vna. deinde dicat dictus subexecusor P. de tali loco Monachus, seu eius procurator nos importuna instantia requisiuit, quatenus gratiam sibi factam iuxta contenta in literis Apostolicis & commissione nobis facta exequamur taliter, quòd non possimus de negligentia reprehendi, nec incurrere excommunicationis sententiam, vel etiam interdicti in nos latam per dictum dominum executorem: si essemus negligentes in præmissis, notificando insuper vobis, quod tempore gratiæ P. (vt supra dictum est) factæ, vel parum post vacauit Ecclesia, seu prioratus sancti Marcellini Stertarien. diœcesi. per mortem talis monachi pertinens ad collationem, prouisionem, siue ordinationem domini Abbatis talis monasterij, & sui conuentus, communiter, vel diuisim, quem prioratum detinet, & occupat frater Adam in tali loco Monachus prædicti monasterij, & interroget illum, si est verum, vel si tenet,
3 vel possidet dictum prioratum, seu Ecclesiam? † Etsi dixerit, quòd ex collatione sibi facta per dictum Abbatem, siue alium quemcunque, requiratur, quòd faciat de hoc fidem coram dicto subexecutore, quod tenetur facere, cum præsumptio sit contra ipsum, & pro prædicto P. ratione prædictarum literarum cum possidens probare debeat collationem dictæ Ecclesiæ sibi factam: vt extra de instit. ex frequentibus. 2. quæsti. 1. legum. modò nisi fidem fecerit de collatione sibi facta, tunc dictus P. faciat fidem dicto subexecutori suo de vacatione Ecclesiæ, quo tempore vacauit, & prædicta omnia scribantur per notarium, sed

in dicta informatione vacationis non est necessaria citatio vel præsentia possidentis beneficiũ, seu Abbatis, qui contulit dict. beneficium: quia non vt Iudex, sed vt executor, vel prouisor hoc facit, verùm ad suam instructionem hoc facere potest summariè. argument. ff. de re iud. l. à diuo Pio. & hoc not. Inno. extrà de præsumpt. capi. dudum frangitur fides de prioratus vacatione, & tempore, si vacabat tempore datarum literarum Papæ, vel post, dictus executor citet illum, qui possidet beneficium, & sibi notificet, quod collatio dicti prioratus sibi factæ per Abbatem nulla est, cum sit perfecta tempore datæ literarum Papæ, vel post, & post collationem factam de dicto prioratu dicto P. de Visala per summum Pontificem, vel eius executorem, seu post inhibitionem, vel reseruationem dicti prioratus factam per dictum dominum Papam, seu eius executorem, & euidenter sibi constat, quare sibi præcipit sub pœna excommunicationis, semel, secundò, & tertiò, quod dictum prioratum de facto dimittat, & dicti prioratus possessionem. quod si facere noluerit, potest de ipso inuestire P. & ab eo violenter auferre. argument. ad hoc. ff. de rei vendi. l. qui restituere. & sic nota. per Innocenti. extrà de concess. præbend. cap. proposuit in gloss. magna. ad fin. & idem nota. eodem tit. cap. cùm in nostris. in glos. credimus. & si dictus executor hoc non possit facere: tunc det licentiam dicto P. seu eius procuratori expellendi possessorem de possessione eiusdem prioratus. & tunc P. seu eius procurator erit minister dicti domini executoris, seu prouisoris: vt nota. Innocent. in dict. c. cum nostris. in gloss. credimus. Idem si dictus prioratus vacauerit post gratiam & collationem factam per summum Pontificem, seu reseruationem, inhibitionem, & decretum in dictis literis appositum, & postea per dominum Abbatem dicto nunc possidenti collatus fuit, cum talis collatio nulla sit, vt suprà dictum est, dictus executor, vel subexecutor prætextu commissionis sibi factæ per dictum executorem potest conferre dictum prioratum prædicto P. absente, nec vocato illo, qui possidet, nec ille, qui contulit prioratum prædictum: vt nota. Innocent. extrà de concess. præbend. c. proposuit in gloss. 2. ad prin. & idem videtur notare Inno. extrà de præsumpt. c. dudum. idem & plenius no. de caus. poss. extrà de rescript. c. capitulum sanctæ crucis. in gloss. magna. §. item quæritur, vtrum executor ad prouidendum datus, &c. & §. sequent. Ad hoc facit etiam, quod legitur de concess. præben. c. capitulum. in fi. lib. 6. cum simili. ¶ † Non obstat supradictis, quod legitur extrà de concess. præb. ca. cum nostris. vbi non valet litera impetrata, nisi de possessione facti faciant mentionem, secundum aliquorum opinionem, cum non potest conferre impetranti, quanquam dixerit dictam Ecclesiam vacare de iure, nisi prius cognito, an vacet de iure, per sententiam vacare pronuncietur, vt amoueatur. Prædicta enim decretalis loquitur, quando tempore impetrationis possidetur ab aliquo habente titulum coloratum, vt expressè colligitur ex textu & gloss. ordinarijs & extraordinarijs, vt not. Compost. in dict. c. capitulum sanctæ crucis. §. Item quæritur, vtrum executor datus. & §. sequent. idem nota. Inno. extrà de concess. præbe.. c. literas. vbi de hoc assignat rationem sufficientem. Imò si prælatus quicunque post insinuationem, inhibitionem, & decreti appositionem, vel tantum decretum per Papam appositum, alicui contulerit Ecclesiam sic vacantem, talis collatio nihil valet, quanquam aliàs dicti beneficij collatio ad ipsum pertineat integraliter: vt extrà de concess. præbend. cap. si olim, in fin. libr. 6. Imò talis prælatus incidit ipso facto in excommunicationis latam sententiam contra ipsum per executorem in processu eidem lecto, & insinuato per dictum executorem nisi admittat dictum P. ad possessionem prioratus prædicti auctoritate apostolica sibi collati, cum collatio facta sit dicto P. per eum, qui potuit, & tempore competenti. Vnde facta prius fide dicto domino Abbati de collatione dicti prioratus facta dicto P. tempore, quo vacabat, si dictus prælatus, vel alius quicunque publicè, vel occultè dictum P. non admiserit in priorem dictæ Ecclesiæ, vel impedierit post monitiones factas in processu dicti executionis, potest, & debet denunciari excommunicatus per dictum subexecutorem authoritate commissionis sibi factæ, & facere abalicui excommunicatum publicè nunciari. ¶ † Item
5 js prædictus subexecutor potest inuocare nedum bra-
b chium seculare, sed etiam spirituale b ad expellendum illum detentorem prioratus prædicti, & inducendum in possessionem prioratus prædicti per dictum P. hoc probatur. 10. quæstion. 1. cap. petimus. 24. quæstio. 5. de liguribus, & capitulo administratores. & nedum ordinarius, imò & delegatus potest inuocare brachium seculare: vt not. Innocent. extrà de offi. delegat. c. significasti. in prima gloss. & Host. eodem tit. cap. 1. & Bert. eodem tit. cap. statuimus.
c & hoc est verum Oldradus. c

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Sedis Apostolicæ. *Multa hic proculdubio desiderantur, sed quæ parum intelligentiæ iuris officiant, quantum sensum nonnihil obscurent.*

ADDITIO ANTIQVA.

b ¶ Sed etiam spirituale. *Adde Pet. de Ancha. in cap. postulasti. de homi. vbi dicit quòd contra contemnentem sententiam excommunicationis inuocatur brachium seculare, & dicitur contemnere secundum Host. ex quo assignatum diem per hominem assignatum non satisfacit. c. ex publicæ. de conuersio. coning.*

ADDITIO RAINALDI CORSI.

c ¶ Oldrad. *Iunge hic in materia brachij secularis consuprà 89. & quæ nos ibi addidimus. Et circa articulum, an delegatus inuocare possit, & an appellatio impediat, vide Fede. de Sen. in consi. 163.*

De appell. & de verbor. signific.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio debet fieri in causa appellationis, & Iudex potest compellere partes ad conclusionem. & numer. sequent.*

6 *Causa beneficialis in prima instantia est etiam beneficialis in causa appellationis.*

CONSILIVM CCCXX.

BREVES allegationes ad probandum, quòd cõclusio fieri debeat, in causa quę vertitur coram venerabili patre domino Abbate Auxt. Albano sacri palatij causarum auditore inter Reuerendum virum dominum Richardum de primo Stach. ex vna parte, & Magistrum Bartholomeum de sancto Laurentio ex altera super beneficio de Ecclesia Oxonien. ¶ Et vt veniatur breuiter ad factum sciendum

ſciendum eſt, quòd dicto Magiſtro Richardo dictam Eccleſiam canonicè poſsidente Magiſter Bartholomeus prætextu cuiuſdam præſentationis, & inſtitutionis ſecutæ ad ipſam per Epiſcopum Oxonienſ. ipſum Magiſtrum Richardum indebitè ſpoliauit, & ſefuit pro parte dicti magiſtri Richard. ad ſedem Apoſtolicam appellatum, & in ea contra dictũ magiſtrum Rich. lata diffinitiua ſententia extitit, & iniquè rurſus ab ea appellatum. in qua appellationis cauſa vobis præfato domino Abbati commiſſa habita lite pro conteſtata in contumaciam Procuratoris dicti Magiſtri Bartholom. & poſitionib. magiſtri Rich. habitis pro confeſſatis, & multis datis dilationibus in cauſa, & procraſtinationibus factis, & actis prioris iudicij in appellationis iudicio introductis, & datis omnib. terminis in huiuſmodi cauſa, tàm de conſuetudine, quàm de iure, petitur pro parte dicti Magiſtri Rich. in cauſa concludi. modò eſt in quæſtione, vtrum concludi debeat, necné. ¶ † Et quod concludi debeat, probatur ſic. Iudicium redditur in inuitum: vt ff. de verborum obligation. l. inter ſtipulantem. §. fi. & de pecu. leg. l. ſumma cum ratione. §. fi. Si iudicium redditur in inuitum, ergò & quælibet pars iudicij. vt quod iuris eſt in toto, idem ſit & in parte: vt ff. pro derelicto. l. an pars. & de acquir. hæred. l. ſeru. & de rei vend. l. quę de tota. ſed concluſio eſt pars iudicij: vt extrà de probat. c. quoniam contra falſam. & de procur. c. auditis. & in Authen. de teſt. §. quia verò multi ſæpè. collatio 7. ergò ad ipſam quis compellitur inuitus. ¶ Secundò probatur hoc expreſsè per textum legis in Authen. vt cum de appella. cognoſci. §. ſed hoc præſenti. vbi fugam nolentis concludere malitiam appellat. Vnde ſumpta eſt Authe. iubemus ſignata ſuper l. iudices. C. de iudi. ¶ † Reſtat ergò, vt ſit plenè fundata intentio petentis concluſionem fieri debere. Reſpondeatur itaque breuiter ob obiecta, & vt vno verbo breuiter tollantur, notandum eſt propterea, quòd in exceptionibus reus actor efficitur: vt ff. de except. l. 1. & ff. de probat. l. in exceptionibus. & ideò ſicut quis cadit propter ineptè propoſitam actionem, ſic & reus propter ineptè propoſitam exceptionem: vt ff. de flum. l. 1. §. Labeo. ¶ Sed ſi quis obiectas exceptiones diligenter aduertat, & verba earum põderet, omnis interpretationis ſurreptionem impingunt, & iuriſdictionem declinant, hoc autem antelit. conteſt. opponi debet, vt C. de excep. l. pen. in fi. ¶ Prætereà, cum poſitiones magiſtri R. pronunciatæ ſint pro confeſſatis, non poteſt in exceptionib. contrarium dicere eorum, quæ in poſitionibus pro confeſſatis habitis continentur, quia ſicut contra ea, quę quis ore proprio eſt confeſſus, venire non poteſt. C. de non numer. pecu. l. generaliter. & ff. de donat. l. quidam. ita nec aduerſus confeſsionem ex contumacia præſumpta. 4 vt C. de aſſ. l. conſiliarios. & de omni agr. deſerto. l. locorum. lib. 11. & in Authen. de exhib. & introduc. reis. §. ſi verò & quidam iurent. 3 volum. §. ¶ † Nec obſtat, ſi dicatur, quod prima exceptio in effectu continet exceptionem rei iudicatæ. quia dato, quod ita eſſet, non eſt appoſita, niſi per modum ſurreptionis reſpicientis interpretationem, & in talibus non debet inſpici veritatis ſubſtantia, ſed magis proponendi forma iuxta id, ſcilicet quantum petatur quærendum eſt, non quantum debeatur, vt ff. de iur. omn. iudi. l. cum quædam puella. §. vltim. Et poteſt colligi ex notatis per Inno. extrà de reſcript. c. conſtitutus. & per Compoſt. eod. tit. cap. ſuper litem. ¶ † Prætereà dato, quod exceptio rei iudi. eſſet oppoſita expreſsè antè litem conteſtatam, litis conteſtationem impediret, vt ff. ad exhibe. l. 3. §. ibidem. extrà de lit. conteſt. c. exceptiones. libr. 6. Oppoſita verò poſt lit. conteſtat. proceſſum non impedit, & per conſequens nec concluſionem. ſed opponenti. & probanti victoriam præſtat, & ad ſententiam viam aperit, quæ concluſionem præſupponit: vt ff. de libe. exhib. l. 1. §. fin. & ff. de excep. rei iudi. quaſi per totum. ¶ Non obſtat, etiam quod aliegatur de nullitate proceſſus, quod ſit factus lite non conteſta. quia hoc non reddit proceſſum nullum multiplici ratione. Primò, quia in cauſa appellationis poteſt procedi lite non conteſt. vt C. de temp. & repara. appel. vlt. §. 5 illud. ¶ † Nec obſtat, quod illud deberet intelligi partibus abſentibus, quia poteſt dici Magiſtrum Bartholomeum fuiſſe abſentem, ex quo præſens in ciuitate procura. eius ad iudicium venire contumaciter recuſauit, & talem pro abſente habere diuus pius ſcripſit. vt ff. de fideicom. libe. l. non tantum. §. ſed & Artificuliano. Poſſet etiam dici eum verum vere fuiſſe abſentem, quia non erat in iudicio, licet fuiſſet in ciuitate: vt in dicta lege non tantum. §. abeſſe. Nedum, quia cauſa iſta in ſui exordio, & origine eſt beneficialis, in qua proceditur lit. non conteſt. vt extrà vt lite non conteſtat. capitu quoniam. §. porrò. nec dicat aliquis cauſam iſtam eſſe prophanam, eò quod magiſter Barto. in cauſa iſta appellationis reſiſtat ſolum propter expenſas. quia in hoc attendenda eſt origo prioris iudicij, & ipſi, ut qualitatis: vt C. ad maced. l. ſi filius. ff. de fideiuſſ. l. tuto. & ff. man. l. ſi procuratorem. & de leg. 2. l. cum filius. § hęres. vbi etiam hoc dicit Inno. appellatio non mutat naturam prioris cauſæ: vt ipſe nota. extrà de appel. c. cum ſpeciali. ¶ Nec eſt accipiendum in hoc ratio mouens rerum ad reſiſtendum, ſed ſolummodò quid actor petat: vt 6 ff. ſi pars hæred. pe. l. §. 1. † Et pro Deo aduertat Iudex appellationis: nonne debet Iudex priorem ſententiam iniuſtam tantum pronunciare, vel iuſtam? vtique: vt C. de appel. l. eos. ergò. in ſecunda inſtantia cauſa eſt beneficialis, ſicut fuit in prima, quemadmodum dicimus, quod mortuo boue nihilominus Iudex de boue pronunciat propter expen. & regreſſum de euict. Vnde cauſa eſt ſuper boue, ſicut prius. ff. de rei vendi. l. itaque mortuo boue. ff. iudi. ſoluí. l. ſi ſeruus. & ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. primo. 7 ¶ † Prætereà in cauſis, in quibus poteſt ſui natura lite non conteſta. procedi, vt ſunt matrimoniales, altera parte exiſtente in contumacia poteſt procedi: vt not. per gloſſ. extra qui filij ſint legit. ca. per venerabilem, & certè ſic fuit hic: quia procurator pluries citatus non venit nec ſubſtituit, cum tamen vtrunque poſſet. Imò aliquando reſpondit, quòd nolebat defendere cauſam, quia ſibi ſatisfactum de ſalario non fuit. Et ideò apparet, quòd proceſſus non poteſt ex aliqua parte, nec ſecundum alicuius opinionem de nullitate argui, & ſic concluſio non impeditur. Sed dato ſine præiudicio, quod proceſſus eſſet nullus, cum concluſio non ſit, niſi quædã renunciatio, quod nihil amplius producatur: vt in Auth. vt cum de app. cognoſcitur. §. ſed hoc hæc renunciatio, & per conſequens concluſio locum non habebit. etiam ſi proceſſus millies nullus eſſet, quia neceſſe eſt ſententiam aliquam ferri: vt ff. de iudi. l. de qua re. ergo & concludi, eum ſit de ordine iudicario, vt plenè probatum eſt ſuprà. ¶ Ex prædictis itaque manifeſtè apparet reiectis omnibus obiectis concluſionem omnimodè faciendam, quæ renunciationem dicit, ne quid amplius producatur, & ea facta cùm omnes obiectus impediant ex inſpectione actorum, tunc erit locus diſputare, vtrum proceſſus fuerit nullus, vel aliquis? & ſi aliquis, vtrum prima ſententia iuſta fuerit, vel iniuſta? & hoc eſt verum Oldradus.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Præsumpta. *Hoc dictum Oldrad. vt singulare notat. Marsil. sing. 12.*

De sepul. & de pœn. & remis. & de priu. & de verbor. sig.

SVMMARIVM.

1 *Fratres sancti Antonij habent priuilegium, quòd possunt audire confessiones quorumcunque curialium, & recipere ad sepulturam, ideò debent priuilegio parochiani gaudere.*

2 *Appellatione curialium veniunt Cardinales, & curia dicitur à cura. cum num. sequent.*

CONSILIVM CCCXXI.

a THEMA tale est. *a* Fratres. sancti Antonij viennen. habent priuilegium à sede Apostolica eis concessum in quo inter cętera continentur hęc verba, quòd confessiones fidelium curiam sequentium audirent, & eis iniungerent pœnitentiam salutarem, & cum expediret, ministrarent Ecclesiastica sacramenta, ac de cæra, & alijs oblationibus, quæ percipiebantur in exequijs decedentium fidelium eorundem, videlicet si apud Parochiales tumulabantur Ecclesias, medietatem. Si verò apud alia loca secularia, vel religiosa, cuiuscunque ordinis, vel religionis extiterint, quartam, seu canonicam consueuissent recipere portionem, ipsiq; fratres oblationes, & cæram huiusmodi exequijs pauperum decedentium: vt curia supradicta, & alia conuerterent in opera pietatis, &c. infra sequuntur hæc verba, & recipere debeant in eodem hospitali pauperes curiales, & tàm eis, quàm alijs curialibus sacramenta ministrare prædicta, & interesse exequijs eorundem curialium mortuorum, & recipere præfatam Canonicam portionem, & quando in locis non sepeliantur ipsorum, &c. Modò mortuo Cardinal. & sepulto in Ecclesia Cathedrali quæritur, nunquid dicti fratres
1 recipere debeant canonicam portionem? † Et videtur, quod eis debeatur canonica portio secundum formam priuilegij supradicti: quia priuilegiũ quod per eos producitur, facit eos, quantum ad curialem, veros parochianos, vt apparet ex iniunctis verbis: curialium audiendi confessiones, & ministrandi Ecclesiastica sacramenta, ergò debent porochiani iure gaudere, cum enim par, similisq; militia sit, iustum & conueniens videtur eosdem vtriusque officij priuileg. gloriari: vt C. de palati. sac lar. & rerum priua. l. vltim. libr. 12. & ff. de bon. poss. & de test. milit. l. 1. circa prin. sic & prætor fecit bonorum possessorem, vt in omni parte loco hæredis haberetur, & ideò in eum vt hæredem commoda transferuntur: vt ff. de bon. possess. l. 1. & l. 2. & cognati exequantur agnatis in successione, qui in tutelarum onere eorum æqua conditio est: vt in Authent. de hæred abintestat. §. ex his. & sic esset in multis similibus inuenire: sed magis propriè loquendo rectè sicut in proposito quantum ad spiritualia olim erat, vbi erant duo prætores, vnus Vrbanus, qui intra vrbes, & ciues vrbis ius reddebat, Alter peregrinus ex eo sic dictus, quod inter peregrinos ius deberet dare: vt ff. de origin. iur. l. 2. §. deinde cum placuisset. Sic ergò cum ordo sancti Antonij quantum ad curiales, veri parochiani vicem, & locum obtineat, vt ex priuilegio apparet, fundatam
2 habet intentionẽ suam in canonica portione. ¶ † Resstat ergò respõdere ad obiecta. & primò ad primum, quo dicitur, quod priuilegium ipsum non comprehendit Cardina. vt de eorum funeribus dicta portio debeatur. Respondetur, quod imò continetur. Dicitur enim circa finem priuilegij, quòd fratres sancti Antonij debeant in hospitali suo, vbicunque curia resederit, recipere pauperes curiales, & tàm eis, quàm alijs curialibus, sacramenta prædicta ministrare, & interesse exequijs eorum curialium mortuorum, & recipere præfatam canonicam portionem, & quis dubitat sub appellatione curialium magis Cardina. tanquam curiæ necessariò astrictos, quàm alios, qui ipsam curiam voluntarie comitantur: certè nemo rectè intelligens, cum propriè curialis dicatur curiæ nexibus alligatus: vt C. de hæred. & ma. l. curiales. de Epis. & Cler. l. fi quis curialis. & C. de decur. l. curiales. li. 10. cum ab hac comprehensione eos eximat excellentia dignitatis, sicut sub appellatione familiæ paterfamiliàs continetur: vt ff. de verb. sign. l. familiæ. & appellatione senatorum Princeps continetur: vt C. de digni. l. ius senatorum. libr. 12. & ipse Princeps se inter milites connumerat: vt ff. de milit. testa. l. 1. C. de veteranis. l. 1. lib. 12. ¶ † Non obstat,
3 quòd circa principium priuilegij dicitur de sequentibus curiam, quasi Cardin. non sequantur curiam, sed constituant, nam constituẽdo sequuntur, & econuerso curiam sequuntur, & sequendo constituunt, & quodliber animal de quadriga quadrigam sequitur, & quadrigam constituit: vt ff. de verborum significatio. l. qui neque sequantur. & de legat. 2. l. peculium. §. quadrigæ. & quibus modis vsufruct. amitt. l. quid tamen. §. vlt. & certè Card. plus debent curiales dici, quàm alij. ¶ Dicta est enim curia à cura, & per eorum sollicitudinem Romanus Pontifex Ecclesiam regit. & est simile, quod dicitur, quod Romulus diuisit populum in 39. partes, quas partes curias appellauit, propterea quod reipublicæ curam per sententias partium earum expediebat: vt hæc textualiter leguntur. ff. de origin. iur. l. 2. in secundo responso.
4 ¶ † Non obstat, si dicatur, quòd Ecclesia cathedralis in tali priuilegio non includitur propter sui excellentiam: quia constat hoc non esse verum: vt extrà de ætat. & quali. c. accepimus. & de præbend. c. cum secundum Apostolum. de verb. signi. c. tua nobis. potissimè cum de certa ciuitate non facit mentionem, sed vniuersum orbem terrarum respiciat, vbi Romanam curiam cõtigerit residere, sicut cum mandatur prouideri de beneficio in aliqua prouincia. Tunc enim cathedralis, & metropolitana Ecclesia comprehenditur. vt extrà de præbend. c. pro illorum. & eod. tit. c. quamuis. libr. 6. & circa hoc; tendentur verba ipsius priuilegij. circa fin. vbi dicit, quod debent canonicam percipere portionem, quando in locis non sepeliuntur ipsorum. Ergò vbicunque alibi sepeliuntur, priuilegium locum habet argum. expressum. ff. de interdi. & releg. l. exilium. in secundo responso. & indicant benè verba circa prin. priuilegij appositа, ibi, si verò apud alia loca secularia vel religiosa, &c.
5 ¶ † Ridiculum enim est, quòd sub appellatione Iocorum non contineatur Ecclesia cathedralis. Constat enim hoc falsum esse: vt C. de Epis. & Cleri. l. fi quemquam. ibi quocunque Iocorum peruenerint, &c. extra de priuile. cùm & potestatem. §. vltim. cum
6 simil. ¶ Ex prædictis itaque patet fratres sancti Antonij repulsis obiectibus fouere iustitiam pietati consonam, & de consuetudine approbatam. Et hoc censet Oldradus.

ADDI.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Thema tale est. *Iunge hic consil. suprà. 211. & 293.*

De priuileg. & de verb. signifi.

SVMMARIVM.

1 Per priuilegium concessum studenti cum clausula non obstantib. quibuscunq; statutis, &c. tolluntur statuta priuantia residentiæ, quibus cauetur, quòd teneatur quis residere tanto tempore à princip. aliàs nihil habeat. & clausula generalis omnia sub se comprehendit, ac si specialiter essent ibi nominata.

Item priuilegium concessum causæ est magis fauorabile, quam si esset concessum personæ. & num. seq.

CONSILIVM CCCXXII.

1 ATTENTO themate proposito credo † de iure fructus beneficij ligonen. per tempus, quo. B. P. studuit in vrbe, ipsi deberi ex vigore indulgentiæ. nulli enim dubium est, quin Romano. Pontifi. possit singulares cuiusq; ecclesiæ consuetudines tollere, si vult, vt. ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus. & C. de vsu. eos. ne filius pro patria. aut. omnes peregri. C. de fur. & seruo cor. aut. nauigia. extrà de consti. cap. 1. hoc autem expresè sustulit a per illa verba non obstantibus a quibuslibet statutis, & c. extra de electi. quia sæpe. & c. cum nõ deceat in 6. ¶ † Non ob. quod de statuto primæ residentiæ speciale mentionem non fecerit, quia generalis clausula, quantum ad comprehensa sub ipsa, sic singula complectitur, ac si essent specialiter omnia enumerata: vt ff. de l. 3. si chorus. in prin. C. de quadri. præscri. l. 2. de præscrip. 30. vel. 40. anno. l. omnes docendi. & ff. de hære. instit. hoc articulo. & C. de pac. si creditores. & ibi not. quia voluit tales studentes cum ea integritate percipere, cum qua perciperent, si residerent personaliter, & sic eos pro residentib. volnit haberi. vt. ff. qui ex cau. maio. Iulianus. §. vl. & de re mil. l. pe. in fi. vbi hoc satis expressum est. & attendatur b hoc denotat verbum vniuersale quibuscunq; : b vt. bene ista indulgentia : nam nõ est restringenda, quia non est data personæ, sed causæ : vt. ff. qui. ex cau. maio, necnon, in prin. imò talis indulgentia est ampliada, vt extrà de verb. sig. c. olim. & ff. de constit. prin. l. vlt. Et pro ista opi. facit capitulum fi. extrà de rescri. lib. 6. secundum intellectum Io. And. licet Arch. contrarium sentiat, cuius opi. & si vera esset, ad propositum nõ accederet, quia ibi de fructibus loquitur certum vsum respicientibus, quibus statim in vacatione beneficij quæsitum est ius in fructibus: vt. ff. de acqui. hær. l. filium emancipatum. hic autem dominus p. facit se habilem ad capiendum fructus in absentia tali, antequam aliquis ius haberet in huiusmodi fructuum perceptione. Pro hoc. C. de iu. & fac. ign. le. 2. cumibi not. Et pro hoc. ff. de ver. ob. l. cum stipulatus sum mihi à proculo. Oldradus.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Non obstantibus. *Clausula non ob. in rescriptis quando requirat specialem legis, cui derogatur, expressionem, Alex. remissiuè docet in l. Acta. §. si. de reiud. Barb. in consil. 55. col. 13. vol. 2. Cuius consilij prima verba sunt. Sapiens scribit Psalmista. Dec. cons. 269. col. 5. ad fi. vol. 2. Old. noster. suprà in consil. 247. Vbi ego addidi. Bertr. in consil. 112. col. 3. volu. 2. Alex. in consil. 37. in fi. volu. 1. Accedat Dec. in consil. 10. volum. 1. Imola. in c. Quia in ecclesiarum. col. fi. de constitut.*

b ¶ Quibuscunq;. *De pronomine quicunq; vide suprà in consil. 117. in fi. Alcia. de verb. sig. lib. 3. col. 2. Vbi si lex hoc termino aut simili vtatur, ad idoneas tantum personas restringi regulariter inquit. In contractibus verò secus. Adde Cur. Iunior. in cons. 1. Feudali. col. 2. & 3.*

De excep. & de concess. & de testi. & de fide instrument.

SVMMARIVM.

1 Exceptio debet admitti contra compositionem quæ si non admittitur potest legitime appellari.

3 Interlocutoria quando non apparent in registro non præsumuntur testes examinati secundum eam.

6 Notarius si dicat testes iurasse secundum morem non propterea probat eos iurasse coram iudice.

CONSILIVM CCCXXIII.

1 CIRCA primum, † & quod exceptiones vniuersitatis lubicen. contra schedulam loco compositionis lectam admitti debeant, nec non probationes super ipsis, probatur sic. Quod præstat iustã causam appellandi, multòfortius præstat iustam causam excipiendi. vt extra de app. c. dilecto. sed constat, quod talis relatio schedulæ, per quam quis apud principem minus veraciter honoratur, præbet iustam causam appellandi, vt. ff. quando appel. sit. l. 1. in 2. responso. & de appel. l. 1. §. 1. & C. de relatio. l. 1. in fi. & ibi notatur, ergò mul-
2 tofortius præbet iustam causam excipiendi. ¶ † Secundò ex relatione talis schedulæ videtur subsecuta esse commissio, quam dominus noster Papa mandauit, ea non obstante, iustitiam fieri inter partes, quasi ea reprobata, vel saltem neglecta, ar. ff. de his, qui notan. infa. lucius. nunquid ergo æquum est excep. admitti, & probationes, per quas appareat veritas compositionis, & sic nõ videatur reprobata, quæ erat incognita? certè sic. nec enim propriè reprobatur incognitum, sicut nec approbatur. vt. ff. de iurisd. om. iud. si per errorem. quia cum reprobandum præsupponat voluntatem reprobantis, non potest esse, nisi in eo, qui rẽ cognòscit. ar. C. de re mil. semel. & de inoff. testa. l. mater decedens. hic allegatis describit lex. dũ dicit. si misit aliquis nobis, & nos eis aliquid descripsimus volentes pernoctare ad enunciationẽ sententiæ existat. si enim docuerint, vel non ita, se habere, quæ missa sunt, nihil à nobis cognitũ esse videbitur, quod quasi aliter se habenti rescriptis rescripsimus, per quem tex. dum dicit, si enim docuerint, &c. apparet, quod debeant exceptiones, & probationes admitti, & de hoc, quod dicit, nihil à nobis incognitũ, &c. apparet, quod commissio ad talem relationem secuta, & quicquid ob id secutum est, vitiatur, vt hæc leguntur. ff. de appel. l. 1. interpretatione guerræ, ibi posita, qui textus benè videatur, quia determinat
3 istum punctum. ¶ † Attendant etiã, quia prompta offertur probatio per ipsam literam compositionis, quæ offertur. vt. C. de rebus cred. & de iureiu. l. vlt. & per testes, qui non de longinquo expectuntur, sed in curia sunt. Vnde cum facilius est veritatis probatio, salua iustitia repelli non potest. vt. ff. ad exhib. leg. 3. §. ibidem. ad Trebel. ille, à quo. §. si de testato. & in authen. de testi. §. si verò. & huic opinioni assensit Reuerendus pater domi. Car. causæ auditor, dum

propositis exceptionibus dixit se auditis partibus iustitiam facturum. cum ergo exigat iustitia (vt est probatum) exceptiones admitti nequaquam eos d. Car. erubescendo veritatem repellet, iuxta illud, quod tra-
4 ditur. C. de modo mult. l. vlt. circa finem. ¶ † Circa secundum, quod interrogationes eædem, quas fecit, fuerunt factę parti vniuersitatis, & fieri debebant parti aduersæ, & ipsa ad respondendum cogi, probat inuestigatio veritatis, ad quam iudex modis omnibus laborare debet, vt cognita veritate, &c. 35. q. vlti. iudicantem. C. de eden. is, apud quem. de iudi. l. iudices. & ff. ad. l. fal. l. pe. in fi. & obseruantia æqualitatis, quę debet in iudicijs obseruari: vt. C. de fru. & lit. expen. l. vlt. de proxi. sacr. scri. l. in sacris. & de postulando. prouidendum. & quia iudex potest partes interrogare, quandocunq; æquum sibi videbitur, vt ff. de interrog. act. l. pe. & extrà de fide instru. c. inter dilectos. Et debet intelligi illud æquum videbitur. i. videri debuerit. vt. ff. de ista. lib. si libertus. l. labeo. & de contrahen. emp. & vend. hæc venditio. & de ope. lib. Quòd autem debeant interrogationes fieri, suadent inuestigationes veritatis, obseruatio æqualitatis, & quasi totalis decisio quæstionis. ¶ † Circa
5 tertium videtur, quod de iure dicta testium, qui debebant secundum interrogationem recipi pro parte episcopi, & capituli, non probent, quia cum mandatum fuerit testes interrogari secundum interrogatoria exhibita, nec ipsa interrogatoria appareant, manifestum est, quod nec dicta testium efficaciam habent, sicut dicitur de duabus scripturis, quarum vna alterum respicit, vt originale, vel vt mandatum dirigens, & regulans, quia nisi prima appareat, secunda efficaciam non sortitur. vt. C. de eden. aut. si quis. extrà de offic. deleg. cum in iure. & hoc satis patet per illud, quod in iure scribitur, si testator quem hæredem instituat pro parte, quam ascripsit, institutio nulla est, ac si apertè dicat lex, quoties vnus actus alterum respicit, vt sui ipsius regulam, & mensuram, nisi ipsum primò regulans, & mensurans appareat, id, quod agitur, nihil est, vt hæc leguntur. ff. de hære. insti. l. 2. & l. Clemens patronus. §. vlti. expresè not.
6 Hostiens. extrà de testa. præsentium. ¶ † Circa quartum videtur, quod dictum tabellionis dicentis testes iurasse secundum morem, non probat eos coram iudice iurasse, quia qui dicit assistentiam, vel præsentiam alicuius personæ in expeditione alicuius actus, habet illud manifestè probare. vt. C. de statuis & imag. leg. 2. & ff. de pub. leg. 2. & l. quæcunq;. §. qui à pupillo. & no. de fide instru. & iure hastæ fisca. leg. 1. lib. 10. Sed præsentia iudicis non atguitur necessaria ex verbis prædictis, ergò, &c. extra de proba. in præsentia. Et hoc idem probatur fic. ista verba iurauit iuxta morem, magis respiciunt iuramenti formam, quam personam, coram qua iuratur. Et ideo lex præsuppositа persona iudicis, à qua procedunt citatoria edicta, & modus proponendi ea, dicit aduersus absentes non per contumaciam. s. nequaqnam ex more conuentos. &c. C. quomodo, & quando iudex. ea, quæ. & habetur bene de nouo codi. confir. l. vltim. §. vlti. ibi edictis ex more proponitur, &c. & ad hoc accedit. ff. de offic. procon. & legati simul in aliam. in 2. responso. ibi, & ferias secundum morem, & consuetudinem, &c. In omnibus enim his legibus appareret illa verba non personam includere, sed magis qualitatem ipsius actus respicere. vt extrà de præsumption. capi. illud. ibi de more illarum, quæ panes
7 vendunt, &c. Oldradus. ¶ † Item verba iuxta morem obscurum, & dubium, & ideo nescierunt, sub qua forma, vel modo iuramenta possint esse diuersa secundum consuetudinis diuersitatem. extrà de consti. c. 1. lib. 6. ¶ Item, vt patet in processu, nó refert procuratorem fuisse citatum ad certam horam, & alia hora aliquos testes recepisse dicto procuratore absente, & aliter non vocato: quia non tenet exceptio tal. C. quomodo, & quando iud. l. si vt pro-
8 nis. ¶ † Item non constat de commissione facta per dominum Cardin. nisi quia ipse per dictum suum in facto suo deponit, & fidem non facit, cum non sit factum per modum actorum, quia non in iudicio, sed partibus absentibus, nec vocatis, extrà de offi. dele. cum in iure. & de proba. c. quoniam contra falsam. & de test. cum à nobis, aliquos etiam testes recepit ante diem, quo dicit sibi factam commissionem, Vnde non valent, quæ per eum facta sunt, tanquam à non iudice facta, & quia etiam non fuit capax talis commissionis. C. si à non competenti iudice. per totum titulum. extrà de rescri. ea. statutum.
9 lib. 6. ¶ † Item domino Car. fuit causa commissa. vt in ea procederet seruato legitimo processu habito inter partes, & in multis non seruauit primum processum, vt patet per processus, & libellos suos in primo, & secundo iudicio.

De concess. præben. & de renuncia. & de rescrip. & de verb. signifi. & de exception.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiuam si vnus habet ad primo vacaturum beneficium cum clausula anteferri in vna ecclesia & ibidem vnus antiquus in fraudem ipsius renunciet beneficio in curia etiam si faciat mentionem de expectantibus non propterea præiudicatur expectanti & vacatio in curia fraudulosa non afficit beneficium. cum seq.*

5 *Gratia quo ad potestatem iudicis debet esse bullata & non potest probari per testes. & num. 20.*

8 *Articuli concludentes maxime circa renunciationem simoniace factam in fraudem debent admitti.*

CONSILIVM CCCXXIIII.

FACTVM tale est. Dominus noster Papa Clemens quintus fecit. G. duranti gratiam specialem de canonicatu, & præbenda, necnon dignitate, personatu, vel officio, si tunc vacabant, in ecclesia numacen. alioqui reseruauit eidem cum inhibitione, & interpositione. & interpretatione decreti proximè vacaturũ, seu vacatura, cum clausula anteferri, certis sibi ad hoc executoribus deputatis, ad quorum mandatum receptus fuit concorditer tam per sacristam infra scriptum, quam per alios nullis tuncibi præbenda, dignitate, personatu, vel officio vacantibus, in canonicum, & fratrem, postmodum est receptus: tunc canonicus, & sacrista dictę ecclesiæ decrepitus, debilis, & valetudinarius centum annorum suæ ætatis, & vltra, quietiam carnes propter senectutem, & debilitatem diebus comedebat prohibitis, de cuius morte, pbabili de die in diem sperabatur, communiter, sciens autem do. G. prædictam præbendam expectantem constituit procuratorem ad resignandum apud sedem apostolicam canonicatui, præbendæ, & sacristæ, quos in dicta ecclesia obtinebat. P. nepoti suo post resignationem homini conferendos, facientes inter se aununculos & nepotes conuentiones illicitas. & pactiones, ac nullo domino Papæ facta mentione de decrepitudine, debilitate, valitudine, & antiquitate prædictis, imò exposito sibi, quod idem. P. cupiebat dictos canonicatum, &

tum, & præbendam, & sacristiam ex certis causis legitimis liberè resignare. Idem d. Papa commisit cuidam Cardinali, vt dictam resignationem etiam apud sedē apostolicā posset recipere, & alicui personæ idoneæ huiusmodi beneficia conferre, de qua sibi expediens videretur. dicens in sua commissione inter cætera, gerentes in his, & alijs de circunspectione tua fiduciam in domino specialem tenore præsentium tibi concedimus facultatē. cum clausula decernentes irritum, &c. sicut in literis apostolicis plenius continetur. dictus autem dominus Cardinalis statim dicta commissione sibi facta, antequam literæ prædictę commissionis fuissent bullatæ, & præsentatæ, eidem d. Car. nulla causa in resignatione specificata, vel inquisita, vel processu facto, si erat iusta causa resignandi, vel non, resignationem recepit, & etiam ad collationem procesit. P. nepoti præfati. F. sacristæ renunciationem faciendam, sicut continetur in literis infra duos menses, vt & canonicus, de factis, post quæ dictus. F. sacrista apud dictam eccle siam numacen. & sacrista viam vniuersæ carnis ingressus est. Executores prędicti. G. duranti ignari resignationis, & collationis prædictarum, cùm nulla tunc noticia de hoc in illi partibus esset, præbendam, & sacristiam, quos dictus. F. obtinuerat, eidem. G. autoritate apostolica contulerunt, & eum in pacificā possessionem induxerunt, etiam antequam literæ papales prædictæ commissionis essent bullatæ, & præsentatę præfato dom. Card. Idemq; do. G. duranti à prouisione prædicta facta dicto. P. nepoti dicti. F. quondam sacristę, & à processibus executoris ipsius, cum ad eius peruenere noticiam, ad sedem apostolicam appellauit, & causa huius appellatiōis vertitur in curia in præsenti. ¶ Circa propositum thema veniendo breuiter ad puncta iuris est primò attendendum, quod do. F. canonicus, & sacrista ecclesiæ numacen. domino Papæ exposuit le velle ex certis causis legitimis liberè resignare, in quibus verbis resignandi causa, & modus resignationis describitur. cuius. F. assertioni, & supplicationi innitens do. Papa. concesit. d. N. Car. potestatem renunciationem recipiendi, & conferendi sub hac forma. Clemens episcopus seruus seruorum Dei, &c. ex cuius concessionis virtute d. Car. processit ad renunciationem admittendā, & prouisionem, & sicut proposita ostendunt. Modò est in quæstione, vtrum admissa pro parte do. G. duranti in causa oblati admitti debeant ad defensionem iuris sui, & ecclesiæ numacen. & exclusionem d. F. † Et videtur, quod sic multiplici intentione. Et primò sic. dñs Papa in concessione, quam fecit d. N. Car. sic dicit, cùm dilectus filius. F. canonicus, & sacrista ecclesiæ numacen. cupiat, sicut ex parte sua nuper accepimus, canonicatū, & prębendam, & sacristiam, quas in ecclesia ipsa obtinet, certis ex causis legitimis liberè resignare, nos votis eius in hac parte fauorabiliter annuentes, & gerētes in his & alijs de circunspectione tua in dño fiduciam, &c. ex quibus verbis videtur dñm Papam secutū assentionem dicti do. F. qui dicebat ex causis legitimis se velle renunciare, sub conditione hac rescripsisse. s. si preces veritate nitantur, & si causa subsit legitima renunciandi vt. C. de diuer. rescr. l. vniuersa. & extrà de rescr. ca. 2. omnis ergò articulus, qui probat causā. imo conditionem nō impletā, & sic contra, vel saltem renunciandi non esse legitimam, debet admitti, vtpotè quia probat formam mandati non esse seruatam præter voluntatem mandantis factum, vt. ff. ad Treb. sed si ante. in prin. & l. si cui purè. §. 1. sed articulum. 2 ¶ † Item etiam fuit assertum do. F. velle liberè renunciare, & Papa mandauit liberā renunciationem recipi. Omnis ergò articulus, qui probat, ꝙ renunciatio fuit nō libera, sed cum pacto, ꝙ deberet retinere donec viueret, aliquod emolumentum, debet admitti, quia per talia constat eam non liberā. vt. ff. de don. l. 1. & extra de rerū permu. ca. licet in tua. li. 6. & extra de 3 offi. dele. c. ex parte. 2. ¶ † Secundò dicta impetratio facta ad d. Car. fuit surreptitia, quia tacuit impetrans etiā in ecclesia numacen. aliquem expectantem cum clausula anteferri. Nec sufficit, ꝙ in litera fiat mentio de expectantibus, quia nō solùm factū, sed etiam modus facti exprimendus est. ar. ff. de transi. cū hi. §. modus. C. de transi. vt responsum. & extra de rescrip. dilectus filius Abbas & ibi no. per Bar. & Innoc. cum enim talis, qui habet clausulam anteferri, iudicatus sit per Papam digniorem alijs, nō possumus eum, quem propter lucem claritatis suæ, alijs antepositum, non dicere alijs digniorem: vt. ff. de offi. præfe. præto. l. vnica. & C. de crimine sacri. l. 2 & sic non continetur talis sub clausula generali: vt. ff. de iniur. l. item apud labeonē. §. ait prætor, extrà de rescri. sedes apost. si sic, ergò gra a tia remanet surreptitia. a ¶ † Tertiò renunciatio offi- 4 cij iam susceptī est contra ius commune, nisi causæ legitimæ renunciationem suadeant, & debito modo fiat, vt. ff. de offi. præsi. l. legatus. de minoribus. verū. §. ex facto. extra de renun. c. nisi cū pridem. & ca. post translationem. Si ergò ad suggestionem alicuius discentis se velle ex iustis, & legitimis causis renunciare, Papa iusit eius renunciationem recipi, debet intelligi cum causæ cognitione: sicut cum prætor mandat tutorem confirmari, vt. ff. de confir. tut. l. tutores. & si hoc factum non fuit, inualidū est, quod actum est: quia hæc res ei commissa est curanda, non negligenda, & hoc indicant illa verba, gerentes de circunspectione tua, &c. vt hoc probatur. ff. de transa. l. cum hi. 5 §. si prætor. ¶ † Quartò renunciationem recipere est iurisdictionis, sicut potest intelligi in aut. de defen. ciuitat. §. interim. extrà de renun. admonet. & ff. de orig. iur. le. 2 §. & cùm placuisset. Sed in commissione iurisdictionis ita est, quod prius exerceri non potest, quam literæ ad eum perueniant, cui iurisdictio est cō missa, vt. ff. de acqui. post. l. qui absenti. in prin. & extrà de appel. c. super eod. 2. & hoc ea maximè ratione procedit, quia commissio iurisdictionis desiderat scripturam, vt instit. quib. mod. ius pa. potestatis soluitur. §. filius. Et alibi dicitur, placuit omnib. iudicib. nostris, qui minores, vel medias administrationes gerunt, siue inter correctores, siue inter consulares, siue inter spectabiles ordinentur, nō solùm codicillos dare, &c. vt in aut. de man. prin. in prin. & C. de mā. pri. l. vnica. 2. q. 1. legum, si verò ita est, non prius habuit vim huius concessio, qui scriptura concessionis esset completa, bullata, & in mundum redacta. C. de fide instr. l. contractus. ¶ Et cum articulus. G. dicat, quod tempore renunciationis erant literæ commissionis in cancellaria iterū legendę, manifestè apparet, quod ex his adhuc nulla iurisdictio ei competebat, sicut dicitur de testatore, qui scribi fecit testamentū, & erat iam in schedula positum. Nam talis scriptura ius aliquod non tribuit, nec vim testamenti, vel codicillorum obtinet: vt. ff. de l. 3. fideicom. §. 1. & ibi no. & de testa. ex ea scriptura. imò magis & hoc sic videtur incepisse facere, qui fecisse vt in eo. ti. si is, qui. & ibi no. 6 ¶ † Quintò renunciatio fraudulenta b non obstat ex- b pectantibus: vt extrà de renun. si te præbendā. li. 6. & ar. ff. de repu. l. si filia. & solu. ma. filiæ meæ. & accedit in argumentū bonū, ꝙ dicitur de socio ōmniū bonorū, q spe successionis sibi primò deferēdæ societati renunciat. ff. ꝙ so. l. actione. §. diximus, & de patre adoptiuo emācipāte filiū, vt fratres collatione priuet. vt. ff. de col. bo. l. 1. §. his, quorū. & l. si filiū. in fi. secundi

resonsi. Et quod fuerit fraudulenta apparet ex signo posito in prædicto. ca. si te, quando infirmus renunciat tenui beneficio, vt expectanti viam præcludat, & sic de proximo futuram vacationem præuenit in fraudem, sicut dicitur de muliere præueniente diuortium manumittendo seruum, vt eum adulter subtrahat quæstioni, vt. ff. qui, & à quibus manumiss. liberi non fiunt. l. sed si maritus, & de eo, qui adoptat præueniendo tempus confiscationis bonorum, cum iam accusatio immineret, vt ff. de bo. dam. cũ ratio. §. ex bonis & de bonis eorũ, qui mortem sibi consciuerunt. l. vltim. §. 1. nempe hic fuit senex, & valetudinarius, vt in articulis ponitur, & renunciauit, & sic erat morti proximus iuris præsumptione, vt. ff. de donat. cau. mor. l. 3. 4. & 5. & in fine ætatis erat: vt. ff. de leg. 1. ciuitatibus. §. 1. & non poterat diu viuere, eò quod centenarius erat, & vltra: vt ff. ad l. fal. hæredi. & ff. de vsufruct. an vsusfructus. de vsufruct. leg. l. si vsusfru. & notatur. ff. quemadmodum testa. aperiantur. le. 2. §. 1. nec minus fraus committitur in loco, quam in tempore, quia hæc duo pariter se habent ad obligationem. vt. ff. si cer. pe. l. nam. & de leg. 1. l. nemo con-
7 ditionem. ¶ † Colligitur etiam, quia sub illo tempore mortis facta est, vt patet de do. inter vi. & vxo. l. si is, qui sub ipso. Nec hanc præsumptionem fraudis tollit, quod in curia, vel coram Papa facta sit: quia facta est coram eo huius vitium, & fraudem, quæ ex articulis colliguntur, ignorante, vt. ff. de bo. pos. l. seruus. & qui admitti ad bo. pos. l. bonorum, vt dicitur de re furtiua, cuius vitium non purgatur, si reddit in potestatem ad ipsum dominum ignorantem. vt. ff. de vsuc. l. sequitur. §. qui autem dicit. & de tutore, qui mutat domicilium principis autoritate, quia per hoc nõ excusatur à tutela, nisi princeps hoc sciat, & ipsum literis ascribat. vt. ff. de excu. tuto. l. idemq; vel proauus. imò dignus est pœna, qui conscientiam principis circumuenit: vt. C. de his, qui à non domino ma. l. fi. ¶ Sextò quia datur in articulis, quod dominus. F. inductus, & deceptus fuit per dolum, & per fraudem facere procuratorem ad renunciandum: & sic mandatum nullum, eò quod dolus causam dedit huic contractui, vt. ff. de dolo. eleganter.
8 circa princi. ¶ † Nunc de intentione domini. G. qui tum ad articulos partis aduersæ, vbi impetratio non fuit reprobata, eò quod fiebat sub spe. renunciationis auunculi, & verè illud. ca. ad propositũ non accedit, quia ibi totum, quod actum fuit, incipit à gratiæ concessione, hic verò à fraudulenta, concessionis inductione, & illicita pactione, & ideò propter potentiam principis totum est vitiosum. vt. ff. de acqui. pos. clam possidere in princip. & à primordio tituli posteriot formatur euentus, vt. C. de imponen. lucratiua descriptione. l. vnica. circa finem, cum similibus. sic & aliàs fit differentia, vtrum aliquid incipiat à præcedenti pactione, an à præcedenti traditione, vt. ff. de dona. l. Arist. & ibi not. & C. de iu. do. leg. 1. ¶ Pro nobis quidem est casus illius. capi. ex parte. de offic. deleg. in quantum dicit, quod impetratio non tenuit, quia de expectantibus non fecerit mentionem, non ideo minus est facienda mentio de modo facti, quam de facto ipso vt. C. de transs. vt responsum. & ff. de transs. cum hi. §. modus. & no. per Bernardum. & Innoc. extrà de rescrip. cum dilectus filius Abbas. ¶ Secundò in alijs est casus pro nobis, quia ibi Papa mandauit, quod si auunculus. N. omnino Archidiaconatum renunciare voluerit, Archidiaconatus conferatur dicto. N. & exponitur ibi omninò, id est liberè, absolutè, totaliter, & simpliciter. Omnes ergò articuli, qui ostendunt renunciationem nõ esse omninò, & liberè & absolutè, & simpliciter factam, debent admitti, vt pertinentes, & ipsum. F. excludentes de toto. Nec dico, sicut aduersarij nobis imponunt, ex hoc demulcentes aures plebis, quod sola porrectio precum pro consanguineo, vel quas porrigit consanguineus, non inducunt simoniam, quam pro digno faciunt, sed constringere se ad aliquid dandum, vel remittendum de eo, quod futurum est suum, sicut colligitur ex coniunctione legum. ff. quæ sententiæ sine appellà. rescin. l. venales. & ff. ad treb. l. seruo inuito. §. cum prætor. iuncta. ff.
9 de calum. l. 2. & 3. in princip. ¶ † Secundò non obstat, quod senectus est iusta causa renunciandi, & quæ senectus non allegatur hic pro causa proxima, licet senectus fuerit remota, & colorata, vt in articulis dicitur, & ad probandum istam veritatem contra colorem sunt articuli, vt. C. de sacrosanc. eccles. l. iubemus. ff. ad maced. sed Iulianus. in princip. C. de transs. cum ea. Et etiam ad probandam proximam causam. l. pe. & de excep. rei iud. l. cum de hoc. Vnde cùm senectus per se, & simpliciter est causa beneficij renunciandi, sed non in proposita specie, quando ex hoc resultat suspitio fraudis, sic quod faciat in fraudem, vt. s. fraudet fratres in collatione, vt. ff. de colla. bo. l. 1. §. his quoq;. & l. filium, in fi. secundi resonsi. & licet iustè adire, nisi suspitio fraudis sit, vt ff. de leg. præstandis contratabulas bo. pos. l. pen. §. si adierit. sed hæc est violenta suspitio fraudis, vt in c. si te. & fraus facile colligi non potest, nisi ex coniecturis, vt. ff. si quis omissa causa testamenti quia autem. §. non simpliciter. ibi sed modo nulla, &c. ergò nõ obstante, quod dicitur & distinguitur inter impedimentum perpetuum, & temporale, &c. quia in fraude, siue in actibus fraudulentis hæc distinctio locum non habet. nam prætor fraudem etiam in tempore intelligit sicri: vt. ff. quæ in frau. credi. omnes. §. vlt. ¶ Præterea possibile est, quod in cap. si te. esset impedimentum temporale. Pone enim quod in ecclesia sit consuetudo optandi, quæ est in iure approbata, vt extrà de consuetu. ca. cum in tua. lib. 6. ¶ Præterea dato quod. ca. si te. debeat intelligi de impedimento perpetuo, in casu nostro impedimentum hoc esse posset temporale, & perpetuum, & ideò perpetui impedimenti naturam assumit. vt. ff. de condic. inde. iusfi-
10 ciat. ¶ † Quartò non obst. quod dicebatur, quod locus non inducit suspitionem, sed amouet vt in. §. qui iussu. quia illud non est aliàs propter locum, sed propter superiorum iussum. Si dicatur, & hic fuit superiorum autoritas? Respondetur verum esse, igitur narrantis, &c. & ideò verè, licet locus simpliciter, & de se non inducat suspitionem doli, perficit tamen, siue consumit dolum per alias coniecturas huic adiunctas præsumptum. Vnde totum hoc statutum est tali loco, quod fiat mentio iuris expectantium. vt.
11 ff. de mino. le. 3. §. si quis cum minore. ¶ † Præterea talis mutatio loci. s. de municipio in vrbem habet in se suspitionem doli, & ideo defertur iuramentum malitiæ super hoc, vt. ff. qui satisd. cog. l. de die. §. vlt. & talis mutatio loci est dolosa, vt. ff. si ex noxa. causa agatur. leg. 1. ibi, loco, vel persona mutata, &c. & ideo talis mutatio non præiudicat expectanti, & sic dicitur de eo, cui legata erant mancipia, quæ in fundo erant, cùm moritur testator, ancilla fugit de fundo, & peperit extra fundum, & sic non erat ancilla, vel partus tempore mortis in fundo, tamen hoc non præiudicat expectanti legatum. ff. de leg. primo, huiusmodi. §. cum ita legatum. & non parcitur ei, qui cum possit rectam viam dirigere, quærit eam, quæ est ex circuitibus, vt. ff. de excusa. tuto. l. non solùm.
12 circa principium. ¶ † Nec obstat, quod dicitur, quod

quòd in curia vacauit, & ideò ad Papam spectat collatio per capi. extrà de præbend. licèt. libr. 6. quia illud debet intelligi de his, quæ vacant in curia sine fraude. Nam in permutatione fit renunciatio, & per hoc aperitur via Episcopo, qui fuit, & est Iudex competens conferendi. ¶ † Non obstat, quòd sint ibi aliqui expectantes, vt extrà de rerum permut. cap. licet in tua. lib 6. & tamen ibi dicitur hoc locum habere, si sine fraude hoc fit. Nam & Papa vacantia in curia potest conferre, si liberè, & sine fraude hoc fiat. Vnde Imperator non recipit lites donatas, & ea, quæ in fraudem aliorum ei dantur: vt ff. de iure fisci. res quæ. §. lites. Iuxta illud legale, calumniæ facultatem ex principali maiestate capi non oportet: vt ff. de hæred. instit. l. pen. ¶ † Quintò non obstat, c. cùm pridem. extrà de pact. imò facit magis pro hac parte, quia ibi, quod per simoniam actum est, reprobatur. Aliud verò confirmatur per Papam scientem vitium, & perfectum negocium fuit vnum ab altero separatum, ita quod realis renunciatio, quæ secuta est, nunquam inuenit se cum pacto simoniaco, & non fuit simoniaca. Hîc autem articulamus de simoniaca renunciatione sine constitutione procuratoris ad renunciandum, quæ tamen in initio afficit ipsam renunciationē, nisi probetur purgata: vt ff. quod vi, aut clàm, l. 1. §. vltim. & §. item Labeo. & l. prohibere. §. illud. de leg. 2. l. Titia. Seio. §. vsuras. ¶ † Sextò non obst. quod dicitur in articulo, quod si sit inductus propter dictas promissiones constituit procuratorem. Nec dicitur quem, quia cùm in modum exceptionis dicatur, non requiritur solemnitas libellorum, vt potest perpendi. ff. sol. mat. viro. vbi in modum exceptionis opponebatur crimen, nec tamen ibi aliqua solemnitas ponitur. Et est ratio, quia alius, & grauior est effectus accusationis, quia impositio pœnæ ex crimine non est modus exceptionis, quia sola repulsio sufficit: vt extrà de ordine cognitio. cùm dilectus. Et si dicatur, quòd per hoc fit inhabilis, dico, quod per hoc non est, quia in sententia iuris contrahatur, sed eius opinio læditur apud bonos, & graues: vt ff. de excep. apud. & l. celsus. & sic sola infamia facti contrahitur, quæ repelli à dignitate: vt C. de dignita. neque. Præterea persona procuratoris est persona omninò extranea à delicto, quia nec cum eo, nec mecum fuit crimen simoniæ commissum, sed ipsi inter se commiserunt. Præterea si necessaria esset certificatio personæ, dico, quod facta est, si quis inspicit præcedentem articulum, licet ab hoc remotū, vbi fit mentio de Alberto Lor. Doxi. & infrà in alio articulo sit militer fit mentio de eodem Alberto. Vnde non potest dici incertum, quod certificatur per præcedentem, vel subsequentem scripturam: vt ff. de legat. 1. si seruus plurium. §. vltimo. & de testamen. hæredes palàm. §. sed si notam. & C. de sentent. quæ sine certa sententia. ¶ † Septimò, quòd allegatur inepitudo in articulo, dum dicitur, constituit, vt dicitur. dictum procuratorem, quia ista verba, vt dicitur. possunt determinare verbum constituit, & tunc non denotant necessariam veritatis assignationem: vt argument. ff. de acquir. hæred. cum quod. §. quod dicitur. & possunt determinare illos accusatores, & procuratorē. & tunc posita est veritas assertiuè, quantum ad factum: quod verbum innuit efficaciam iuris, & si dicat, constituit eum procuratorem, sed non est procurator, quia mandatum vitiatum, vt potè cui fraus, dolus, & circumuentio causam dederat, & sic habebat nomen procuratoris, sed non erat. Iuxta illud legale, ab his qui dici tantummodo collegiati, vel Decani festinant, cum id munus non impleant, ideo què si quis sub nudo appellationis velamine eorum, &c. vt C. de sacrosan. eccle. l. qui sub prætextu. & de collegiatis, & charte. l. vni. libr. 11. De tali duplici expositione siue determinatione habetur extra de verb. signifi. Abbate. Debet ergò de isto dubio sic accipi, quod articulus valet. ff. de verb. oblig. l. quoties. de rebus dub. l. quoties. & post articulos illos potest illum exprimere, quia non potuit, sed exponit: vt extra de accus. c. cum dilectus. ¶ † Octauò non obstat, quod dicitur, quod in appellatione objcitur euidēs defectus per c. si fortè, quia illud loquitur, quando defectus attribuitur personæ, quod non est hic. ¶ Illud loquitur, quando euidentia attribuitur facto, puta defectiui, de quo loquitur lex. ff. de contrahen. emp. & vend. ea, quæ extrà de ac. euidentia. ¶ Aliud quando iuri, vt si dicatur euidentis iuris est: vt C. de furt. manifestissimi. & talis distinctio fit in tex. vt ff. de iureiurand. l. vltima. Cùm ergò dico aliquid colligi ex scriptura euidenter, euidentia hoc ius respicit, scili. vtrum sit talis, quę transferat iurisdictionem, vel potestatem in alium, argumentum bonū. ff. de his, qui. vt indi. l. pen. vnde. c. si fortè. de ele. libr. 6. de defectu visibili statuit, qualis nō est hic oppositus, sed est quidam defectus inuisibilis, & disputationi relinquendus sicut colligitur hæc distinctio. C. de edict. diui Adria. tollen. l. 2. & 3. & ibi not. ¶ † Non obstat, quod nobis imponit periurium, quia in appellatione fit mentio de Alber. Lor. Doxi. &c. quia ibi fit mentio, quod dicebat se procuratorē, in articulis verò, quod dominus F. constituit, & cum isti actus sint diuersi, scilicet dicere, talis dicit se procuratorem, & dicere talis constituit talem procuratorem, sicut sunt diuersa mulierem dicere se prægnantem, & esse prægnantem: vt ff. de acquirend. hæred. cùm quidam. §. quod. & de ven. inspi. l. 1. in secundo respon. ¶ Præterea hic fit mentio de qualitate constituendi: dicit enim, quòd inductus, solicitatus etiam, & circumuentus, quæ constat esse diuersa, sicut dolus incidens in contractum, vel dans causam contractui sunt diuersa ab ipso contractu. ¶ † Decimò non obstat, quod dicit scripturam fieri solum ad probationem, quia illud verum est regulariter. Fallit tamen hoc in multis casibus: vt C. si minor se maiorem dixerit. l. 3. circa fin. & hæc de illis, vt probatum est suprà per iura superiùs allegata. ¶ † Vndecimò non obstat quorundam opinio, qui dicunt gratiam probari per testes, c quia hic de gratia mera non agimus, sed de facultate danda domin. Ni. Cardi. acceptandi renunciationem, quæ scripturam requirit, vt probatum est suprà. ¶ † Duodecimò, & vltimò non obstat, si quæ obscuritas est in articulis, quæ declarata est in responsionibus, & hoc fieri potuit, & debuit de iure admitti: vt ff. de testa. l. hæredes palàm. §. sed si notam. & extrà de accus. capit. cum dilecti. ¶ Ex prædictis itaque manifestè concluditur articulos domi. G. duranti admittendos, tanquam claros, pertinentes, & benè compositos. atque ij probati euacuant in totum intentionem partis aduersæ. Oldradus.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Surreptitia. *Hanc Oldra. conclusionem sequitur Deci. in c. cæterum. in 1. col. de rescript. & idem esse dicit, vbi causa semel delegata rursus delegatur non habita mentione clausulæ appellatione remota, quando aderat in priori delegatione talis clausula.*

b ¶ Renunciatio fraudulenta. *Renunciatio fraudulenta non obstat. Hæc Decisio Oldra. trahitur in argument. à Mar. in sing. 18. dum concludit renunciationes in contractibus factis ab ijs, qui vim earum ignorant, nihil nocere: innuens*

immuens & illas esse fraudulentas: Datq; exemplum in clausulis generalibus notariorum. De quibus vide Alex. consi. 10. in 2. volum.

a ¶ Probari per testes. *Ad effectum gratiæ non esse opus scriptura, sed ad facultatem probationum tantum. firmat Bald. in l. Humanum & in Auth. si qua per calumniam. C. de legibus. Ancha. in c. Nemo potest de reg. iur. in 6. Affl. Decis. 253. Marsil. in Rubrica de probat. nume. 26. Facit Rot. In antiq. Decis. 882. Ias. in l. Cùm proponas. Deci. in l. Pactum, quod bona fide. C. de pact. Docet ipsa experientia in viuæ vocis oraculis à Domino Papa quotidie emanantibus. Hæc autem conclusio à portiori procedit in inferioribus Dominis secundum Francum post Archid. in prin. lib. 6. ad fi. Et quòd possit gratia, etiam aliter, quàm per scripturam probari tenet. Alex. consi. 107. volum. 2. Ripa lib. Responsorum lib. cap. 5. Camerarius tamen in repet. Imperialem. fol. 8. col. 3. de prohib. feud. alie. per Fed. distinguit, vt in gratijs cum onere admissis, quale est Feudum, in quo vicissim Dominus, & cliens obligantur, scriptura non sit necessaria. In puris, atque simplicibus gratijs sit necessaria omninò. per c. sicut extra de re iud.*

De rescrip. & de priuileg.

SVMMARIVM.

1 *Papa, si pupillo existenti coràm se, dedit gratiam ad dignitatem, si alias non dispensat secum non videtur propter hoc secum dispensare. & num. seq. vsq; ad num. 6.*

7 *Item si post quam beneficium vacauit, dispensauit secum, non videtur facere præiudicium alij tertio, quid id acceptauit. Ideò ille tertius debet illud habere, & pupillus expectare aliud vacatorum.*

CONSILIVM CCCXXV.

THEMA quæstionis est tale. Cuidam pupillo nomine Henrico coram Papa existenti fuit facta gratia de dignitate in Ecclesia Rothomagensi auia sua ibidem præsente & ipsum pupillum asserente: in literis cum gratia non repetitur de ætate expressè dispensatum. Est modò vna quæstio, vtrum ex ipsis literis videatur cum eo tacitè dispensatum. Secunda quęstio est, quod postquam beneficium vacauit, & per dominum Bernardum acceptatum fuit: dispensatum cum eo pupillo sine tamen præiudicio alieno, nunquid aliquod adminicu-
1 lum præstet dom. Henrico pupillo prædicto. ¶ † Et quantum est de prima quæstione, videtur posse dici de veritate iuris dictum dominum Papam non videri cum eo de ætate dispensasse. Et primò hoc probo: certum est, quòd de iure communi iste admitti non potest: vt suprà est allegatum. & ff. de mu. & ho. l. ad rem. Dico ergò sic: Papa & Imperator sunt iuris patres vt in Auth. de incest. nup. §. dubitatio col. 2. vbi est expressum & per consequens ius loco filij habetur. Modò venit lex, institutus est filius per patrem in testamento, pater vult reuocare testamentum, & instituere extraneũ in alia voluntate dicit lex, quòd requiritur, quòd expressè faciat mentionem de testamento quo filium instituit, ad hoc vt primum testamentum reuocare possit, vt in Auth. de testa. imperfe. coll. 8. §. & si quidem. ita dico hic, si Papa vult derogare filio suo. in iuri communi, oportet de necessitate, vt faciat mẽtionem de ipso iuri communi, quòd eo non obstante velit prouidere, quia non est verisimile, quòd Papa ius, quòd cum magnis vigilijs constituit, vno momento subuerterit. C. de inoff. testa. si quando in prin. Fauent enim iura multum pro iure communi obseruando, & reijciendo ius specia-
le. C. ad Treb. antique. ff. de milit. test. eius militis. §. militia. in Auth. de non alien. coll. 2. §. quia non verisimile. Et pro superiori ratione faciunt, quæ leguntur. ff. de lega. 3. si quis in prin. & C. de test. aut. quod fine. ¶ Quare euidenter concluditur contra ipsum
2 Henricum. ¶ † Prætereà videtur idem manifestiùs probari, vbicunq; cum minore dispensatur, vt ad dignitatem possit promoueri, requiritur causa. ff. de decurio. l. nõ tamen. §. pe. & iura dicunt, quod causa subintelligitur, nisi exprimatur. ¶ Sciendũ est enim, quòd quædam sunt solennitates extrinsecæ, & illæ nunquam intelliguntur, nisi sint expressę. ff. de pub. l. quæcunq; §. fi. Vnde cum hic ista causa dispensandi habeatur pro solennitate nunquam subintelligetur.
3 & hoc voluit Gl. ff. de verb. obl. l. sciendum. ¶ † Prætereà hoc idem videtur. l. probari, secundum quòd de solennitate dispensationis est causa dispensandi, ita de solennitate est præcedens cautio. ff. quæ sentẽ. fine appell. rescind. l. 1. §. item cum ex do. Sed ita est, quòd sententia est nulla, nisi exprimatur, quòd solennitas illa interuenerit, ergò dispẽsatio nulla nisi causa expressa fuerit. hoc videtur probari. ff. de iure fisc. l. 2. §. senatus. in fi. ibi dum dicitur, vt in sententia cõ-
4 prehendatur, &c. ¶ † Prætereà, & hic facio magnam differentiam: ista gratia facta isti pupillo strictè est interpretanda propter duo. Primò propter naturã gratiæ. Secundò propter inhabilitatem personæ. Primò dico propter naturam gratiæ, quoniam quæcunque gratia super beneficijs emanata strictissimè interpretatur etiam facta maiori. extrà de rescriptis. capit. 2. Item propter conditionẽ personæ, quæ de iure communi est inhabilis ad talem gratiam, & quòd in istis duobus odiosis aliquod subauditum debeamus subintelligere, vt valeat gratia, non videtur conuenienter. ff. de verbor. obliga. si ita stipulatus fuero. §. Grilogonus. & eod. titu. l. quicquid astringende. hoc probat euidenter lex, quia, secundum quod vides, hic iuduo ius commune fauorabile lędentia, sic & alibi in l. non dubium, quòd de iure communi ex nudo pacto non datur actio. vt l. iurisgentium. §. sed cum nulla. fallit in dote. C. de promiss. l. ad excusationẽ. Item promissio incerta non valet: fallit in dote: vt l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. Sed quando ista duo specialia concurrunt in promissione dotis, & pactũ nudum, & incertitudo, nunquid valet? non est dubium, quòd non, nec aliquid est subintelligendum, quod ista duo odiosa confirmet: hoc dico per l. primam. C.
5 de do. promis. † Quid plura? pone, quòd Imperator super ætate dispensat dicit lex, quòd requiritur probatio ætatis allegatæ coram principe antequam possit ex rescripto sortiri effectum, quod hic non fuit factum, ergò, &c. C. de his, qui veniam æta. impe. l. 2. 3. respon. in fi. l. ad hoc faciunt. ll. secundum hoc quę ritur propriè de infante habilitando per rescriptum, videlicet eum emãcipando. nam dicit. l. quòd ad hoc, vt valeat emancipatio specialis, requiritur scriptura emancipationis, ergò, vt valeat hæc dispensatio specialis, requiritur scriptura dispẽsationis. C. de emancipatio. libe. l. iubemus. in fin. cum ibi not. hoc idem dicit lex quam induco sic. secundũ quod est iste Henricus inhabilis ad obtinendum de iure communi, ita monachi ad litigandũ in alia ciuitate, quam in illa, in qua degunt. sed ponamus, quòd petunt se admitti, & dicunt, quòd habeant licentiam sui Episcopi, nunquid habent fidem facere de ista licentia per literas speciales licentiam continentes? constat quod sic. ergò & iste per literas speciales dispensationem continentes. hæc leguntur. C. de episc. & cler. l. si qua per
6 calumniam. §. fi. ¶ † Prætereà videtur l. dilucidè probare, se-

bare, secundum quòd aliquis per dispensationem æ-
ratis consequitur iura maiorum & eorum numero
aggregatur, ita cõsequitur quis per approbationem
iura aduocatorum, & eorum numero aggregatur, er-
a gò ad hoc vt probatio sortiatur effectum debet de ip-
sa constare per scripturam *a* dispensationem expres-
sam continentem, hoc dico per legem. C. de aduoca-
tis diuersorum iudiciorum. l. meminimus. ibi dum
dicit: gestis conficiendis apertè apparet, &c. & his iu-
ribus credo, quo ad primum dubium quæstionis. do
minum B. ius habere. ¶ † Nunc autem est videre, an
ex sequenti dispensatione possit iuuare dom. Henri.
Et est dicendum breuiter, quod non, quoniam aut
vult eam sortiri effectum, vt nunc, à tempore impe-
tratæ dispensationis in futurum, aut vult eam retro-
trahere ad tempus factæ gratiæ semper dignitate. Si
primo concedas sibi, quòd super beneficio futuro in
præsenti non vacante iuuet se, & ita nihil agit contra
dominum Bernh. Si autem vellet detrahere ad tem-
pus factæ gratiæ super dignitate istud non debet con
cedi. Primò ex verbis ipsius dispensationis, quia di-
cit sine præiudicio alieno. Vnde præiudicium fit do.
B. quitam acceptauit, si retrotrahatur, quod est con-
tra intentionem rescripti, & eius verba, à quibus re-
ceditur sine dubio: vt ff. de leg. 3. non aliter. in princ.
de vsufr. leg. l. si alij. soluto matrimonio. l. si verò ne-
gocium. §. de viro. & de exercito. l. 1. §. si is qui nauē.
maximè cum de iure communi istud intelligatur: vt
C. de emanc. liber. nec enim auus. ff. ne quid in loco
publ. l. 2. §. meritò. & §. si quis à principe. ideo conclu
2 ditur, vt ex verbis ipsius dispensationis apparet, non
posse præiudicare dom. B. ¶ † Prætereà hoc probant
leges: videlicet in casu magis dubio, in quo magis vi-
detur mens principis retrotrahenda. Non est dubi-
um, quòd per restitutionem fit retrotractio. ff. de mi-
nor. l. si. & l. quòd si minor. §. restitutio. & de vsu. vi-
deamus. §. in fauiana. sed secundum quod hic habili-
tatur inhabilis per dispensationem, sic habilitatur
inhabilis per restitutionem, deinde quæritur lex, an in-
habilis restituatur per principē, vt recuperet locum
suum antiquum? dicitur autem, quòd si inuenit lo-
cum suum occupatum, & tunc de iure restitutio ad
illum extenditur, sed habet expectare donec locus va
cet, aliàs si non inuenit locum occupatum, quia pri-
mum recuperat. Ergò concludo hîc, quòd dom. Hen.
inuenit locum occupatum per dom. Bern. qui occu-
pauit illo tempore, quo dom. Henr. ius non compe-
tebat, expectare debeat sequentem, ita quod dispen-
satio eum iuuet per l. ff. de decur. l. 2. §. 1. statim enim
ius fuit quæsitum dom. B. quod ex sequenti facto au-
ferri ratio, & verba legis non patiuntur. ff. de excu.
rut. is qui tres. in prin. ibi dum dicit: statuti eum te-
nuit, &c. imò quòd certè ista dispensatio expressè vi-
detur ius tollere dom. Henr. si quod habet ex prima
gratia, quia istud est verum, vbi vnum cõtinet aliud,
si vnum exprimatur, tunc neutrum sub alio contine
tur. ff. de vul. & pup. cum ex filio. §. filio. & l. ex facto.
§. idem quero. vnde ibi fortè posset argui cum aliqua
li colore, quòd in prima gratia continetur dispensa-
tio, quod verum tamen non puto: nunc argui non
9 potest, quando dispensatio expressa est. ¶ † Quare
concludo, quod nec ex prima gratia dignitatis, vt in
primis rationibus, nec ex secunda, scilicet dispensa,
vt in secundis, ius dictus dom. Henr. videtur habere,
& ideo habito alias abiecto eo priuilegio sequens ad-
mittendus est. arg. ff. de leg. tut. l. agnati. in princ. C.
de prox. fac. scri. vnicuiq; in princ. ibi dum dicit, in
deficientium locum, &c. qui non debet alij præstare
impedimentũ, quod de iure nõ sortitur effectum. ff.
de leg. 3. si seruus leg. §. si seruus alienus. & cod. tit. l. si
fundus sub condi. §. si statu lib. & C. ne de testam. de-
fun. l. si pater. Inter cætera ad l. quidam consulebant.
ff. de re iud. quam inducit pro se specialiter pars ad-
uersa. Respondeo tripliciter. Primò, quia loquitur
hic in pupillo, ibi in adulto, & ibi est gl. dicens, quod
illud, quod habet locum in pupillo, non habet locum
in adulto, siue ècontra, & sic nullo modo arguen-
10 dum est ex illa. l. † Præterea ibi nullus ex hoc lædi-
tur tertius, quare conceditur, hic læderetur tertius,
ideo non est mirum si secus, vel aliter, quædam sunt
officia consistentia in iuris redditione, & illa com-
mittuntur minori, quia in eo potest esse iuris capaci-
tas, vt ibi &. ff. de postula. l. 1. §. pueritia. alia sunt, quæ
consistunt in administratione, & ista non commit-
tuntur minoribus vt in l. ad rem publicam, & supe-
rius est probatum. alijs allegationibus aduersæ par-
tis respondere non curo, quia in allegatio. aliorum
sufficienter responsum est.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Per scripturam. *Casus, in quibus necessario scriptum exigitur, traduntur per Glo. magistralem in cap. 1. §. post-quam de censibus. in 6. Quibus addendi sunt hi, quos Oldr. in præsenti consilio recenset, tres q, alij cum notabili limitatione positi à Iaſ. in l. cum proponas. C. de pac. Item alius à Marsil. notatus in Rubrica de proba. num. 26.*

De eadem materia ad idem.

De priuileg. & de appel.

SVMMARIVM.

1 *Articulus quòd Papa fecit dispensationem ipso facto concedendo gratiam minori non est admittendus per maximè si fecit gratiam contra concilium generale nõ videtur tollere nisi faciat mentionem de eo expresse. & num. seq.*

17 *De appellante secundum. cap. vt circa. & de ratihabitione. & num. 18.*

CONSILIVM CCCXXVI.

1 QVOD articuli dati in quæstione † prædicta pro parte d. H. substantialiter cõtinentes Papam sciuisse, eum in ætate pati defectum tempore, quo gratiam per ipsum exhibitam fecit eidem, & per hoc dicit non obstare defectum, licet in literis dictæ gratiæ non fiat mentio de defectu: sint impertinentes, ostenditur rationibus infrascriptis. ¶ Et in primis, nam cum tàm per constitutiones sum morum pontificum, quàm sacra concilia generalia fuerit introductum, quòd personatus, & dignitates ecclesiasticis personis talem defectum patientibus non conferantur: vt extrà de elect. c. cum in cunctis. §. inferiora. & c. nihil. §. episcopo. & de prebend. grauе. Non sufficit proponi Papam etiam scienter fecisse contra concilia, nisi in literis gratiæ contineatur expressè, quòd id facit non obstantibus concilijs supradictis, vt extrà de capel. mo. c. ex parte. probatur expressè. ad hoc extrà de æta. & quali. cap. eam te. de confirm. vtil. vel inutil. c. porrecta. & ff. de excusa. tuto. l. vel idem Iulia. §. sunt & alij casus. vbi probatur, quod oportet probari per literas principis, quod ex certa scientia ius commune transgrediatur, & quod semper sit facienda mentio de generalibus concilijs, quando do. Papa facit aliqua contra ea. & expressè determinat Host. in d. c. ex parte. & in sum. de rescrip. §.

quas.ver.fi.& ver.sed & vero. & versi.sed sunt casus. & not.per Spec.de reserip.§. Romanæ quoque. versi. item quod est contra ius. Item cùm ius publicũ constat in sacris, & sacerdotibus. vt ff. de iusti. & iur.l.1. & 1.dist.ius publicum.& publicè hominum confitentium Christi nomine interfit in Ecclesijs plures, & sufficientes esse ministros,qui peccata populi deleãt: vt 3.quæst.1.nulla.& 1. qu.1.ipsi sacerdotes.& Ose.4. cap.& not. per Docto.extrà de accus.cap.super his.& qualis minister in ciuitate, tales habitantes in ea: Presumi non potest,quòd dominus Papa iuri nedum
a publico, sed quasi diuino *a* cum solennitate, videlicet in sacris generalibus concilijs promulgato, sub tali taciturnitate voluerit derogare.ad hoc.C. de inofficio.testa.l.si quando.in princ. extrà de rescrip.cap. si quando.& de off.deleg.c. ex parte. ¶ Cum etiam fit legali prouisione statutum, quòd rescriptum, nedum ius diuinum, sed etiam publicum impetratum extorquendum est de manibus impetrantis: vt C.de
2 sacris largi l.3. ¶ † Nec per rescripta quælibet videtur detrahere princeps vtilitati publicæ,vel priuatæ: vt ff.ne quid in loco public.l.1.& §. sunt, qui putant. & C.de preci.imp.offe. l.nec damnosa.& l.rescripta. quæ sunt canonizatę.25.q.2.& C.si contra ius vel vti. pub.l.fi.C.de proc. l. militem.de temp.& repar.l.nemo. & de duob.reis. l.2. nisi saltem princeps diceret
b non obstante tali.l.vt in d.l.fi. *b* not. per gloss. communem.& per Azo. in sum.cod.ti.& no.per gl.3.di. c.rescripta.& per Hug. c. 1. 25.quæst.2.sunt quidam. & sic per hoc concilium deficiunt quædam, per quæ finis imponitur articulis, de quibus statuitur in eisdem, sic quòd non restat, nisi quòd executio fiat,vbi constat aliquatenus, quòd contra concilium tale cõmitteretur.extrà de elect.licet canon.ibi iuris executione supplere. & ibi not. per omnes. Esset ne igitur contra diffinitionem huiusmodi appellatio admittenda? certè nequaquam:vt C.sen.re.non poss.l.1. & C.de naturalibus libe. l. 1.nisi saltem rescriptum huiusmodi contineret, quòd tali iure non obstante. &
3 c.vt d.l.1.de naturalibus libe. † no. super verbo rescriptum.& C.de testam.l.si verò speciali priuilegio, quod ẽt ea ratione iuuatur: quia quantòminus præiudicium talis iuris transgressio redderet,expressim consentiret, & huic iuri renunciaret, non tamen eò magis valeret huiusmodi concessio, cum talib.in rei publicæ,ac diuini cultus augmentum (vt præmittitur) introductis renunciari non possit, nec partium conuentionib. derogari.extrà de immu.eccle.c.non minus.& c. aduersus. 25.quæst.1.cum duob.sequen. & ff. de feriis.l.si feriatis. & extrà de feriis.c.fin.& de foro comp.c.si. diligenti.ff.de pact.do.l.2.& l.de die. & de dona.l si patronus. & de oper.lib.l. cerdonem. de colla.l.partium.de iureiur.propter calumn.l.2.§. sed quia veterũ Calumniosum est ergò dicere,quòd huiusmodi sacra concilia, quorum authoritas vim habet diffinitionis sententiæ, sicut præmittitur, & quę rescripto papali,nisi expressum rescriptum clausula continet derogatoriam, tolli non possunt, nec consensu partium prætermitti, tali dissimulatione fuisse sublata, facilius equidem tollantur simplices decretales & constitutiones, quas solus Papa promulgat, quam vnaqueque ex concilijs cum multitudine, ac ex authoritate tot solennium personarum, & de ipsarum sensu, & consilio, & tot firmata capitibus promulgantur,cum naturale sit vnamquanque rem dissolui,&c. vt ff. de regu. iur. l.nihil.& extra. eod. c. omnis. Et licèt Papa, sicut princeps, legibus sit solutus: vt extrà de elect.c.signi.& C.de leg.l. digna vox. & sit super concilia: vt 25. quæstio.1. c. & in iure præallegato. & ff. de legat.3. l. ex imperfecto. & iniuriæ nasci non debent vnde iura nascuntur. C. vnde vi. l. meminerint. Et quod huiusmodi gratia, etiam si rescripto probetur obtenta, nisi prædictam clausulam derogatoriam contineret, inefficax, sit tanquam videatur per importunitatem, & ambitionem obtenta,apertè videtur probare lex 4.ff.de mi.in prin.
4 † Nam rescriptum etiam principis,per quod administratio rerum suarum minori conceditur, velut ambitiosum repellitur.ergò sic in rescriptis Apostolicis, quæ cum tanta maturitate, & tàm solenni deliberatione transeunt, seu examinatione elimantur, nihil est,nec esse debet,quòd fruſtra membranas occupet: vt ff.de vsu. & habi.l.diuus.de vsuris.l.stipulatus.& de leg.1.§ quando.ad mun.l.1.§.fi.& C. de test.l.1.li. 10.& extrà de rescrip.c.pastoralis.& de ætate,& qual. c.accepimus.§.1. & de priuilegijs. c. ex ore. & c, quia circa. & c.in his nihilominus tamen videmus ad iensum, & hoc indubitanter Vicecancellariæ stylus obseruat,quod licet ille, cui prouidetur per dominum Papam de personatu, dignitate, vel beneficio curam personarum habente, sit minor 25.annis. & in literis Apostolicis asseratur expressè, quòd huiusmodi gratia fit non obstante constitutione concilij generalis, solùm tñ debeat attendi, an ex ipsius defectu literæ Apostolicę falsę probentur: vt extrà de cri.fal. c.licet. §.sed hę duę. Item in pręsenti casu nedum esset facienda mẽtio de ijs,quę obuiarent,imò propter hoc aliud opus est,quia remediũ,& gratia dispensationis exigitur, ad hoc quod minor talia beneficia possit assequi: vt de ætate & qualita.c.permittimus.libr.6.quia interueniisse non dicitur, cuius omissio gratiam supra-
5 dictam enecat. ¶ † Nec ob. quod oppo.quod referuando scienter dignitates,aut personatus conferendos eidem Hen. dispensauit cum ipso: quia habet veritatem in facto, siue in iure, non in dispensatione, cum exorbitet à iure communi: vt extrà de fili.presbyter.c. is. qui. & de præbend.cap.quamuis. libr.6. 23. quæst. 4. c. ipsa pietas. Quin etiam faciendo non est, nisi causa sufficiens ipsum inducat,vtpotè prærogatiua meritorum euidens promouendi, aut necessitas, vel vtilitas beneficij,cui præficitur promouendus: vt C. de præpo. sacr. scrin. l. certè. & l. vnicique.libro 12.& 5.quæst.6.& si illa.45.distinct.omnis. in gloss.qualiter. 63. distinct. Valerius & 77. c.fin. de mittenda cognitio:vt 1. quæst.7.c.nisi rigor.& c.sequa causa est secundum ius saltem summaria præEt no.per Inn.& Host. extrà de fili.presby.c.veniens. & Vincent, extrà de cle. coniuga. capi. diuersis fallacijs. ¶ Item non sufficit,quod causa subsit,dum aiu
c re communi receditur, nisi hæc per hoc cui hoc de iure competit, exprimatur: *c* vt ff. de re iud. l. 2.& l. 4.§.si quis condemnatus.& de appel.sciendum. & in Auth. de iud.§.oportet. & extrà de off.ord.c. ordinati.lib.6.& nota. extrà de iudi. c.iure esse ambiguum. lib.6.per Host.de dila. c.Papa per Inno.& Host. de re
6 iudi.c.ad consultationem. ¶ † Est autem dispensatio actus ita solennis, & solenniter expediendus,quòd tanquam inter ardua,& grauiora negocia reputetur, non potest per Episcopum sine cõsensu cap.expediri, vt expressè not.per glo.1.q.5.præsentium. ¶ Item dispensatio est quasi quædam sententia, vel decretum, & est necessaria scriptura, vt 2.quæstio.1.legimus.aliàs non valet, vt supradictum est.Præsertim in dispensatione, per quam aliquis ad officium, vel dignitatem ꝑter obseruãtiam antiquam assumitur. & quod in tali casu necessaria sit scriptura, ꝓbatur expressè, C,de diuersis officijs,& appar.lib.12.l.probatorias.2. responso. ibi cum dicitur sed ex authenticis in sacris probatorijs manu nostra subscriptis. Quin consuetudo, & obseruantia notoria, & indubitata domini

Papæ

Papæ Clementis est attendenda, à quo gratia dicitur emanasse, quisque nullam gratiam concedit in talibus, nisi eum suo speciali signo conscribat, cuius consuetudo est in his, tanquam vniuersalis patrisfamilias attendenda, & quæ in eodem genere controuersiarum seruata sunt: vt C. de ædif. priua. l. an in totum. ff. de vsu. l. qui semisses. §. quæsitum. & de pigno. act. vel vniuersorum. de test. l. hæredes palam. §. 1. & de condit. & demonstrat. l. cùm seruus. de act. empt. & vendit. l. penulti. 1. responso. & extra de pignor. illo vos. ¶ † Item certum est, quòd in dispensatione, quæ facti est, opus est facto. cum igitur nuda voluntate videatur hic dispensationis actus interuenisse, non valuit, quod expresse probatur extra de præben. c. de multa. in fi. & melius eodem tit. c. non potest. lib. 6. cum nec pacto actio iniuriarum nasci possit, vbi non præcessit iniuria. ff. de pac. l. si vnus. §. quod in spem, nec etiam ius cognitionis pactis, vel epistolis potest constitui: nec est libertas, nisi exp ressus actus interueniat, per quem libertas detur: vt ff. de pac. l. ius agnationis. de reg. iur. l. iura sanguinis. C. de testa. l. ex his verbis, & in præsenti casu videtur esse præsumptio iuris, & de iure, quæ probationem in contrarium non admittit, quia vbi Papa de huiusmodi defectibus mentionem non facit expressam in literis, defectus ipsi non videntur de iure esse sublati: vt extra de præbend. capit. si motu proprio. lib. 6. & eodem titul. cap. licet. & de reseri. c. cum alias, & c. susceptum. & c. cum duobus. in quibus quibus, & c. expresè dicitur, quod nisi Papa in literis suis suam intentionem expresè insinuet, stabitur iuri cõmuni, nulla probatione alia super hoc suffragante. ¶ Item eorum, quæ ponuntur per omnium destructionem, & nunquam vnum comprehenditur sub reliquo, vt C. de codicil. l. si idẽ. ff. de ser. vr. præd. l. si domus. sed ad oculum videmus, quod licet Papa facta mentione de alicuius inhabilitate, vt potè quia prouidet minoriti de beneficio cum cura, vel de beneficio curato, obtinenti aliud consimile, ei, nihilominus clausula iungitur ex vberiori domini gratia: tecum nihilominus dispensamus, vt dictis defectibus nequaquam obstantibus, &c. quæ clausula non apponeretur, si prima gratia vim dispensationis haberet, nec dominus Papa se alia dispensatione superflua oneraret, nec ista clausula frustra membranas in literis Apostolicis occuparet, vt suprà clarè probatũ est. ¶ † Item ex litera per partem do. H. producta colligitur, quòd multa pro parte sua fuerunt proposita, & petita, quorum quodlibet ius commune lædebat, videlicet retinere dignitatis, aut personatus, ac præbendæ, quas duxerit acceptandas, & quod ex tunc non obstante certo Canonicorum numero, & iuramẽto firmato reciperetur in Canonicum, & quod decernere tur irritum, & inane, si secus etiam ante acceptationem huiusmodi contigerit attentari, & non obstante: quòd alia beneficia, &c. & secundũ quod ipse dat articulum, fuit etiam propositum, & petitum, quod non obstante, quod eius ætatis esset, cuius esse ponitur, posset personatum aut dignitatem habere. verum constat ex ipsa litera producta per ipsum H. quòd idem dominus noster in cõcessione gratiæ, & literæ Apostolicæ, quæ habetur loco tituli, vt probatur super literis. de reser. & C. de quadri. præscrip. l. benè à zenone. & de re mili. l. neminem. in prin. & de cõsul. l. 6. lib. 12. 20. q. 4. monachum. circa prin. 39. q. 2. c. 1. 70. dist. hortamur. defectus omnes, per quos de iure communi petitio sua sortiri non posset effectũ, enarrauit, & dispensauit ætatis defectum, cum excepprin. super qua nedum nõ dispensauit, sed neque de hac est datus articulus, imò nec in literis fit aliqua mentio de eodem, ergo pluries proponitur & petitur: respondendo ad aliqua illa, quibus non respondit Pontifex, denegasse videtur. Instit. de inuti. stipu. §. quoties ius probatur. extra de præsump. nonne. imò si fuisset prius intentio concedentis, dispensasset, cum gratia petita fuit. postmodum tamen hoc concedendo, videtur alia denegasse, vt C. de procu. l. maritus. de pac. conuen. l. fin. nam & in stipu. reseriptis, & dispensationibus, ac etiam priuilegijs intelligitur omissum, quod non reperitur expressum. ff. de verb. obl. l. quicquid astringendæ: & sol. ma. l. si cùm dotem. in prin. & de lib. & posth. commodissimè. & ad turpil. l. 1. §. si plura. C. de cad. tol. l. 1. §. cùm autẽ. 2. q. 5. consuluisti. extra de transa. inter corporalia. & de decimis. c. ad audiẽtiam. ¶ Item quis dubitat hoc habere stylum, & obseruãtiam Romanæ curiæ, quod super gratijs, & indulgentijs per sedem Apostolicam concessis gratia fiat, nec gratia dicatur integraliter facta, donec literis per dominum Vicecancellarium lectis gratis per dominum Papam concedatur, nisi expressè dominus Papa diceret, quòd literæ bullarentur ex speciali gratia sine aliqua læsione? ¶ Item quod gratiæ, quæ dispensationem continent, priusquam registrentur, non reddantur impetrantibus, ad occurrendũ falsitatibus, quæ super his sæpè committebantur? certè nullus. non ergo prius dicitur facta esse gratia, quàm talis scriptura, & lectura firmentur, & perficiantur, ac donec lecta, & registrata fuerint. insti. de contrahen. empt. circa princ. ¶ † Item suppositio, quod dominus noster dispensasset expresse cum dom. Henr. non tamen sequitur, quòd executores, quibus commissa fuit executio gratiæ, suiceperint potestatem prouidendi d. Henrico, non obstante dicto defectu, quibus de hoc fides habuit fieri, cum alias ad collationem procedere nequissent, donec hoc in sententia deductum fuisset. ad notitiam cuius iudicij, vel executoris, priusquam procedant, super his debet fieri plena probatio, vt extra de offic. deleg. c. prudentiam. & de offi. ord. c. ordinarij. in fi. lib. 6. de cõcess. præben. c. quia cunctis. lib. 6. ex cuiusmodi defectu sola gratia dicti H. quæ fuit super beneficio vacaturo, fuit, & adhuc remanet prorsus inutilis, & ipse H. qui se fecit inuestiri de ipso, & fructus vendicat à do B. per quem se proponit impeditum, quominus possit eius pacifica possessione gaudere, cadit à dicta thesauraria, & incidit in cap. eum qui. ¶ † Item posito, quòd Papa reseruasset eidem Henric. minori ex certa scientia, quod posset huiusmodi beneficium acceptare, non obstante quod esset minor, certè talis indulgentia erit arctanda, vt quanto minus fieri poterit, ius commune offendat, modò aliquid operetur, vt C. de inof. testa. l. si quando. & no. de rescrip. c. 1. & not. per Compo. to. ti. causam, quæ. quid igitur poterit operari? vtiq, quod idem H. qui tempore, quo dictam gratiam obtiniut, minor erat, & sic etiam pro eo tempore, quo maior factus est, nõ possit dictam gratiam impetrare, eum tempus datæ semper inspiciatur, vt extra de rescrip. c. si eo tempore. lib. 6. postquam maior factus fuerit, & habilis, possit dictum beneficium obtinere. nam cum hic sint impedimenta duo: scilicet quod minor non potest tale beneficium impetrare etiam pro eo tempore, quo maior factus fuerit. ¶ † Item aliud impedimentum, quo durante minori ætate ipsum obtinere non possit, intelligam sublatum minus impedimentum, cùm semper (vt prædictum est) minus, & illud, quod minus à iure communi discrepat, videatur esse sublatum: vt d. l. si quando. & extra de consue. cùm dilectus. & de fide instrum. inter dilectos. §. cæterum. & no. per Host. extra de fil. presby. §. fi. in ver. quid si dispensa-

spensetur. ad hoc. extra de præben. cum in illis. & c. quamuis. libr. 6. not. etiam per Archidia. de fil. presbyte. c. si is. lib. 6. ex quo ergo expressè dispensatum non fuit, expectet, donec fuerit factus maior, ex quibus patet præfatos articulos repellendos. ¶† Quid
12 plura? litera Apostolica prædicta super gratia facta dicto H. probat, & inducit contrarium eorum, quæ in dictis articulis continentur. probat quidem quòd Papæ tacitus fuerit defectus ætatis, quem idem H. patiebatur, qui nondum compleuerat octauum annum, cuius obiectionis probatio satis patet per responsionem sui procuratoris. nam cùm procurator prædicti B. ponat, quod idem H. tempore d. gratiæ, quæ fuit quasi in principio primi anni, nondum attigerat vndecim annos, ex parte dicti H. respondetur, quòd tempore responsionis, quæ fuit facta nuper de mense Ianuarij, idem H. maior erat quatuordecim annis. & sic introducto intermedio tempore à tempore gratiæ vsque ad tempus responsionis, quod fuit sex annorum, qui excessus restringi habet ad paucos dies: vt ff. de verborum significa. l. hæc adiectio. si quis cautio. & post tres. vbi not. nec bonus posset vir arbitrari contrarium. nam ex quo pars eiusdem H. gratiam suam repugnare sciebat propter ætatis defectum, vt apparet in 7. & 8. articulis per ipsum adhibitis, satis præsumitur, & habet præsumi, quod si præfatus H. fuisset tunc temporis maior nouem aut decem annis, sicut de octo potuisset, quia quanto esset proximior pubertati, aut viginti quinque annorum ætati, tanto fuisset cum ipso facilius dispensatum, vt extra de despon. impube. c. puberes. & C. de his, qui ve. æta. impe. l. 2. & extra de æta. & quali. ca. permittimus. lib. 6. nec eius procuratorem fuisset verisimile huiusmodi suffragium, quod faciebat proter defensionem dicti beneficij, omisisse, siue iactasse, vt ff. de probat. cum de indebito. & de inoffic. testa. l. 1. & extra de renunc. c. super hoc. & de præsumpt. quia non est verisimile.
13 ¶† Item ex eo arbitrari non potest adiectionem prædictam referri, nisi ad paucos dies, quia articuli prędicti H. continent, quod ipsum portabat auia eius, seu coram ipso Papa tenebat, quod satis ostendit eum esse minorem octo annorum, præsertim cum secundum naturam personæ, quæ octo annos excessit, non consueuerit teneri, nec portari. vnde Apostolica litera duas clausulas continet, per quas concluditur eundem H. talis ætatis non pati defectum. Primò in hoc, quod dicitur circa princ. ipsius literæ, ibi, conditiones, & merita personarum, &c. morum honestate, & literarum scientia sunt dotatæ. His igitur ritè paterna consideratione pensatis volentes tibi, &c. Quæ verba de necessitate concludunt Papam supponere ipsum H. saltem attigisse tempora pubertatis. Cùm autem temporis illius ætas adeò sit fragilis, quod ignorat, quid agat: vt C. de fal. mo. l. 1. & de consec. di. 4. c. eos. nec in talibus mores, aut delicta deprehenduntur: vt ff. de ædil. edic. l. cum autem. §. accipitur. & de acquir. hære. l. pupillus. & ex quibus caus. in pos. ea. l. si pupillus. de iureiurando. l. pupillus. ad legem Aquiliam. sed si quæcunque §. 1. Et propter hoc dicit Salomon, vt legitur prouerb. cap. primo'. quod licet tria sibi reputaret difficilia, scilicet viam aquilæ in aëre: viam nauis in mari: & viam colubri super petram: quartum tamen penitus ignorabat, scilicet viam viri in adolescentia.
14 ¶† Item talis ætas non patitur, quod literarum scientia ad tale beneficium obtinendum posit esse dotatus, cum ante tempora pubertatis quis non censeatur habere peritiam iuris, aut facti: vt apparenter dicit lex. ff. de iur. & fact. igno. l. fin. & propter hoc dicitur, quòd septendecim anni sunt necessarij, siue saltem requiruntur, antequam quis possit postulare: vt ff. de postul. l. 1. §. pueritiam. Ad quod facit illud, quod scribitur Hiere. cap. 1. Puer sum, & nescio loqui. Dicitur enim puer, donec ad tempora perueniat pubertatis: vt ff. de verb. signi. l. pupillus. vt not. Innoc. in cap. super inordinata. de præben. de æta. & qualit. ord. indecorum. vt extra de despon. impu. c. pub: res. sed tales non præsumuntur meritis. & moribus suffragari: vt probatur 1. quæst. 1. Iudæi. ibi, non merito, sed fauore, &c. Et in saluatore nostro stupebant homines, quod in 12. anno sapientiæ signa faceret, vt scribitur Luc. cap. 1. Et Paulus, licet præordinatus foret vas electionis, fatetur opera parùli dum erat paruulus, se fecisse, & ea, cùm desijt esse paruulus vacuasse ad Corinth. 12. Ex quibus expresse cõuincitur articulus aduersarij literæ supradictæ. Item ex hoc etiam, quod idem dominus noster per ipsum dictum H. præstari præbuit de seruandis statutis ipsius Ecclesiæ iuramentum, quod à pueris prohibitum est præstari. ff. de iureiurand. l. qui iurasse. & de arbitris. l. diem proferre. §. coram. nam de comitibus iuramenti est iudicium, videlicet quod à iurante discreto præstetur, vt extra de iureiuran. c. & si Christus. quod esse nequit impuberis, vt probatum est. 12. quæst. 5. c. paruuli. & not. in authen. de pace tenend. §. sacramenta. per gloss. præsertim, vbi non essent adeò proximi pubertati, quod essent do-
d li capaces. & sic etiam tenet frater Thomas *de eos ex hoc non posse iurare, quia nescirent habere reuerentiam, quam decet, ad sacramenta, seu sacra, quæ tan-
15 gunt. ¶† Præterea per alium modum euidenter apparet, quod nedum inter articulos producta est repugnantia manifesta, imò ipsi articuli sibi inuicem aduersantur, vt liquido ex ipsorum tenore apparet cuilibet intuenti. nam septimus, & quatuor sequentes articuli dantur ad eum finem, quod dominus Papa tempore gratiæ sciuerit, & certificatus fuerit ipsum H. pati defectum ætatis, sed 53. & 54. ad eum finem tendunt, quòd de prædictis nulla mentio fuit facta, vt patet in hoc, quia articulus continet, quod ipse Papa decreuit, quod non obstante dicto defectu, siue obiectu prædicta gratia fortiretur effectum, ac si de huiusmodi minori ætate in dicta gratia mentio habita extitisset, ex quo etiam conuincitur, quod ante hoc decretum præfata gratia, saltem quo ad dignitatem, & personatum, nullum habebat effectum alioquin litera Apostolica continet iuris errorem, si suppleret, quod erat plenum: cum adiectione non indigeat plenitudo. 6. quæst. 1. si omnia, quæ quidem repugnantia defectus euidens in iure H. prædicti colligitur ex tex. literæ, quam obtinuit pro supplemento defectus præfatæ gratiæ, de qua litera sui articuli, scilicet, 53. 54. faciunt mentionem, nam textus videtur sibi prædictam gratiam fecisse authoritate literarum suarum, & quod de hoc in ipsa gratia ex sola simplicitate nulla mentio facta est. ¶ Item continet postmodum impetrantem, qui in thesauraria, de qua sibi prouisum fuerat, ius non habebat ex defectu prædicto. ¶ Item quod super hoc voluit eum fauore prosequi gratioso, & quod tam suis, quàm Delphini prædicti supplicationibus inclinatus decreuit eam habere roboris firmitatem, ac si de huiusmodi minoris ætatis facta mentio in ipsa gratia extitisset: ita tamen quod illis, quibus erat quæsitum ius in re, vel ad rem, nullum præiudicium pararetur. ¶ Ex quibus colligitur primò dictum H. fateri, & prosequi velle gratiam Apostolicam fibi factam auctoritate literarum Apostolicarum. literarum sigi-

ris igitur ipsis non facientibus de defectibus huiusmodi mentionem non purgatur dictus defectus per ipsas literas, vt supra probatum est, & posito quod quæ viæ sibi competerent, per quas sibi posset prouidere, quia iuxta dictarum formam, & continentiam literarum, alia, qua plus habetur priuilegij quam literæ Apostolicæ continerent, vtendo tantum vna forma videtur aliam omisisse, nec postmodum poterit variare. C. de fur. l. 1. & de testa. l. non codicil. lum. de iure delibe. l. sancimus. ff. quod cum eo. l. sed 16 si ex parte. §. final. & de iure codicil. l. 1. ¶† In hoc etiam, quod dicitur postmodum impetrantem sibi defectum prædictum opponere, præsupponitur vnum, scilicet, probabilitas obiectus quam nunquam Papa recipit, nisi iuri conueniat, vt per l. si quando. C. de inoffic. testam. de offic. deleg. c. pastoralis. & aliud, quod doceat interesse illius, qui postmodum impetrauit, cum aliàs non admitteretur, vt ff. de ap. l. non solet. & not. extra de senten. & re iudic. capit. cùm Bertoldus. in fine. per Innoc. & Hostien. ¶ Item in hoc, quòd tertiò dicitur, quòd Papa suis precibus inclinatus eum fauore prosequi velit gratiosè. ex quo detegitur manifestè, quod secus erat de iure communi: nam indubitatum est, quod vbi quid in viam a gratiæ contenditur e necessariò subinfertur, quod in contrarium fit ius commune: vt ff. ad muni. l. 1. C. de testa. l. 1. lib. 10. ergo subinfertur eundem. H. 17 suppositum per concessionem huiusmodi gratiæ ius aliquod non habere. ¶† Item in hoc, quod dicitur, quod illi, qui ius habent in re, vel ad rem, præiudicare non intendit: manifestè concluditur, in dicta thesauraria ante præfatam declarationem, & interdictam impetrationem ius poterat esse acquisitum, vt ius de præsenti haberi possit, cum talia sint prædicata, qualia subiecta permittunt: vt extra de priuileg. cap. ex ore. §. porro. ibi, relinquit. igitur dominus noster ius adeò illæsum, & integrum seruat per suam protestationem, & retentionem, quod ipsum ius sit reseruatum, dicens, quod non in dubium reuocaret, vt ff. de religio. ac sumpti. fune. l. & si quis. §. Idem labeo. & quibus modis pign. vel hypothec. sol. l. si debitor. secundo responso. & de lega. 1. l. si quis à filio. quod autem propter defectum appellationis interpositæ pro parte domini H. repellatur obiectus de statuto, probatur à parte, cùm appellatio prædicta, in qua de prædicto statuto fit mentio, quæ per prædictum procuratorem H. dicitur interiecta, non sit sufficienter formata, alias intetposita, nec specificata, quare secundum constitutionem vt circa. dominus H. repellitur. Nec obst. quod dicit, quod pro ipso proponitur, qui mandatum aliquod non habebat. quoniam ex quo nomine suo fuit interposita, ipsam ratam habere potuit, & perinde est, ac si eam interposuisset. nam ratishabitio retrotrahitur, & mandato comparatur: vt ff. de regul. iuris. l. hoc iure. & de iudi. l. licet. imò etiam si dominus ad rescindendum sententiam prolatam contra illum, qui se procuratorem suum fuerat mentitus, appelllet, nihilominus ratam habere videtur: quia primitus nulla fuit, adeò quod rata manebit, nisi per appellationis beneficium rescindatur: vt ff. idem H. procuratorem constituerit ad prosequendum appellationem interpositam pro parte sua contra dictum B. & suos processus, nec alia fit producta, nisi solum illa, de necessitate concluditur, quod omnes articuli impugnati debent repelli: cum constet pro parte dicti H. appellatum, vt apparet per memoratum procuratorem, & non apparet sic, nec apparere potest, quod præfati articuli ab aliqua appella-

18 tione bene formata descendant. ¶† Nec etiam obstat, quòd proponitur non obstare, quòd intra decem dies, nec quod in scriptis: quia de contrario non constat. nec pars dicti B. opponit. non igitur per dominum H. erit ad allegationem huiusmodi, quæ manifestam turpitudinem continet, admittendus: vt ff. adopt. l. post mortem. C. de ser. pigno. dato manu. si creditoribus. & de reuocan. do. l. cum profitearis. 5. quæst. 3. neminem. extra de testi. sicut. de concess. præben. cum super. & hanc quæstionem not. in casu simili. Compost. extra de elect. vt circa. super verbo adhærentes, scilicet quod si quis tempore, quo adhærere non poterat, appellationi adhæreat, propter effectum, quem habuit opere subsecuto, sibi præiudicat. cùm verò apparet, quod non infra decem dies appellatum fuerit: sicut nec etiam apparere potest, cum sit simpliciter negatum, hoc solum ostendit præfatum obiectum non officere. Et hoc est.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶Sed quasi diuino. *Not. conciliorum decreta appellari ius quasi diuinum.*

b ¶Vt in d. l. fin. *Vide Iaſ. in hac ipsa lege circa fin.*

c ¶Exprimatur. *Vide Matheſil. ſing. 19. & quæ ibi not. in addit. Dec. conſ. 8. col. 1. vol. 1.*

d ¶Frater Thomas. *Hunc arbitror eſſe Diuum Thomam Aquinatum, qui poſtea à Io. 23. inter ſanctos eſt relatus, qui quidem Ioannes Clementis 5. cuius præſens conſilium meminit, ſucceſſor fuit.*

e ¶Contenditur. *Lege, ſi mauis, conceditur.*

De eadem materia ad idem

De reſcript. & priuileg. & de verborum ſignif.

SVMMARIVM.

1 *Ad idem, quod ex ſolo facto non videtur ſine verbis Papæ diſpenſare.*

Quid ſit diſpenſatio. Item quòd diſpenſatio eſt quædam legitimatio. cum num. ſeq.

CONSILIVM CCCXXVII.



MISSA thematis repetitione quæstionis immediatè supradictæ, quia in multis allegationibus est rectè exposita, breuiter aliquas persuasiones adduco, per quas manifestè dicitur, quod scientia domini nostri Papæ talis, qualis est in articulis comprehensa, ministerium iuris non habet, nec effectum dispensationis indu-
1 cit. ¶Hocauté probatur multiplici ratione. ¶† Primò sic. Dispensatio est iuris communis relaxatio: vt colligitur ff. de cond. & demonst. l. cum Titio. & ibi no. & 1. q. 7. §. pro tẽpore. & ibi plenè in glo. debet ergo talis recessus à iure cõmuni non esse incoloratus, & sine notabili causa mouens: vt ff. de constit. prin. l. in reb. & de minor. l. minor autem magistratus. ver. denique. & non solùm debet esse causa mouens, sed debet exprimi, eò quòd talis actus repugnantiã iuris habet: vt ff. de appella. sciendum. & de transl. cum hi. §. si præter. & si debet esse notabilis causa mouens &: non reperiatur expressa: pro omissa habetur ex toto: vt ff. de iniur. item apud Labeonem. §. ait prætor. & de liber. & posthum. commodissimè. & soluto mat.
2 si verò negocium. §. de viro. ¶† Secundò hæc di-

spensatio,

spensatio, ad quam probandam articulus dirigitur, non est expressa, aut tacita, quasi à lege sub intellecta, expressa, non quia non est verbis explicita: vt. ff. de verbor. ob. quicquid astringende. tacita, quasi per legem subintellecta non: quia cum dispensatio versetur super eo, quod de se est contra ius commune, ad huiusmodi coniecturas legum fictiones non trahuntur, vt colligitur ex solutione duarum legum, quæ simul contradicere videtur. ff. de leg. 3. vxorem. §. 1.
3 & de le. 1. talis scriptura. & ibi no. ¶ † Tertiò sic, qui non adimit, cum adimere possit, dare videtur. ff. de leg. 1. quidam testamento. & de leg. 3. l. 1. §. sciendum. Sed hæc debent intelligi, nisi aliquis defectus præcedat, qui dispensatione testatorum indigeat. pone enim, quod legatarius dispositione: vt. ff. de adi. & transfe. leg. l. 3. §. vl. & de his, quibus, vt indig. l. si inimicitiæ. sed pone, quod post inimicitias testator condidit codicillos, & potuit legatario inimico facto, & sic legato priuato legatum adimere, nec adimit: nunquid cum eo dispensasse videtur? certè non. Ex quo colligitur, quod taciturnitas iuncta ei actui videtur dispensationem inducere, & nisi expressè facta fit, dispensationem nequaquam inducit: vt hæc leguntur.
4 ff. de adi. & transfe. leg. l. filio. §. vlt. ¶ † Quartò consuetudo Papæ est, dum vult dispensare, quod dicit non obstante, &c. talis autem consuetudo est attendenda: vt. ff. de leg. 1. si seruus plurium. §. fin. & de testam. hæredes palam. §. sed si notam. Si ergò hanc consuetudinem non seruat, dispensare non videtur arg. l. ff. de leg. 2. lucius. & l. 2. §. lucius. Nec enim videtur voluisse dispensare, qui dispensationis vel æqui pollenter nullam mentionem fecit. arg. ff. de leg. 3. l. liberto. §. largius. ibi cum testamento nullo exigente satisdationis commemoratio fuit, &c. Iuxta illud legale: nam ille qui non dederit tutorem, noluisse tutelam ad ministrare filij dicere non possumus, &c.
5 vt. ff. de excu. tuto. l. ex his apparet. ¶ † Quintò, & vltimò probatur sic: legitimatio alicuius rei sua natura non legitimat: sed aliquo adminiculo extrinsecus indiget: nec inducitur per scientiam, aut præsentiam eius, qui legitimare potest, sed oportet eum in legitimando expressè loqui: vt dicitur de tutore legitimante contractum, qui celebratur cum pupillo. non enim sufficit eum præsentem esse, & scire, sed eum loqui oportet: vt. ff. de auto. tuto. leg. 3. & ibi no. Cum ergo dispensatio fit legitimatio quædam non inducetur ex sola scientia, sed expressa dispensantis loquela. Ex prædictis itaq; patet, quod articuli solam scientiam domini nostri Papę circa minorem ętatem dicti. H. continent, & tanquam impertinentes sunt meritò repellendi. & hoc est.

De eadem materia ad idem.

De priuilegijs. & de appel.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio Papæ circa ætatem non probatur nisi faciat mentionem de ætate vel dicatur quod ex certa scientia dispensat de stylo cancellariæ & de. c. vt circa. de elect. lib. 6. & num. seq.*

CONSILIVM CCCXXVIII.

1 AD idem. † primò in his, quæ sunt contra concilia generalia extrà de ele. c. cum in cunctis. §. inferiora. & c. cum dilectus. in glo. ord. oportet, quod expressè caueatur, non obstante concilio generali. extra de cap. mo. c. ex parte. nec ibi scientia Papæ sufficit. ¶ Item certum est, quod licet iure communi quilibet Papa sit solutus: benè tamen illo vti vult: vt l. digna vox. C. de leg. ff. eo princeps. & omnem dispensationem habet præcedere aliqualis causæ cognitio. C. de his qui ve. æta. impe. l. 2. 19. di. Romanorum. 1. q. 7. §. nisi rigor. de ele. licet canon. in fi. de præben. c. de mult. in fin. de æta. & quali. cap. 1. lib. 6. ff. de in ius voc. libertus. cum si. Cum ergò hoc non detur, aliquo modo nõ procedit articulus: cum talis dari debeat, qui probatus releuet partem ponentem. vt extra de cler. excom. c. proposuit. C. de proba. ad probationem. hoc videtur expressum extra de priuil. c. cum olim essem. circa fi. ibi, tanquam non ligatum ad osculum admisit, &c. & loquitur in Papa.
2 & hoc expressè dicit lucerna iuris Innoc. 4 super verbo, osculum. cum dicit illud verbum, si causæ cognitione præcedente admisit eum ad osculum Papa,
2 aliàs non. † Item similis ratio, qua quilibet episcopi possunt dispensare, & non sufficit scientia, imò oportet, quod præcedant causæ, quæ faciunt præsumi dispensationem. l. causæ cognitionem, vt extra de filijs præbyt. cap. ueniens. in glos. ignorare, ibi alij dicunt securus: & sic fieri consueuit. ¶ † Idem in
3 domino nostro, quòd ad illa, quæ sunt sibi reseruata: quia licet sit solutus canonibus, & legibus (vt dixi) secundum eas viuere vult, vt. C. de test. ex inj. erfecto. & facta sua secundum iura videtur facere, nisi expresse contrarium detur, quod non datur hic. non enim est verisimile, quod vno verbo ipse velit iura communia tollere, vel contra ea dispone re, nisi expresse hoc dicat. & hoc est, quod dicit lex expresse loquens in principe, vt. ff. de excu. tuto. l. idem Vip. ibi, alterutrum literis significantis, &c. pro hoc, quia sicut dispositio domini nostri loco legis habetur. si hoc animo dispensat, sic & testantis, vt in auth. de nup. §. disponat. tamen si aliquid disponat contra primam dispositionem vallatam verbis derogatorijs, oportet, quod exprimat, ad hoc vt valeat. sic in proposito, cum statuta per concilium generale videantur vallata verbis derogatorijs effectualiter, vt. cap. ex parte. extra de capel. mo. ff. de leg. 3. si quis. in princip. C. de test. aut. hoc inter liberos. Non enim esset conueniens, quod vallata fortiori vinculo, scilicet concilij generalis, sic de facili tollerentur, sicut alia, quæ non sunt tanto vinculo roborata. & ideo ab emptione, quæ roborata est solo consensu, per dissensum contrarium discreditur omninò: non autem ab illa, quæ traditione est vallata, quia illa fortiori vinculo est ligata, nisi in contrarium retraditio subsequatur, vt. ff. de pact. l. ab emptione. de re. iu. nil tam naturale. ¶ Item si attendatur forma articuli super hoc dari videtur omninò inhabilis expressè contra iura, dicitur namq; ibi, quod domino nostro fuit ostensus, & quod sibi minor ex aspectu corporis apparebat: & quod
4 certificatus, &c. ¶ † Iste enim modus probandi est hodie à iure reprobatus, vt instit. quib. mod. tu. fi. circa prin. vel saltem non probat, sed inducit quandam præsumptionem scientiæ, fallacem tamen, vt in pluribus legibus. vt. ff. de mino. l. minor. 25. anno. ex aspectu. & ibi not. & quod dicitur, certificatur, &c. intelligi debet modo iam. d. scilicet per aspectum, cum non det alium modum certificandi, & quia quæ in præcedentibus dicuntur, &c. vt. ff. de verbo. obliga. l. Titia. §. idem respondet. ¶ Item necessaria fuisset scriptura in dispensatione ipsa, si dispensatum fuisset (quod tamen non est verum sic) quia arculus in quo non fit descriptura, nec dispensatione aliqua mentio, sed de sola scientia minoris ætatis, nõ procedit, quoniam non nudo consensu, sed actu so-

lenni

lenni talia fiunt. C. de emancipat. libr. l. nonnudo.
5 ¶ † Item quia vbi est imparitas personarum matrimonium contrahentium, nil valet, vt in Authent. vt liberti de cætero. §. libertum. 6. colum. Ergò eodem modo in isto speciali vinculo, quo legatur Ecclesia suo modo, quia si non interuenerit scriptura: faciens mentionem de ista imparitate, quæ prouenerit ex defectu ætatis, non valet, & si dicatur. interuenit scriptura super gratia, sicut ibi super matrimonio, non sufficit, nisi constaret per scripturam de imparitate personæ, secundum verum intellectum ipsius. §. alle. & quia dicebat, inter talem nobilem, & talem libertum, &c, aliàs non esset, quibus per confectionem instrumenti valent prouidere expressè. C. de donati. l. 6 mand. prin. l. vnica. ¶ † Prætereà stylus curiæ est attendendus, b intantum etiam quòd litera reputetur falsa, in qua stylus & consuetus modus scribẽdi non extitit obseruatus. Stylus autem est, quòd quando dominus noster dispensat cum aliquo, expressè hoc dicat: & quod etiam fiat litera de hoc, quod non est in proposito. probatur de crimine Falsi. c. quam gra-
7 de diuer. rescri. l. sacri affatus. † Vsus etiam, & consuetudo ipsius domini nostri, qui dispensasse tacitè propter scientiam ætatis, quam dicunt præcessisse, debet attendi, quod non de facili dispensat, nec ex abrupto, sed pensatis meritis super hoc supplicantis, & aliis pensandis, antequam fit litera. & pro hoc facit.
ff. de leg. 1. l. si seruus plurium, in fi. de vsu. qui semisses. de pact. l. vniuersorum. & de lega. 3. liberorum. §.
8 quod tamen Cassius. ¶ † Item videtur expressum,
c quod in dispensatione scriptura requiratur. c extra de offi. ordin. capit. ordinarij. in 6. Item hoc innuit expressè dicit enim, quod vti princeps dispẽsat cum aliqua aliàs de se inhabili ad matrimonium contrahendum, vt possit matrimoniũ contrahere, oportet, quod sup hoc materia legitima, seu dispensatio prius sacros affatus obtineat: quod nihil aliud est, quàm re scriptum imperiale, vt est expressum in text. & gloss. C. de diuer. rescript. l. sacri affatus. Postquam potest liberè contrahere talib. super hoc interuenientibus instrumentis. Sic est dicendum in casu isto, quòd licet interuenerit scriptura gratia, non sufficiat, vbi etiam super dispensatione non interuenerit scriptura, vt probatur. C. de nuptia. l. qui periculis. §. præsentis. Ex omnibus ergò istis videtur dari scripturam necessariam, quæ non fuit super dispensatione adhibita: & meritò, quia nec dispensatio tunc concessa tacitè, vel expressè: sic quod etiamsi interuenit (quod tamen negatur) nullam existentiam potest habere illa dispensatio tacita, quam dicunt interuenisse, cum scriptura fuerit omissa, quæ videtur necessaria. Sic contractus, qui debet in scriptis fieri, nisi prius fit facta scriptura, & in mundum redacta, non habet effectum: vt C. de fide instrument. l. contractus.
9 ¶ † Item non concludit articulus necessariò, sciuit cum minorem, & contulit, ergò secum dispensauit. sicquè non procedit, vt supra allegatum est, quia potest esse, quod minori contulit fortè ad importunitatem petentis, & tamen noluit dispensare. ff. de statu. homin. quæri. ibi. l. quia non annis. & de actio. & ob. quia non solum cum. C. de peti. bon. 1. lib. 10.
¶ Etsi dicas, imò ex quo scienter contulit, omnia cum eo agere, &c. vt ff. de reiud. quidam consulebant. & de bono. possess. l. seruus. extra de offi. deleg. c. pastoralis. §. prætereà. Non obstat, primò, quia ibi non agitur de tanto præiudicio, sicut hic, quia illa iura loquuntur, quomodo videbantur sapientes, vt tantam dignitatem tractarent. C. qui testam. fa. poss. l.
fina. Et ideò quanquam minor 15. annis propter defectum aliorum eligatur aliquãdo administrandam rempubl. adhuc propter hanc rationem suffragium non habet, nec secum dispensare videtur adhuc. ff. de muner. & ho. l. ad rem. de decur. l. spurij. §. mino-
10 res. ¶ † Item illa iura locum habent, vbi aliquid confertur in præsenti, hic autem quò ad dignitatem, vel personatum, vt in futurum, vt in pluribus. ll. & si diceres dispensatum tacitè, dicerem in hoc vt valeat collatio dignitatis, quæ aliàs non valeret: vt capit. si eo tempore. extrà de rescri. lib. 6. non autem quod si eo tempore, quo vacabat, adhuc sit minor, possit obtinere sine alia dispensatione, vt si cinfringatur. de filijs presbyt. cap. 1. in fin. lib. 6. vbi quam exorbitantem à iure oportet, veluti odiosam restringi. & in ca. quod delicto. extrà de consanguinit. & affinit. argument. ff. de leg. quia verò. cum similib. C. de inoffi. testamen. l. quando. Et not. Innocent. quod restringantur, de elect. dudum. in glo. sententiæ. quia fortè Papa præsumebat, quod antequam vacaret, iste factus esset habilis de iure communi, & nisi aliter appa-
11 reret, restringeret ad primum casum. ¶ † Vel clarius dico, quòd vbi ex proposito data aliquid certum, quod non possit habere aliquam vtilitatem ex eo sine dispensatione: posito quod tunc possit dici. quod videtur voluisse (vt valeat quod agit) dispensare, tamen in casu nostro aliud est, quia & dispensatio habere potest effectum de iure communi, saltem in canonicatu, & præbenda valeat gratia, vt puta si personatus sine cura vacaret, & acceptaretur per eum: vt nota. Inno. extrà de ætat. & quali. c. indecorum. & Compost. de elect. dudum. in fin. & c. si eo tempore. & de præbend. cùm singula sint. libr. 6. Cùm dispensatio sit restringenda, vt suprà probaui, & probanda sit per illum, qui eam allegat extra de voto. capit. 2. Et si prima vacet dignitas, imputet sibi si eam accepter, quia tunc facto suo expirat gratia: vt C. de castrensi. pec. l. fin. & ff. de lega. 1. l. si sic. §. similiter. Item patet manifestè, quòd non intellexit tunc dispensare, cùm post expressè dispenset. Nam per sequentia iudicamus de animo circa præcedentia. C. ad l. Iulian. de adulter. l. si hi, qui. institut. de rer. diui. §. Pauonum. Et si esset, quod non est verum, vt suprà probaui, tamen per nouam videretur recedere ab antiqua. ff. de acquir. poss. si quis ante. ad l. Falci. fundo. & l. si à me. Nec obstat, si dicatur, quod litera probat, quod erat dispensatum, cum dicat, quod ex sola simplicitate fuisset omissum tunc, quasi plus factum, minus scriptum: quia intelligo, quod simplicitas fuit, quia non fuit petitum, quasi innuat, quod si fuisset petitum, libenter concessisset. Sed ex quo omiserunt, sibi imputent. quia simplicitas eorum non debet alijs nocere. Nec hoc vult Papa, quinimò expressè excepit, quibus ius erat quæsitum, & illo tempore quæsitum erat etiam ad rem, sicut erat in casu nostro. ¶ Item litera probat patenter, quod nunquam aliàs dispensauit cum illo, nisi nunc in ista litera, quia dixisset aliter, scilicet nos scientes defectum ætatis tali tempore contulimus tibi ex certa scientia, &c. volentes tunc tecum super ætate dispensare: & hoc per errorẽ tunc poni in litera omissum fuit, &c. volumus autem, quod sub eadem data ista verba ponantur, nec oportet facere mentionem, qui præiudicaret, & fortè præiudicaret ex hoc omnibus, vel saltem illis, qui ius ad rem non acquisiuissent.
12 ¶ † Item articuli, qui dantur ad probandum certam scientiam Papæ, non procedunt, ex eo, quia non datur, nec ponitur in eis tale factum, quod si probatum esset, inducat certam scientiam Papæ: cum huius certam scientiam oporteat probare altero de duo

bus modis, scilicet vel quod in literis Papæ fiat specialis mentio de facto, super quo, vel contra quod dispensatur: puta de minori ętate, vel ꝙ facta mentione dicatur, de ætate ex certa scientia dispensamus: vt extrà de offic. deleg. c. pastoralis. §. prætereà. & extrà de præbend. c. si motu proprio. in fin. lib. 6. & facit ad c.
13 non potest. eod. tit. ¶ † Item quia licet in dictis articulis contineatur, quòd dictus iuuenis fuerat tempore gratiæ sibi factæ in præsentia, & coram domino Papa, tamen propter hoc non concluditur, quod sciuerit eum ætatis minoris, cum non dicatur, quòd ali 19
quid dictũ fuerit Papæ ætatis eius, nec quòd ipse do. Papa per aliqua dicta, vel facta intellexerit eum minoris ætatis fuisse, ita quod, licet ipse iuuenis fuisset tunc in prędentia Papæ, non tamen coram eo intelligitur tunc fuisse, cum non detur tale factũ, per quod includatur ipsum aliquid intellexisse de ætate dicti minoris: vt ff. de arbit. l. diem. §. coram. ff. de ver. sig.
14 l. coram. ¶ † Alius articulus, qui datur de statuto Ecclesiæ, quod non prius habebit præbendam, &c. & dependentes ex eo cadunt manifestè, ex eo quòd sunt impugnatiui prouisionis dicti B. de causis, fuitq; per procuratorem do. H. à proximiori appellatum contra formam capituli, vt circa. & contra formam capituli, procuratoris eo. tit. lib. 6. etsi dicatur, nunquid procurator scit, quod factum ipsius non potuit præiudicare domino? dico, quòd imò constat per transcriptum manu publica, quòd magnam prędumptionem facit: vt ff. de iureiur. in fraudem. §. neque. & ibi gloss. ordin. de hoc. & ff. de admi. tut. l. chirographis.
15 ¶ † Item licet non habuisset mandatum, tamen ex quo nomine suo appellauit, ipsęq; post ratificauit constituendo procuratorem ad prosequendum appellationem prędictam: vt ff. rem ra. habe. l. 3. §. falsis, & l. non tantum. C. de filiofam. l. cùm test. lib. 11. ff. de euict. quidam ex parte. & ratihabitio trahitur retro, & comparatur mandato: vt C. ad mace. l. fi. ff. de sol. l. 3. ¶ Si dicatur non valere ratificationem, eo quòd non facta debito modo: vt ff. rem ra. hab. l. procurat. de offi. proconsu. l. obseruare. in fin. vel quia nullum est, &c. vt ff. de reg. iur. quòd ab initio. Et per hoc. l. expressa videtur loquens in ratihabitione. ff. de his, qui not. infam. l. quid ergò. in prin. Dicendum est, quòd licet non valeat ratihabitio, quoad vtilitatem, & fauorem ratificantis, ex quo peccatum est in forma, vel materia, vt est dictum: tamen in præiudicium ratificantis benè valet, sicut si dolus contractui bonæ fidei causam dedit, nullus est contractus, verum in doli odium, & fauorem alterius, & ideò si aliquis, qui non adhibuit dolum, vult, quod valeat, optimè valebit. ff. de dolo. eleganter. iuxta prin. ibi in glo. su-
16 per verbo nullum. ¶ † Item si quis renunciet intempestiuæ societati, licet non valeat in præiudiciũ contractus, tamen tenet in sui præiudicium. ff. pro socio. l. actione. §. videamus. ff. de serui. rust. præd. l. per fundum. sic soluunt doctores, cùm dicitur, quòd contra ius est pro infecto debet haberi. verùm est, quò ad effectum iuris: sed si in præiudicium delictum committeretur, non habetur pro infecto. imò pro facto. C. de legi. l. non dubium. cum ibi no. tamen adhuc videtur remanere. l. allegata in contrarium, ff. de his, qui no. infa. Respondeo, quòd illa, l. se limitat imponendo pœnam illis, qui in initio conseruant: tamen non vult se extendi ad alios, qui postea ratificant. & est speciale etiam: vt ibi not. gloss. & ratio potest esse, ne pœna infamiæ, quæ est odiosa, extendatur: vt ff. de pœnis. interpre. & l. si præses. & de suspe. tuto. l. nec
17 enim. ¶ † Item constitutio, & pœna constitutionis, vt circa. ita habet locum in adhærente appellationi, sicut in appellante: sed si aliquis in appellatione adhæserit post decem dies. licet adhæsio non valeat, vt sibi prosit tamen si appellatio, cui adhæsit sit mala, benè valeat adhæsio, vt sibi obsit, & pœna constituta astringitur. ita not. in d. c. vt circa. in gloss. do. Ioan.
18 Andr. quæ incipit singulariter. §. sed quæro. ¶ † Non obst. C. si mancipium ita fuerit alie. l. ea quidem. quia ibi se referebant contrahentes ad beneficium iuris, non ad factum: vt ff. de ser. expor. l. si seruus ea lege, aliàs incidit in pœnam irregularitatis, qui contrà facit de facto, licet de iure non habeat effectum. C. de transl. vbi pactum. cum ibi not. ¶ † Item non obst. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. quæsitum. quia hoc est ibi propter specialem naturam illius stipulationis, quæ se refert ad ius tantum: vt ea l. §. hi, qui. Et hoc tenet expressè Archid. de appellat. c. 1. super verbo de partium. libr. 6. & Compostel. extrà de elect. c. statuimus. circa fin. tertiæ colum. & est gloss. ordin. C. de rei vend. l. matrimonium. super verbo non prohibens, vbi dicitur, quod vendicationem rei meæ fectam ab alio non nomine meo, non possum ratificare, verum est, quò ad commodum meum, sed in prædicium sic, quia non possum rem meam petere. sic in proposito & iste, quia allegat turpitudinem suam, & quia contra factum suum in ratihabitionem vult venire. C. de communi ser. manu. si creditoribus. ff. de leg. 1. si seruus plurium. de adop. si post mortem, extrà de donat. inter dilectos. & de electio. c. cum in cunctis. de cleri. coniug. diuersis fallacijs.

ADDITIO RAINALDI Corsi.

a ¶ Innocen. *Lucerna in iuris Innoc. vt item. consi. 207.*
b ¶ Attendendus. *Adde Marsil. in sing. 110. qui multa congerit circa hanc conclusionem. & tandem post Ang. ab eo allegatum infert excusari à contumacia eum, qui citatus non comparuit, vbi citatio secundum stilum consuetum facta non erat.*
c ¶ Scriptura requiratur. *Casus, in quibus scriptura est necessaria, notantur à gloss. in c. 1. de censib. in 6. & à Iaso. in l. cum proponas. C. de pact.*

De eadem materia ad idem. in contrarium.

De priuil. & de rescrip. & de procur. & de appel. & de verb. sig. & de confessis.

SVMMARIVM.

1 *Additio eiusdem in contrarium scilicet quod ipso facto ori detur Papa dispensasse etiamsi non expirat verbum dispensamus. cum plur. seq.*
6 *Procurator appellans extraiudicialiter in casu. c. 1. & c. vt circa. de elect. lib. 6. si ad hoc non habebat mandatum non præiudicat domino nec potest dici quod dominus ratum habuit ex quo fecit contra mandatum. & nume. seq.*
7 *Et de requisitis in ratihabitione.*
11 *Item dictio ex: ponitur pro de.*
13 *Positioni criminis quis compellitur respõdere saltem quo ad articulum de publica voce & fama.*

CONSILIVM CCCXXIX.

HAS allegationes, rationes, & defensiones dat Magister Andræ. de Tignano procurator, & procuratorio nomine reuerendi viri domini Henrici Delphini, thesaurij, Rothomage. ad informationem

mationem vestram reuerendissime pater miseratione diuina tituli sanctæ Priscæ presbyter Cardinalis. Et primò ait: Clarè pateant dicenda per me in istis punctis. ¶ Primò, an dominus Papa videatur cum domino H. dispensasse in ætate, vt habere posit dignitatem & personatum, quod habere non poterat sine dispensatione, per ea, quæ actualiter in suis articulis dantur, & per literas suæ gratiæ. Secundus punctus est, an appellatio interposita à magistro Andrea, qui se dicit procuratorem illius, qui habet certam formam limitatam, deducat negocium ad curiam, vel non? ¶ Tertius punctus est, an per procuratorem factum per dominum H. ad prosequendum quamcunque appellationem, quæ esset interposita ex parte sua contra dominum B. videatur habere ratam illam appellationem, quæ dicitur interposita, & malè per dictum magistrum B. an non? ¶ Quartus punctus est, an per secundas literas domini Papæ præfatus domin. H. videatur habilitatus, & à se confiteri, quòd initio Papæ fuerit dispensare cum eo in ætate, perindè ac si in primis literis expressis verbis dispensasset. Quintus punctus est, an teneatur respondere pars aduersa positionibus dicti domini Hj

1 ¶ † Et super primo puncto certo certius de iure possumus ostendi, quod per ea, quæ dantur pro parte domini H. scilicet quod domin. B. auia sua erat in præsentia Papæ apud sanctum Vincen. apud Lugdunen. quando dominus Papa fecit dictam gratiam dicto H. datur etiam in septimo articulo, quod dictus H. erat minor octo annis, & quod dominus Papa sciebat, & scire poterat eum esse minorem. Datur etiam octauus articulus, quòd Papa certificatus fuit per dictam dominã, & per alios milites & familiares, qui erant tunc ibi, & do. H. minor erat, & per aspectum corporis apparebat minor, & quod dicta domina tenebat eum coram Papa, & quod Papa sciens ipsum minorem, & pati defectum, ex certa scientia contulit illi dictam gratiam. per quæ omnia sic articulata potest tale factum, per quod apparet ipsum dispensasse secum, & ad hoc probandum, 2 quod Papa sciens ipsum minorem dictam gratiam contulit. Sed ipse modus scientiæ Papæ probatur duobus modis, vel visu, vel auditu. & vtrunque probatur hic, ideò probatur, quia Papa certioratus per dictum dominum, & alios quod minor erat, quia audiuit dici, quod minor erat, & quis certificatur per auditum, & efficitur sciens. Nam iura dicunt, quod illud dicimur scire, quod ab alijs audiuimus. 12. quæstio. 5. hæc videtur, vbi traditur, quod dicitur quis sciens, & conscius, quia aut vidit, aut conscius fuit, & aliquo modo cognouit, aut oculus suus conspexit, aut fuit sibi indicatum per verba: quia istis duobus modis potest quis esse sciens, & conscius, vt per dictum, & per verba posita in articulis rectè apparet, quod Papa sciuit eum minorem per aspectum corporis. Nam ponitur, quod auia tenebat eum ante Papam, & quod Papa videbat eum, & quod dictum fuit Papæ, quod minor erat, quæ probatio per aspectum corporis in ætate sufficit: vt ff. de mino. l. minor 25. annis. Præterea dicitur de iure constitutionem propriè veritatis

2 argumen. l. in summa. §. Labeo autem. ¶ † Præterea perceptam in mente tenere: vt not. ff. de aqua pluu. lex dicit, quòd scire quis dicitur, quocunque modo scisuerit, siue nunciatione verbali, siue literis, siue edictis fuerit denunciatum: vt ff. de peti. hæred. l. item veniunt. §. petitam. ¶ Præterea iura faciunt differentiam inter scire, & credere: quia scire est veritatem rei habere. Credere est per præsumptionem cõiecturali: vt hæc leguntur extra de sententi. excommun. c. inquisitionis. ¶ Præterea dicitur in articulo, quòd Papa fuit certificatus per aspectum corporis, & visum, & auditum, & certus quis est quoquomodo fit certus, vel per visum, vel per aliam demonstrationem, per quam quod reddatur certum: vt ff. si cert. petat. l. certum. de verborum obligat. l. stipulationum quædam certæ. ¶ † Præterea, quod Papa

3 sciuerit eum minorẽ, ponitur in articulis, quòd eum vidit in minori ætate, & in qua minor apparebat, sed nulla est maior probatio, quàm quæ fit per visum, vt instituit. de grad. §. hactenus iure. Si ergò Papa sciuit eum minorem per aspectum, & per dictum aliorum, & quia notum habebat, & ei contulit tale beneficium, quod de iure communi habere non poterat, videtur concessisse, vt illud haberet, non obstante defectu ætatis, quia scientia inducit consensum. ff. de aqua pluu. arcen. l. Labeo. & l. item quærtiur. §. qui impleto. C. de ædific. priua. l. 3. per totum. & eoipso, quòd ipsum non repulit à dignitate, quam Papa sciebat eum habere non posse, ipsum habilitauit, vt habere posset, & reputauit eum dignũ. Si ergò dignum eum reputauit, sacrilegij instar est eum reputare indignum. Si ergò constat Papam sciuisse ipsum esse minorem, & certioratus super hoc & notam habebat famam, nobilitatem, & ætatem ipsius, certo certius est, quòd secum dispensauit conferendo illi scienter beneficium quod de iure communi sciebat eum ha-

4 bere non posse. † Præterea video in Episcopo. & in ca. qui sine comparatione est Papa minor, & qui non habet potestatem contra ius, si aliquid conferat alicui, vel promoueat eum, qui de iure communi promoueri non potest, nec illud sibi potest conferre, quòd in casibus, in quibus potest, dispensare intelligitur, vt est casus, & gloss. Ioan. 51. distin. qui in aliquo. extrà de Schis. cap. fraternitatis. vbi de hoc. & de præbend. cap. referentes. & quòd ipso facto dispensatur, probatur extra de fil. presby. c. veniens. 38. distin. diaconi. 54. dist. si seruus. extra de restit. spoli. literas. vbi habetur, quòd Ecclesia, seu Papa mandando, dissimulando, seu faciendo contra ius commune, dispẽsat. & ista est vera sententia, quæ fuit Ioannis de Bona, & vera, vt notatur hoc 54. distin. d. c. si seruus. & d.

5 cap. qui in aliqua. 51. distinct. ¶ † Præterea video in Episcopo, quòd vbicunque facit scienter contra ius commune, & est tale factum, in quo potest dispensare, pro dispensato habetur, vt not. Inno. extrà de fil. presby. c. veniens. & de bigamis. super eo. multò fortius Papa, qui est suprà ius, & omnia iura habet nota, & aliud credere esset hæreticum: maximè cum ex tali dispensatione, tunc temporis, cum fuit facta, nul-

6 lus lædebatur: vt d. ca. veniens. ¶ † Super secundo puncto, quo dubitabatur, an dicta appellatio negocium deducat ad curiam, dico quòd non deducit, quia c. statuimus. de elec. & c. vt circà. loquuntur in perso nis principaliter, quorum interest, vt hæc causa ad curiam deducatur per appellationem: vt hic patet ex tenore, & formam dictorum articulorum. Sed dom. G. qui dicitur appellasse, non est principalis, quia cõstat ipsum non esse principalem, nec principaliter sua interesse, nec vt procurator. Nam licèt dicatur fuisse procurator do. H. habuit tamẽ certam formam agendi, & appellandi à sententia lata contra eum in iudicio tantum, vt ex forma procuratorij apparet, sed à forma non fuit sibi licitum recedere, vt extrà de rescrip. c. cum dilecta. & de restit. spo. pisanis. cum sim. Etsi aliquid fecit, non præiudicat: vt in c. pisanis. de

7 restit. spol. ¶ † Præterea facit differentiam, an quis nomine meo aliquid faciat, qui non habet mandatũ, an qui habet mandatum certum. Nam si aliquis, qui non habet mandatum, aliquid faciat nomine meo

possum ratum habere. sed si habet certam formam procur. & ipse facit aliquid nomine meo, vt procurator, vltra formam mandati, vel contra formã, nunquam videor illud ratum habere: qa constat de contraria voluntate propter formam ei datam: vt dicimus in mandato mariti, qui potest pro vxore agere sine mandato in omnibus causis vxoris: sed si datur illi certum mandatum de certa lite prosequenda, nunquam de alijs causis potest se promittere, vt C. procura.l. maritus. ita dicam hic, quod cùm dederit aliquam formam certam appellandi, & procurandi, in alijs videtur ademisse facultatem pro eo aliquid faciendi, & quod noluit in eis, quod in alijs vltra formam datam sibi aliquod præiudicium generetur. & si postea ipse constituet alium procuratorem ad prosequendum quamcunque appellationem pro eo, seu ex persona sua interpositam contra dominum B. & contra procuratorem ipsius, intelligendum est de ipsa appellatione, quam interposuit, & secundũ formam mandati, postquam mandatum habebat, & nõ
8 de alia, quæ continebatur in mandato. ¶† Præterea in hoc procuratorio ad appellandum à prouisione collationis est certa forma limitata in c. procurator. extra de elec. lib. 6. & si forma non seruetur, ipso iure procuratorium non valet. si non ita, licet procurator, vt ibi, per illud, quod faciat, vt procurator: quia aut facit, vt Procurator cum mandato, aut vt alius non habens mandatum, sed vt procurator non potuit: quia non habebat mandatum: si vt alius, non potuit: quia sua non intererat, & non solent audiri, nisi quorum interest appellãtes. 2. q. 7. §. sit quorum. extra de elec. cum inter R. seniorem. & sic appellatio ipso iure nulla est. si est nulla ipso iure, & mortua oritur, non potest ratihabitione confirmari. dicit regu-
9 la iuris, quod ab initio. ¶† Præterea ratihabitio debet fieri infra decem dies, sicut infra decem appellatur. extra de testi. significauerunt. extra de re iudic. inter monasterium. ff. quando appellan. fit. l. 1. & q ratihabitio debeat fieri & infra decem dies non ha-
10 buerit ratam: & sic non valet. ¶† Præterea ratihabitio requirit scientiam, & cognitionem eius, qui ratum habuit. ff. rem rat. hab. l. quo enim. §. rem habere ratam, hoc est, comprobare, quod actum sit à falso procuratore, vt ibi est. & sic ad hoc, vt ratihabitio nedum vendicet sibi locum, oportet illum, qui vult habere ratum, vt sciat, & cognoscat, & comprobet quod factum est: sed in nulla parte actorũ inuenitur, quòd cognouerit, vel sciuerit dictam appellationem interpositam, & sic eam habere ratã non potuit: quia nemo, quod ignorat, approbat, vel ratum habet.
11 ¶† Non obst. l. 3. §. falsus. rem rat. habe. quia ibi, vt ex tex. apparet, dominus ratã habuit certam sentẽtiam falli procuratoris, & sciebat talem sentẽtiam latam: in casu autem nostro ignorabat, & sic ignorans ratã habere non potuit. ¶ Præterea in instrumento, quod dicitur continere ratihabitionem, continetur, quòd ipse cõstituit procuratorem ad prosequendũ quamcunque appellationem ex parte sua interpositam. & in hoc multum debent considerari verba, scilicet ex parte sua, quia ista verba videntur innuere de appella. interpositis ex parte sua, ex mandato suo, & de mandato suo: vt exponitur ex mandato, id est, de mandato. & exponitur ex pro de. & sic exponitur. ff. de fur. l. ei qui. sed de mandato nulla appellatio reperitur interposita: quia solum mãdat, quod rescriptũ fuit de appellando in iudicio, & à sententia, non autẽ in extraiudicialibus ex tenore mandati apparet. & c. vt circa. loquitur in extraiudicialibus, vt dicit c. constitutio. extrà eo. tit. lib. 6. & sic ratihabitio ad appellantem extraiudicialem non trahitur: quia de ea non
12 sensit. † & ratihabitio habet consensum, vt super re certa, & de certa scientia, vt suprà dictum est. & d. l. quo enim. rem rat. ha. & sic nulli potest videri, quòd talis ratihabitio de re incerta, & de qua non sensit, te-
13 neat. ¶† Ad vltimum, quod dicitur, quod dominus B. non debet respondere positionibus domini H. dat co, quod tenetur respondere. Nam dominus H. duplex genus positionum. Vnum est ad cõseruationem suiiuris, & his omnibus tenetur respondere, & hæc non est dubitatio. secundum genus est ad impugnandum. & in hoc dicitur, quòd respondere nõ tetur domino H. quia tendunt ad crimen: sed certè debet respondere, dummodò dicatur, quòd de hoc erat publica vox, & fama, vel notorium: quia saltem ad famam, & notorium tenetur respõdere, vt no. Com-
b post. extra de elec. dudum. & sic super criminalibus debent positiones & interrogationes fieri: & hæc breuiter sufficiant.

ADDITIO RAINALDI CORSI.

a ¶ Et ad hoc probandum. *Superflua multa sunt, & inculcata in hoc consilium.*

ADDITIO ANTIQVA.

b ¶ Et sic super criminibus. *Numquid in causa criminali sit respondendum positionibus adde dẽ hoc & vide Georgium Natan. in cle. sæpe. §. & quia. colum. 7. de verb. significat. vbi ponit octo casus, quibus tenetur quis respondere. & Bart. in l. Marcellus. §. qui rerum. ff. rer. mam. & in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiuran. & in l. 2. §. quòd obseruari. C. de iur. calum. & ibi Bald. colum. penult. versic. item non tenetur quis cano. in c. 2. de confessis. in 6. do.*
* *Iaf. transactione. in vlt. not. C. de transact. * Vide etiam Bart. in cons. 194. Cechus de Spoleto. colum. 2. vers. super tertio.*

De eadem materia ad idem

De appellat. & de procu. & de priuil.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita extraiudicialiter per eum, qui nõ est legitimus procurator in beneficialibus non deuoluit causam ad curiam, nec habetur rata per dominum, qui non constituit eum. cum num. seq.*
6 *Papa ipso facto videtur ex certa scientia dispensare cum minore, si eum scit minorem, & mandat sibi conferri beneficium. Et num. seq.*

CONSILIVM CCCXXVIII.

AD idem videtur in dubium reuocari de duobus in causa domini Hen. Dalphini. Primum est, & (de secundo dicetur inferius) vtrum appellatio interposita per quendam, qui se dicit procuratorem, de cuius procuratione non constat, deducat negocium, de quo agitur, ad curiam, quæ appellatio est male iurata, atque ibidem crimina malè expressa, per illum, qui appellatur, vt dicitur? & allegatur per partem aduersam, quòd talis appellatio deuoluit, & quod dominus H. qui etiam post tempus debitum ad appellandũ constituit procuratorem ad agendum, & defendendum, & prosequendum quamcunque appellationem ratam habe-
re ignorans appellationem interpositam. quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, etiam post tempus debitum ad appellandum. Item allegatur, quòd præiudicat domino Henrico etiam ignoranti per viam adhærentiæ propter dictam pro-
curationem.

curationem. Et videtur indubitanter, quòd talis appellatio non deuoluat, nec eo ipso, quòd constituit talem procuratorem generalem ad quamcunque appellationem, videtur talem appellationem habere ratam, nec adhærere illi appellationi, de qua agitur. & primum certum est, quod appellatio, quæ dicitur interposita per illum, qui se dicit procuratorem, de cuius procuratio. non constat, est ab initio nulla, & laborat duplici vitio, & vitio formæ, & vitio personæ, quia vult appellare, vt procurator, quod non potuit: quia non erat: & posito quòd fuisset, in procurat. non continetur forma, per quam 1 continetur idoneus procurator, &c. † Item non erat de personis, quarum intererat appellare: quia extraneus. & sic infallibiliter appellatio nulla, & frustratoria est, & hoc per sui euidentiam apparet. Vnde non est locus coniecturæ. vt ff. de verborum obligat. l. continuus. §. cùm ita. extrà de accu. c. euidentia. ergò non deuoluit. vt extra de dila. quamuis. vbi hoc habetur. aliàs sequeretur magna absurditas, & inconuenientia, scilicet, quòd quicunque, & quascunque appellaret ab electione, vel prouisione, posset negocium deducere ad curiam, & tardare prouisionem Ecclesiarum, quod esse non debet, vt patenter ostenditur per cap. statuimus. ibi, dum dicit: & generaliter, quorum interest, solent appellantes audiri, & non alij. vt ff. de appell. à sententia. extra de electi. cap. cùm inter R. sed iste non est de illis: 2 ergo, &c. respondetur, quod est verum. ¶ † Primò, quia hæc appellatio nulla est, etiam si non excipiatur, & quod nullum est, ratum haberi non potest. extra de elect. auditis. vbi de hoc. & l. quòd sicut. C. de leg. serui. & quod initio non valet, &c. vt ff. de regu. iur. quod ab initio. cum similib. sicut dicimus de appellatione, quæ est ipso iure nulla, quæ non impedit electionem, secus si esset aliqua, licet posset elidi exceptione. vt in dicto cap. auditis. extra de appel. cap. constitutus. & cap. consideramus. extra de electio. Item constituendo procuratorem ad quamcunque appellationem non videtur eam ratam habere, posito quòd haberet locum ratihabitio, quod negatur, quia non constat, quòd infra tempus debitum ad appellandum hoc fecerit, quod necesse est, vt ff. rem 3 ratam habe. l. bonorum. ¶ † Item quia generale mandatum nunquam extenditur ad illicitum, seu ad ea, quæ consona non sunt rationi. vt ff. de legat. tertio, vxori. §. 1. de condi. inde. si procurator. extra de rescrip. c. si gratiosè. in fin. lib. 6. vbi conceditur alicui retinere fructus beneficiorum, quę tenebat tempore suæ promotionis, quod intelligitur de canoni- 4 cè seu licitè habitis, vt ibi patet expressè. † Item generalia verba nunquam extenduntur ad ea, quę quis ignorauit. ff. de transact. l. qui cum tutoribus. sed talem appellationem interpositam non constat domi. H. scituisse, quin potius præsumitur ignorasse. vt ff. de proba. l. verius. meritò ad illam mentem suam non præsumitur direxisse, de qua non potuit cogitare. Vnde de quibus non est cogitandum, debent in suo statu remanere. vt ff. de transact. l. cum aquilia. extra de iureiuran. c. clericus. vbi de hoc. & ff. de 5 pac. l. tres fratres. ¶ † Item non procedit hæc ratihabitio, si specialiter habuisset ratam talem appellationem: quia mandatum requirebat certam formam: vt in cap. procurator. de elect. lib. 6. sed ratihabitio non potest illa duo inducere, scilicet, quod dicatur data forma tali mandato. & quod dicatur man datum, quia à forma data non est recedendum. vt ff. ad muni. l. constitutionibus. extra de rescrip. c. cum dilecta. & forma nunquam subintelligitur, nisi probetur. vt ff. de publi. l. quæcunque. de verb. obl. l. scindum. ¶ Sic ergo potest dici, quòd ratihabitio non potest haberi, quia nulla: tum quia generale fuit mãdatum, per quod etiam de ratihabitiõe dicitur: tum quia non cogitauit, quia do. H. nesciebat appellatũ: denique quia non esset verisimile in specie concessurus. ¶ Item non potest domino H. obesse, quod videatur adhærere, quia de adhærentia non constat, nec potest constare. ¶ Item quia ad hoc, quòd quis dicatur adhærere, oportet, quòd illud, cui adhęreret, saltem sit aliquid: sicut dicimus, quæ religiosis adhærent, religiosa sunt, vt ff. de rei vendi. l. quæ religiosis. extra de consecratione Ecclesiæ, vel alta. c. qd' in dubijs. ¶ Item adhærentia non cadit in illo, qui ignorat illud, cui dicitur adhærere. Nam qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. non enim ignorans potest dici adhærere, quia requiritur consensus illius, qui adhæret, & nihil est tam contrarium consensui, quàm error. vt ff. de verb. ob. l. si per errorem. & requiritur, quod infra decem dies, vt not. in c. vt circa. sed in casu nostro nihil est, cui possit dicta adhærentia fieri, deficienti principali ipso iure, ac etiam iure actionis, & exceptionis. Vnde nihil est, quod super tali appellatione potuerit fundari per modum adhærentiæ, & præcipuè ab ignorante, & post debitũ tempus. Non obstat ff. rem ratam habe. l. 3. §. falsus. vbi iudiciarium actum per falsum procuratorẽ poterat mandari ratum haberi, quia ibi erat iudicium, & validum saltem contra procuratorem falsum, & sententia lata contra talem procuratorem poterat mandari executioni cõtra ipsum procuratorem, qui se liti obtulit. vt ff. de procu. l. Plautius. Vnde saltem aliquo respectu aliquid meritò poterat ratum haberi ex certa scientia, illius, qui ratum habebat: sed in casu nostro nulla erat appellatio, & quantum ad procuratorem, & quantum ad quemuis alium, & dominus Henricus ignorabat appellatum per falsum 6 procuratorem, &c. ¶ † Super articulis admittendis, qui tractant de certa scientia Papæ videntur primò articuli impertinentes secundum iura allegata per partem aduersam. extra de capel. Monach. c. ex parte. vbi videtur, quod facienda sit mentio de concilio. Et respondetur, quòd ibi aliter non constabat de concess. præben. nisi per literas, quæ possent esse surreptitiæ. sed in casu nostro nos volumus probare, quòd hanc gratiam, Papa scienter, & ex certa scientia fecit, certificatus illum esse minorem, & ex causa, ita quòd omnia concurrunt ad probationem veritatis, & per vocem viuam, cuius probatio validior est, quàm mortua, & certificationem, quòd non debeat ibi facere mentionem de necessarijs, etiam in literis. Innocent. ibi non tenet, sed pro tanto non est similis casus. Facit etiam contra partem aduersam decre. per eos allegata. extra de offic. delegat. capitul. pastoralis. §. præterea. ibi, cum dicituri & ex certa scientia: exponitur ibi: si Papa fuit certificatus solum de natura negotij, de quo agebatur, videtur ex certa scientie facere, vt patet ibi expresse, & etiam not. facit etiam contra aduersarium. extra de confirma. vtil. vel inutil. cum dilecta. vbi dominus Papa admisit membrum in procuratorem, & eo ipso videtur tollere ius commune, quia est supra ius. vt extra de concess. præben. capit. proposuit. est etiam l. animata in terris. vt in authent. de consuet. §. final. nec potest ei dici, cur ita facis. de pe. distinct. 2. ex persona. & ita not. in dict. c. cum 7 dilecta. in fine. ¶ † Contra allegantes casus etiam videtur legis, quòd do. H. sit potior. C. qui admit. ad bo. pos. l. fi. vbi pupillus non potest sine tutore bon. pos. petere. nec prætor dando aliquid agit. & statim subiungit, quòd si prætor sciuit illum pupillum, di-

spensare, & supplere videtur defectum ætatis, & videtur prætori quasi fit danda, & alias ad mentē prætoris recurritur. Nam & prætoriæ stipulationes ex mente prætoris legem accipiunt, quia eas in iure posuit: vt ff. de verb. obligat. l. in conuentionalibus. fie ad mentem domini nostri, qui lex est, habeatur recursus. non enim est locus ministerio verborum, si aliàs per exteriora de mente constet, vt de leg. l. non dubium. & de legat. l. 3. nō aliter. vbi mens præualet. ¶Est etiam casus legis alibi: nam si Princeps dedit minorem prorsus inhabilem ad iudicandum, videtur supplere defectum ætatis, & eo ipso, quod scienter eum dedit minorem, decreuit in eo omnia valere, vt ff. de re iud. l. quidam consulebant. in fine. vbi sunt hæc verba. ¶Item videtur casus in decretali super literis. extra de reser. vbi censetur rescriptū impetratum ex certa scientia domini Papæ valere, si exprimantur exprimenda pro parte impetrantis: licet dominus Papa aliter non dixerit. Sed in casu nostro fuit expressa minor ætas, & p parte d. H. certificatus fuit, sciuit etiam nobilitatem, & alias circumstantias, propter quas & alius minor, quàm dominus Papa, fuisset motus ad concedendum, &c. vt patet in litera, & articulis, de quorum pertinentia agitur, &c.

8 ¶†Non obstat, quod ipsi allegant, quod requiritur in dispensatione expressio causæ, quare dispensatur: quia hoc potest habere locum in inferioribus, quorum potestas non est supra ius. Vnde meritò in eis arbitrium requiritur, & causa: sed in Papa non, vt etiā apparet de causa in casu nostro, & de nobilitate, & affectione, & de multis alijs ibi expressis. ¶†Non obstat, quod dicitur, quòd postea impetrata fuit dispensatio per literas: quia ad hoc fuit petita, vt facilior esset dom. H. probatio per scripturam, quam per testes. ad hoc enim solum, vt plurimum fiunt scripturæ, vt facilior reddatur probatio: vt ff. de pigno. l. contrahitur. & si benè aduertatur illa litera dom. H. plenum ius habet ex virtute illius contra do. B. quia dominus Papa certificatus fuit, quòd ille, qui obtinebat, habebat ius ad rem: sed obiectum istius dom. Papa abstulit. aliàs gratia fuisset frustratoria. & quod dicitur postea in eadem litera, siue præiudicio aliquorum, &c. oportet de necessitate, quod intelligatur de alijs, qui haberent ius ad rem, non de eo, cuius obiectum specificatum fuit domino nostro. & videatur bene litera: quia omninò præcludit viam do B. sed illam volebamus reseruare disputandam, si necesse esset, post conclusionem.

De eadem materia ad idem.

De rescrip. & de priuileg. & de appel. & de procura. & de confessis.

SVMMARIVM.

1 *Additio eiusdem quod ipso facto videtur Papa dispensare ex certa scientia etiam si non exprimat dispensamus. cum sequent.*

6 *Positioni criminosæ quo ad notorium & famam debet responderi & quo ad spoliationem.*

7 *Appellatio interposita extra iudicium per non habentem mandatum an valeat. & num. 8.*

CONSILIVM CCCXXXI.

1 AD idem infrascriptas allegationes, seu rationes dat coram vobis domino auditore † Andreas procurator venerabilis viri domini H. Dalphini thesaurarij Rothomagen. Et primò, an videatur super defectu ætatis per dominum Papam dispensatum? & quòd dicta dispensatio sufficiat, patet, & primo in facto articulatur pars dicti domini Henr. inter cætera, quòd domina Beatrix auia eius fuerat apud sanctum Chirichum prope Lugdunum in præsentia domini Papæ, quando ipse gratiam fecit eidem domino Henri. ¶Præterea sciebat eum tunc esse minorem annis, & per ipsam dominam Beatricem auiam, & alios astantes ibidem dominus Papa fuit certificatus de ætate ipsius, & etiam aspectu apparebat, & ipse Papa eum minorem sciens gratiam sibi fecit prædictam, quibus probatis non est dubium cum eo fuisse dispensatum. nam nemini venit in dubium, quòd Romanus Pontifex iure circumnenire non potest, vel decipi. nam iura omnia in scrinio pectoris habet. C. de testa. l. omnium. extra de constit. cap. 1. lib. 6. ergo nec in facto præsenti, maximè cùm personam viderit: vt in facto supponitur. ¶Et primò per iura ciuilia. video enim, quòd mulieri cæ-

2 nica prohiberur contrahere matrimonium, vel nuptias: sed si sibi Princeps hoc concedit, hoc ipso tollit infamiam, & super ea dispensat: vt C. de nup. l. imperialis. versicul. sed si talis. ¶Item seruus non potest in iudicio assistere, & tamen, &c. vt ff. de bon. poss. l. seruus. hoc enim facit scientia. argum. ad hoc. ff. de vsu & ha. l. plenum. §. equitij. C. de fideicomm. l. fidem. ¶Item pupillus non potest bon. possess. vel hæreditatem petere sine tutoris authoritate, vt instit. de auto. tuto. §. primo. prætor tamen potest eam sibi decernere. C. qui admit. ad bon. possess. l. bono. poss. de iure delib. l. si infanti. in fin. argu. optimum ad hoc. ff. de offic. præto. l. Barbarius. in fin. ¶†Item minor viginti quinque annis non potest esse iudex, vt ff. de iudic. cum prætor. §. non autem. extra de offic. deleg. cum vigesimum. si tamen Princeps minori magistratum dedit: & is pronunciauit, valebit: Princeps enim, qui ei magistratum dedit, omnia agere decreuit. ff. de re iudic. l. quidam consulebant. in fin. nec erat opus dominum Papam de defectu ætatis facere mentionem, ex quo etiam notoriè minor apparebat. qui enim certus est, certiorari non debet. ff. de actio. empti. l. 1. in fine. de edil. edict. l. 1. §. si fin-

3 telligatur. ¶† Iura autem canonica in proposito sunt in promp. video enim, quòd si Capitulum indignum elegit scienter, hoc ipso dispensat cum eo. 16. quæst. 1. Ecclesia. & ibi de hoc: & Ecclesia mandando, vel dissimulando dispensat. non enim peccare videtur, qui ad mandatum Ecclesiæ reddit debitum coniugale. extra de restitut. spoliat. literas. & si Papa aliquando excommunicatum scienter salutat, eum absoluisse videtur. extra de sen. excom. si quando. & ibi plenè de hoc. & qd' dispensasse videtur, iura hoc clarè dicunt in prælatis minoribus à Papa. extra de fil. presbyt. c. veniens. de cler. coniug. c. diuersis. latijs. nam & dispensatio per testes probari potest, vt not. extra de schis. c. fraternitatis. etiam si Papa irregulari aliquid conferat, sciens eum talem, videtur cum eo dispensare. hoc not. Innocen. extra de excess. prælat. cap. ex literis. etiam si seruus sciente domino fit ordinatus in clericum, eo ipso factus est liber, si dominus non contradicit. 54. distinct. si seruus, qui est liber. C. de Episcop. & Cleric. authent. si seruus: & certè glo. hoc dicit, quòd inferior à Papa circa votum solo facto dispensat. 6. quæst. 1. si omnia. & quòd mu-

4 lier ponitur, vt 31. quæst. 1. hac ratione. †In his enim, quæ sunt contra ius positiuum, Papa dispensat, prout vult & notat. Innoc. extra de statu Monachorum. c. cum ad monasterium. & not. Spec. in tit. de dispensat. §. nunc breuiter. vbi etiam nota. ¶Item posito, quòd prædicta non essent vera, sicut sunt, dominus

minus Papa declaratit per prædicta coram nobis quod quantum ad huius obiectum perinde habeatur, ac si in prioribus literis facta fuisset mentio.
5 ¶ † Non obstat, quòd opponatur per partem aduersam, quia in huiusmodi declaratione continetur absque præiudicio illorum, quibus esset in ea ius quæsitum in re, nam parti aduersæ quæsitum esse ius in re non potest, quia gratia facta eidem domino Henric. præcedit gratiam factam eidem domino B. per quadriennium, & si in prioribus literis facta fuisset mentio non poterat eidem do. B. ius quæri. ¶ Item per illam clausulam Papa non intendebat excludere aliquos, qui dictum dominum Henricum in data præcederent: plus, quia infra mensem domin. Henric. non poterat aliquid acceptare, nam manus ordinarij, & cuiuscunque alterius libatæ erant, vt not. extrà de præben. c. dilectus. & c. dudum. libr. 6. & per Archid. & maximè, quia in literis domini Henric. prædicti dicitur, decernentes, si quibus etiam ante acceptationem, & idem dominus B. poterat cogitare, quòd cum ipso domino Henr. fuerat dispẽsatum. argu. extra de præben. c. licet Episcopus. lib. 6. ¶ Item non potest thesauraria eidem do. B. deberi propter
6 consuetudinem eiusdem Ecclesiæ approbatam, cum non habebat in ipsa præbendam. ¶ † Positionibus autem respondendum est per partem aduersam, non obstante appellatione producta, quæ interposita dicitur per eundem dom. Henr. nam nunquam is, qui eam interposuit, fuit procurator suus ad ista: igitur eam interponere non potest: appellatio enim, quæ interponi debet à prouisione, in qua objciuntur crimina, & defectus, habet formam specificatam. extra de elec. procurator. libr. 6. à qua forma non est recedendum. vt ff. de exer. l. 1. §. si is. qui nauem. & ad municipalem. l. constitutionibus. cum simil. & de tali forma dicitur, sicut olim de formulis dicebatur, vt qui cadit à syllaba, cadat à toto, adeò speciale mandatum requiritur in ea re, quod licet, qui habet mandatum ad vnum, quod speciale mandatũ requirit, adiecta postea clausula generali, possit omnia, in quibus speciale mandatum requiritur. extra de procu. c. qui ad agendum. lib. 6. & nunquam posset sine speciali mandato
7 tor. ¶ † Non obst. quod dicitur, quod d. H. hanc appellationem ratam habuit constituendo procuratorem ad appellationem prosequendam, nam in tali casu ratihabitio nihil operatur, cum necesse sit mandatum præcedere ipsam appellationem: sicut dicitur in iussu, vt ff. de acquir. hær. si quis mihi bona. §. iussum. extra de rescript. c. nonnulli. & hoc approbatur hodie per Moder. extra de re iud. ratihabitionem. lib. 6. & eod. titu. c. non firmatur, &c. ab initio.
8 † Item alia ratione non obstat ratihabitio: nam pars aduersa asserit d. H. minorem vndecim annis, & sic impuberem, qui non potest sine curatore causam agere etiam in beneficialibus, vt extra de iudi. c. si annum. lib. 6. si non potest agere, ergo nec ad agendum, seu appellandum procuratorem constituere. extra de app. Romana. ad ista. ff. de noui oper. nunc. l. de pupillo. in prin. ¶ Non obst. quod positiones videntur ad crimen tendere. Primò, quia non est verum in facto. Secundò, quia si verum esset, tenere-tur saltem pars aduersa respondere ad famam, & notorium istorum, quæ in articulo continentur, secundum ea, quæ not. extra de elect. c. dudum. per Compost. ¶ Item ad spoliationem, quæ etiam ad crimen tendit, pars aduersa respondere tenetur. extra de testi. c. præsentium. lib. 6. & not. Specu. in tractatu de positionib. §. 7. vers. 19. considerandum est, & hoc est, &c.

De eadem mareria.

De priuileg. & de procu. & de app. & de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Additio istius domini ad primam partem, & concluditur hic, quòd ipso facto non videtur Papa dispensasse, nisi dicat dispensamus, vt faciat ex certa scientia, declaratum num. seq.*

9 *Procurator datus ad acceptandum, & prosequendum gratiam & ad omnia alia faciendum, &c. potest appellare extraiudicialiter ad curiam.*

10 *Et licet requiratur solennitas, quò ad ratihabitionem, & quò ad adhæsionem appellationis: tamen si non seruatur, valet quò ad præiudicium ratificantis, & ratum habentis.*

Item quod nunquam Princeps præsumitur vti plenitudine potestatis, nisi expressè appareat. Et hic continentur responsiones ad multa iura contraria: & maximè ad legem, quidam consulebant. ff. de re iudic. cum nume. sequen.

CONSILIVM CCCXXXII.

ADidem, & quod allegata pro parte dom. Hen. Delphini non obstent, nec nimium iudicantem in aliquo mouere deberent, patet per seq. manifestè, & per illa, quæ allegata alias, & in scriptis data fuerunt. ¶ † Ad primum enim, cùm dicitur, quod tale factum datur in 6. articulis frequentibus, quòd dominus Papa sciuit dictum dominum Henric. minorem tempore gratiæ sicq; certioratus fecit sibi gratiam, ex quo dicunt colligi manifestè, quod secum voluit dispẽsare. Respondeo, quòd salua pace dicentium non est verum. Primò, quia non datur in articulis tale factum, quod veram scientiam includat. non enim sequitur, tenebat eum auia coram Papa, & dicebat eum minorem, ergo Papa erat sciens, & certus: quia licet hoc dictum matris circa ætatem filij aliqualem præsumptionem
a posit inducere: *a* non tamen probat. ff. de proba. l. etiam matris professio. & ibi gl. ord. ¶. Item dico de alio modo, qui datur in alijs articulis, quòd ex aspectu apparebat minor: quia illud verum: sed certã scientiam circa ætate inducere non potest: quia aliqui
b apparent iuuenes, plus quàm alij. *b* vt insti. qui, motu finiatur. in prin. & no. de minò. l. minor 25. annis. adito præside ex aspectu falso, &c. & etiam l. de ætate. cum sua gl. ¶ De alio modo, cùm dicitur, quòd à multis præsentibus fuit certificatus Papa. Respondeo, q̃ non dicitur, per quem modum. vt si deponerent se scire eum minorem: quia viderunt, & sciuerunt eum
2 tali tempore natum, &c. ¶ † Item non sequitur: mater dixit, & illi milites: ergò fuit Papa certus. nam illis deferentibus, potuit etiam non credere, nedũ scire. expressum est. ff. quod falso. tu. l. 2. & sic patet, cum articuli non cõtineant factum expressè, quod veram scientiã includat necessariò, q̃ non sunt admittendi. vt extra de cle. excom. ca. proposuit. nõ enim probat hoc esse, &c. vt C. vnde cognati. l. non hoc. ¶ † Non
3 obst. c. quod allegatur: q̃ illud dicimur scire, quod ab alijs audiuimus. 22. q. 5. hoc videtur, quia illud non dicit hoc capitulũ: sed dicit, quod si me audiente iurat aliquis falsum: tunc scio illũ falsum iurasse: vt qa veritatem facti prius nouerã: quia testis, vel iudex in illo facto fueram. sed ibi hoc non dicitur, nec alibi, q̃ si audio aliquid ab alijs super facto, quod ego nõ noui ob

ui ob hoc sciam illud pro certo. & ad illud testimonium auditus non sufficit per se regulariter: sed additur & visus: vt C. de testi. l. testium. vt C. de Episc. & cleric. aut. serui. & Innoc. extra de testi. c. cum causam. Item hoc esset de auditu alterius, non suo, quod est expressè reprobatum: nisi in casibus. ff. de prob. l.
4 arbiter. ff. de aqua plu. ar. l. 2. §. idem labeo. ¶† Non obstat, quod allegat de peti. hære. l. item veniunt. §. peritam. quia benè fateor, quod quocunque modo sciuerit, benè sufficit quò ad scientiam: sed hoc in articulis non sufficit dicere, quod dominus Papa sciuerit: sicut non sufficit dicere, quod ego sum dominus talis rei, si rei ven. agam: sed oportet dare tale factum, quod necessariò hoc concludat, vt suprà dixi, quod non fit hîc. Ille §. loquitur, quò ad hoc, vt ille malæfidei iudicetur, quæ mala fides potest induci ex suspitione, vel credulitate sine certa scientia. ff. quod
5 vi, aut clam. l. 2. in fin. de acquiren. possess. l. si velit. de fur. l. qui re sibi commodata. & l. inter omnes. §. fina. ¶† Non obstat, quod allegatur. ff si certum peta. cum similib. quia fateor, quod sufficit quocunque modo sit certus, quod ad scientiam, duntamen detur tale factum, quod hoc necessario concludat, quod non fit hîc, vt probatum est. ¶ Nec obst. §. qui allegatur in fin. de grat. lit. §. sed cum. quod probatio inducatur per visum: quia fateor in his, in quibus veritas percipi potest per visum: sed hoc non ita: nam non sequitur, video te, ergo scio, cuius ætatis es: sed si vidis-
6 sem, cum natus fuisses. hoc est aliud. ¶† Ad conclusionem, quæ etiam modò infertur, quod ex quo scivit eum talem, permisit, & sibi contulit omnia eum agere, secumq; tacitè dispensauit, & quod sacrilegiũ esset illum reputare indignum, quem Papa dignum fore æstimauit. Dico, quod non concludit. Primò, quia nũquam dicitur in articulis, quod Papa dispensauerit expressè: sed innuitur, quod saltè tacitè ipso facto, sicut in Episcopo. extra de fil. presbyt. ca. veniens. cum sim. quia dico, quod illud intelligitur, cum causæ cognitio præcesserit. vt in c. veniens. not. Inn.
7 ¶† Et si diceres, quòd in Papa non requiritur causæ cognitio, sed in inferioribus sic: imò & certè nec Papa, nec Imperator consueuerunt, maximè circa talia ardua, dispensare sine causæ cognitione, quæ non datur hîc præcessisse: vt C. de his, qui ve. æta. impetra. l. omnes. extra de priuil. cum olim essemus, ibi tanquã non legunt, &c. in gl. Innoc. & quia esset contra concilium generale, non debet sic de facili præsumi dispensare. extra de capel. monacho. c. ex parte. cum c. extra de elec. cum in cũctis. §. inferiora, plus est, quod secundum stylum curiæ, quia debet, pro iure seruari: vt extra de crimine fal. c. quàm graui. C. de diuer. rescrip. l. sacri affatus, scriptura est necessaria super gratijs, & dispensatio. talibus, facit ad hoc, extra de offic. ordi. c. ordinarij. libr. 6. & ideo dicit lex, quod cum Princeps sic contra ius dispensare vult, oportet quod alterutrum suis literis significet, vel quod ipse
c dispenset, vel quod ex certa scientia, c & ex proposito faciat: vt ff. de excu. tut. l. idem Vlpianus. in fine. & circa hoc plenè est allegatum in rationibus nostris.
8 †Item do vnam solutionem generalem vltra iam dicta ad omnia, quæ allegantur, quod Papa ipso facto voluit secum dispensare, & habilitare ipsum, quoniam verum esse potest, cum Papa, vel Princeps aliquid dat, quod ille, qui dat, habere non potest, nec aliquam vtilitatem ex eo consequi non potest, nisi secum videatur tacitè dispensare, quia videtur velle, quod factum suum habeat effectum, vt ff. de ma. test. l. si quis locuples. circa fin. sed hîc gratia potest habere effectum de iure communi sine omni dispensatione in præbenda. Item etiam in personatu, siue cura, si per eum obtinetur. no. Inno. extra de æta. & quali. c. præterea. & Compo. de elec. dudum, in fi. extra de præben. si cui. libr. 6. Si autem obtinet dignitatem, facto suo se excludit, & sibi imputet. C. de necessar. serv. hære. insti. l. final. dispensationem enim, velut à iure communi exorbitantem, habemus, quantum possumus, restringere: vt extra de fil præs. c. 1. libr. 6. sic videmus, quod si Episcopus aliquam Ecclesiam concedat, & aliquam portionem percipiat sibi, illam videtur cõcedere: si nullam, tunc omnes prouentus, præter cathedraticum, videtur concessisse, quia aliàs gratia effectum non haberet, vt extra de don. c. pastoralis. sic in proposito, vt si gratia posset habere effectum sine dispensatione, licet forte non ita plenam, quod tunc non videatur dispensasse, aliàs sic. idem in testatore, quia si habet ius in re, quam legat, illud videtur concessisse tantum, aliàs totum, si sciat alienam, vt ff. de leg. 1. l. serui electione. & l. si domus. in fin. cum l. si res aliena. & circa hoc plenius est allegatum
9 in rationibus nostris. ¶† Ad secundum punctum, vbi probare nititur, quod si appellatio erat alicuius procu. d. H. non noceat H. eò quòd non valuit, quia non vt principalis appellauit, quia nec erat principalis: nec vt procur. quia habebat certam formam limitatam agendi, & defendendi, & appellandi à sententia lata contra eum in iudicio: vt patet in procuratore: sic quod ab ista forma non licuit sibi recedere, & si fecit, domino suo non præiudicat: nam dicunt ipsi, aliud est, si nullum habens mandatum, transgrediatur faciendo aliquid vltra, quia nũquam illud videtur ratificare, quod est contra mandatum. C. de procu. l. maritus. ¶ Dico, quod his non obstantibus valet in præiudicium domini. Primò quia non fuit contra formam ei datam in procuratorio, imò secundum formam: nam licet primò loquatur ibi, quòd dicat potestatem agendi, & defendendi in iudicio, & appellandi, tamen postea transit ad extraordinaria, cùm dicit, paciscendi, transigendi: & cum postea addat, & omnia alia faciendi, etiam si mandatum exigant speciala, istud potest comprehendi. extra de procur. quia ad agendum. lib. 6. Item cum dicitur ibi potestatem expressè, præbendam, & dignitatem eo acceptandi, videtur dedisse & omnia faciendi, quæ pertinent ad ipsam acceptationem: vt ff. de procu. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum, & melius. eod. titul. l. qui proprio. §. item quæritur: quia procurator tenetur appellare, licet non prosequi, quamuis non fit facta mentio de appellatione, vt C. de procur. l. initio. ergo non potest dici contra mandatum fuisse. Sed si datur ad acceptandum præbendam, & dignitatem & alia, quæ mandatum etiam exigunt speciales & quæ ipse facere posset, si præsens esset, & quæ sæ merita exigunt, & requirunt, si prò executione acceptationis, & conseruatione iuris domini agelauit, valet appellatio, nam si non esset expressum datum, saltem iuxta mandatum est, non contra. alij dicunt, vt ff. iudi. sol. l. 3. §. in hac. in fin. postquam postea constituerit procuratorem ad prosequendum appellationem interpositam à procuratore d. H. nec apparet interposita, nisi illa, illam expressè approbasse videtur. C. fam. ercisc. l. cum te. li. ff. quirat. ha. l. 3. §. falsus. & l. non tantùm. ff. de euic. liberdam ex parte. sicut videmus, quod per procuratorem non potest adiri hæreditas, quia eo ipso quod ad hoc constituo, videor iallam adire. ff. de acqui. her. l. fina. lus respondit per procuratorem, cum gloss. sua. Item ex quo mando prosequi necessariò præsupponocausam ad me pertinere, cùm aliàs nec in appellãdo, nec in prosequẽdo essem admittendus. ff. quando appel. sit. l. penult. §. 1. cum simil. ¶† Non obst. quod postea dicitur

dicitur, quod in appellatione à prouisione est forma certa, & limitata à iure introducta, vt in cap. procurator. extrà de electi. libro 6. quæ hic non fuit seruata: & sic nulla fuit appellatio, sicqúe per ratihabitionem confirmari non potuit. ff. de regu. iur. quod ab initio. quia hoc est verum, quod non potest, quò ad vtilitatem ratificantis: sed quò ad præiudicium sic, si alia pars vult, Sic in contractu inito per dolum, qui est nullus, quò ad vtilitatem dolosi: sed quò ad præiudicium non. ff. de dolo. l. eleganter. & de illo, qui renunciat intempestiuè scienti. ff. pro so. l. actiones. §. dicimus. not. gloss. in fin. C. de rei vendi. l. 3. in Authent. super verbo, non prohiberis. cum multis fimil. ¶ † Item non obstat, cum dicunt postea, quod infra decem dies debuit ratum habere, quod nec fecit, ergo, &c. rem rat. hab. l. bonorum. quia: vt dixi, valet in eius præiudicium: sicut vides, quod donatio inter vir. & vxor. est prohibita. & tamen si non tenet matrimonium, non habet locum prohibitio donationis: ita dico, quòd adhæsio tenet in præiudicium adhærentis: licet appellatio sit nulla. ff. de don. inter vir. & vxor. l. 3. §. 1. ibi, sed fas non est, &c. & expressè hoc tenet dominus Ioann. Mo. in capi. vt circa. in gloss. super verbo adhærentis sui: sed pone appello, tandem. p. adhærere potest infrà decem dies, &c. Animus enim eius cum opere secuto astringitur. extrà de bigamis. nuper. C. de transact. vbi pactum. hoc etiam Arch. innuit expressè extrà de appell. capi. primo. libro 6. super verbo, de partium. & Compostel. extrà de elect. cap. statuimus. lib. 6. circa fin. 3. colum. ¶ † Item non obst. quod dicit, quod nemo ignorans videtur ratificare: ac in nulla parte actorum apparet istum dom. B. ratificasse. istud satis est mirabile dicere, frustratorium, quòd nesciuerit, cum expressè constituerit pro se procuratorem ad prosequendum appellationem productam, vt apparet in procuratorio, & nedum in vno loco, imò in quatuor, vel in quinque expressè loquitur de hoc. ex qua ratione plenior consensus, & conscientia colligi potest. C. ad Vellei. l. si mulier. & licèt effuso sermone loquatur, qui effuso sermone se iactat in promp. sui incidit periculum. C. de do. promis. l fin. ¶ Item satis exprimit mentem quòd velit ratum habere, cum dicit interpositam, vel interpositas contra prouisionem, &c. ¶ † Nec obstat, quod dicitur, quod domin. H. constituit procuratorem ad prosequendum appellationem pro parte sua interposita, id est, de mandato. ista autem non fuit de mandato suo interposita, quare istam ratificare non videtur. quia hoc dicere est calumniari verba, nec salua ratione recti sermonis potest sic exponi: vt ff. de auro & argent. leg. l. Plautius. Nam veré pro parte sua est interposita: quia per procuratorem. Item nomine suo. item ratione acceptationis, & prouisionis sibi factæ. & ideò negocium suum videtur in hoc gessisse, licet etiam diceremus, quod in hoc non haberet mandatum. casus est. ff. de neg. gest. l. si ego. in fin. Item cum non appareat alia appellatio interposita contra prouisionem, apparet, quod de ista sensit, quæ apparet. ff. de contrahe. emp. l. in lege. Item ista videtur interposita de mandato suo, secundum quod suprà plenius actum est. Item potest dici etiam, quod illo momento, quo constituit procuratorem ad prosequendum, &c. videatur ratificare, sicq; trahatur retro ad prius facta, videatur de mandato suo interposita: vt ff. de soluti. & C. ad maced. l. fin. sicq; etiam secundum eorum expositionem ad istum refertur, quòd in momento duo dicantur fieri, in quibus etiam ordo prioritatis exigitur. patet de hoc in l. si stichum. §. si quis ita. ibi, vt eo dem tempore, &c. de condi. instit. l. si. de lega. 1. si post mortem. §. fina. circa princip. ibi, quia in vim contra- 14 huntur, &c. de statu homin. l. fin. in fin. ¶ † Non obstat, quod postea dicitur, quod positionibus dom. H. debet domin. B. respondere illis, quæ tendunt ad conseruationem iuris ipsius: quia hoc habet colorem in illis, quæ principaliter ius ipsius domi. H. concernerent sine impugnatione, nisi per quoddam iudicium iuris do. B. in formam, vel in personam. do. B. & est malè appellatum, vt in casu nostro, omninò repellitur. & sic intelligitur. cap. vt circa. aliàs prouisio dictarum partium valeret, & in defendendo fieret contra ipsum, quod est contra ius. ff. de admi. tuto l. scire. §. primo. & de transact. l. cum hi. §. sed cum lis. aliàs sub colore iuris sui semper, licet malè appellasset, alium impugnaret, quod esset contra. l. C. qui leg. person. l. momentaneæ. ibi, ne sub colore, &c. ¶ Item dicunt vltra, quod licet positionibus, quæ tendunt ad crimen, non sit respondendum, saltem quò ad famam dicunt responderi: illud posse colorem habere, vbi non esset appellatum. & malè, vt hîc, fuit expeditum. & quod directò non auditur, nec super crimine, nec super fama, & sic intelligitur. capit. vt circa, 15 ¶ † Nunc adducunt ipsi rationes. Et primò nituntur probare. quòd appellatio non deuoluit: quia non constat, quod ille, qui interposuit, fuerit procurator. Ad hoc dico, quòd imò per transcriptum manu publica factum per se magnam præsumptionem facit. ff. de iu. fisca. l. in fraudem. & ibi gloss. facit. de admin. stir. tuto. l. chyrographis. ¶ Item cum nullum procuratorium præcessisset, ex quo nomine suo appellauit, & ipse do. H. ad prosequendum appellationem, &c. fecit procuratorem ex hoc ostendit causam ad se pertinere, ratificare. quod factum est: vt C. de filiofamil. lege tum te. libro 10. ff. rem rat. habe. l. tertia. §. 16 falsus. ¶ † Item cum dicit postea, quod appellatio est nulla, & laborat duplici vitio, scilicet materiæ, & formæ: vt supra plenè probatum est: non impedit, quin in præiudicium ratificantis, vel adhærentis teneat, cum nomine suo esset interposita: & licet non posset appellare, vt ipse: quia sua nō intererat, saltem, vt procurator. domin. H. cuius intererat, potuit nomine ipsius: licet non præcedere mandatum, vt dixi, in præiudicium ratificantis. ¶ Ad illud, quod sequitur, quòd nulla erat, & sic ratificari non potuit, tum etiã, quia non infrà 10. dies, suprà responsum est. ¶ Ad illud quod postea dicunt, quod generalis ratificatio non extenditur ad illicita: dico, ꝙ ista nō est generalis, quia specificatur per illud, quod additur contra prouisionem, &c. & nulla alia apparet interposita. ff. de auro & argent. legat. l. 1. circa medium. & de verborum obligat. l. vbi autem. §. sed qui vnum. faciunt etiam, quæ not. extrà de officio. & pote. iudic. delegat. capit. ex parte. ¶ Ad illud, quod postea dicunt, quod nō extenditur ratihabitio ad illud quod ignorauit, &c. apparet expressè de contrario, quod imo sciuerat, cum ad illud prosequendum procuratorem constituit, maximè exquo constat de mente: si sicut dicimus de milite, qui si ignorat prægnantem vxorem, & apparet de animo, quòd etiamsi sciret, eodem modo præteriret, valet, nec rumpitur testamentum. ff. de re milit. l. qui iure. ¶ Ad illud, quod postea dicitur, ratihabitio non vendicat hîc sibi locum propter certam formam hîc datam, & limitatam, à qua non est recedendum, quia sic ratihabitio cooperaretur duo, & mandatum & formam mandati: iam responsum est, quod si peccatum est in forma, illud per ratihabitionem non reparatur, sed nihilominus facit ratihabitio: vt talis qualis erat no-

mine meo interposita, videatur à me interposita, nam & in pœnalibus, & delictis ita propriè cadit ratihabitio: vt ff. de vi & vi arm. l. 1. quoties ibi, rectius enim dicitur, &c. quod non cogitauit, apparet de contrario, ex quo ad hoc prosequendum procuratorem constituit, quia non præsumitur dixisse, quod mente non cogitauit, nec sensit: vt l. Labeo. ad fin. ff. de supel. le. & quòd dicitur postea, quòd non debet extendi ad illud, quod est verisimile, quod non esset in spem concessurus. Dico: quòd illud esset, si esset generalis, sed hic specificatur, dum additur, prouisio, &c. ¶ Item ex quo non potest ad aliam referri, necesse est, vt ad hanc referatur. ff. de le. 1. l. si qñ. & de vsur. si stipulatus. ¶ Ad hoc, quod sequitur, quod adhærere non pōt ei, quod nullū est, responsum est, quia dico, imò in præiudicium adhærentis est adhærentia infra decem dies. ¶ Nunc tendit pars aduersa ad hoc, quòd articuli de certa scientia Papæ sunt admittendi, quòd voluit probare per vocem viuam, quæ validior est, quàm mortua. Dico hic vt dixi iam, quòd in articulis datur tale factum, quod necessariò concludat naturam scientiæ Papæ. ¶ Item ad id, quod dicit de viua voce, dico, quod non est verum in casibus, in quibus scriptura requiritur, vt not. de pign. l. contrahitur. qualis est iste, vt suprà tetigi, & plenè
17 probatum est in alijs rationibus nostris. ¶ † Ad iura, quæ sequuntur, extrà de offi. delegat. cap. pastoralis. §. Prætereà. & C. qui admit. ad bon. possess. l. seruos. & de re. iur. l. quidam. cum simil. Responsum est per ea, quæ dicta sunt plenius, scilicet quia possent locum habere, vbi gratia alias nullum posset habere effectum. hic autē secus est, vt suprà dixi. Item quia
18 hoc est de scriptura per stylum, de quo non articulatur, quare, &c. ¶ † Nunc conantur respondere ad aliqua iam dicta in primis nostris rationibus, & dicunt, quod in Papa non requiritur causæ cognitio præcedens in dispensatione, sed in inferioribus sic. Sed hoc nihil est, quia benè fateor, quòd est suprà ius, & hoc verum est, vbi constat, quòd illa, &c. plenitudine vult vti. alias dico, quod debet ponderare magis facta sua, quàm alius, quia magis esset exemplum suum pernitiosum, quàm alterius. l. dict. c. ponderet. alias quodammodò sibi videretur auferre potestatem alios increpandi, si ipsæ causæ cognitionem omitteret, vt est expressum in cor. vt iudices sine quoquo suffragio. §. itaq; dico. ibi sibi met ipsis auferentes licentiam, &c. licet enim solutus sit legibus, tamen secundum eas viuere vult. C. de test. l. ex imperfecto. de legat. digna vox. instit. quib. mod. testam. infirm. §. ex eodem. Nec est verisimile, quod de facili velit contrafacere: vt C. de inoffi. testamen. l. si quando. & est gloss. Inno. Papæ. extrà de priuileg. ca. cum
19 olim essemus, ibi quasi non legatum, &c. ¶ † Non obstat, quod postea dicitur, quod dispensatio fuit postea impetrata ad hoc, vt facilior esset probatio: quia dico, quod imò apparet per illū quod alias non fuerat secum dispensatum, cùm dicit prius, quòd ex quo Papa scribebat, quod domin. B. istud obijciebat domin. H. & nihilominus dispensauit, quod obiectum illud tollere voluit, alias esset frustratiora gratia. Sed salua pace d centium neutrum est verum. & primò, quod non voluerit obiectum illud tollere, verum est contra illos, quibus nondum erat ius quæsitum in re, vel ad rem, quia sic ipsemet dominus noster limitauit gratiam suam, ad quam spectabat: vt ff. de reg. iur. l. Neratius. extrà de offic. ordi. c. ordinarij. §. quod videat. lib. 6. & sic etiam de iure facere dominum nostrum decuit sine prejudicio illorum, quibus erat ius quæsitum. ff. de decur. l. 2. circa princ. extrà de rescript. c. quamuis. libr. 6. facit. C. de stat. & imag. l. vt virtutum. prima. Item non est verū, quòd dicit, quod gratia ista sine dispensatione aliàs non habet effectum, nisi profit contra d. B. quia certè in alijs poterit esse valida, & naturalis. cum enim omnis dispensatio sit contra ius commune, est restringenda: vt extra de fili. presby. cap. 1. lib. 6. de consang. & affi. capit. quia dilecto. ff. de legat. quod verò. C. de prædi. cu. l. fina. libro decimo. sed hic non est dubium, cùm
20 dominus noster eam limitet, vt dixi. ¶ † Nunc respondeo ad rationes alterius, & licet per præcedentia satis appareat solutio; tamen respondeo singulis. Primò tangitur, quod Papa videtur cum domino H. tempore primæ gratiæ dispensare super defectu ætatis, quia non potest decipi in iure: sed nihil ad propositum, cum addit, nec in facto præsenti, quod vidit istud posse esse verum in facto, quod possit perfectè per talem præsentiam scire: sed per aspectum personæ non potest perfectè percipi ætas: vt dictum est suprà, & in facto ita potest decipi Papa, vt alius: vt extrà de concess. præbend. cap. 1. libro 6. de re iu. capi. cum olim. ff. de iu. & fac. ignor. l. error. quod allegat postea, quod hoc modo videatur dispensare: quia fecit gratiam: sicut videtur tollere infamiam eo ipso, quod concedit, vt matrimonium possit contrahere: vt C. de nupt. imperiali. §. primo. illa facit contra ipsum, quia dicit necessariam scripturam in tali dispensatio ne. sic dico. in proposito. Alleg. postea iura iam allegata. de bon. possess. seruus. C. qui admit. ad bon. poss. l. bonorum. ff. de re iu. l. quidam consulebant. de off. prætor. l. Barbarius. Dicendum, quod ibi constabat de scientia vera illius, qui poterat habilitare. Hic autem non articulatur factum, quod veram scientiam necessariò includat, vt suprà ostensum est. Item, vt dixi, plenè ibi aliter effectum non poterat habere, hic autem sic. Item cum addit, quod non oportebat dominum nostrum certificari super ætate, cum notoriè apparebat sibijpsi, dat notoriam probationem quam tamen iura reputant dubiam, & falsam: vt instit. qui. mo. tut. fini circa princip. ff. de mino. l. minor. 25. annis. adito præside ex aspectu falso. & not. eodem tit.
21 de ætate † Item non sequitur necessariò & facit gratiam minori sciens eum minorem, ergò videtur dispensare: quia potuit esse, quod noluit: vt ff. de stat. lib. l. cùm quasi. circa princip. ibi, quia necannis cōcuerit liber, &c. & de ac. & obli. l. non solùm. Sed per importunitatem petentium, vt sic de eis se expedieret, & hoc fecit: vt C. de peti. bon. sublat. l. 1. & 2. libr.
22 10. † Allegat postea, quod capitulum scienter eligendo indignum videtur secum dispensare 16. quæstio. Ecclesia habet senatum. dico, quod hoc non est verum, imò priuatur iure eligendi, vt extrà de ele. in cunctis. nec. ca. allegatum loquitur de hoc, vt est, quod gloss. benè no. ibi quod quando capitulum dispensat, quod nil facit ad propositum. Non [illegible] cap. quod allegatur postea de restitu. spo. literæ gratia verum est, quod quando Papa mandat alicui prælato ex proposito, illud debet esse sine pœna. vt. Cadl. Iulia. de adult. l. Gracchus. & de his qui ve. ætā. impe. l. 1. & ff. de sicar. l. si in rixa. sed vbi aliquid mihi confert, potissimè ad petitionem meam intelligitur, si sim idoneus. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. & allegecum dicit, quod si Papa excommunicatum salutat, eo ipso videtur absoluere, dico verum est, si sciat pro certo, & ex proposito hoc faciat quod non est hic, vt dixi. Item hoc est, quia charitas incipit à seipso. C. de serui. l. si præses. & ideò, quia ipsum concernit, quia alias poterat participando cum illo, &c. Item potest vtilitatem habere ex gratia de iure cōmuni, vt dixi.

† Postea

25 † Postea allegat de minoribus prælatis, qui videntur dispensare quandoque ipso facto. de cler. coniu. capi. diuersis fallacijs. cum alijs simili. iam responsum est suprà. quia verum est secundum Innocent. si causæ cognitio præcedat. extra de fili. presbyter. cap. veniens. Item dico: vt suprà, quod in illis aliàs vtilitatem habere non poterat, hic autem sic. Cùm dicit postea, patet de dispensatione per producta, quia in dispensatione dicitur, quod perindè habeatur, ac si in prioribus literis, &c. Nec obstat, vt dicit, quòd continetur. quòd per hoc non fit præiudicium illis, quibus ius est quæsitum in re, vel ad rem, cum domin. H. ius non poterat quæri, quia gratia domini B. præcedebat de magno tempore. istud nihil est: quia licet præcedat gratia: tamen ex quo tunc non erat dispensatum, & persona erat inhabilis, non potuit impedire, quin domino B. possit quæri ius: sicut electio, quæ nulla est, non impedit secundam, vt extrà de electi. auditis. ff. de verborum obligatio. l. si dari. de lega. 1. l. si seruus. ad Tertullia. l. 2. §. alij. in fin. id tamen dicit obstare, quoties rem haberet, vnde negocium matris alijs noceat. Nec valet, quod dicitur, quod manus infrà mensem fuerunt ligatæ: quia ex inutili gra
† tia manus ligari nequeunt, prout dixi. † Non valet, quod dicit, quod non potest deberi dom. H. quia non habet præbendam: quia hoc fuit obiectum in appellatione malè. quare super hoc non sunt audiendi. postea dicitur, quod appellatio non valuit, cùm habuit certam, & limitatam formam, quam non licet transgredi. iam solutum est, quod saltem valet, si ratificauit in præiudicium ratificantis, quod additur postea, quod non potest ratificari: quia oportet, quod mandatum præcedat, hoc fortè non est verum. & licet esset sine præiudicio, valet in præiudicium ratificantis: vt suprà plenè probatur, & Doct. tenent. ad l. bonorum. quam allegant, respondendum est, vt suprà.
25 † Item cùm dicitur, quod pars nostra fatetur eum minorem vndecim annis, sed in beneficialibus non potest per se agere, ergò, nec prouocare extra iudicium: cum istæ appellationes sint prouocationes ad causam. Respondeo (supposito facto, vt ponunt, quia nescio si verum ponunt) & dico, quòd præsumi debet, quòd procuratorium sit factum cum solennitate debita. ff. de ver. ob. l. sciendum. Item aliud est appellare extra iudicium, aliud in iudiciũ agere, secundum nota. in capit. cordi. extrà de appellat. & capit. statuimus. de elect. libro 6. Item procurator appellat, & tamen non agit causam: vt C. de procurat. in. uitus. & de appell. si actor. cum dicitur postea, quod positionibus debet respondere saltem ad famam, & spoliationem, dicendũ est, quod non est verũ, vbi appellatũ est, & malè, vt est in casu nostro. & hoc est, &c.

ADDITIO RAINALDI
Corsi.

a ¶ Posit inducere. *Matris dictum inducit solam præsumptionem circa ætatem filij. Et circa probationem ætatis vide multa bona in tractatu præsumptionum do. Alcia. magistri mei Reg. 2. Præsump. 14.*

b ¶ Plusquam alij. *In hoc aduertendum, quod probatio, quæ fit ex aspectu, licet non concludit tamen onus probandi transfert in aduersarium, vt Docto. notant in l. hic allegatis. Alcia. vbi suprà. num. 4.*

c ¶ Ex certa scientia. *Principi cõtra ius dispensanti necesse est vel id palàm exprimere, vel apponere clausulã ex certa scientia, & de clausula ex certa scientia agit Ioann. de Ana. consi. 94. in vlt. col. 1 as. in consi. 144. col. 3. vol. 2. Vide, quæ annotaui suprà in consi. 157. num. 13.*

De Iudęis. & de adulterijs.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus carnaliter Christianam cognoscens debet puniri extraordinariè: tamen isti Iudæo fuerunt incisa virilia. & numer. sequent.*

CONSILIVM CCCXXXIII.

1 2 QVALITER † puniatur Iudęus cognoscens *a* carnaliter Christianam? fateri quidem oportet prohibitum esse Iudęum Christianę coniungi. quia cùm matrimonium sit communicatio diuini iuris. ff. de ritu nupt. l. 1. de crim. expi. hæ. aduersus. hoc casu, cum non sit, constat matrimonium non esse. 27. quæsti. 1. caue. & talis contrahens, tanquam adulter puniretur. C. de Iudę. Ne quis Christianam, sed de alia commixtione Iudæi cum Christiana, licet sit prohibita extra non occurrit ius expressum dicens eum tanquam adulterum
2 puniri. † Etsi fortè diceretur arguendo, quod si puniretur talis commixtio sub velamine matrimonij commissa: vt suprà dictum est, fortius sine velamine tali: vt ff. de adulter. si adulterium cum incestu. Sed hæc multum non cogit. Primò, quia commixtionem illicitam committit, & matrimonij sacramento iniuriam facit. C. ne sanctum Bap. rei l. 1. secus si solum coitus concupiscentiam facit. in Authent. de restit. & ea, quæ parit. §. vnum, si quidem, & qui mo. na. effi. sui in princip. & hoc intelligo cessantibus alijs circumstantijs, quæ ad hanc commixtionem alterius peccati deteriorationem adijciunt: vt de raptu. stupro, & incestu. tunc enim oportet ex alterius criminis adiectione grauius puniri. l. 1. de rap. vir. hæc autem cessant in accessu ad mulierem. de iniuri. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ideò non est talis, vt adulter, puniendus capitaliter. C. de adul.
3 quæ adulterium, vbi not. † Non dico tamen, quòd hæc fœda commixtiò ciuiliter ad arbitrium iudicantis non sit aliqualiter punienda. ff. de effracto. l. 1. §. expillatores. & quòd confessus est tortus, & non quæstioni positus, non videtur ei obesse, quia de vulgaribus tantum confessus est: & quia nullis indicijs præcedentibus confessus fuit, & contra priuilegium concessum Hebræis per Reginam M. vnde, quod dixit, religionem iudicantis non instruxit. ff. de quæstio. diuus. vbi no. Aduertat tamen dominus Iudex: quia non seueritate gloria affectanda, sed in leuioribus promptus ad leuitatem Iudex esse debet, & in grauioribus. seueritatem legis debet cum aliquo temperamento benignè prosequi.

¶ Ego Oldrad. prædicta scripsi, & sigillum apposui. sed do. R. de Apulea, & d. Ant. de cruce, qui tunc præerant in officio iudicatus Auinion. dictum Iudæum in amissione virilium condemnauerunt, cuius nomen erat Pandonus, & ego vidi virilia incisa ante Palatium.

ADDITIO ANTIQVA CVM
Rainaldo Corso.

a ¶ Iudæus cognoscens. *Iudæus cognoscens carnaliter Christianam, qua pœna puniri debeat. latè tradit d. Phil. Corn. consi. 114. incip. licet primo aspectu. in primo volum. Et quid si Iudæus faciat aliquid in contemptum fidei Christianæ, ad quem pertineat cognitio, & punitio: vide omninò dom. Guid. Papæ in quæst. 63. incip. fuit coram me.*

* * *Christianus verò econtra cognoscens Iudæam, vel Sarracenam, qua pœna debeat plecti. vide Bonif. de malef. sub tit. de raptorib. in fin. Qui tenet (sub dubio tamen) plectendum esse capitali pœna, sicut Sodomitæ, & ij, qui cum brutis nefariè coeunt. Item generaliter in materia Iudæi delinquentis adde consil. suprà 36. & quæ ibi nota. Paul. Grill. de pœnis omnifariam coitus. quæst. 12. in tertio tomo tract. ad defen. sub Rubrica Homicida, quibus ex cau. &c. num. 129. & seq. vbi concludit stari consuetudini loci. Vide etiam Boss. de coitu damna. & plurib. col. 3. in fi.*

Pro priore sancti Stephani officiali Papæ.

ADdeclarationẽ extrauagantis cum Mattheus, quæ licet sit Ioannis 22. non tamen est inter suas extrauagantes, sed est inter extrauagantes communes, sub titulo de hæreticis. c. 3. & hoc intendit in summa. Inquisitores hæreticæ prauitatis censuras eccclesiasticas fulminare non possunt in officiales, & nuncios sedis Apostolicæ sine ipsius licentia speciali, sed de eorum excessibus informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CVM Matthæus de Pontiano ordinis prędicatorum inquisitor hęreticę prauitatis in regno Siciliæ deputatus friuola occasione quæsita, ac natura, & Apostolicæ sedis reuerentia & honore postpositis in dilectum filium Magistrum Guli. de Balacto Archidiaconum Foroiulien-sem Capellanum nostrum campaniæ maritimæqúe Rectorem excommunicationis sententiam inconsultis motibus, non sine multa temeritate duxerit proferendã. Nos volentes de cætero talium prędsumptionibus obuiare. Vniuersis, & singulis tàm ordinarijs, quàm delegatis iudicibus, & inquisitoribus prauitatis eiusdem, & alijs vniuersis, & singulis quacunque authoritate funguntur authoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus expresè ne contra nos, & Apostolicæ sedis officiales vel nuncios, aut ipsorum aliquem quauis occasione vel causa absque nostra dictæ sedis licentia speciali per eiusdem sedis literas concedenda plenam facientes tenore præsentium mentionem procedere quoquo modo præsumant aut in eos vel ipsorum aliquem excommunicationis, vel suspensionis, vel quasuis aliàs sententias promulgare: nos enim ex nunc decernimus irritum, & inane, quicquid contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi contigerit attentari. Volumus tamẽ quod ordinarij, & inquisitores prędicti super his, quę negocium tangunt fidei, alij verò super alijs quę rem tangunt aliàs publicam & priuatam. & siue ordinarij siue delegati fuerint quacunque authoritate prout posset aliàs ad eorum officium pertinere, si quid per officiales vel nuncios ipsos indebite forsan attentatũ extiterit se pleniùs informare: ideoq; nobis significare studeant, vt prouidere superhoc de opportuno remedio valeamus. nulli ergò hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, mandati, constitutionis, & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorũ eius se nouerit incursurum. Data Auinio 12. Kalen. Ianuar. pontificatus nostri anno 6,

CONSILIVM.

In Dei nomine Amen.

FACTVM super quo iuris consilium quæritur tale est: videlicet. Dudum sanctissimus in Christo pater dominus noster dominus Ioannes Papa 22. per suam constitutionem disposuit in hęc verba. videlicet. cum Mattheus de Pontiano ordin. prædicatorum inquisitor hæreticæ prauitatis friuola occasione quæsita, &c. vt suprà in proxima constitutione. Ac etiam postmodum sanctissimus Papa in Christo Pater & Do. do. Clemens diuina prouidentia Papa. 4. per suas apostolicas literas suo datis Viterbij. 2. Non. Iulij pontificatus sui anno tertio. Percepto Episcopum Florentinum & Fesulanen. & aliquas Ecclesias ciuitatis & diœce. floren. in procurationibus legatorum & nunciorum Apostolicæ sedis exhibendis interdum plus debito aggrauari & volens super hoc de opportuno remedio prouidere, Abbati monasterij Vallis Vmbrosæ Fesulan. diœcesis & priori sancti Stephani ad pontem Floren. & Magistro Albertino præposito Ecclesiæ Fesulanen. per Apostolica scripta mandauit quatenus eundem Florentinum, & Fesulan. Episcopos nec non cleros earundem ciuitatum & diœcesi. & eorum quemlibet ad exhibendum procurationes ipsas pensatis facultatibus singulorum monitione præmissa authoritate Apostolica per se vel alium seu alios appellatione postposita compellerent cum clausula illa quod si non omnes his exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nihilominus exequantur, vt prædicta & alia latiùs patent in prædictis literis Apostolicis. ¶ Exprædictis quæritur an prædicti Abbas Vallis Vmbrosæ & prior sancti Stephani iudices delegati & executores prædicti tanquam officiales Papæ & sedis apostolicę gaudeant, & gaudere debeant, & possint dictis priuilegijs, & immunitatibus & fauoribus concessis officialibus & nuncijs domini Papæ & sedis Apostolicæ per dictam constitutionem, & extrauagantem dom. Ioan. Papæ. 22. prædicti. Et dicendum est, quod ipsi Abbas & prior qui erant sunt & erunt pro tempore gaudeant gaudere possint & debeant prædictis priuilegijs, & fauoribus dictæ constitutionis extrauagantis, & ad hæc mouent inter cætera in effectu pogantis, & ad hæc mouent inter cætera in effectu potissimè: quia ipsi Abbas & Prior & eorum quilibet fuerunt, & sunt & erunt perpetuis temporibus iudices domini Papæ, & sedis Apostolicæ ad compellendum præfatos Episcopos Floren. & Fesulan. necnel cleros earundem ciuitatũ & diœce. & eorum quemlibet ad exhibendum procurationes prædictas pensatis facultatibus singulorum, vt patet ex prædicto tenore literarum apostolicarum Clementis Papæ 4. Circa quæ pro declaratione prædictorũ tria sunt attendenda. Primò nunquid commissio duret perpetuo. Secundò an prędicti Abbas & Prior sint officiales do. Papę & sedis apostolicę. Tertiò an dicta priuilegia & immunitates competant omnib. abbatib. & Prioribus prędsentibus & futuris nec alias per sedem apostolicam reuocentur. Et ad primum dicendum est, quod perpetuo durat dicta commissio, quę facta fuit dignitatibus non personis. 16. quæstio. 1. hinc etiam. 25. quæst. 2. & 2. ff. de immunit. l. 4. & extrà de constit. cum venissent. Sine temporis præfixione, vt patet ex tenore ipsius. Item patet ex ipso tenore quod ratione materiæ

mãteriæ tam ex verbis quàm ex mente fuit ipsa commissio perpetua, & quod ex verbis fuerit perpetua patet ipsius causa impulsiua. Nam ibi dicitur, quòd Episcopi & Clerici prædicti aliquando plus debito aggrauabantur, non ergo retulit se ad certa grauamina, quibus de præsenti duntaxat per dictam constitutionem voluit prouideri, sed quia præcesserat culpa. extra de senten. excom. Romana. † Circa negligentiam ordinariorum voluit prouidere, & ipsorum negligentiam supplere, & ob hoc dictos officiales dedit, vt quoties casus exigendarum procurationum pro nuncijs Apostolicis eueniret ipsi æquiualente, ac matura distributione cogerent prædictos Episcopos, & Clericos soluere prædictas procurationes, & hoc satis innuit verbum, & interdum, ibi positum, quod idem importat, quod aliquando, & verbum aggrauari, quod est latum, & indifinitum, tam ad prẽterita, quàm ad futura se extendens, & non dixit aggrauatos de præterito & generaliter dictum est. & generaliter intelligendum. extra de coniu. lepro. c. 1. ex mente etiam, hoc patet: quia materia talis est, quæ habet continuam causam: quia ex cura pastoralis officij, quam dominus Papa gerit, per vniuersum orbem opus est continuis temporibus nuncios suos huc & illuc trãsmittere, qui de antiquo more per Episcopos & Cleros, quorum res agitur, sunt idoneæ procurandi. extra de sen. excom. cum voluntate. itaque semper subest causa prouisionis, & compulsionis dictæ, nec sufficit hoc semel fecisse, cùm semper hoc occurrat, & reperiatur, & facultates aliquo modo superexcrescant. extra de consti. cum omnes. & de verb. sig. c. fine. Vnde quæ isto anno plus debet alio minus, & fortè nihil debebit. de rest. spo. c. olim. & c. frequens. eod. tit. in 6. prout infelix aut prospera fortuna attulerit. & sic per vnicam prouisionẽ ipsorum officialium voluntati, & menti Papæ satisfieri non posset. & verba cum effectu sunt intelligenda, vt de cle. non resi. tuæ. & c. relatum. durat ergo, & ipse sic semper casu adueniente æqua distributione iuxta facultatum quantitatem cogant huiusmodi procurationes debite persolui, & eorum iurisdictio perpetua fuit, & est per exercitium eorum officij. de offic. dele. gratum. & c. relatum. cum simil. & sunt in possessione dicti eorum officij. & sic exercent, & eis per omnes paretur: & sic vsus has literas interpretatus est per longa spacia, & vsus literas interpretatur. extra de consanguinitate & affin. quod dilecto. cum ibi notatis. ¶† Ad secundum dicendum est, quod prædicti Abbas & Prior: & eorum vterq; vigore dictarum literarum fuerunt, & sunt officiales Papæ, & sedis Apostolicæ: quia is dicitur officialis alicuius, qui circa aliqua negocia vices eius gerit. & secundum hoc dicemus Vicarium Episcopi, eius officialem. & de hoc multi Doctores videntur inter vicarium & officialem Episcopi non facere differentiam. Vnde Archi. & Ioan. And. dicunt, quòd in officialẽ Episcopi trãsit quod habetur de hæreticis. cum officij. in fin. lib. 6. & c. commissi. & c. vlt. eod. lib. & tit. & tamen illa iura non loquuntur de officiali, & de vicario quasi sit vnum officium habens diuersa nomina. Ioan. Andr. tamen eod. tit. c. vlti. dicit, quòd vicarij & officiales sunt diuersi alleg. de temp. ord. c. 3. §. 2. & 3. lib. 6. quicquid tamen sit constat ipsum officialem dici, qui gerit vices alicuius, qui sic dicitur ab officio sibi commisso. extra de offic. Archid. in rubro & nigro. ac prædicti vices Papæ gerunt in prædictis. quod patet ex tenore ipsarum literarum: ibi authoritate Apostolica: quia omnia nostra facimus, quibus authoritatem impartimur. extra de præben. hi qui. libr. 6. & ibi appellatione postposita. & est hoc potissimè verum, quando vices seu authoritas cõmissa est circa facta, quę ad ipsum Papam spectant, vt in casu nostro: quia circa procurationes, quæ debentur nuncijs Papæ. hoc dico: quia commissio fit aliquando pro factis aliorum: vt quando committit Papa causam authoritate Apostolica decedendã inter partes: quo casu non videntur tales gaudere hoc priuilegio: & nec vsus interpretatus est: sed in casu nostro non est dubium ratione prædicta. & ex hoc est sunt officiales Apostolicæ sedis: quia officium versatur circa ea, quę respiciunt honorem, & officium dictæ sedis potius quàm Papæ personam. Nuncij enim mittuntur occasione officij, & pro negotijs sedis Apostolicæ. & facit ad prædicta quod notat Paulus Bononiensis, in decretali studuisti. de offi. leg: super glos. quæ quærit an delegatus Papæ, qui in causa sibi commissa specialiter per Papam maior est ordinario posit mandare legato de latere, vt suam sententiam exequatur, & tenet, quòd sic. sed quærit nunquid in eum animaduertere possit, si non pareat. dicit Paulus expeditum esse per prædictam extrauagente cum Matthæus. quod non: quia ipse legatus officialis est Papę, & sic contra eum procedi non potest, sine speciali licentia Papæ. idem ergo in proposito: & hoc est, videre in collectoribus Apostolicis, qui indifferenter vtuntur hoc priuilegio, & officiales Papæ debentur: tamen inter eos, & istos, quantum ad materiam, & quantum ad officium nulla est differentia: nisi, quia illi in pluribus diœcesibus, seu locis habent iurisdictionem: isti in duabus: scilicet Florens. & Fesulan. sed multitudo locorum facit eos maiores officiales, sed non plus officiales: quia quilibet ad plenum officialis est, ex quo in negotijs Papæ, & sedis Apostolicæ, vices Apostolicas gerunt. facit extra de appel. c. 3.

3 ¶† Ad tertium dicendum, quòd prædictis Abbati, & Priori, & eorum successoribus in perpetuum competit, prædictum officium, & prædictum priuilegiũ. ratio est, quia prædicta commissio fit eisdem per prędictas literas proprijs nominibus non expressis: & sic dignitati non personis facta esse intelligitur: quo casu commissio transit ad successores, & non expirat per mortem prælati. extra de offic. deleg. quoniam Abbas, cum ibi notatis. Ex quibus tribus sic examinatis clarè infertur, & concluditur prædictos Abbatem, & Priorem, & eorum successores in perpetuum gaudere priuilegijs, & indulgentijs concessis per dictum dominum Papam Ioannem vigesimum secundum per dictam constitutionem seu extrauagantem cum Matthæus. & si contra eosdem vel eorum alterum aliqua occasione ratione vel causa absque sedis Apostolicæ licentia speciali per aliquem iudicem ordinarium vel delegatum quoquo modo procedi, aut in eos vel eorum aliquem excommunicationis vel suspensionis seu cuiusuis alias sententias promulgari: & quod quicquid in contrarium fieri contigerit, est nullum & irritum ipso iure etiam exceptione nõ proposita propter decretum Papæ, quòd ligat etiam ignorantes. & si quis in contrarium attentauerit, esset per superiorẽ grauiter puniendus, extra de maio. & obedien. si quis venerit. fundatur autem dictum Apostolicum priuilegium magna æquitate, vt ipsi officiales, & in casu prædicto prædicti Abbas, & prior possint dictum suũ officium liberè exercere, & absq; metu cleri, & maximè Episcoporũ & sui capituli, quorum metus iustus est, & potest cadere ad constantem virũ. extra de rescrip. statutum. §. cùm autẽ. & sufficit ita scriptum esse, ff. qui & à quibus. in l. prospexit.

¶Ego Lapus de Castiglioncho decretorum Doctor requisitus à prædicto domino Priore sancti Stephani dico & consulo iuris esse, vt superius scriptum est. ideoque mea propria manu subscripsi & sigillum meum apposui consuetum.

¶Ego Iacobus de Fulchis de Florentia doctoratus in iure Canonico à præfato domino Priore requisitus vnà cum supradictis domino Lapo de Castiglioncho, & infrascriptis Doctoribus dico, & consulo, vt superius scriptum est esse de iure. Et ideo manu mea propria subscripsi, & sigillum, quo in præsenti vtor, apposui.

¶Ego Cynus domini Marchi de Thebaldis in Pistorio decretorum Doctor actu legens in studio Florent. requisitus à prædicto domino priore dico & consulo iuris esse, vt superius est scriptum. Et ideo mea propria manu subscripsi, & sigillum, quo nunc vtor, apposui.

¶Ego Guido de Boncian. de Florentia decretorum Doctor à supradicto domino Priore de supradicto puncto siue quæstione requisitus dico, & consulo esse iuris, vt superius continetur & scriptum est. Ideoq; propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui.

¶Ego Ristorus de Canigranis de Floren. decretorum Doctor requisitus à prælibato domino Priore S. Stephani dico, & consulo iuris esse, quod superius scriptum est, & consultum. Ideoq; mea propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui consuetum.

¶Ego Nicolaus Lemij Neldi de Floren. archipresbyter de Collegio decretorum Doctor à supradicto Priore requisitus dico, & consulo iuris esse quod superius scriptum est, & consultum. Ideoq; mea propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui.

¶Ego Ioannes de Lignano prædicta esse dico, de iure vera & propria manu subscripsi & sigillaui.

Concilia Excellentissimi I. V. D. Domini Oldradi de Ponte de Laude, cum Expunctionibus, Restitutionibus, Castigationibus, & nouis Additionibus Domini Raynaldi Corsi fœliciter expliciunt.

INDEX,

IN QVO OMNIA PRINCIPALIA NOTATV DIGNA IN CONSILIIS ET QVAESTIONIBVS DOMINI OLDRADI

compræhensa serie Alphabetica ita ordinata sunt, vt & facilitas inueniendi in eo adsit, & collatione cum alijs facta, restituta multa cognoscantur.

ABBAS *qui iurauit non creare Monachos sine cõsensu' cuiusdam Prælati, non sui ad mandatum Episcopi, potest eos creare sine labe periurij. in cons.97. nu.1. cum pluribus seq.* fol. 47

Abbas Cluniacen. est vnum caput tantum in ordine, & competit ei visitare subditos mediatos, & immediatos. in cons.204. num.1. cum seq. 105

¶*Actione iniuriarum quis tenetur de verbo iniurioso, quod tamen verum est, si dicatur in iudicio vel extra animo iniuriandi. in cons.53. num.1. cum seq.* 23

¶*Acceptans Ecclesiam viuentis, probans, quòd communis fama erat ipsum esse mortuum, excusatur propter hoc. Itẽ probans alium tertium potius habere ius in beneficio, excusatur à consumptione gratiæ, etiam si nõ expectet sententiam. Item quando dies ad acceptandum apponitur cum decreto irritante, ligantur manus ordinarij infra illum terminum, secus si non apponitur dies. Item an tunc ligentur alterius executoris. Item quando potest quis dare de iure tertij. Item ea, quæ ponuntur ad diminuendum tollendum vel ad addendum non restringunt præcedentia. Idem dicitur cum tribus sequentibus, vbi additur de decreto irritante, an operetur si non vult vti ille, in cuius fauorem apponitur. in consil. 304. nume. 7. 8. 9. & 10.* 179

¶*Administrator datus in spiritualibus, vacante Ecclesia, potest conferre beneficia vacantia. in cons.208. nu.3.* 108

¶*Alchimista non peccat, nec est alchimia ars prohibita. in cons.74. nu.1. per totum cons.* 35

¶*Allegationes, quibus excusatur electus per viam compromissi, verbis pluralis numeri, si pronuncians se correxit statim, & pronunciauit in singulari numero. in cons.183. num.18. cum seq.* 94

¶*Appellatio interposita extraiudicialiter per eum, qui non est legitimus procurator in beneficialibus non deuoluit causam ad curiam, nec habetur rata per dominum, qui non constituit eum in cons.330. nume. 1. cum pluribus sequent.* 199

De appellante secundum c. vt circa. & de ratihabitione. & num.18. in cons.326. nu.17. cum seq. 196

Cùm appellatur à certo grauamine, quod potest colligi ex actis, per hoc venit præceptum factum per iudicem. in cõsil.301. nu.3. & seq. 176

Appellatio interposita extra iudicium per non habentem mandatum, an valeat. in cons 331. nu.6.7. & 8. 200

De multiplici termino appellationis, & an quolibet ipsorum lapso dicetur appellatio deserta, & an appellatus potest prosequi appellationem inuito appellante. Item propter quod impedimentum appellantis non currant sibi fatalia primum & secundum, & quantum datur sibi tempore lapsorum fatalium. in cons.60. nu.1. cum seq. 26

Item de negligentia appellantis, & quomodo probatur impedimentum, à quo tempore incipiat currere primum fatale appellationis. in cons.60. nu.1. cum seq. ibid.

Si appellatur de prouisione, & Episcopus assignat terminum ad prosequendum, est recessum à prouisione. c. statuimus. de elect. lib.6. in cons.2. nu.1. 2

Appellatio deseritur per lapsum termini dati ab homine ad protestandum vel impetrandum. in cons.314. nu.1. 186

Appellans necesse habet iudicem, ad quem appellat in apellatione exprimere, etiam si vnus tantùm iudex erat, qui poterat appellari. ibid.

Simpliciter substitutus ab eo, qui mandatum habebat ad appellandum & prosequendũ, videtur substitutus ad viam, quam habebat substituens in mandatis. ibid. 186

Licet à prouisione Ecclesiæ vnus cuius interest non appellet, sed pro parte alterius, cuius etiam interest, appelletur ad curiam, cuius appellationi alter non adhæsit, tamen si feratur sententia contra appellantem, & iterum appellet, tunc ille, cuius interest, potest propter suum interesse venire, secus si sententia transiuit in rem iudicatam. cum plurib. seq. in cons.255. nu.1. cum plu. seq. 143

Appellans, qui in electione fuit contemptus, non tenetur ad obseruantiam. c. vt circa. in cons.188. nu.1. cum seq. 97

Appellatione pendente, si detur diffinitiua sententia, & non appelletur ab ea, non transit in rem iudicatam. in consi. 301. nu.5. 176

Appellans ab vno actu quando sit citandus ad sententiam vel alios actus. in cons.12. nu.2. 5

Appellans quis propter prouisionem factam in ecclesia, & capitulum vult prosequi obiectus etiam cõtra prouisum, præfertur capitulum illi appellanti, & obijcientes crimina vel defectus habentur loco accusatorum. in consil. 313. nu.1. cum nu. seq. per totum cons. 184

Appellans secundum formam. c. vt circa. de elect. lib.6. debet iurare se credere obiectus per se oppositos esse veros, & se posse probare, & si non iurat ista duo coniunctim. in consil. 304. nu.3. 178

Appellatio facta per non procuratorem, potest ratificari per dominum infra decem dies à tempore scientiæ. in consil. 130. nu.8. & nu.12. 63

Si appelletur in casu c. si beneficia. de præb. lib. 6. deuolutio ad curiam locum non habet ex beneficio. c. statuimus. de elect. lib.6. in cons.275. nu.1. 161

Item quæ requirantur ad hoc, vt habeat locum d. c. statuimus. & d. c. si beneficia. ibid.

Factum appellatione pendente an valeat. in consil. 295. numero 5. 173

In adhærente appellationi alterius locum habet. c. vt circa. quid sit adhæsio, & adhæsio probatur, si eum appellante in eodem instrumento procuratorem constituit adhærens, maximè ante appellationem. in consil. 290. nume. 1. cum sequen. 169

Item probatur si procurator adhærentis dixerit in iudicio, quod principalis appellauit, &c. & quæ requiruntur in adhæsione. ibid.

¶*Articuli concludentes, maximè circa renunciationem simoniacè factam in fraudem debent admitti. in cons. 324. num.8.* 192

Admittitur articulus generalis concludens subiectionem superioris, id est, Papæ, etiam si non exprimatur Papa. in consil. 154. nu.1. cum seq. 140. & 141

Articuli continentes factum à iure dependens procedunt. in consil. 279. num.1. 163

Articuli negatiui, qui possunt probari, benè admittuntur. ibid. & num.2.

Articuli debent comprehendere factum, quod possit capi sensu hominis. ibid. nu. 3.
Articuli debent continere locum & tempus mensuratum. ibid. num. 4.
Articuli procedunt, si testis videatur ex articulis capere nomen iudicantis. ibid.
Item, qualiter articuletur iurisdictio. ibid. & nu. seq.
Articulus, quòd Papa fecit dispensationem ipso facto concedendo gratiam mixori, non est admittendus, per maximè si fecit gratiam contra Concilium generale, non videtur tollere, nisi faciat mentionem de eo expresè. in consi. 326. num. 4. 194
Articulus ille dicitur propriè de iure dantis, qui directè canonizat titulum suum, & quo deficiente, etiam sine aliquo contradictore canonice beneficium obtinere non posset, & sunt quatuor, scilicet, personæ habilitas, conferentis potestas, modi congruitas, & rei collatæ deducibilitas, quamuis aliàs dicitur articulus obiectiuus, & interest Ecclesiæ: tamen non possunt allegare, nisi illi, quorum interest, puta clerici Ecclesiæ, vel parochiani, extranei verò non potest, etiam si possideat. in consi. 170. num. primo, cum plurib. seq. 83. & 84
Articulus concernens ius & substantiam alicuius iuris principalis dicitur de iure partis, sed si concernit ius alterius, dicitur impugnatiuus. in consi. 116. nu. primo. cum seq. 55
Articuli non releuantes non debent admitti, imò eos ponens debet condemnari in expensis. consi. 316. nu. primo. 187
Et quid sit causa, & articulus impertinens, cum num. sequen. ibid.
Articuli in materia obiectiua, vel criminosa, si dati sunt in termino ad articulandum penitus inutiles, non possunt in termino ad declarandum declarari. Item, quid sit articulus. in consi. 167. num. 1. & 3. 82
Articulanti probare obitum possessoris, licet non probet vbi mortuus est, & ea, quæ veniunt in replicatione, non debet excipiens articulare, nec probare. in consil. 229. num. primo, cum seq. 126
Item satis est articulanti probare, quod tempore vacationis beneficij erat certi valoris comprehensi sub gratia, licet tempore datæ esset maioris valoris. ibid.
Et si dico in articulis, gratiam tuã esse cõsumptam in certo beneficio, quod possidet alius vt verus Rector, non dicor contrarius, quia possibile est, quod tu habuisti & dimisisti illis, verus tamen Rector poteris saluari quoad similitudinem & apparentiam, licet non quoad veritatis existentiam. ibid. num. 5.
Articulari quomodo debeat exemptio ex præscriptione vel consuetudine: vel quomodo articuletur subiectio vel correctio Episcopi in clericis cathedralis Ecclesiæ. Et quomodo impugnentur impertinentes articuli circa prædicta. in consi. 244. num. primo. 133
Articuli dati post terminum non debent admitti. ibid.
Articulus qualis debeat esse, & quid si articuli videãtur esse contrarij, quid agere debeat iudex. in consil. 285. nume. 1. cum seq. 165
Articuli primi in causa appellationis possunt reuocari. ibid.
¶ Arbitri dictum non reducitur ad arbitrium boni viri. in consi. 156. nu. 2. 76. & 78
Et vbi dolus ex proposito, vel re ipsa apparet in arbitramento, non obligat pactum, nec iuramentum de stando eius arbitrio, & de non reducendo ad arbitrium boni viri. ibi. num. 3. & 4.
Item non est necesse notificare reductionem ad arbitriũ boni viri infra triginta dies, sed sicut in officio iudicis non est terminus statutus, sic nec in ista reductione. ibid. nu. 5.
Arbitri plures vbi sunt electi à partibus, tunc valet pronunciatio plurium, quando omnes pronunciant, vel maior pars præsente minore, & sine causa nolente pronunciare, aliàs secus. in consil. 42. num. primo, cum sequen. per totum cons. 18
¶ Archidiaconus quando vendit fructus sui Archidiaconatus, vel locat illud, quod consueuit sibi dari in suo iocundo aduentu, non cedit emptori vel conductori. in consil. 129. num primo, per totum cons. 62
¶ Attentata qualiter lite pendente, vel post prohibitionem iudicis veniant reuocanda. in cons. 206. nu. primo. 106

B.

Bellum licitum est contra Saracenos Hispaniæ, etiam si velint viuere in pace, quia eorum terras possederunt Christiani. Item, Papa potest indicere vel imponere decimam pro tam pio opere. Et quod dominium terrarum hodie non sit apud eos, & vnde venerunt Saraceni. in cons. 72. num. primo, cum seq. 32. & 33
Bellum si sit iustum, Christianus potest sine peccato ad defensionem suam vti auxilio infidelium pro parte sua. in cons. 71. nu. primo, cum seq. per tot. cons. 32
¶ Beneficium si quis impetrat vsque ad certam summam, in summa non computantur distributiones quotidianæ. in consil. 118. num. primo, cum seq. 56
Beneficium si plures sunt expectantes, quod infra mensem quisq; eorum duxerit acceptãdum, & vacat beneficium, si sunt impares, quilibet habet vnum mensem, itaq; primus habet primus, & secundus habet secundum, si primus primum non acceptat. in cõs. 137. nu. primo, cum sequen. per tot. consi. 67
Beneficium semel acceptans non sibi debitum, potest acceptare aliud sibi debitum. in cons. 307. nu. 1. cum seq. 181
Beneficia Ecclesiæ cathedralis non includuntur in gratia impetrantis ad collationem Episcopi & Capituli. in consil. 185. nu. primo, cum seq. 96
Beneficium impetratum, si tempore impetrationis excedat summam, sed tempore vacationis non excedat, debetur impetranti. in cons. 58. nu. primo, cum seq. 25
Beneficia Abbatis vacant post adeptam possessionem ante benedictionem. in consil. 14. nu. primo. 6
¶ Brachium seculare, an & quando possit inuocari, & per quem. in consil. 89. nu. primo, cum seq. 40
Brachium seculare potest inuocare delegatus, sicut ordinarius. in cons. 319. nu. 5. 189
¶ Bona de iure scripto regulariter non confiscantur, sed ex consuetudine hoc habetur. in cons. 17. nu. 7. 8
Bona condemnati non applicantur Episcopo, licet quis forum sortiatur penes Episcopum, & Episcopus ipsum condemnet, sed domino temporali applicantur. ibid. nu. 22. 10

C.

Canonicus in studio an de licentia Episcopi possit habere fructus. in consi. 220. num. 1. cum seq. 114
Canonicus singularis appellans contra impetrantem debet habere expensas ab Ecclesia, si constat factas fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, aliàs non. in cons. 38. nu. 1. & 2. 17
Canonicorum absentium vocatio, in quibus casibus debeat fieri, & in quibus valet actus, etiam si non vocentur, & in quibus non valet. in consil. 259. num. 3. cum pluribus sequent. 149
¶ Capitulum si citatur ad certum diem ad electionem, minor pars non potest terminum prorogare. in consil. 122. num. primo, & seq. 58
Capitulum cùm constituit procuratorem, non est necesse exprimi nomina Canonicorum, quando constitutio sonat in nomen collectiuum, puta, quia in eo dicitur, quòd Capitulũ constituit procuratorẽ: secus si per nomina singularia, puta Canonici, &c. in cõs. 100. nu. 1. cũ plu. seq. 48
¶ Cardinales à quo tempore citra fuerunt. in cõs. 63. n. 1. 28
Cardinalis in absentia suorum beneficiorum fructus sine aliquo priuilegio debet de iure recipere, & habere. in cons. 48. nu. 1. & seq. per totum cons. 21

¶ Castrum

Castrum in feudum recognoscens se tenere ab aliquo, videtur recognoscere territorium, & iurisdictionem territorij, & si concedat quis feudum hoc modo, sicut genitor meus tibi contulit, ita ego concedo, si est necesse ostendere concessionem. Et de perceptione regalium ratione castri. in consil. 121. nu. 1. cum seq. 57

Castrum cum quis vendit cum iuribus & pertinentijs suis, excepto mero & mixto imperio, quid per hæc verba videatur exceptum. in consil. 10. num. 1. cum sequen. per totum cons. 5

Castrum recipiens sub homagio à rege custodiendum, vt sibi restituat, licet fuerit excommunicatus à delegatis Papæ, vt restitueret Ecclesiæ, cuius castrum erat, non incurrit excommunicationem, eò, quia si contrarium fecisset, maximam ignominiam incurrisset propter homagiũ & iuramentum, & ante omnia debet absolui præstita cautione de standoiuri, non obstante cõtradictione partis aduerse, maximè si est senex. in consil. 93. num. 1. cum plurib. seq. 41. & 42

¶Causa præceps non est digna præmio. in consil. 42. nume. 2. 18

Causa attentatorum magis priuilegiata est, quàm interdictum, vnde vi, etiam quo ad probationem. in consil. 199. num. 1. & seq. 102

Causa recusationis Officialis, quando descendit ex persona sui superioris, non debet probari coram eo, sed coram arbitra. in cons. 301. nu. 3. & seq. 176

Causarum criminalium si duo cognitionem habent, & vnus solus executionem, potest erigere furcas. in cons. 6, num. 1. per totum consi. 3

Causa continentia quo casu diuidi possit. in cons. 17. nu. 11. 9

Causa quantò est proximior, tantò magis influit, maximè secundum Iuristas, qui proximam cuique rei potissimè causam attendunt. in cons. 25. num. 3. 13

Causa falsa, etiam impulsiua, si exprimitur in dispensatione Papæ, nulla est dispensatio, sed onus probandi falsitatem incumbit alleganti. Item si petens dispensationem in matrimonio cum consanguinea dicit ignorasse impedimentum, & probetur scientia, non valet dispensatio: sed asserens se contraxisse publicè in facie Ecclesiæ, licet non probet banna c. de clan. despon. cum inhibitione prælium esse, si tamen contraxit coram populo interuenientibus solennitatibus in Ecclesia, non dicitur subreptitie impetrasse. in consi. 256. nu. 1. cum seq. 144

Causa beneficialis in prima instantia an sit etiam beneficialis in causa appellationis. in cons. 320. nu. 6. 190

In causa electionis post peremptorium edictum veniens, & volens se opponere, non auditur. in consi. 3. nume. 1. cum pluribus seq. 2

¶Cautio de non veniendo contra diuisionem non præiudicat fideicommissario vniuersali. in cons. 107. nu. 9. 52

Cautio cum dicitur idonea, non sufficit hypotheca. in consil. 68. num. 1. 30

¶Citatio per edictum sufficit, quando nescitur, vbi sint Canonici, si proponitur in Ecclesia, vbi debet residere, & quod non requiruntur hæ citationes. in consi. 195. num. 2. cum seq. 100

Citatus à Papa personaliter non potest mittere procuratorem, & de alijs causis, ex quibus non admittitur procurator. cum seq. in consi. 298. num. 1. cum seq. 174

Citatio per edictum non arctat ignorantes, & cum gratia habebat, quod debeat prouidere idoneæ personæ, habens perpetuam vicariam, non dicitur quo ad hoc idonea persona. in consi. 233. num. 1. & nu. 2. 128

Citatio facta etiam per Imperatorem in loco non tuto, vel ad locum non tutum, vel si est inimicus citati, non arctat citatum, quia modum defensionis citati non tollit, nec Principi potest tollere talem modum citandi per nuncium, vel per literas, aut per edictum, sed quo ad iteratio-nem citationis sic, dummodò citatio perueniat ad notitiam citati, aliàs processus vel sententia non valet. in cõsil. 43. nu. 1. cum seq. vsque ad num. 7. 18. & 19.

¶Clausula generalis refertur ad ea, quæ sunt eiusdem generis, & non ad alia. in cons. 297. num. 5. 147

Clausula licet ponatur in gratia impetrantis, quod personaliter resideat, &c. tamen valet aliud beneficium obtinere postea non curatum, quod requirat residentiam, nec perdit primum curatum. in consil. 165. nu. 1. per totum consilium. 82

Clausula, anteferri, quando habeat locum. in consi. 223. nu. 1. cum seq. 115. & 116

Clausula, codicillaris, licet operetur, quòd venientes ab intestato restituant hæreditatem scripto hæredi detracta Trebellianica, quando propter defectum solẽnitatis esset testamentum nullum, & non ex defectu testantis, tamen quando filius praeteritur, hoc non habet locum quo ad partem suam. in consi. 171. nu. 18. 85

Clausula, si eum vita laudabilis esse repereris, differt ab illa, si prædictus clericus esset vita laudabilis, nam in primo casu inducitur conditio, in secundo non. in consi. 41. nu. 1. & 2. 18

Clausula, anteferri, posita in gratia scilicet, seu aliqui, &c. impetrauerint, &c. intelligitur quo ad impetrantes de præterito, & non de futuro: & dicta clausula est inducta ad tollendam subreptionem. in consil. 198. nume. 2. & sequen. 101

Clausula, anteferri, est odiosa & restringenda. ibid. nu. 3.

Clausula ad arctationem dispensationis apposita, non debet eam ampliare. in cons. 215. num. 4. 112

Clausula, anteferri, quid operetur. in cons. 136. nu. 66

Et de decreto irritante. ibidem.

¶Clauium traditione maximè armariorum monasterij facta à Rege alicui præceptori non acquiritur possessio hospitalis, & si acquireretur & spolietur, talis præceptor non debet restitui, qui vitiosè habuit: & quod authoritas Regis in similibus videtur metum adijcere. in consi. 209. num. 1. cum plurib. seq. 108. & 109

¶Clericus, qui tenebat in emphyteusim prædium à domino temporali, si cõdemnetur de hæresi, prædium applicatur domino temporali. in consi. 17. num. 1. cum seq. per totum consil. 8. & 9

Clericis Ecclesiæ quicquid obuenit propter obitus aliquorum parochianorum vel aliorum, non computantur in facultatibus Ecclesiæ, ideo impetrans in Ecclesia tali vnũ beneficium vel portionem, si suppetunt facultates Ecclesiæ, non obtinet probando illud, quod obuenit ex obitu parochianorum ipsis clericis, & si aliquis fuit receptus in tali Ecclesia, etiam vltra numerum post impetrationẽ istius, non obstat Ecclesiæ, quia fortè fuit receptus per errorem. in consi. 216. num. 1. 113

Item non prodest impetranti, quod post datam suæ literæ gratiosæ fuerunt aliqui mortui ex beneficiatis in eadem Ecclesia, quando à principio fuit subreptitia, & sic nulla. secus si fuisset annullanda. in consilio eodem. num. 3. & sequent. ibid.

¶Cohæres incidens in pœnam, non potest à cohærede pœnam petere. in consi. 242. num. 1. 131

¶Collationem non inducit sola traditio possessionis. in consi. 143. num. 4. 72

¶Commendatarius non censetur prælatus quoad extrauagantem iniunctæ. in consil. 179. num. 1. 81

¶Computantur triginta passus, infra quos gaudet Ecclesia immunitate per totum circuitum. in consil. 55. num. 1. per totum consil. 24

¶Compositio facta de controuersia super possessionibus non se extendit ad maleficia, ideo iudex habens merum & mixtum imperium, debet illa punire, vbi sunt commissa. in consi. 273. num. 1. 160

¶Concessum si est aliquid Titio, dum placuerit Sempronio, qui consensit, & promisit non venire contrà, non potest contra-

contradicere, quia sufficit semel conditionem existere. in conf. 243. nu. 1. & seq. 133

¶Conditio si apponitur hæredi à testatore non currit conditio viuente testatore, nec post mortem, nisi post interpellationem, cùm non sit dies certa. in conf. 242. num. primo. 131. & 132

Item conditio debet esse impleta in totum, & si deficiat particula non videtur impleta. ibid.

Item an conditio quæ inest, sit causa demonstrationis vel conditionis. ibid. num. 7.

Item conditio adiecta super legitima dicitur impossibilis. ibid. num. 8.

Item conditio agentis an potior sit in pari causa turpitudinis. in conf. 280. num. 2. 163

Conditio apposita in instituto à testatore censetur repetita in substituto, sed quando testator prohibuit aditionem, & facit mentionem possessionis, non censetur venire contra hæredes solo animo adeundo, & etiam si solo animo videretur contrauenire adeundo, tamen transferendo ius sibi competens in suum hæredem, non censetur venire contra voluntatem testantis. in consil. 108. nume. 1. cum seq. 52. & 53

¶Confessionem partis quando potest quis recipere inquantum facit pro se, & inquantum facit contra se, reijcere. in conf. 291. nu. 7. 171

Confessio procuratoris an & quando noceat domino. in consil. 263. num. 6. 152

Confessio procuratoris non nocet domino. in consil. 126. num. primo, cum seq. 59

Confessio extra iudicium coram Notario vel Vicario an valeat, in conf. 292. num. primo, cum seq. 163

¶Confirmatio non tribuit ius, quando id, super quo fit, non iuuat. in conf. 164. nu. primo, cum seq. 81

¶Confiscatio bonorum quo iure fiat, & quid sit confiscatio bonorum extraordinaria, & quid ordinaria. in consi. 17. num. 10. 8

¶Constituens se nomine alterius possidere transfert possessionem. in conf. 114. nu. primo, cum seq. 54

Constitutio Ecclesiæ licet habeat quod vacante Ecclesia præpositus gerat vicem Archiepiscopi, ex hoc tamen præpositura non dicitur habere curam animarum, nec extrauagans execrabilis in ea locum habet. in consil. 102. nu. 1. & 2. 49

Constitutio vel consuetudo Ecclesiæ habens quod nouus Canonicus nihil percipiat vsque ad quadriennium, est renocata per Capitulum susceptι regiminis, inquantum deuiat à verbis dictæ constitutionis susceptι regiminis, alias minimè. in conf. 220. nu. 1. & seq. 114

¶Consuetudo est duplex. in conf. 254. num. 4. 141

Consuetudo, quæ est in loco, vbi fit testamentum, attenditur, sed si ibi est consuetudo circa minus solenne testamentum non valet, ideò non potest haberi ratum per eum, cui sit præiudicium. in conf. 248. nu. primo. 138

Consuetudo licet sit hodie, quòd feuda possint diuidi inter consortes, tamen ista consuetudo non extenditur ad modum prælegandi. in conf. 237. nu. primo, cum seq. 130

Consuetudo si sit in certo ordine Monachorum, videlicet, quòd translatus ad alium Prioratum habeat secum omnia bona & actiones ratione primi sibi competentes, requirit spacium quadraginta annorum; & non habet locum nisi in vere translato. in conf. 284. 165

Item consuetudo disponens, quod bona Priorum decedentium pertineant ad Abbatem, non habet locum in bonis translati. in consi. eod. nu. 3. & seq. ibid.

Consuetudo reddit instrumentum insufficiens, quod alias de iure communi esset sufficiens. in conf. 105. nu. 1. cum se. 50

Consuetudo valet, quod vacante præbenda in Ecclesia collegiata Abbas conferat eam Canonico antiquiori volenti dimittere suam præbendam, etiam si existant expectãtes Apostolici. in consil. 285. nu. 1. 165

Item ad probandum talem consuetudinem an sufficiat allegare collationem Abbatis, & an debeat articulari, cuius fuit facta collatio. ibid.

Qualis debeat esse articulus. Item, si articuli videntur esse contrarij, iudex debet supplere priores per posteriores, etiam dato quòd sint contrarij. ibid.

Consuetudo vniuersalis in regno Franciæ, quòd bona mobilia clericorum delinquentium Episcopis applicantur. Immobilia verò dominis temporalibus, à quibus tenentur, habentibus tamen iurisdictionem omnimodam. in consil. 8. & 17. nu. 5.

¶Conuentus hospitalis Hierosolymitani ex causa potest deponere Magistrum suum, maximè si cõfœderationem faciat cum inimicis fidei Christianæ, & potest altum eligere, quia maior est Conuentus ipso Magistro. in consi. 123. num. 1. cum seq. 60

¶Contumax vel contemptus iurisdictione, an quo dici possit recusatione legitimè proposita, & de aliquibus causis recusandi. in conf. 301. nu. 1. cum seq. 176

¶Contractus non est vsurarius, si constitui alicui certam pensionem ad vitam pro certo precio, etiam si fiat ab Abbate, & Conuentu in eorum Monasterio. in conf. 207. nu. primo, cum seq. cons. 107.

¶Contribuere si vnus tenetur ad munera, quæ fiunt causa vtilitatis vel necessitatis, tenetur præstare munera, quæ fiunt causa necessitatis in habitu, licet non actu. in consi. 98. nu. primo, cum seq. per totum cons. 47

¶Conclusio debet fieri in causa appellationis, & iudex potest compellere partes ad conclusionem. in cons. 320. nu. primo, & seq. 100

¶Copula, quando cadit ea, quæ sunt eiusdem potestatis vel effectus, tunc ponitur pro disiunctiua. in conf. 161. nu. 8. 30

¶Crimen probatum per modum exceptionis, non venit puniendum. in consi. 78. nu. 1. 25

¶Curatorem ad litem etiam delegatus potest dare ad cam. sam coram eo vertentem, & de alijs hic distinguitur. conf. 59. nu. 1. cum seq. 125

Curatoris datio est mixti imperij. ibid. 105

Cura dicitur quasi cor vrens. in conf. 227. nu. 10.

Curia quid sit an conf. 211. num. 1.

D.

DAtum à patre filio suo tempore emancipationis venit conferendum. in conf. 138. nu. 6. 68

Datum filio propter nuptias, an veniat in collationem. in conf. 135. nu. 2. 66

In datione insolutum potest quis se dicere deceptum vltra dimidiam iusti precij. in consi. 37. nu. 3. 17

¶Decima agniculorum & hadulorum debet præstari cùm nascuntur, & non debet expectari dies sancti Ioannis, sed debent esse talia animalia apud matrem aliquibus diebus, ne pereant. in consil. 236. nu. 1. & 2. 129

¶Decretum maius si vnus habet antequam accepter, nullus potest acceptare. in consi. 306. num. 6. 180

Et vide in consil. seq. de decreto irritante habente certam diem. 181

Decretum irritans appositum in gratia, an aliquid operetur. in consi. 305. nu. 1. cum seq. 180

¶Declaratio est quoad nos propter difficultatem probationis, sed non habet vigorem faciendi vtile id, quod de se est inutile. in conf. 167. nu. 5. 52

Declaratio Iudicis non requiritur in casibus, in quibus ipso iure quis seruatur ill æsus, puta in lapsu fatali. in consil. 216. nu. 1. cum seq. 113

¶Delegatus non dicitur functus officio suo per actum nullum, siue processum, & potest iterum procedere. in cons. 295. num. 1. 172. & 173

Delegatus per solam diffinitiuam dicitur functus officio suo, & non per alios actus. Item et. statutil. de rescri. lib. 6. quo ad dictas non habet locum in executoribus gratiarum, sed in iudicibus causarum. ibid. nu. 2. 3. & 4.

Delega-

Delegatus an possit inuocare auxilium brachij secularis. in consi.278.nu.9. 162
¶Delinquens in regno Angliæ existens in curia Romana, ad Regem Angliæ per suas literas non debet remitti. in consi. 124.num.1.cum seq.per totum cons. 82
Delictum potest probari per instrumentum inquantum in facto consistit, sed non inquantum consistit in iure. in cõs. 199.num.5.& 6. 102
¶Dictio, ex, ponitur pro de. in consi.329.nu.11. 198
Dictio, dum, denotat conditionem. in cons.243.nu.1. 133
Dictiones significantes terminum à quo, & terminum ad quem, quando concludant & excludant, & de multis dictionibus vide hic plene. in cõs.49.nu.1.cum plu.seq. 21
Dictio, magis operatur quàm dictio, de. in consil.305. nume.4. 180
Dictio, æqualiter, denotat æqualitatem distributionis, & nõ vacationis. in consi.178. num.3. 89
Dictio, hiũ, est Pronomen demonstrativum, & præcedentium repetitiuum. in cons.232.nu.1. 128
¶Dictamen sapientis quale debet esse. in consi.139.nu.13. 69
¶Dispensatio quid sit. in cons.326. num.6. & in consil. seq. num.1. 194
Dispensatio super defectu natalium non tenetur in consecutiuis illius dispensationis facere mentionem dispensationis, in alia impetratione, secus in non consecutiuis. Item dispensatus quod possit beneficia obtinere, nõ obstante defectu natalium potest in Ecclesia cathedrali beneficium obtinere, quando dispensatio respectu concedentis est favorabilis. Item dispensatio potest trahi ad similia vel minora eiusdem generis, secus si sunt diuersi. in consil. 215. num.1.cum seq. 112
Dispensatio vel impetratio subreptitia vel ne quando sit. Et quæ sint de forma vel essentia rei. in consi.304.num.1.2 & 4. 178
Dispensatio Papæ circa ætatem non probatur, nisi faciat mentionem de ætate, vel dicat, quòd ex certa scientia dispensat de stylo Cancellariæ, & de c.vt circa.de elect.lib.6. in cons.328.nu.7.cum seq. 197
¶Dispositio c.statuimus. de elect.lib.6. ad hoc vt habeat locum, quæ requiratur. in cons.275. 161
Dispositio auth. malefidei. an corrigat iura antiqua. in consil.19.num.1. 11
Dispositio c.si tibi concesso. de præben.lib.6. an sit correcta. in consil.152. num.3. 76
Dispositio c. duobus. in fin. de rescrip.lib.6. non habet locum in duobus impetrantibus cum illa clausula, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis, &c. si non appareat, quis illorum primo impetrauit. vbi plenè intellectus dict. cap. duobus examinatur. in consil. 193. num. primo, cum seq. 99
Dispositio auth. ex causa. C. de libe. præte. non habet locum in suo præterito, sed in emancipato. in consi. 171. 84
Dispositio Clem. ne in agro. §. sanè. de statu. regu. habet locum in Canonicis regularibus. in cons.222.nu.1. 115
Dispositio c. quorundam. §. circa. de elect. lib.6. non habet locum in Monacho electo ad Abbatiam proprij Monasterij. in consi.103.nu.1. 50
¶Distributiones quotidianæ non computantur in valore beneficij. in cons.140.nu.1.cum seq. 70
Distributiones quotidianæ in casu extrauagantis, Suscepti, accrescunt Ecclesiæ seruientibus. ibid.
¶Dominus potest agere pro vexatione subditi. in cons. 208. num.3. 106
¶In generali donatione alicuius castri vel loci in donatarium merum & mixtum imperium transfertur, si Princeps non aliud caueat. in cons.252.num.1.cum seq. 139
Donatrix, si post donationem habeat filios, reuocatur donatio non obstante iuramento. in consil. 238. nume. primo, cum seq. 130
Donatio reuocari non potest, si testamentum faciens, dixit se donare inter vivos. in consil.114.num.1.cum seq. 54
Donatio simplex dicitur, non ob causam licet quis dicat se donare propter recepta seruitia, si non specificet. in cons. 5.nu.1.per totum cons. 3
Donatio iuramento firmata, an reuocetur per superuenientiam liberorum. in consil.278.nu.8. 162
Donatio simpliciter collata à patre in filium existentem in potestate non venit conferenda, sed ob causam sic. in consil.151.num.1.cum seq.per tot.cons. 76
Donatio facta fratri carnali cum clausula, de non reuocando eam, non valet, si ipse non fuit præsens, nec alius pro eo. in cons.149.nu.4. 75
Donatio facta genero ex filia in potestate constituta non valet, nec morte confirmatur, nisi socer & filia præmoriantur genero. in consi.245.num.1.cum seq. 135.& 136
Donantes Ecclesiæ Romanæ vsum aquæ, non possunt venire contra ea ratione, quia facta sit in potentiorem. in consil. 30.num.1. 15
Stipulatio facta per Cardinalem vel Notarium in commodum Romanæ Ecclesiæ valet. ibid.num.2.
In donatione facta Ecclesiæ, non requiritur expressio causæ, etiam sine traditione. In concessione vsus aquæ requiritur consensus eorum, in quorum possessionibus aqua oritur, & etiam eorum, qui ex cessione læduntur, & etiam domini loci. ibid.nu.3.& 4.
Donans bona sua alicui post eius obitum ex honesta causa, intelligitur de bonis, quæ habebat tempore contractus, & non retractatur prætextu futuræ successionis, & si faciat ob mutuum commodum suum, & donatarij, non est propriè donatio, sed honesta prouisio, & talis donatio seu prouisio ob honestam causam non indiget insinuatione, quia non est propriè donatio. Et si donator se constituit possidere precario nomine donatarij dicitur transferre in eum possessionem, & adueniente conditione mortis vtraque possessio transfertur in donatarium, scilicet; ciuilis & naturalis, & inest conditio, si liberos non habeat donator vel ante moriatur. in consi.139.num.primo, cum seq. 68.& 69

E.

Ecclesiam parochialem habens infra annum promotionis ad sacros potest eam permutare etiam decies, nec præsumitur fraus in foro contentioso. in consil.203. num.1. 104
Item si dispensetur cum habente parochialem ad septennium, incipit septenniũ à tempore dispensationis. ibi.nu.2.
In Ecclesia parochiali si duo vel plures animarum curam sine cuiusque commissione de antiqua consuetudine consueuerint exercere, nullus intelligitur esse curatus. in cõsil.67.nu.1.cum seq.per totum cons. 29
Ecclesia Laudunen. licet habeat de consuetudine, quòd Archidiacono habent emolumentum iurisdictionis vacante Ecclesia, emolumentum tamen quod obuenit post prouisionem, & ante apprehensam possessionem non debetur eis. in consi.194.nu.1.cum seq. 100
Item habetur prouisio pro confirmatione. ibid.
In Ecclesia tria sunt genera graduum, & vnum cum alio nõ commiscetur, & quæ. in cons.259.nu.3. 105
Ecclesia in criminibus Ecclesiasticis potest punire laicum, vel eum capere. in cons.86.nu.primo. 30
¶Edictum in quo differat à peremptorio. in cõs.3.nu.10. 2
¶Electa vna via per partem ad aliam non potest venire, & licet in sequenti allegatione hoc consilium impugnetur, tamen in alia sequenti allegatione confirmatur. in consil.301.nu.6. 176
De multiplici modo reijciendi obiectus contra electum, puta si non fuit seruatus modus & forma. c.vt circa. in consil. 291.num.1.cum plu. seq. 170
Electis duobus in discordia, vno ex Canonicis contempto, si contemptus vni electioni consentit potest aliam impugnare. in consil.64.nu.1.per totum cons. 28

Electio quomodo debet fieri per inspirationem, vel quasi inspirationem & consilium, ad hoc, vt non dicantur tot electiones. scilicet, quod pronuncietur per vnum. Item dico, quasi, aliquando denotat veritatem, aliquando minuit. in consil. 155. nu. 1. & seq. 77

Electus in Episcopum si benedicit populum non solenniter, antequam consentiat electioni, non incidit in pœnam. c. auaritiæ. de elect. lib. 6. in consi. 246. nu. 1. 136

Benedicere populum non est administrare, quia ante consensum non loquitur. c. auaritiæ. ibid.

Item, quia benedictio pertinet Sacerdoti, & præsumitur, quod tanquam Sacerdos benedixit. ibid.

Electio facta per verba pluralis numeri non valet, etiam si pronuncians statim se correxit. in consil. 184. num. 1. cum seqven. 94

Electus ante confirmationem non potest administrare. Item non valet consuetudo, quod qui vicerit in campo, potior sit in iure. in consi. 191. num. 1. & seq. 98

Electus, qui distat à curia per triginta dietas, ante confirmationem administrans ad instantiam Capituli, & pro necessitate Ecclesiæ non cadit à iure suo. in consi. 9. num. 1. cum plurib. seq. 4

¶Emphyteota cessans in solutione partis cadit à toto iure, sed secus in censu. in consi. 29. nu. 1. cum seq. 14

¶Emptum ex pecunia aui dicitur profectitium, & est conferendum. in consi. 149. num. 3. 75

¶Error paruus in delictis vel pœnis excusat mulieres. in consil. 291. num. 9. 170

¶Episcopus solus potest priuare Canonicum, qui citatus non venit ad faciendam residentiam. in consi. 195. nume. primo. 100

Episcopus si quem approbauerit ad duas parochiales Ecclesias poterit postea ipsum reprobare, si præsentetur ad tertiam, & reperitur insufficiens. in consil. 18. num. 1. & nume. 4. 10

Episcopus licet fecerit compositionem cum suo Capitulo, quod possit Capitulum tenere vnum auditorium, tamen Episcopus etiam quo ad criminales causas potest tenere vnum auditorium, ad ciuiles aliud vbi voluerit in tota diocœsi. in consi. 318. nu. 1. cum plu. seq. 188

Episcopus Tholosanus, si est donatus conseruator, postea verò factus Archiepiscopus eiusdem ciuitatis, non expirat officium. in consi. 239 num. 1. & nu. seq. 130

Episcopo mortuo successor eius debet habere bona eiusdem. in consi. 249. num. 1. & seq. 138

Priuilegium concessum Episcopo de testando valet, licet statutum sit in Ecclesia, quod non possit, nisi vsque ad certam summam, quia statutum concordat cum iure: ideò non est opus facere de eo mentionem in priuilegio. in consil. 249. nu. 2. cum seq. ibid.

Episcopi excommunicatio probatur per literam suam sigillatam suo sigillo, & tantum valet sicut sententia iudicialis, nec absolutio generalis Episcopi valet, nisi quo ad causas expressas, etiam si det sibi potestatem celebrandi. in consi. 184. num. 7. & 9. 95

Si in compositione Episcopi & Capituli cauetur, quòd possit habere vnam curiam, & Capitulum aliam, non propterea sequitur, quòd Episcopus non possit alia erigere de nouo, maximè in causis criminalibus. in consi. 187. num. 1. cum seq. 96

Episcopus potest declinare forum Regis volentis cognoscere, an sit iurisdictio sua in ciuitate, si Ecclesia est in possessione. Et limes diocœs. non potest præscribi, sed limes territorij fic. in consi. 83. num. 1. cum pluribus seq. per totum consilium. 37

Episcopus non potest concedere certæ personæ, quam non constituit Officialem vel Vicarium generalem, potestatem conferendi beneficium vacatura. in consi. 77. nu. 1. 36

Episcopus vnus ciuitatis, si datur conseruator, & postea efficiatur Archiepiscopus eiusdem ciuitatis, non propterea expirat eius iurisdictio, & semper manet conseruator. in consil. 276. num. 1. 161

Episcopus accusans subditum debet se obligare ad pœnam talionis. in consi. 46. nu. 1. per totum consi. 28

Episcopus cum consensu Capituli potest vnire Capitulo ex causa aliquam dignitatem, sicut posset extinguere, tamen superior potest eam reuocare. si Capitulum velit. in consil. 182. num. 1. cum seq. 91

Episcopus propter senium vel morbum coadiutorem accipiens, debet esse præsens in Capitulo. Et an in collatione beneficiorum, & in alijs requiratur consensus coadiutoris. Et quam potestatem habeat coadiutor. in consi. 44. num. 1. cum seq. per totum consi. 20

Episcopus non potest eximere aliquem à sua iurisdictione. in consil. 172. num. 8. 86

Episcopus potest esse iudex de iuribus Ecclesiæ suæ, & potest hoc delegare, & postea subdit de appellatione, & recusatione, & de recompensatione. in consil. 283. nume. 1. cum seqven. 164

Episcopus si dispensat ad septennium, non potest eius successor reuocare sine causa talem dispensationem, & si secundus Episcopus, durante primo septennio, dispensat ad triennium, intelligitur à tempore datæ dispensationis, & non post finitum primum. in consi. 203. nu. 3. 104

Episcopus si inuocat brachium seculare contra clericum suum, qui ab eo ad sedem Apostolicam appellauit, iudex secularis non debet eum iuuare, nisi quando non habet, vltra quid faciat & fecit quod potuit. in consil. 89. num. 1. cum plurib. seq. 40

Episcopus in casu, quo potest esse iudex in causa Ecclesiæ suæ, vel in causa propria, potest esse arbiter. in consi. 156. n. 1. 77

Item potest esse arbitrator in causa propria indistinctè. ibid.

Episcopus in quibus differat ab Abbate. in consil. 14. num. 6. cum plurib. seq. 6

Episcopus si propter tenuitatem dignatis de consensu Capituli vnit aliquam Ecclesiam parochialem sibi, non valet vnio, si dignitas non est tenuis. in consil. 260. num. 1. per totum consil. 150. & 151

¶Exceptio an & quando appellatur, quia inepta. in consilio 206. num. 2. 106

Exceptio debet admitti contra compositionem, quæ si non admittitur, potest legitimè appellari. in consi. 323. nu. 1. cum seq. 191

Exceptio sententiæ iuris vel hominis admittitur contra petentem restitutionem. in consi. 311. nu. 10. 183

Exceptio est duplex. in consi. 172. nu. 14. 86

Executoris potestas data in gratia ad prouidendum, non expirat per lapsum sex mensium. in consi. 282. nu. 2. 164

Et potest prouidere de beneficio deuoluto ad sedem Apostolicam. ibid. nu. 3.

Executor datus cum causæ cognitione, si ea non seruata soliauit possessorem, & debet fieri restitutio, & etiam mirus executor non potest aliquem possessione priuare, nisi eo vocato, & nunquam possessor etiam sine colore debet priuari possessione sine causæ cognitione. in consi. 227. nu. 1. cum seq. 124. & 125

Item petenti restitutionem non obstante sententia iuris, & sic constitutio execrabilis, sed sententia hominis sic. ibid.

Item non obstat sibi, sententia lata super proprietate, si executio possessionis non sit facta, licet renunciatio obstet. ibidem.

¶Excommunicatus, si infra terminum non soluerit, non incurrit excommunicationem, si non potuit soluere, & non contempsit mandatum iudicis, ideo post terminum non est denunciandus. in consil. 277. num. 1. cum seq. 162.

Excommunicationē obijciens in persona Episcopi tēpore prouisionis sibi factæ per Capitulum nō tenetur seruare formam. c. vt circa. de elect. libr. 6. quia facit principaliter ad conseruationem iurū sui proprij. in consi. 200. num. 1. cum seq. 105

¶Expecta-

¶Expectatiuam si vnus habet ad primo vacaturum beneficium cum clausula. anteferi, in vna Ecclesia, & ibi vnus antiquus in fraudem ipsius renunciet beneficio in curia, etiam si faciat mentionem de expectantibus, nō propterea præiudicatur expectanti, & vacatio in curia fraudulosa non afficit beneficium. in consil. 324. nu. primo, cum sequent. 192. & 193
De duobus expectantibus quis alteri præferatur. in consilio 150. num. 8. 76
¶Existentia sui hæredis habetur pro aditione. in consil. 20. num. primo, cum seq. 11

F.

FEudum franchum si miles habet à domino, non tenetur aliud sibi præstare, quàm contineatur in pactis appositis, nec tenetur seruire domino domini sui, & casu, quo teneatur, tenetur expensis domini, & non suis. in consi. 234. nu. primo, cum seq. 128 & 129
De concessione principatus Achaiæ, an sit donatio simplex, an infeudatio, licet signa feudorum interueniant in tali donatione, puta, quia voluit donans, quòd non recognoscetur alius in dominium, nisi ipse: tamen si dixit ista verba, scilicet, damus, donamus, tradimus, & ex causa donationis proprij motus, &c. & attenta persona donantis & donatarij dicitur donatio simplex. in consi. 159. num. primo, cum seq. 79
Item. feudatarius non potest plus donare in alienatione, quā fecit, quam ipse habebat: nec per approbationem generalem superioris videtur approbata talis donatio aliter facta. ibid.
Feudum si erat antiquum, tamē filij primi feudatarij fuerunt a domino spoliati, & nouiter fuerunt inuestiti sub nouis pactis, dicitur nouum feudum, & non antiquum, ideo proximior eorum debet succedere, no habito respectu ad primum parentem feudatarium. in consi. 178. nu. 1. 89
Et de verbo, æqualiter, quod denotat æqualitatem distributionis, & non vacationis. ibid. num. 3.
Facultas certa quando conceditur Prælato, vel alteri, pro certis familiaribus suis, oportet quod tempore datæ gratiæ probetur, illum qui vult gaudere eadem prærogatiua fuisse familiarem continuum commensalem illius, alias succumbit. in consi. 190. num. primo. 101
¶Familiares an comprehendantur in priuilegio dominorum. in consi. 293. nu. 2. & seq. 172
¶Fideicommissarius vniuersalis, & filius hæres, si non conficiunt inuentarium, tenentur satisfacere legatarijs, & creditoribus, non detracta Trebellianica, nec legitima. in consi. 134. nu. primo, cum plu. seq. per tot. consi. 65
Fideicommissarius vniuersalis agit contra hæredem ad restitutionem actione ex testamento. in consi. 248. nu. 7. 138
¶Filius rogatus, siue purè, siue sub conditione de iure ciuili, non detrahit, nisi vnam quartam. in consi. 205. nu. primo, cum seq. 105
Filius primogeniti mortui, viuente patre, an præferatur in primogenitura alteri secundogenito. in consil. 224. nu. primo, cum plu. seq. 117
Filius, si prohibitus occupare aliquā rem, in testamēto patris nullo, occupet, nō cadit in pœnam ibid. appositam, quia videtur facere bono animo, vt restituat. in consi. 138. nu. 5. 68
¶Forma c. cupientes. de elect. lib. 6. licet non sit seruata, tamen benè admittitur quis per viam denunciationis vel accusationis. in consi. 191. nu. 2. 48
¶Fratribus habentibus liberam sepulturam licitum est intrare parochiam processionaliter cum cruce ad funus. in consi. 225. nu. primo, & seq. 120
Fratres mendicantes, facto ponte in medio flumine, quod est iuxta Monasterium, possunt facere vltra pontem Ecclesiam sine licentia. in consi. 190. nu. primo, cum seq. 97
Fratres sancti Antonij habent priuilegium, quod possunt audire confessiones quorumcunque curialium, & recipere ad sepulturam, ideo debent priuilegio parochiani gaudere. in consil. 321. 196
Frater de ordine mendicantium postulatus, debet de bonis Ecclesiæ habere expensas. in consi. 27. num. 1, 14
Fratres nō possunt cum cruce & processionaliter ingredi parochiam, inuito rectore, ad portandum corpus eius, qui apud eos elegit sepulturam, & si ingrediantur cum cruce, faciunt iniuriam Rectori, & potest impune eis auferre. in consi. 82. num. 1. & seq. 37
Fratres sancti Antonij si habent ministrare sacramenta curialibus de consuetudine. talis consuetudo valet, & vendicat sibi locum in Cardinalibus & familiaribus eorum, maximè quia est confirmata per priuilegium Papæ. in consi. 211. num. 1. cum seq. 101
Fratres prædicatores possunt habere plures campanas, & processus Episcopi contra notoriè exemptos est nullus. in consi. 228. num. 1. cum plurib. seq. 125
Frater vterinus & consanguineus excludit fratrem consanguineum tantum à successione fratris, & mater succedit cum filio in virilem. in consi. 33. nu. 4. 15
Fugiens pro debito ad Ecclesiam debet inde extrahi, si secundum ius municipale debet incarceri pro debito. Item Iudæus & infidelis non gaudent immunitate Ecclesiæ. in consi. 54. nu. 1. 2. & 3. 24
Fugiens ad Ecclesiam defenditur, nisi in duobus casibus. inter alia. de immu. Eccl. & si fuerit inde extractus, debet restitui ad Ecclesiam, etiam si sit homicida, nec debet ad pœnam sanguinis damnari. in consi. 154. num. 1. 77

G.

GEneralitas admittitur in accessorijs, puta in reuocatione attentatorum. in consi. 206. nu. 7. 107
Gratiam expectatiuam habens, potest acceptare beneficium quod vacat de iure, licet non vacet de facto, tamen impetrans præbendam vacantem dicitur subreptitiè impetrare, si non vacet de facto, licet de iure sic. in consi. 282. num. 1. 164
Gratia Papæ facta alicui si sit de officio scriptoriæ pœnitentiariæ. si aliquis de numero scriptorum deficit, vel quamprimum defecerit, cùm tres deficiant de antiquo numero duodenario scriptorum: & plures sunt illi antiquo numero superadditi, debet ipse obtinere, nec debet expectare superadditos, nec de superadditis est facienda subrogatio, vsquequo ad antiquum numerum duodenarium sit deuentum. in consi. 265. nu. 1. cum seq. 153. & 154
Licet in gratia expectatiua fiat mentio de decanatu & præpositura, tamen Prioratus Ecclesiæ conuentualis non cadit in ea. in consi. 281. nu. 1. cum seq. 164
Gratia quo ad potestatem iudicis debet esse bullata, & non potest probari per testes. in consi. 324. nu. 5. 192
Gratia concessa ad quinquennium, alio quinquennio iam pendente, incipit à tempore datæ. in consil. 50. num. 1. per totum consi. 22

H.

HAeredes instituti in testamento per confirmationem testamenti, in quo nepos suus præteritur in codicillis factam tenentur restituere hæreditatem per fideicommissum retenta sibi Trebellianica. in consi. 138. nume. 3. 68
Hæreditatem non aditam pupillus transmittit ad matrem. in consil. 20. nu. 4. 11
Hæres non potest in vna re quartam deducere regulariter. in consi. 107. nu. 8. 52
Hæreticus est asserens, quod viuens in seculo vsque ad senium, & faciens rem cum matre sua, quod si pœniteat, non possit saluari. in consi. 271. nu. 1. cum seq. 158. & 159
Item, si dicatur, q. Romæ non dimittuntur peccata, vel alibi, vel dicat, quod peccata non dimittit, nisi solus Deus. ibid.

Hæresis debet apertis iudicijs probari. Item quid sit hæresis. nume. 2. Item sortilegia faciens, vel pocula amatoria dans, vel non consecrare hostiam propter conscientiam, non sunt hæretica: sed attribuere Diabolo, quod est attribuendum Deo, puta petere ab eo responsa, & sacrificia facere, est hæreticum, tamen inuocare Diabolum ad id, quod sibi attribuitur, puta adtentādum vel decipiendum mulierem, non est hæreticum. in cons. 210. nume. 1. cum plu. seq. 109. & 110

I.

IMperatori si competit ius præsentandi seu conferendi certa beneficia in Ecclesia alicuius ciuitatis, & illam ciuitatem concedit in feudum cum omnibus iuribus intra & extra eam sibi competentibus, videtur concedere etiam ius præsentandi & conferendi. in consil. 312. numer. 1. 184

¶*Imperator an habeat administrationem ante coronationem. in cons. 180. nu. 1. cum seq.* 90. & 91

Imperatori omnes Reges & Principes non debent de iure subesse, nec de iure positiuo, nec de iure diuino. in cons. 69. nu. 1. cum seq. 30. & 31

Et potestas Regum fundatur vtroque iure, sed Imperatoris non. ibid.

Imperatores si duo eligantur, & vterque administrat, non valet priuilegium alterius tantum, sed pendet ex euentu vtriusque circa idem: sic tamen priuilegium, in quo taceretur onus, aliàs impositum ciuitati non valet. in cons. 22. nu. 1. cum seq. per totum cons. 12

In Imperatores si duo electi concedunt priuilegia, vsus illorum est interdictus impetrantibus, quousque declaretur, quis eorum ius habeat, secus si vterque concessit idem priuilegium. in cons. 23. num. 1. cum sequent. per totum consilium. 12. & 13

¶*Imperium an fuerit à Deo constitutum. in consil. 69. nume. 10.* 31

Imperium an processerit à Deo. in consil. 180. num. 15. cum sequen. 90. & 91

¶*Impetrauit quis secundum tenorem constitutionis, cum ei, quem de conces. præben. pendente cognitione non sunt ligatæ manus ordinarij, etiam si executor inhibuit ei, nec habet effectum nisi gratia purificata. in consil. 175. num. 1. cum plu. seq.* 88

Impetratio beneficij facta lite pendente, inter alios non facta mentione de lite valet, & quando valeat. vide in consil. 299. nu. 1. cum seq. 174. & 175

Impetrans in forma gratiæ specialis præfertur illi, qui impetrauit in forma pauperum in præbenda vacante ante purificationem conditionum. in cons. 233. 128

Si vnus impetrat secundū taxationem decimæ antiquæ, &c. debet haberi consideratio etiam ad membra beneficij taxati, licet principale beneficium non reperiatur taxatū. in cons. 235. nu. 1. & seq. 129

Impetrans gratiam expectatiuam in aliqua Ecclesia cum clausula (dummodò pro alijs quatuor non scripserimus) si scripsit Papa pro septem, quorū tres ante vacationem beneficij, quòd iste expectat, erant assecuti beneficia, benè potest iste consequi beneficium ibidem vacans. in consil. 201. num. 1. cum seq. 103

Impetrans gratiam, quod fructus beneficiorum suorum in absentia percipiat per biennium, si stetit per annum ad præsentandum literas, percipit fructus illius anni à tempore datæ, sed de primo anno debet petere non à Capitulo, sed ab his, qui perceperunt. in cons. 56. num. 1. & seq. per totum cons. 24

¶*Immunitate Ecclesiæ non gaudent Iudæus & infidelis. in cons. 54. num. 3.* 24

Propter modicum impedimentum primi fatalis datur à iure totum, secundum quod non currit, nisi toto primo fini-

to, & est iustum impedimentum, si procurator fuit negligens, quo casu, etiam negligentia procuratoris noceret domino, tamen dominus restitui debet. Et confessio procuratoris partis aduersæ coram iudice competenti, nō est causa dandi secundum fatale. in consil. 157. nume. 1. cum seq. 78

¶*Indefinita hominis in materia non necessaria non aquipollet vniuersali. in cons. 172. nu. 18.* 86

¶*Indulgentiarum literas si prælatus concessit pro opere, quod fit extra suam diœcesim sine licentia illius Episcopi, in cuius diœcesi sit indulgentia, non prodest subito concedentis. Item de intellectu c. nostro. de pœni. & remis. & aliorum multorum iurium dicentium, quod extra territorium ius dicenti non paretur impune, vel econuerso. in cons. 73. num. 1. cum pluribus sequen.* 33. & 34.

¶*Indulgentiam, si quis iusto errore ductus & deceptus credens veram, dedit falso quæstori eleemosynam, non consequitur eam. Et Deus cor interrogat, &c. scilicet, quo ad hoc, vt actus sit bonus vel malus, sed non ad hoc, vt sit meritorius. in consil. 76. num. 1. cum sequen. per totum consil.* 35

¶*Infirmitas auditoris, vel procuratoris excusat à prosequutione appellationis. in cons. 208. num. 7.* 103

¶*Inquisitio quando fit contra Abbatem, debet fieri sicut in alijs regulariter fit, & non sicut contra Monachos, vel sicut fit generaliter tam in capite quam in membris. in cons. 278. nu. 1. cum seq.* 162

Inquisitor hæreticæ prauitatis potest procedere contra Iudæum, qui Christianum negantem fidem, & condescendentem ad sectam Iudæorum recipit, & occultat. & contra facientes aliquid in vituperium Christi. in cons. 36. num. 1. cum seq. per tot. cons. 16

Instrumenta duo mandati procuratoris si producantur de eadem data in personas diuersorū, mutuo se impediunt, vbi non apparet aliquo modo de proprietate alterius. in cons. 1. nu. 8. & seq. 1

In instrumento si continentur ista verba, inuestiuit nomine donationis, per hoc probatur sententia. in consil. 217. nume. 1. 113

Item, quid sit inuestitura. ibidem.

¶*Intellectus Cle. dudum, de sepul. ibi, ipsis fratribus, &c. & ibi, de quibuscunq; relictis distinctè, vel indistinctè, quia illa verba non intelliguntur, nisi delegati, collegio fratrū, & non particularibus, quibus non intelligitur legatum causa sepulturæ. in cons. 289. nu. 1.* 169

Intellectus ad c. nostro. de pœni. & remis. & aliorum multorum iurium dicentium, quod extra territorium ius dicenti non paretur impunè, vel econuerso. in cons. 73. nu. 1. cum plu. seq. 33. & 34

Intellectus ad l. eos. C. de modo mul. in consil. 15. nume. 2. 7

Intellectus ad Cle. vt calumnijs. de re iud. quòd non habeat locum in vnica sententia lata diffinitiua, sed in tribus, etiam si pronuncietur super desertione appellationis. in cons. 106. nu. 1. cum seq. 51

Intellectus ad c. cum dilectus. de iure patro. in consil. 305. nume. 3. 180

¶*Interlocutoria potest impugnari vel iustificari ex nouitate productis, si parti non potest aliquid imputari de oppositione ante sententiam. in cons. 130. num. 13.* 63

¶*Interrogatoria quando non apparent in registro an præsumantur testes examinati secundum ea. in consil. 323. nume. 5.* 191

¶*Inuentarij omissio non priuat filium legitima, nec in vniuersali fideicommisso requiritur inuentarium, & habet locum Trebellianica. Item de suspectione testamenti. in consil. 242. nu. 1. cum plu. seq.* 132

¶*Iudæus transiens ad sectam Saracenorum, non est puniendus à nobis: & sic melior est secta Saracenorū quàm Iudæorum. in consi. 51. nu. 1. & seq. & per tot. cons.* 22

Iudæos

Iudæos Saracenos, vel alios paganos pacificos de terris suis expellere potest Princeps iustè & de iure ex causa legitima. in consi. 264. nu. 1. cum seq. 152. & 153

Iudæus carnaliter Christianam cognoscens, debet puniri extraordinariè, tamen cuidam Iudæo fuerunt incisa virilia. in cons. 333. nu. primo, cum seq. 202

Iudex remissoriæ potest absoluere testes ad cautelam, vt testificentur, si habet in commissione, aliàs secus. in consil. 145. num. primo, cum seq. per totum cons. 72

Iudex ordinarius an possit recusari. in consil. 301. nu. 3. 176

Iudex ordinarius si est recusatus, & alius est sibi adiunctus, processus per eos habitus non valet in casu isto, tamen hic distinguuntur tres casus. in consil. 147. nu. 1. cum plurib. seq. per totum cons. 73

Iudex ordinarius, si fecit sequestrationem secundum formam Clem. ad compescendas de sequest. pos. propria voluntate, potest mutare sequestrum, & fit sequestratio spiritualium & temporalium. in consil. 166. nu. primo, cum sequent. 82

Iudex licet deferat appellationi ob reuerentiam sedis Apostolicæ, tamen potest sententiam exequi, si appellatio sit deserta: & quomodo intelligitur, & procurator est dominus litis per contestationem: & responsio datur ad c. cum appellationibus friuolis. in consil. 317. nume. primo, cum plurib. seq. 188

Iudex intra territorium existens, mandauit executori, quòd citaret quendam suum subditum extra existentem, quod fecit, quomodo talis citatio arctet citatum iuxta triplicem locum, scilicet, in quo, & vbi, & ad quem. Item de Clem. pastoralis. de re iud. in consil. 88. & sequen. num. primo, & seq. 39

Iudex absente creditore potest remittere debitori iuramentum præstitum de non repetendis vsuris. in consil. 186. nu. primo, & seq. 96

Iudex ratione delicti commissi in personam suam aliquid exigens tenetur ad restitutionem. in consil. 7. numero secundo. 3

¶*Iuramentum factum per aliquem, quòd non fideiubebit, est licitum etiam in clerico, nisi esset reus in tanta necessitate, quòd vita temporalis vel spiritualis sua aliàs periclitaretur. in consil. 90. nume. primo, per totum consilium.* 40

Iuramentum de non reuocanda donatione intelligitur, nisi donatarius velit tacitè vel expressè. in consi. 245. num. 8. & 9. 136

In relaxatione iuramenti de non petendis vsuris est pars vocanda, quando agitur, vt tollatur contractus vsurarius, alias secus. in consi. 120. nu. primo, & seq. 57

¶*Ius dicendi testamentum nullum transmittitur à pupillo in matrem. in consi. 171. num. 15.* 85

L.

Laicus, qui post delictum factus est clericus, non debet per secularem iudicem coerceri. in consil. 4. num. primo, cum seq. 3

Laudimium omnium rerum censualium debet habere vsufructuarius omnium bonorum. Et quid sit laudimium. in consi. 24. num. primo, per totum cons. 13

Legatum ad vsus pauperum infirmorum, videtur legatum etiam pro eis seruientibus. in consil. 11. num. primo, per totum consi. 5

Legata non debentur, si existens in potestate testatoris præteritur. in consi. 138. num. 1. 68

Legato castro, nomina debitorum, quorum instrumenta ibi sunt inuenta, non cedunt legato. in consilio 163. nu. 1. 81

Item, in instrumentis non consistit thesaurus. ibid. nu. 2.

Item, arma cedunt legato, quando legatur castrum. ibidem. num. 3.

Legatis mobilibus non veniunt nomina debitorum, etiam nomine pœnæ, quia licet nomina sint immobilia, eò, quòd certum locum non occupant, sicut nec actiones, tamen tertium genus à mobilibus & immobilibus. in consi. 219. num. primo, & seq. 114

Legans militiam videtur legare omnes expensas, quæ necessariæ sunt ad ingressum militiæ. in consilio 27. numero 4. 14

Legatum licet sit in capaci, si ei substituitur capax, ille veniet, & non succedentes ab intestato, ne fiscus. in consilio 39. num. 1. & seq. 17. & 18

Si quis leget ad pias causas, & aliter ita, quòd leget vltra omnia bona sua centum libras, istæ centum libræ debent detrahi de omnibus legatis, quia non est ista falcidia. in consi. 111. num. primo. 53

¶*Legitimæ supplementum non potest ex singulis rebus detrahi. in consil. 113. num. primo, cum seq.* 54

Legitimatio est subreptitia, cùm legitimatur adulterinus ex vtroque parente, si non fiat mentio de vtroque adulterio. Item, non sufficit dicere non obstante Lege Aquilia, sed est facienda mentio specialis de lege. in consilio 247 num. primo. 137

Legitimati succedunt in re feudali, si legitimatio tenet, & possunt de iure communi, sed de consuetudine feudorum non, extantibus filijs legitimis. ibid. num. 4.

¶*Libellus fundatus super actione ex testamento quæ competit pro legato procedit. in cons. 105. nu. 14.* 106

Libellus procedit, in quo minor dicit sententiam nullam, & si qua sit, petit restitutionem in integrum, si in libello adducit causam, aliàs non procedit libellus, quo ad restitutionem in integrum. in cons. 108. num. 5. 53

Libellus, in quo fiunt irrogationes, licet debeant præcedere libellum, hodie de consuetudine procedit. in consilio 205. num. 15. 106

Libros multos expedit habere. in cons. 84. num. 1. 38

¶*Limites diœcesum non possunt præscribi, sed limites territorij sic. in cons. 83. num. 8.* 38

M.

Mala fides donatoris non impedit præscriptionem donatarij possidentis bona fide, nõ obstante hypothecaria, & de duplici mala fide. in consil. 19. num. 1. per totum cons. 11

¶*Mandatum sicut morte constituentis procuratorem finitur, sic morte substituentis post litem contestatam. in consi. 130. num. 1. cum seq.* 62

Item, de duobus priuilegijs concessis à iure procuratori post litem à se contestatam. ibid. num. 4.

¶*Maritus instituendo ventrem vxoris suæ non solum vnum posthumum, sed plures, si ex ea nascantur, videtur instituisse hæredes. in consilio 212. num. primo, per totum consilium.* 111

Maritus & vxor, si insimul legauerunt omnia bona sua cuidam Monasterio, altero mortuo, alter pro parte potest reuocare legatum vel testamentum, & duo sunt testamenta, etiam si in vna charta contineantur. in cons. 174. num. 1. cum seq. 88

Maritus transiens ad secundas nuptias perdit legatum vxoris præmortuæ. in consi. 33. nu. 3. 15

¶*Matrimonium contractum cum muliere per vim, licet sit cognita, si tamen aufugit cùm potuit, non valet. in consil. 35. nu. 1. cum seq. per totum cons.* 16

Mater instituta filio potest agere ad supplementum legitimæ, licet sorores filij sint præteritæ. in consil. 123. num. 1. cum seq. 58

Mater, si reliquit legata in testamento, & dixit, quòd in cæteris bonis hæredem suam vniuersalem filiam suam reliquit, & ei substituit, tunc in hoc casu restitutionis ipsa, vel hæres suus, ab intestato detrahit duas quartas, etiam legatis relictis, scilicet, Trebellianicam, & debitam iure naturæ. in cons. 158. num. 1. 78

Et verbum, Cæteris, comprehendit totam substantiam testatoris. ibid.

Mater habẽs duos filios, si eos adinuicem substituat, videtur

eos vulgariter substituere, ideò vno eorum mortuo ante aditam hæreditatem alius ei succedit, sed si adiuerat hæreditatem, tunc frater & pater, pariter ei succedunt ab intestato. in cons. 33. num. 1. cum seq. 15

¶ *Merum imperium quid sit. in consi. 10. nu. 2.* 5

Merum imperium, si in castro vnus habet, potest ibidem erigere furcas, etiam in loco, cuius dominium pertinet ad alium, & an compellatur vendere illum locum, si aliàs est vtile ibidem esse furcas. in cons. 161. nu. 1. cũ seq. 80. & 81

Et si vnus in eodem castro habet mixtum imperium, & iurisdictionem, & appellatur à Iudice suo, non debet appellari ad eum, sed ad Iudicem superiorem. ibid. nu. 6.

¶ *Mixtum imperium quid sit. in cons. 10. nu. 3.* 5

¶ *Miles, cui Rex castrum custodiendum commisit, tenetur de mala custodia, si commisit illud custodiendum alteri, cuius culpa fuit captum dictum castrum, & culpa præsumitur, nisi probetur contrarium, etiam si sit nobilis cui commisit. in cons. 92. nu. 1.* 41

¶ *Modus procedendi contra certos fratres fugitiuos arrestatos in curia de mandato Papæ, & contra Imperatorem, & Antipapam. in cons. 65. nu. 1. cum seq.* 28. & 29

Monetæ æstimatio consideratur, quæ erat tempore latæ sententiæ vel laudi, non quæ erat tempore solutionis. in consil. 13. nu. 1. per tot. cons. 5

¶ *Molendina tenens à pluribus pro indiuiso, si vendat, & maior pars consentiat, non consentiens nõ tenetur sequi voluntatem aliorum, & si fiat æstimatio, stabitur personæ respectu primæ venditionis. in cons. 34 num. 1. cum seq. per totum consi.* 16

¶ *Monachus, si causa leuitatis dimisit habitum, & reassumpto habitu redit ad Monasterium, & absolutus est, potest eligi in Abbatem, quia per hoc non fuit irregularis. in cõsil. 202. nu. 1. cum seq.* 104

¶ *Mulcta, vel pœna potest imponi per Iudicem, vltra l. eos. C. de mo. mulcti. quando imponitur pro contumacia furti, vel aliorum criminum maiorum. in consi. 15. nu. 1. cum seq. per totum cons.* 7

N.

Nepotes ex filia possunt dicere testamentum aui nullum, quia fuerint præteriti non inserta causa. in cons. 40. num. 1. per totum cons, 18

¶ *Nihil ad nos, qui foris sunt, quomodo hoc intelligatur. in cons. 36. nu. 2.* 16

¶ *Nobilis, si suscipit ex soluta pedissequa, & instituit eum hæredem appellando eum filium, non propterea dicitur filius naturalis. in cons. 196. nu. 1.* 100

¶ *Nomine curialium an veniant Cardinales. in consil. 321. nu. 1. & seq.* 190

Nomine omnium bonorum & obuentionum non veniunt pœnæ, vel perditio bonorum feudalium, vel aliorum, nec propriè, Item verbum Vniuersale, debet intelligi ciuiliter, & prædicta habent locum in crimine læsæ maiestatis. in consil. 148. nu. 1. cum plu. seq. per totum consi. 47

Nomine pertinentiarum quid continetur remissiue. in cons. 10. nu. 1. 5

Nomine vniuersitatis veniunt & Sacerdotes. in cons. 32. nu. primo. cum seq. 15

Nomine cibi non continetur potus in consi. 79. nu. 36

Nomine filij an veniant nepotes & pronepotes. in cons. 269. num. 1. cum seq. 157

Nomine mortis an comprehendatur naturalis tantum. in cons. 284. num. 4. 165

Nomine incertorum legatorum quid contineatur, si priuilegium conceditur alicui Regi, quod possit conuertere incerta legata in vtilitatem passagij. in consi. 61. num. primo, cum seq. 26

Nomine oblationum an comprehendantur oblationes ad Altare. in cons. 293. nu. 6. 172

Nomine cautionis regulariter sola promissio intelligitur. in cons. 68. nu. primo. 80

¶ *Notarius est vile officium, & non est dignitas. in consi. nu. num. 5.* 43

Notarius, si dicat testes iurasse secundum morem, non propterea probat eos iurasse corã iudice. in cõs. 323. nu. 6. 191

Notarium creare potest quilibet Episcopus vel Ordinarius infra suum territorium. Item Notariatus est vile officium & non dignitas. in cons. 75. nu. 1. & 2. per tot. cons. 35 97

¶ *Nouum quid sit. in cons. 190. nu. 2.*

O.

Ordinatus à non suo Episcopo videtur ordinatus delicentia sui Episcopi. in cons. 215. nu. 9. 112

P.

Pactum de futura successione licet non teneat, tamen firmatur iuramento, & de verbis, dico me contentum & pagatum. in cons. 132. nu. 2. 64

¶ *Papa an habeat vtranq; iurisdictionẽ. in cons. 180. n. 12.* 98

Papa vnus, si concedit potestatem Episcopo vniendi quatuor Ecclesias mensæ suæ, & ipse Episcopus vniuit eas viuentibus Rectoribus earum sine eorum præiudicio, mortuo illo Papa successor dedit expectatiuas cum clausula, Anteferri, tunc si moriatur aliquis prædictorum Rectorum, nõ præfertur expectans Episcopo, quia illa clausula ponitur potestatem vniendi, scilicet, cedentibus vel decedentibus, non denotat conditionem, sed ex nunc habet effectum. in consi. 223. nu. primo, cum seq. 117

Papa, si suorum clericorum commensalium beneficia suæ collationi reseruauerit, & aliquo eorum mortuo contulerit eius beneficium alicui absenti, qui, antequam reciperet literas, vel consentiret, mortuus est, potest iterum conferre. in consi. 57. nu. primo. 24

Papa, si contulerit eadem die duobus in eadem Ecclesia præbendas, non obstante, quòd aliqui Apostolica autoritate in eadem Ecclesia sint recepti, aut recipiantur, insistant, gratia secundo præsentantis est omninò nulla. in consilio 143. nu. primo, cum seq. 71

Et clausula, Non obstante, posita in tali gratia, nõ facit eam valere, adid, quod Papa velit ipsis ambobus prouidere, sed tollit subreptionem tantum: & de verbo, omninò careat, quid significat. ibid. nu. 3.

Papæ assertio in priuilegijs an super facto proprio, & super quo fundatur intentio sua, probet plenè, & de cle. literis. de prob. in consi. 258. nu. primo, cum plu. seq. 148

Papa, si dat facultatem alicui Episcopo vniendi aliquam Ecclesiam mensæ suæ Episcopali, etiam si dicat, per cessum vel decessum Rectoris illam possidentis, tamẽ si Episcopus eam vnit suæ mensæ viuente Rectore, & non vocato sine eius præiudicio, puta post mortem eius, valet vnio, maximè si subsequatur confirmatio Papæ, intantum quòd si Rector parochialis eam permutet, non valet permutatio. cons. 257. 145

Episcopus potest vnire Ecclesiam non vacantem sine autoritate Papæ mensæ suæ, tamen si non habeat facultatem à Papa, an videatur autoritate sua vel Papæ fecisse. ibid. num. seq.

Et de multis subreptionibus impetrantis gratiam à Papa. in consi. eod. nu. 26. cum plu. seq. 147

Papa quando mandat prouideri alicui de beneficio vacante vel vacaturo cum decreto irritante, licet collatio tunc facta per ordinarium etiam ignorantem nõ valeat, tamẽ expectans nõ debet sua propria autoritate expellere possidentem, aliàs perderet ius, etiam si sibi non resistatur. in consi. 319. num. primo, cum seq. 189

Et coram subexecutore expectans debet seruare modum sibi contentum. ibid.

Papa absens ab vrbe Romana, quàm citiùs potest, debet ad eam redire, quia ibi collocauit Deus sedem suam, licet aliæ ciuitates reperiãtur magis tranquillæ, & meliorum hominum, nam Deus domos duas habet in mundo, scilicet Hierosolymitanam, & Romanam. in cons. 85. nu. 1. per tot. consil. 38

Et de

Et de priuilegio vrbis & Ecclesiæ Romanæ, & Hierosolymitanæ.ibid.
Papa potest remittere pœnam apostatico, sed non debet permittere quod citò promoueatur.in cons.47.num.1. cum seq.per tot.consi. 20
Papa,si pupillo existenti coram se, dedit gratiam ad dignitatẽ,si alias non dispensat secum, nõ videtur propter hoc secum dispensare.in cons.325.nu.1.vsq; ad nu.6. 193
Item,si postquam beneficium vacauit,dispensauit secum,nõ videtur facere præiudicium alij tertio qui id acceptauit, ideò ille tertius debet illud habere, & pupillus expectare illud vacaturum.ibid.nu. 194
Papa,si concessit fratribus de Carmelo, ꝙ possint audire cõfessiones illorũ, qui sibi de licentia suorũ Prælatorũ cõfitentur,dicitur Prælatus,quo ad hoc Episcopus, & nõ Rector. Et si Prælatus eam semel cõcessit, nõ potest eã reuocare vel interpretari.in cõs.230.nu.1.cum plu.seq. 127
Per reuocatoriam Papæ Benedicti XII.qui reuocauit omnes gratias prædecessoris sui Iohannis XXII. factas eis, qui non habebant ius in re,sed ad rem, non sunt reuocatæ reseruationes, & Canonicorum, & aliorum beneficiatorũ receptiones factæ ex vigore priuilegij concessi Ecclesiæ Burdegalen. id est,quatuor Doctorum nominatorum. in consi.266.num.primo,cum seq. 154
Papa non potest vnam Monacham etiam iam professam includere in Monasterium magis arctum contra voluntatem suam,& requiritur,quòd det ei alium annum probationis in illo Monasterio.in cons.96.nu.1.& seq. 46
Papa ordinauit,quòd Abbas Cistercien. daret annuatim Abbati Clareuallis. 300. lib. Turonen.paruorum,si mutata est moneta,debet solui de antiqua, vel habito respectu ad eam,quo ad tantum valorem.in cons.250.nu.1. 139
Papa ipso facto an videatur dispensasse, etiã si non exprimat verbum Dispensamus.in cõs.329.num.1. cum plu.se. 198
Papa,si mandat,puideri alicui de beneficio spectante ad collationẽ Episcopi & Capituli, &c. an debeatur sibi beneficium,cuius electio spectat ad eosdem.in consi.145.nu.1. cum plurib.seq. 73
Papa an ipso facto videatur dispensare ex certa scientia, et si nõ exprimat dispensamus.in cõs.331.nu.1.cũ seq. 199
Et vide in consi.proximo seq.
Papa ex solo facto sine verbis an videatur dispensare.in cons.327.num.primo. 196
Papa ipso facto videtur ex certa scientia dispensare cum minore,si eum scit minorem,& mandat sibi conferri beneficium.in consi.330.nu.6.& seq. 199
¶Pares curiæ non sunt iudices in causa, quæ vertitur inter dominũ & quendã tertiũ nõ vasallũ super feudo comitatus,et si dominus sit Ecclesia, sed iudex ordinarius rei, & quot modis acquiritur feudũ.in cõs.272.n.1.cũ seq. 159
¶Pater,si tempore,quo dotat filiam, vult, quòd si moriatur sine liberis,reuertatur ad suos propinquos, ex tali pacto oritur actio propinquioribus, ita, vt non possit tolli, nisi per stipulationem.in cons.132.nu.primo. 64
Pater in testõ,si substituit filio nascituro alium filiũ secũdò nasciturum,& isti secundò substituit fratrem,vel alium, tunc si nascitur vnus tantum, & moriatur in pupillare ætate,iste substitutus secundò non venit ad istius bona, sed eius mater.in consi.177.nu.primo,cum seq. 89
Pater an possit dimittere in testõ filiæ suæ dotatæ, & renuncianti hæreditati paternæ aliquid cũ grauamine restitutionis ipsius & dotis receptæ.in cõs.132.n.5.cum seq. 64
Pater si filiæ det insolutum dotis omnia bona sua genero, licet a principio fuisset conuentum de certa quantitate dotis, tamen res stantes possunt vendicari ab hæredibus filiæ.in cons.245.nu.4. 136
Pater si legat filiæ aliquid vltra dotem, & vult eam esse cõtentam de toto,quod existat in bonis suis,tunc ipsa potest petere dotem matris suæ.in consi.297.nu.1. 174
Pater si reliquit filiabus suis certum vsumfructum pro eis nutriendis, donec erunt maritatæ, tunc eis nubentibus cessat vsusfructus, quia mariti tenẽtur eas nutrire.in cõsil.162.nu.primo,cum .seq. 81
Pater,quando legat filiæ, ne contrahat nisi cum mercatore, si primo contrahat cũ mercatore,& eo mortuo cũ milite, amittit legatum. Item excluditur à primo tantùm gradu substitutionis. Et si amittit,cui debeat applicari,& de remedio.in consi.16.nu.primo,cum plu.seq. 7 & 8
Pater emancipando filium,si dicit,quòd retinebat vsumfructum in omnibus bonis per filium acquirẽdis,talis retentio non tenet.in consi.214.nu.1.cum seq. 111
Pater si filiæ existenti in potestate sua consentiat, quòd posset de dote donationem causa mortis facere, ipsa filia potest donare fratri suo in eadem potestate existenti.in cõsil.26.nu.primo,cum seq.per tot.consi. 13
Pater, si filio contrahenti matrimonium, vel eius vxori det certum quid propter nuptias,& ille filius habeat filiam, & illud sibi donet, licet non potuerit, tamen filia debet id habere,& ea mortua succedit sibi mater,& non auus.in consi.110.nu.primo,cum seq.per tot.consi. 53
Pater,quando substituit filijs suis impuberibus per verbum, Commune,scilicet substituo,si decesserint sine hærede ex corpore suo procreato,& adijcit, ꝙ in illo casu substitutũ sibi hæredem instituit,tũc si filij decedant infra pubertatem,substitutio est directa,& excluditur mater propter verbũ,instituo,quod est directũ. Et de verbis obliquis & directis,& de cõmunibus.in consil.125.nu.1.cum seq. 59
Pater,si dat aliquid filio in vita cum onere restitutionis, & postea in testamento legat sibi aliquid iure institutionis,& vult eũ esse contentũ cũ illo,& cũ donatione, quã si fecerat,ꝓpter hoc videtur remittere onus restitutionis appositũ in donatione.in cõs.28.nu.1.cũ seq.per to.consi. 14
Pater,si substituit filio suo,si absq; filio ex corpore suo procreato hærede decesserit,filiã ipsius,vel eius prolem, tunc si filius habuit filiũ,& ex eo nepotem,& præmoriatur filius ipsius, relicto alio filio nepote hæredis, & pronepote testatoris, excluditur substitutus ipsius testatoris ex voluntate præsumpta.in cons.269.nu.1.cum seq. 157
Appellatione filij veniunt nepotes & pronepotes,& infrà patet in substitutionibus.ibid.
¶Patiẽtia filiorũ non præiudicat domino,& si præiudicaret sibi,restituũtur in integrũ.Et inuestitura,siue confirmatio impetratoris facta in forma cõmuni nõ præiudicat in dictis casibus filijs minoribus.in con.237.nu.6.cũ se. 130
¶Pauperis conditio quando sit melior quam diuitis.in consi.27.num.5. 14
¶Pœna non seruantis c.cupientes.de elect.lib.6.& de obseruantia dicti c. & de saluatione quorundam testium singularium.in consi.101.nu.1.cum plu.seq. 49
¶Pensio data per Episcopum de consensu Capituli ad vitam alicuius potest per successorem reuocari, licet in ea dicatur de meritis præcedentibus, nisi constet alias, quia non propterea probatur.in consi.226.nu.1.cum seq. 122
Pensio, si ponitur in beneficio,ille,qui soluit,dicitur beneficiatus, & ideò si imponatur decima per Papam, semper debet soluere secundũ pactũ conuentũ,quia ipse soluit,& non ille,cui soluitur pensio.in consi.168.nu.5. 83
¶Præbendam quam infra mensem duxerit acceptandam, si duo expectant,secundus non potest in primo mense acceptare.in consi.136.nu.3. 66
¶Prælatus priuans aliquos clericos non seruientes Ecclesiæ distributione quotidiana illius diei,non dicitur propterea habere curam, nec dicitur priuare eos fructibus beneficij propter hoc.in consi.227.nu.10.& seq. 125
¶Prælegata non veniunt in restitutionem, inquantum sunt verè legata.in consi.107.nu.6. 51
¶Positioni criminis an quis compellatur respondere,& quãdo.in consi.329.nu.13.fol.198.& in cõsi.331.nu.6. 198
Per responsionem factam ad interrogationem, vel positionẽ, non intelligitur responsum ad eius declarationẽ,vel econuerso.

uerſo. Item, an & quando confeßio Procuratoris noceat domino. in conſ. 293. nu. 1. cum ſeq. 152

¶Præſcribere quis poteſt obedientiam, quòd ſit ſubiectus vni, & non alteri, ſed quod nulli ſit ſubiectus, non poteſt præſcribere. in conſi. 172. nu. 1. 85

Item, hîc ponuntur aliqua requiſita ad præſcriptionem obedientiæ, & quòd ſola negligentia Epiſcopi non perditur ſubiectio. ibid.

Item, in præſcriptione ſubiectionis non requiritur, quòd ille, in quem fuit ſubiectio præſcripta ſit capax, ſed is qui præſcripſit. ibid.

Item, quòd valeat præſcriptio, quòd Capitulum cognoſcat de iniurijs ſibi illatis. ibid.

Item, quomodo intelligatur, quòd priuilegium contra præſcriptionem valet nec ne. ibidem. 86

Præſcriptio interrumpitur per ſententiam arbitratoris. in conſi. 176. num. 1. cum ſeq. 88

Poteſt quis præſcribere obedientiam paßiuè, ſcilicet, quòd ſit ſubiectus vni, & non alteri, & an valeat conſuetudo circa hoc. in conſil. 254. nu. 4. 8. & 26. 141. & 142

Et Præſtimonium quid ſit. in conſi. 81. nu. 2. 36

Præſtimonia multa habens & impetrans beneficium, ſatis eſt quòd faciat mentionem eorum in genere, licet non in ſpecie. in conſi. 140. num. 1. 70

Conſtitutio loquens de beneficijs, habet locum in præſtimonijs. ibid.

¶Princeps an poßit ſine peccato expellere Iudæos & Saracenos de Regno ſuo, & eorum bona aufferre. Et an Papa hoc poßit præcipere Principibus & perſuadere. in conſi. 87. nu. 1. cum ſeq. 39

Princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, niſi expreßè appareat. Et hîc continentur reſpõſiones ad multa iura contraria, maximè ad legem, quidam conſulebat. ff. de re iud. in conſi. 332. nu. 10. cum plu. ſeq. 201

Principes non recognoſcentes dominum ſaltem de facto poſſunt ſibi indicere bellũ de iure fori, ſed ſi vnus recognoſcit ſuperiorẽ, ille nõ poteſt ſine autoritate ſuperioris indicere. Si alter verò qui vult indicere nõ recognoſcit, debet petere à ſuperiori alterius, vt faciat iuſtitiã de eo, & de iure poli conſideratur cauſa & voluntas. in conſ. 70. nu. 1. 32

Principis nihil tam peculiare ſicut humanitas. in conſil. 47. num. 2. 20. & 21

¶Prioratus aliquis ſi autoritate Apoſtolica fiat Eccleſia cathedralis, remanent iura & priuilegia Epiſcopo ibi Præfecto, ſi erant realia, ſecus ſi perſonalia cõceſſa tantùm Priori vt Priori. in cõſ. 267. n. 1. cum ſeq. per tot. conſ. 155

¶Priuilegium habens ad inſtar alterius priuilegiati cenſetur habere priuilegium, quòd ille priuilegiatus habet ad inſtar alterius. in conſ. 300. nu. 1. 175

Item de multiplici prærogatiua priuilegij Principis. ibi. 176

Priuilegium Principis quomodo debeat interpretari. in cõſi. 268. nu. 1. cum ſeq. 156

Priuilegium conceſſum Regi de fructibus beneficiorum percipiendis poſt certum tempus, nõ comprehendit beneficia ante priuilegium vacantia, & tempore priuilegij litigata, licet litigantes tẽpore priuilegij durante renunciant. in conſi. 310. num. 1. cum plur. ſeq. 182

Per priuilegium conceſſum ſtudenti cum clauſula, Non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, &c. tolluntur ſtatuta primæ reſidentiæ, quibus cauetur, quòd teneatur quis reſidere tanto tempore à principio, aliàs nihil habeat, & clauſula generalis omnia ſub ſe comprehẽdit, ac ſi ſpecialiter eſſent ibi nominata. Item priuilegium conceſſum cauſæ eſt magis fauorabile, quam ſi eſſet conceſſum perſonæ. in conſi. 322. num. 1. & ſeq. 191

Priuilegium generale religioſis conceſſum ſuper decimis nõ ſoluendis, non extenditur ad decimas, in quarum perceptionis poſſeßione tempore conceßionis huius priuilegij erant Eccleſia cathedralis & aliæ parochiales. in conſil. 268. num. primo. 156

Priuilegium ſancti Antonij circa curiales an comprehendat Cardinales. in conſi. 293. nu. 2. 172

Priuilegia conceſſa vni Monaſterio circa cõfeßiones & prædicationes debent reuocari, ſi collegialiter faciant fratres aliquid contra ſedem Apoſtolicam principaliter. in conſi. 65. nu. 7. & 8. 29

Priuilegium ſi concedit Papa religioſis, quòd poßint percipere decimas noualiũ, ſicut antiquas habent, tũc habetur reſpectus ad illas antiquas, quas percipiebant, & ſic illas ſicut iſtas poßidere poßunt abſq; pœna. Clem. 1. de decim. in conſi. 109. nu. 1. & ſeq. per tot. conſi. 53

Priuilegium conceſſum Epiſcopo non expreſſo proprio nomine, quod poßit diſpenſare cum præpoſito, vt cum præpoſitura poßit aliud curatum beneficium obtinere, non reuocatur per c. execrabilis. quia ibi reuocatur diſpenſationis forma, ſed non poteſtas diſpenſandi, & eiuſdẽ conſtitutionis execrabilis. §. quia verò deinceps. non habet locum in his, qui hodie curata beneficia recipiunt, videlicet, quod etiam primum ſit reſeruatum, quaſi rectitudo iuris ledetur: ideò vltima clauſula ad omnes non trahitur, & per eundem §. non eſt correctum. c. ſi tibi conceſſo. de prebendis. lib. 6. in conſi. 152. nu. 1. cum ſeq. 32

¶Proceſſus delegati iniuſtè factus contra poſſidentem beneficium, qui vult ſtare iuri, non valet, etiam ſi in eum ferat excommunicationem, vt deſiſtat à poſſeßione. Item præſtimonium eſt beneficium, & dicitur quaſi præſtans munium. in conſ. 81. num. 1. cum ſeq. per tot. conſi. 36

Procurator habens mandatũ ad cauſas legitimè deuolutas curiam non poteſt agere, vel defendere cauſas poſtea inchoatas, & non deuolutas. in conſi. 309. n. 1. cum ſeq. 182

Procurator, ſi in cauſa appellationis & nullitatis non proſequitur appellationem infra terminum ſibi ſtatutum ab homine, & appellatio ſit deſerta, & cum agitur de nullitate, Iudex pronunciat non eſſe litem conteſtandam ſuper libello nullitatis, videtur pronunciare non eſſe nullitatem. in conſ. 308. nu. 1. 181

Procurator datus ſimpliciter, videtur datus ad omnes cauſas præſentes & futuras, etiam ſuper appellatione. ibi. nu. 3.

Procurator datus ad acceptandum & proſequendum gratiã, & ad omnia alia faciendum, &c. poteſt appellare extrà iudicialiter ad curiam. in conſil. 332. num. 9. 200

Procuratores duo, quando ſunt conſtituti ſimpliciter, ſi vnus tantùm altero non reſiſtente proſequitur cauſam, valet per eum factum, maximè ſi ille, qui conſtituit, non opponat, ſed alter. in conſi. 130. nu. 4. 62

Procurator appellans extrà iudicialiter in caſu c. 1. & c. vt circa. de elect. lib. 6. ſi ad hoc non habebat mandatum, non præiudicat domino, nec poteſt dici, quòd dominus ratum habuit, ex quo fecit cõtra mandatũ. in conſ. 329. n. 6. 198

Et de requiſitis in ratihabitione. ibid. nu. 7.

¶Producens literam pro ſe videtur confiteri omnia contenta contra ſe, ex qua appareat infra tempus non fuiſſe ditas ligentias factas. in conſ. 198. nu. 7. 101

¶Poſſeßio vacua quæ dicatur. in conſ. 311. nu. 3. 183

Poſſeßionem clandeſtinam habens, an poßit contra actorem excipere de re dominij. in conſ. 1. nu. 19. 2

Poſſeßionem habens vnde fuit natus, licet transferat domicilium, ibi debet ſoluere tributa, & non vbi habet domicilium, ſed ſi non eſt ibi oriundus, ſed tantùm habet ibi poſſeßiones, vel emit ibidem, & alibi habet domicilium, tunc debet ſoluere regulariter, vbi habet domicilium, & non vbi habet poſſeßiones. in conſi. 169. nu. 1. cum ſeq. per totum conſi. 83

Ad poſſeßionem adipiſcendam impediẽdam admittitur quilibet contradictor, qui cenſetur habere ius in re vacante de functo, ſed nõ obijcit de iure tertij, à quo nullum ius habet. in conſi. 139. nu. 5. cum ſeq. 69

Poſſeßioni & non proprietati ſtatur in collationibus & præſentationibus. in conſi. 312. nu. 1. cum ſeq. 184

Quando agitur de poſſeßione & proprietate Eccleſiæ, an ſit de iure

de vno Episcopatu vel alio, etiam si vnus Episcopus petat restitutionẽ ipsius, tamẽ statur hic maiori parti testium alterius Episcopi, pro quo facit ius Commune, & non fit restitutio. in consi. 274. nu. 1. cum seq. 160
In causa super petitorio & possessorio pendente in curia post. dationem & probationem articulorum actoris tunc deum petitorium suspendentis, reus debet habere remissionem in partibus ad probandum duos articulos, etiam proprietatis causam tangentes de stylo. in consi. 311. nu. 1. cum seq. 185
Per hoc, quod quis desinit rem possidere, cuius ratione personali actione poterat conueniri, liberatur à personali probata amissione in casu, quo nõ tenetur de iure. Et quis debet probare, & quomodo, & quando quis tenetur de dolo & lata culpa, traditur. in cons. 221. nu. 1. cũ seq. 215

Q.

Quarta non debetur Ecclesiæ parochiali defuncti de relictis alicui Monasterio à testatore, vbi non sepelitur, vel alicui fratri in particulari ratione parentelæ vel amicitiæ, maximè si est alicuius Monasterij, vbi in communi vel particulari possunt fratres bona possidere. in cons. 287. nu. 1. cum plurib. seq. 167. & 168
Quarta non debetur de legatis relictis fratribus ab his, qui se eligunt in eorum Monasterijs sepeliri. in consi. 225. nu. primo, & sequen. 120
Quarta non debetur de relictis fratribus particularibus non vt collegio. ibid.

R.

Ratihabitio domini præsumitur, si apparet de mandato ad capiendam possessionem, & postea probatur spoliatio, nisi cùm sciuit, an contraxerit protestando, &c. in consi. 199. nu. 6. & 7. 107
Et si libellus detur contra dominum spoliantem concludit probata ratihabitione. ibid.
Item ea, quæ requiruntur in mandato, requiruntur in ratihabitione. ibid. nume. 11.
Recognoscens se tenere quicquid tenet in castro ab Episcopo, excepta certa domo, non per hoc videtur cognoscere feudum ab Episcopo, nec dare sibi proprietatem quam habet, quia illa exceptio non firmat regulam in omnibus generaliter, & confessio generalis in hoc non nocet. in consilio 133. nu. 1. cum seq. 65
¶Recusans Iudicem post appellationem non renunciat appellationi. in consi. 303. nu. 6, 178
¶Regula, si vinco vincentem te, &c. quando habeat locum. in consi. 198. nu. 6. 101
¶Religiosus portans habitum sub mantello excusatur à pœna excommunicationis & apostasiæ. in cons. 183. nu. 13. 93
Vide tamen eundem Oldr. in consil. proxi. seq. nu. 12. vbi determinat contrarium. 95
¶Renunciari non potest insinuationi donationis, vel l. si vnquam. C. de reuocan. dona. in consil. 173. nu. 1. cũ seq. 87
Renunciatio de non succedendo, &c. non includit successionem ex testamento, etiam si iurata sit, quia iuramentum non auget pactum extensiuè vel intensiuè. in consil. 294. num. primo. cum seq. 172
¶Repulsio ab institutione non est sententia diffinitiua. in consil. 18. num. 2. 10
¶Restitutorij iudicij priuilegium, non vendicat sibi locum, cùm ex iam productis appareat, spoliatum nullum ius habere, & hoc in spiritualibus, ne detur alicui materia peccandi, secus in prophanis. in cons. primo, nu. 10. 1
¶Res alienatæ computantur in quartam. in cons. 107. n. 7. 52
Res, quæ cadit in commissam, non debetur vsufructuario, minus si quo ad fructus, sed debetur proprietario. in consil. 240. num. 1. cum seq. 131
¶Regi & Comiti si concessum est, vt singulos nominent, Regi tamen primitus est concessum, & de nominatione non apparet, ille præsumitur nominatus primus, cuius data est prior. in consi. 218. num. 1. 114
Et dicens se prius nominatum debet probare. ibid. nu. 4.
Rex Aragonum habens duos filios, eis consentientibus, & iurantibus in manibus patris diuisio regni Aragonum & Maioricarum est inter eos facta per patrem, dominio retento ipsi patri in vita, deinde substitutionem fecit vni filio, quòd si decederet sine filijs vel filij eius, tunc succederet regnum Aragonum, ista voluntas vocatur ordinatio facta à Patre supremi iudicij dispositionem præueniens, & est mutabilis vsq; ad mortem. Item donatio facta à Rege non recognoscente superiorem non subiacet legibus, quo ad insinuationem, nec quo ad personarum capacitatem. in consi. 231. nu. 1. cum seq. 127
Item talis actus Regis respectu filiorum etiam est immutabilis, & in tali substitutione excluditur substitutus, si filius filij, licet nõ primogenitus, moriatur cum liberis. ibi.
Item, Rex non potest regnũ suum submittere seruituti quibuscunq; pactis contra propriam impositionem factam per pactum suum. ibid. cum plurib. num. seq. 128
Rex potest facere donationem Reginæ de parte regni, si grauiter non præiudicet regno. Et etiam si Rex fecerit iramentum de non alienando bona immobilia regni sui stipulanti Notario, & fecit statutum super hoc, tamen bene potest donare Reginæ suæ vxori propter nuptias, vel simpliciter, non obstante iuramento & statuto, maximè vt euitetur scandalum, quia vxor sua videtur accepta, & statur declarationi ipsius Regis iurantis, quomodo intellexit prædictam promissionem, & statutũ, siue iuramentum, nec eo mortuo filius eius hæres potest contrauenire. in consi. 95. nu. 1. cum plu. seq. per tot. cons. 45. & 46
¶Romanæ Ecclesiæ priuilegia an reuocari liceat per Antipapam Romæ creatum. in consi. 62. nu. 27
Romana ciuitas non venit appellatione ciuitatum. ibid. n. 2.
Romani habent de consuetudine miseras oblationes. ibi. n. 3.
Romanæ Ecclesiæ Guelphi sunt deuoti, & etiam Hispani. ibid. nu 5.
Item, de multis Pontificibus expulsis ab vrbe Rom. ibi. nu. 6.
Romana Ecclesia potest inuocare Principes seculares in auxilium. ibid. nu. 7.
Et dari potest cruciata contra schismaticos & contradictores Ecclesiæ Romanæ. ibi. nu. 8. 28

S.

Saraceni ad solutionem decimarum de terris ab eis possessis compelluntur indirectè secundum iura alle. in consi. 91. nu. 1. cum seq. per tot. consi. 40
Scandalum quid sit, & quomodo debet priuilegium Principis interpretari. in consi. 268. nu. 8. 156
¶Sententia iuris an obstet petenti restitutionem. in consil. 227. nu. primo, & seq, 214
Si contra sententiam depositionis latam contra absentem opponitur, quòd fuit lata extra territorium, & sine consensu Capituli, & cùm non constaret de criminibus, nisi per assertionem Iudicis oppositiones sunt legitimæ, & q. talis sententia est nulla. in consi. 251. nu. 1. cum seq. 139
Sententia lata super re notoria non suspenditur per appellationem interpositam infra decennium, sed potest mandari executioni. in consi. 18. nu. 3. 10
Sententia lata post terminum valet, non obstante instantia iudicij. in consi. 273. nu. 2. 169
Sententia declaratoria consuetudinis notoriæ facta per superiorẽ, valet etiam parte nõ citata. in cons. 293. n. 1. 172
Sepultura non electa si quis decedit, debet sepeliri in Ecclesia, vbi pater & auus illius sunt sepulti. in consi. 25. nu. 1. cum seq. per tot. consi. 13
Sepulturam si tempore generalis interdicti vnus eligit apud fratres, non tenentur isti fratres de sibi relictis, siue iure siue de facto recipiant defunctum ad Ecclesiasticam sepulturam, soluere quartam parochialibus Ecclesijs. in cons. 288. num. primo. cum seq. 169
¶Specialia duo in eodem subiecto non possunt concurrere. in cons. 79. num. primo. 36

¶ Sigillum Episcopi non facit fidem, quo ad probandum excommunicationem. in consi. 183. nu. 9. 92
¶ Simoniam an incurrat redimens vexationem suam, & an quis possit licitè eius suum redimere. in consi. 280. nu. 1. 163
¶ Solènitas licet requiratur, quo ad ratihabitionem, & quo ad adhæsionem appellationis, tamen si nō seruatur, valet quo ad præiudicium ratificantis, & ratum habentis. in consi. 332. nu. 10. 201
¶ Spoliantes funus contra Clement. super cathedram. de sepul. debent restituere, & perdunt quartam sibi debitam. in consi. 225. nu. primo, & seq. 120
¶ Statutum. quod omnium beneficiorū vacantiū, vsq; ad decenniū per annū fructus debeātur fabricæ, vacauit in fine decennij beneficiū, quæritur an fructus debeātur fabricæ, & cōcluditur quod sic, licet fructus percipiantur post decennium. in consi. 112. nu. 1. cum seq. per tot. consi. 54
Statutum si admittit proximiores ad successionem, potius admittitur ad successionem defuncti filius materteræ, quàm filius naturalis ex sorore. in consi. 153 nu. 1. 76
Statutum factum in Ecclesia cathedrali contra expectantes Apostolicos non valet, quia contra superiorem & Papam. in consi. 150. nu. primo. 75
Statutum odiosum loquens de personatu non habet locum in dignitate, etiam ex identitate, quando per illud minuitur cultus diuinus. ibid. nu. 2. & seq.
Item, per clausulam, Non obstantibus, positam in expectatiuis hoc modo, per quem effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, quomodo libet differri, tollitur omne obstaculum, per quod tolleretur gratia, vel eius effectus differretur, sed nō illud, per quod ad tēpus differtur gratia. ibid.
Statutum minuens bonorum subsidium valet, quādo minus relinquitur, secus si plus. Et si valeat, non debet extendi ad quartam Trebellianicam, etiam si filius sit ingratus. consi. 107. nu. 1. vsq; ad nu. 7. 51
Statutum valet factum per Episcopum & Capitulum super residentia & perceptione præbendarum. in consi. 181. nu. primo, cum seq. 91
Statutum regium super solutione monetæ, an liget Ecclesiasticas personas. consi. 250. nu. 3. 139
Et quid si quis soluit per aliquot annos. ibid. nu. 4.
Statutum, quòd filia sit contenta certa parte, & vltra non succedat, valet. Item dicit ibi, quòd etiam ab intestato nō succedit, tunc nec potest petere collatione donationis fratru fieri. in consi. 135. nu. 1. cum seq. per tot. consi. 66
Statutum Capituli iuratū licet disponat, quod quoties fieret Capitulum generale, vocetur Canonici absentes certo modo, alias non valeat actus, tamen si in electione non fuerint vocati, valet electio tali statuto non obstante, nec astringente iurantes. in consi. 259. nu. 1. cum seq. 145
¶ Stipulatio Regis de non alienando bona regni, etiam iuramento firmata. si à principio fuit inutilis, eius morte non confirmatur. in consi. 94. nu. primo, cum seq. 42
Stipulatio facta per Cardinalem vel Notarium in commodum Romanæ Ecclesiæ valet. in consi. 30. nu. 2. 15
Stipulatio pœnalis appositа super opera intra certum diem facienda, habet hanc conditionem, nisi de voluntate stipulatoris dies fuerit prorogata. in consi. 245. nu. 9. 136
De stylo curiæ vna tantum remissio datur. in consi. 311. nu. 1. & seq. 183
¶ Studentes Romæ habent priuilegium percipiendi fructus beneficiorum suorum, & eos percipiunt non obstante statuto Ecclesiæ, quòd per annum debeant facere residentiam, quia illud statutum tollitur per clausulas generales non obstantibus quibuscumque. in consil. 117. nume. 1. cum seq. 55
¶ Substitutio vulgaris tacita, an excludat matrem, & requirat aditionem. in consi. 20. nu. primo, cum seq. 11
Substitutus & postea institutus, & ab hærede tenetur soluere legata ipsius hæredis. in consi. 205. nu. 13. 106
Substitutio fideicommissaria licet expiret mortuo fideicommissario viuente hærede, tamen si testator instituit filiam suam, & eius hæredes ex corpore suo procreatos, venit nō solùm eius hæres vniuersalis, sed alij filij ipsius. in consilio 131. nu. primo, & seq. 64
Substitutio, si filius meus decesserit sine hærede ex suo corpore procreato, talem substituo: si filius moriatur intra pubertatem, est fideicommissaria. Item c. si pater. de testa. lib. 6. in consilio 99. num. primo, cum sequent. per totum consil. 47
¶ Subsidium charitatiuum petendi à Papa tanquam à domino temporali, vel tanquam à Principe illud imponente, quæ sint iustæ causæ. in consil. 104. nume. primo, cum sequen. 50
¶ Suspensus ab homine non est ineligibilis actiuè & passiuè, secus si à Canone. in consil. 286. num. primo. 166
Item electus potest aliquid confiteri in præiudicium suū ex defectu suo. sed non eligentium. ibid.
Item licet suspensus ob officio sit scienter admissus ad electionem cum alijs, non propterea est inualida electio sicut si admitteretur excommunicatus vel laicus. ibid.

T.

TAlia sunt subiecta qualia prædicata permittunt. in consi. 80. nu. primo. 36
Tempus acceptationis currit, antequam expectans habeat literas expeditas. in consil. 136. nu. 1. 66
¶ Testes in causa criminali quales debeant esse. in consi. 192. num. 1. cum seq. 98
Testis dictum partim verè & partim falsè deponentis non valet, nec Princeps per rescriptum facere potest, quòd valeat. in consil. 37. num. 1. cum seq. 17
¶ Testamentum cum quis iurat non mutare, potest illud mutare per aliud similiter iuratum, etiam si testator sit periurus. in consi. 160. num. primo, cum seq. 80
Testamentum perfectum quidam fecit, deinde aliud scripsit in papiro, etiam coram duobus testibus, & misit pro Notario, antequam veniret Notarius, mortuus est, primum non est per hoc reuocatum. in consil. 119. nu. primo, cum seq 56
Ad probandum testamentum factum, vel sic sensisse testatorem per coniecturas loquutionis ipsius, sufficiunt duo testes etiam mulieres, sed ad probandum sic esse factum requiruntur septem testes. in consi. 297. nu. 7. 174
Testamentum patris, in quo filia impubes præteritur, sed substituitur alteri filio pupillariter, non valet, secus in vulgari substitutione, etiam si post mortem patru tacuerit, & mortua est pupilla, quæ transfert ius suum in matrem pro parte sua. nec valet testamentum in secunda institutione vel secundo gradu. Item auth. ex causa. C. de lib. præte. non habet locum in suo præterito. sed in emancipato. Item si suus substituitur etiam suo, ista substitutio non habet locum institutionis, vt succedat pariter cum instituto. Nec hoc casu habent locum leges omninò, & quoniam in prioribus. & l. sancimus. C. de inoffi. testa. in consi. 171. nu. 1. cum seq. 84. & 85
¶ Testator, si instituit posthumum vel posthumos suos nascituros, & substituat posthumis in plurali sorores suas, tunc si nascatur vnus tantum, & moriatur in pupillari, non venit substitutus. sed mater posthumi. in consil. 142. num. primo, cum seq. 71
Testator promittens & iurans aliud non facere testamentum, potest illud mutare, si testator filios & filias pro virili hæredes in testamento instituerit. in consi. 127. nu. primo, cum seq. 60
Testator, si facit iurare hæredes infra 10. annos, ne diuidant hæreditatem paternam, possunt ante diuidere, si cessat causa, quare fecit fieri testator, tamen cōsilium est, quod remittant sibi adinuicem iuramentum. in consi. 241. nu. 1. cum seq. 131
Testator, cum legat certas terras sub certa mensura causa demonstrationis, licet mensura sit maior, non propterea vitio-

Vitiatur legatum, sed totum accrescit legatario, secus si legat per certum numerum non causa demonstrandi, idē in donatione. in consil. 197. nu. primo, cum seq. 101
Testator, si reliquit multa legata in codicillo vel testameto, & annuum legatum pro anniuersario, adijciens, quòd in his casibus, si infra annum hæres nō impleuerit omnia legata, tunc legat terram certam Ecclesiæ, & hæres illud annuum legatum non soluit, & alia sic: propterea nō incidit in pœnā, quia testator dixit in his casibus, &c. Item Pronomen, his, est demonstratiuum & præcedentium repetitiuum, ideò non verificatur in vno casu tantum. in consil. 232. nu. 1. cum seq. 128
Testator promittens & iurans aliud non facere testamentū, potest illud mutare, si testator filios & filias pro virili hæredes in testamento instituueret. in consil. 127. nu. 1. 60
Testator, si instituit suum hæredem, & ei substituit alterne nuptijs, tunc disiuncta ponitur pro coniuncta, itaque oportet filium sine liberis decedere, & idem videtur in extraneo. in consil. 189. nu. primo. 79
Testator, si incidit, vel cancellat testamentum, an sit locus fisco, vel venientibus ab intestato? distinguitur. in consil 144. nu. 1. cum seq. per tot. consil. 72
Testator, si instituit hæredem, cui si decederet sine prole legitima substituit alium, quo non existente substituit alium tertium, & viuo testatore mortuus est institutus relictis filijs: & etiā mortuus est secundus substitutus, & postea moriatur testator, istud testamentum est quasi caducum, & nō veniunt filij instituti, nec tertius substitutus, sed venientes ab intestato. cū plu. seq. per tot. consil. 70
Testator si substituit filiæ suæ puberi hoc modo: Substituo filiæ meæ hæredi vniuersali, si contingat eam decedere sine hærede Titium, vulgariter talis substitutio dicitur fideicommissaria, & non vulgaris. in consil. 45. num. primo, & seq. per totum consil. 20
Testator ex iusta causa potest prohibere alienationem rerū per se legatarum. in consil. 205. nu. 12. 106
Testator, si reliquit duos hæredes, & donec implerent certū quid, mandauit vsumfructum hæreditatis esse apud executores, tunc si vnus pro parte sua vult implere conditionem, licet alter non impleat, satisfacit pro parte sua. in consil. 196. nu. 2. & 3. 100
Testator non potest prohibere Trebellianicam. in consil. 248. num. 4. 138
Testatore viuente, si moritur filia, & ex ea neptis, & post testamentum proaui nascuntur pronepotes, rumpitur testamentum, nec debentur legata ex dicto testameto, quod tenuit à principio. ideò Auth. ex causa non habet in hoc casu locum, & clausula codicillaris si non valet, &c. in futurum prolata intelligitur hoc casu habere effectum. in consil. 149. nu. 1. cum seq. 74. & 75
Testator, si substituit filio suo, vel hæredi, si decesserit sine filijs, tunc mortuo illo hærede cum filijs expirat substitutio, licet postea illi filij moriantur sine prole. Et quomodo intelligitur illud: hæres hæredis est hæres. in consil. 21. nu. primo, cum seq. per totum cons. 12
¶ Tituli probatio an requiratur in restitutione, quæ petitur fieri de beneficio. in consil. 1. nu. 1. cum plurib. seq. 1
¶ Trebellianica detrahitur de relicto vniuersali ad pias causas. in consil. 248. num. 6. 138
Et medio tempore percepta imputantur in Trebellianicam. ibid. nu. 5.
¶ Tutela data in codicillis in testamento non confirmatis valet. in consil. 138. nu. 7. 68
Tutela Regis an finiatur 14. anno. Et an tunc possit per se administrare ante 25. annum. in consil. 52. num. primo, & seq. per tot. consil. 22
Tutores vel curatores testamentarij non remouentur, nisi ex callida conuersatione. in consil. 196. nu. 4. 100

V.

VAlor beneficij impetrati consideratur secundum locū, vbi est beneficium, & non vbi impetratur. Item attenditur extrinsecus valor monetæ, secundum quod currit ibi & expenditur, & non intrinsecus: & si non sit ibi illa moneta, vel in circūuicinis locis, habetur coparatio ad illam, quæ ibi currit ad eam, de qua debet fieri solutio. Item attenditur tempus, quo beneficium vacat, & realiter gratia sortitur effectum, & non tempus datæ. in consil. 168. num. primo, cum seq. 83
¶ Vasallus sine licentia domini potest in rebus feudalibus cōsanguineum impune hæredem instituere, & non incidit in pœnam iuris. in consil. 270. nu. primo. cum seq. 157
Item de duplici feudo, quod transit ad hæredes, & quod non transit. ibidem.
Item hæres feudatarij non incidit in pœnam, si non restituit domino feudum, vel non respondet cum seruitio. ibi. 158
¶ Verbum, Iudicamus, an importet necessitatem, & quid de verbo, Declaramus. in consil. 224. nu. 10. 117
Verbum, Placuerit, quid significet. in consil. 243. nu. 1. 133
Verbum, Liberam, quid denotet. in consil. 225. nu. 10. 121
Verbum, Liberè, omnem conditionem & moram excludit, ideo consuetudo contradicens Cle. dudum. de sepul. vbi ponitur hoc verbum, Libera, non valet. ibid. nu. 12.
Verbum, Monitio, præceptum importat. in consil. 80. nu. 2. 36
Verba generalia vel vniuersalia testatoris, quomodo debeant restringi vel intelligi per præcedentia vel sequentia. in consil. 8. num. 1. cum seq. 4
Verba, Hæres hæredis testatoris est hæres, quomodo intelligantur. in consil. 21. nu. 1. & seq. 12
De verbis, Dico me contentā & pagatā. in cōs. 132. nu. 2. 64
Verba illa, scilicet, tertiam & quartam pœnitentiæ partem, quæ ponuntur de pœni. & remis. in c. 2. in Clem. qualiter intelligantur. in consil. 152. nu. 4. 76
Verbum, Cæteris, &c. quid denotet. in consil. 158. nu. 1. 79
Super his verbis, sine strepitu, de plano, & figura iudicij: & de dictione, Quasi. in cons. 155. nu. 1. cum seq. 77
Verba affirmatiua sine dictione taxatiua prolata non excludunt maiorem numerum: puta, quòd possint esse duæ curiæ, ideò sequitur quod plures possunt esse. in consil. 187. nu. 2. cum seq. 96
De verbis vniuersalibus, vt nullatenus. in consil. 106. nu. 5. 51
¶ Vidua transiens ad secundas nuptias, an amittat legatum sibi à proprio viro relictum, quandiu in hospitio suo vixerit in & super bonis suis, si vult cohabitare marito suo secundo. in consil. 213. nu. primo. 111
¶ Vnio Ecclesiarum parochialium probatur, si ab vno fuerunt contentæ & rectæ: & vni fuit collatio facta per magnum tempus. in consil. 296. num. primo. 173
Item, si vnus census fuit solutus pro ambabus, vel vna decima, & licet tempus non inducat vnionem: tamen si allegetur legitimè factam fuisse, ad hoc probandum sufficit probatio temporis. ibid.
De duabus causis requisitis in vnione, & quod Episcopo incumbit probatio earum. in consil. 261. nu. primo, & se. 151
Vnio quibus causis annulletur, ponuntur aliquæ caus. in cōs. 262. num. primo, cum seq. ibid.
¶ Vniuersitas vel Collegium an possit accusari criminaliter seu ciuiliter. in consil. 65. nu. 7. 29
Vniuersitas non punitur ex delicto administratorum. Item Vniuersitas potest agere, vt fiat emenda subdito suo. in consil. 66. nu. primo, cum seq. 29
Vniuersitatis minor pars, si aliquid agit, etiam si interueniant Consules & Aduocati, tota Vniuersitas non debet puniri. in cons. 315. num. primo, cum seq. 187

FINIS.

Impressum Francofurti ad Mœnum, per Petrum Fabricium, impensis Sigismundi Feyrabend. Anno M. D. LXXVI.

A 1866482

I N D E X.

Lipsiæ, Typis Francofurti ad Moenum, per Typographiam Fabercianam, impensis
Sigismundi Feyrabend. Anno M. D. LXXVI.

Iegabra xb atb. dinumo: 102

publicana/ Si pnas sic/ pono si emi
sti/ q̄ emisti a vero dño. Jp̄e eiz statz
si non sit bñ sapiēs/ rendebit q̄ sic.
Et ex hoc seq̄t absolutio/ ut. ff. d. public.
Sz nūqo reus pōt ponē sb/ ad. l. i.
predca ꝓditiōe. s. dicendo si res tua fuit
eaz prescripsi/ vl̄ a te emi/ vl̄ si debui
solui. q̄ hr? Ade his nō. d. reg. iur. nllis
plib? li. vj. vbi q̄ p dynū. Et certe vr
q̄ sic/ cū non sit prohibituz/ imo ꝓcessū
vidr̄ eē. d. excep. cū venāblis. Slaz ex
parte rei accipit̄ iudiciū sb hac ꝓdōe
si collusiz non est. ff. d. dolo. elegant̄. f.
plt. Ergo pau ratōe poteīt poni sb ꝓdōe.
Ad idez. c. d. pref. lon. tē. ēptor. q. l. sigdez.
Contra/ q̄ qui rendet/ certū rendē debet.
igit̄ q̄ ponēs certaz ponē debet/ q̄ par de
bet esse vtriq; cōditio/ ut. s. f. gnto. v. it. q̄
Qd si debes michi. c. i diez/ ul̄ sb ꝓdōe.
ego petēs debitū/ pono i causa q̄m debes
certū. Qualit̄ rendebis?/ q̄ si negas.
debitū/ mentiris/ qd facē non debes/ vt
ꝓx. q. y. primū/ q. c. seqn. Si ꝓfiteis/ iā
tibi preiudicat/ nisi probes diez ul̄ cō
ditiōez/ qd facere debes. Sz Albe. gall.
ubi. s. circa fi. Et vt. j. ti. proē. f. i. Si sub
ꝓditiōe rendes/ non admittet̄ rensio
ut iaz dixi?/ Reo. dicas simplr̄ debeo/ vl̄
non debeo pure. Et super hoc vide. ff. ad
l. aegl. ide. q. l. proide./ ff. d. iter. ac. cō
fessionib?/ c. d. ꝓfess. l. i^a/ ff. e. l. i./ et. l.
non fatet̄/ q. l. fi. sz vb. Avbi. s. v. ß si cō
cedit Et eē. d. excep. cū venāblis/ eē.
vt ec. bñ. c. i^o Dic ut. s. d. excep f. visd.
Sz pōt̄ lite ꝓtestata/ ac ab v. tu ergo.
actor sic ponit. pono q̄ debes m̄ centū.
reus rendet se ꝓditionali. ꝓmisisse/ adi
ciens/ nō/ alio modo. vl̄ forte nō adie
cit. Queritē an vincat̄ pure ꝓfessus/ nu
si probet ꝓditiōez. an cōtra vincat̄ ne
gasse/ nisi actor probet veritatē/ ul̄ cō
ditiōez extitisse. Vide i de hoc qd sepi
d. instit. c. plt. sup glo. ß q̄re/ ß plei?. d.
ꝓfess. c. i. li. vj. sup. v. ꝓfessiōez. Et stue
debes q̄ qdo hic sequet̄/ usq; ad. v. odor.
bēt̄ pro glo. noua/ ad l^am az q̄. i. l. sigdez.
c. d. excep. Et est. i. glo. quaz non puto
Autorez hūisse. nec ego hēbaz non eiz
sic ad ꝓpositū posuisset taz prolixā glo.
ordinariaz Et qdez vr? re? ꝓfess?. nisi
probet ꝓditiōez. et videtur esse actoris
ꝓfessio - per eo? ꝓfessiōez. q̄ actor ne
gat ꝓditionez/ q̄ ille debitū ꝓfitet̄. x
ß ea que nō. i p̄. v. tu ergo. Duo eiz di
casse vidr̄. s. se promisisse/ q̄ sb ꝓditiōe
ꝓmisisse/ ut est al̄. ff. d. arbi. celsus. x
f. i./ q̄ eē. d. do. q̄ ꝓtu. cū vil̄cti. Unū g?/
ex istis. s. promissio est ꝓpria se/ an fi
des adhibet̄. ff. d. iter. ac. de etate. ff. x
depositi. publia. f. fi./ Aliud pro se. s. con
ditio/ an non accidit̄/ nisi probet̄. vj.
q̄ plt̄. actor./ C. d. plo. exēplo./ i q̄ut. x
d. iur. iur. q̄ mori. presti f. i. Je. etiā
dicam? i exceptiōe pacti. q̄ fil'ib? q̄ siqs
ꝓfitet̄ se debere/ ß dicat pactū factū
de nō petendo. cōdēnabr̄/ nisi ille pro
bet. Nisi premissa negatiōe rendeīt/
dicens/ nego me debere/ ß si apponet̄.
dico pactuz factū de nō petendo/ vt x
nō. i pre. v. tu g?. Stez si actor poīt de
facto sibi debito. q̄ reus fatet̄. ß d. alio
facto dicat se sentire/ stam? dicto ac
toris. vt. ff. d. ver. ob. iter stipl'antē.
f. i. Ar. ibi q̄. q̄ videat̄ negasse. Nisi
actor probet puritatē ul̄ ꝓditiōez ex
titisse. Non eiz vidr̄ reus fatez/ q̄d
non sentit. Siait nec actor vidr̄ in
iudiciū deduce q̄d non sentit. ff. d.
excep. rei iudi. si ex testō. i fi./ vt. s. x
v. ß pone./ q̄ non est deterior rei cō
ditio q̄ actoris. ff. d. reg. iur. fauora
biliōes./ eē. d. mutē. pet. c. fi./ d. excep.
cū iter. Je. i iudicijs si sit ambigua
oratio/ stamus dicto rei. ff. d. iudi.
siqs itentiōe./ eē. d. plo. ex lr̄is. Ergo
q̄ in hoc si dubitet̄/ vidr̄ electioi ei?
standū. Je. si itelligat̄ separata cōdi
tio/ q̄ promissio/ ergo eadez ratōe/ q̄
locus. Nunce sz hoc/ stipl'atio/ ꝓmittis
mare. x. hodie Rome/ cū sium? Nam hoc
valeret ratiōe promissionis. qd tñ f
falsū est./ q̄ non valet. Jnsti. d. v. ob.
f. loca. Non ergo itelligūt̄ separata.
Je/ ꝓditio i ipa actionis natiuitate x
ponit̄. unde nec accidit/ nec venit dies
ante ꝓditionis euentū/ vt. ff. d. v. sig.
cedere diez. Et sic aliud est q̄ i excep
tione pacti ul̄ similiu/ que nasciatur
post natiuitatez prime actionis/ Cuz
ergo dicat se ꝓdiaōāt̄ ul̄ sb ꝓditiōe
promisisse/ tale est ac si diceret non
ꝓfiteor actionez natam. Stez est si dicat
promisi sub ꝓditiōe. q̄ que i ptinenti
fuit/ iesse vidente. ff. si cer. pe. lecta.
eē. d. elec. officij. Et maxīe si adijciat/
et non alio modo. Je. vidr̄ expressū.
q̄ si x. pure stipl'or/ q̄ tu rendes sb cō
ditione/ nulla est stipl'o. q̄ nō videīs
ad iter agenda rendisse. ff. d. v. ob. l. i. x
f. siqs simplr̄. q̄ insti. d. iuri. stipō. f. p
terea. De nouo q̄? debet rendē an pu
re promiserit cū non vincat̄ promisisse.
Je. si dicer em? eē duo. s. puraz q̄ annoi
tionalez/ hoc esse non potest nisi in
alternatiua/ non i q̄uncta scīptura. s.
promisi/ ß sub ꝓdōe facē tantū/ ac si
dicat/ hoc aūt isto modo promisi. ff. d.
ꝓdi. q̄ de. naz ad ea. f. i. Stez reus pōt
dicē/ fiat̄ fidūcia ꝓfessioni pro te/ et
ꝓpria te stare teneris/ ar. ff. d. iter. ac.
si filiꝰ i fi. q̄ d. iur. iur. si duo patroni.
f. plt. q̄ fi. Je. si recipis primā partez
rensiois mee pro te/ q̄ paz admittere
teneris. ar. ff. d. admi. tu. cū q̄ret̄/ q̄ d.
prur̄. i cause/ vz q̄ ꝓdicio apposita fu
erit/ q̄ sic ea pendente/ agere nō possis.

5175 & 5176.